BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
19 — I
48

Canones Concilij

PROVINCIALIS COLONIENSIS ANNO CELEBRATI D. XXXVI.

Bibliotheca S. M. ...

Quibus nuperrimè hæc addita ſunt:

REFORMATIO Cleri ad correctionem vitæ & morum, ac ad remouendos abuſus.

Per Reuerendiſs. in Chriſto patrem, & dominum D. Laurentium, tunc S. R. Eccleſiæ TT. ſanctæ Anaſtaſiæ presbyterum, nunc Sabinenſem epiſcopum, Cardinalem, Ad nationem Germanicam ſedis Apoſtolicæ de latere Legatum Ratiſponæ edita.

STATVTA Synodalia Reuerendiſs. in CHRISTO patre D. Valentini, Epiſcopi Hildeſemenſis.

FORMVLA viuendi Canonicorum, Vicariorum, & aliorum presbyterorum ſecularium.

DECRETA CONCILII PROVINCIALIS COLONIENſis *Sub Reuerendiſs. in Chriſto Patre & domino, D. Adolpho, Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Electore, Vueſtphaliæ & Angariæ Duce, Legatóque nato celebrati. Anno D. Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono.*

PARISIIS

Apud Ioannem Foucherium, ſub ſcuto Florentiæ, via ad D. Iacobum.

1550.

8. 19. T. 48

HERMANVS DEI GRATIA SANctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperij per Italiā Archicancellarius, princeps Elector, Vveſtualiæ & Angariæ dux, ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis Legatus natus, ac adminiſtrator eccleſiæ Paderbonē. &c. vniuerſo clero ac populo prouinciæ noſtræ Colonienſis, ſalutem in domino ſempiternam.

INTER innumera huius calumnioſæ tempeſtatis aduerſa, quibus iuſto Dei iudicio premimur, nihil ita ex eo potiſsimum tempore, quo nos Deus Opt. Max. licet indignos ad miniſterij epiſcopalis functionem vocare dignatus eſt, animum noſtrum torſit, quam quod videmus eccleſiæ nauiculam, velut indormiente ipſo nauclero Chriſto Ieſu, in medijs conſtitutam fluctibus turbulentiſsimarum procellarum impetu, iam nimium diu ſummo cum rei Chriſtianæ periculo iactari, nec interim in tanta rerum deſperatione laborantibus, vllum alicunde ſalutis portum in quem ſe tutò recipiat, Chriſti nauis, vel de lōginquo adfulgere. Nā quòd aliquot adhinc annis pleraque remedia tentata ſint, id nos diſcruciat magis, quum animaduertimus hactenus penè nihil actum, ſed omnino fruſtrà laboratum eſſe. Et quis, quæſo, tam ſtupidus eſt, qui non ſentiat omnem conatum noſtrum idcirco irritum atque inanem fuiſſe? quòd hucuſque nec ſyncera in Deū fide, nec vnanimi voto indormiſcentem dominum ardentibus precibus inclamauerimus; ſed incredulitate torpentes, ac corruptiſsimis animorum affectibus ſtudia in contraria currentes, non reſpexerimus toto corde in eum, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Neque enim ille vel immemor eſt promiſsi, vel manus eius abbreuiata, vt ſaluare non poſsit qui non derelinquit omnes ſperantes in ſe, ſed iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & illum: atque vtinam iam tandem reſipiſcentes, ſtudeamus, repurgatis per Dei miſericordiam mentibus noſtris, vel tantillam fidem à domino impetrare quantula Apoſtoli prædicti erant, quum in mari intumeſcenti comprehenſi, dominum pariter acceſſerunt, atque in ceruicali reclinantem ſuſcitarunt, inclamantes: Domine, ſalua nos, perimus. Quæ vt tum non ſatis integra fuerit, quòd viciſsim audirent: Quid timidi eſtis modicæ fidei? tanta tamen fuiſſe perhibetur, vt Ieſus ille ſeruator excitatus ac ſurgens, imperaret ventis & mari, adeò vt ſtatim ſubſecuta ſit tranquillitas magna. Quam inferior ergo illa, licet modica, vnanimi tamen diſcipulorum fide, noſtra erga Deum fiducia hactenus fuerit, quàm indignos gratia Dei præ Apoſtolis, quanquam adhuc rudi-

bus, nos hucuſque præſtiterimus, res ipſa actionúmque noſtrarũ euentus ſatis ſuperque declarant. Quid enim tot comitiis, tot conuentibus, tot denique cùm priuatis tum publicis conſultationibus ſuper componendis hiſce fluctibus, non ſemel habitis, aliud effectum eſt, quàm quòd tempeſtas facta eſt concitatior? Tandem ad vniuerſale Cõcilium, vti ad vltimum aſylum reſpeximus omnes, quod in primis inuictiſſimus perinde ac pientiſſimus eccleſiæ pugil, Karolus, eius nominis quintus, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, authoritate apoſtolica indici, magna cum inſtantia poſtulauit, beatiſſimus ſubinde Pontifex pientiſſimæ poſtulationi aſſentiens, futurum promiſit, totus denique orbis ingenti cum deſiderio hactenus expectauit. Sed vt non leuis momenti res eſt generalem eccleſiæ Synodum conuenire: ita permulta ſunt, quæ omnis diſsidij, parente diabolo procurante, ſubinde ſuboriuntur impedimenta, quibus etſi non omnino ſpes indicendi cogendíque Concilij adimatur, tamen res omnium maximè neceſſaria, in longum ſaltem protrahitur. Nos igitur rationem officij epiſcopalis nobis concrediti ſollicitè animo verſantes, quàquam maluiſſemus rebus labentibus, publico atque adeo totius orbis Chriſtiani auxilio ſuccurri, quàm priuatim in prouincia noſtra de neceſſario remedio diſpicere: In tam longa tamen expectatione, dilationéque ſperatæ opis, nullam excuſationem inuenimus, diutius in officio noſtro ceſſandi, maximè quod hæreſum ac ſchiſmatum peſtilentiſſimis exitialibúſque flatibus prouinciam noſtrã vndecunque, ídque agminatim impetentibus, ſcelerũ quoque ac morum longè corruptiſſimorum lue ac fluctibus, magis ac magis inundantibus, omnem dehinc moram extremi plenam periculi iudicemus. Proinde & diuina voce commoniti, & ſacrorum Canonum iuſſu cohortati, prouinciale Concilium in ciuitate noſtra Colonia Agrippina, Deo authore, celebrandum indiximus. In quo cum nobiſcum reuerendorum Suffraganeorũ noſtrorum, Leodien. Epiſcopi ac Monaſterien. & Oſnaburgen confirmati, adminiſtratoriſque Mindenſis eccleſiarum legati (Traiecten. interim Epiſcopi procuratoribus, quo minus ad nos ſe reciperent, inter eundum per obuios milites, quemadmodum ipſorum literæ excuſatoriæ continebant, prohibitis) ſimul & cum venerabili clero noſtro, in Dei nomine conuenerint, ipſiúſque Dei ac eccleſiæ cauſam (quantum is, à quo omne datum optimũ ac omne donum perfectum deſcendit, pater luminum conceſſit) diligenter pertractarint. Tandem diſcuſſis omnibus, quæ repurganda videbantur, reformationẽ quam omni ope molimur & exanimo optamus, in Canones quoſdam diuinæ legi ac patrum ſanctionibus conſentaneos contraximus, quos viſitatione diœceſeos noſtræ effectui mancipare (quoad eius fieri poteſt) Deo adiutore adnitemur, vt habeat prouincia noſtra, donec generale illud indicatur Concilium, aliquantulam ſaltem opem, qua ſe aduerſus ingruentes ac inundantes diſſidiorum fluctus ac ſcelerum luem, ſeruet ac tueatur. Omnia tamen, quæ hoc libello continentur iudicio SS. Apoſtolicæ ſedis, quam merito veneramur, ſubmittentes.

✱ ij

INDEX TITVLORVM PRINCIPALIVM AC CAPITVLORVM CONCILij prouincialis Colonienſis, quæ ſub illis ad Chriſtianæ pietatis augmentum comprehenduntur.

Folio 1.

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Epiſcopi poſt verbi prædicationem, conſiſtit potiſſimum in impoſitione manuum, & viſitatione Eccleſiarum.

De impoſitione manuum quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum. Caput 1.

Ad certum titulum eccleſiæ miniſtros canonicè deligendos ordinandóſque. 2

Manū nemini cito imponēdā. 3

Humani adfectus & vænalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. 4

Beneficia eccleſiaſtica, priuſquā vacent, nemini promittenda. 5

Dignis tantū beneficia eſſe conferenda. 6

Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. 7

In eligendo, ætas, moreſq;, literatura, & ſacer ordo ſpectanda. 8

Electionē ſynceram eſſe oportere. 9

In cōfirmatione electionis, quæ expendenda. 10

Per patronos idoneos præſentari oportere. 11

Quid incūbat archidiaconis. 12

Aliquot abuſus Officialium inter viſitandum corrigendi. 13

Omnes qui de beneficiis diſponunt, ſui officij admonendi. 14

Moderatio patronos laicos reſpiciens. 15

De officio vicariorum in pontificalibus. 16

Quid epiſcopis potiſſimum curandum ſit. 17

De ætate ordinandorum. 18

Teſtimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. 19

De eruditione ordinandorū inquirendum. 20

Videndum quo affectu ad ordines accedatur. 21

Quanto tēporis ſpatio, ante maiorum ordinum receptionem, initiandi ſe præſentare debeāt. Item & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. 22

Quale teſtimoniū adferēdū. 23

Die mercurij proxima ante ſuſceptionem ordinū, examinandi qui initientur ſacris. 24

Neminem examinatione immunem eſſe oportere. 25

Cuius admonēdi ſint pridie ordinationis die, initiandi ſacris. 26

In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. 27

Ab initiādis nihil exigendū. 28

Literę

Literæ dimiſſoriæ nulli temerè concedendæ. 29
Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. 30
Peregrini clerici quomodo admittendi. 31
Odioſa beneficiorum pluralitas in vna eadémque perſona. 32
Diſpenſationes inſpiciendæ, vt occurratur abuſibus. 33
In reſignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. 34
Præſtat paucos eſſe bonos quàm multos inutiles ſacerdotes. 35
De viſitatiõe vlt. loco dicẽdũ. 36
Folio 7.

DE officio priuato ac publico, vitáque ac moribus Clericorum generatim. Caput 1
Vnde clerici appellatio deriuata. 2
Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. 3
Duplex clericorũ miniſteriũ. 4
Biblia à clericorũ manibus nunquam deponenda. 5
De horariis precibus ĩ dies perlegendis, & reformandis breuiariis. 6
Pro cuiuſlibet affectu, non facilè nouandum quod in eccleſiaſtico officio agitur. 7
Quo affectu horarias preces pſoluere oporteat. 8
Summa deuotione Miſſę ſacrum celebrari oportere. 9
Arguuntur, qui polluta méte altare domini accedunt. 10
Reuidẽda miſſalia ac breuiaria. 11
Quæ omitti aut decurtari, vel organorum vel cantorum concentu haud debeant. 12
Quemadmodum miſſa leg. 13
Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. 14
Organorum melodia quemadmodum temperanda. 15
Singulis dominicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicenda. 16
Confeſſio Miſſæ præambulum, deuote recitanda. 17
Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat. 18
Omnis cultus diuinus ſumma cũ veneratione peragendus. 19
De vita ac moribus clericorũ. 20
Ob quã cauſam clerici male audiant ac puniantur. 21
Præcipuæ cauſæ oĩs mali tres. 22
Ambitionem ac faſtum clericali officio maximè repugnare. 23
Oĩs luxus clerico interdict⁹. 24.
Clerico non licere vel cauponẽ agere, vel tabernas, niſi neceſſitatis cauſa intrare. 25
Habitus, ſeu exterioris corporis cultus modeſtia, à clericis exigitur. 26
Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe venditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. 27
Suſpecta mulierum cohabitatio clericis interdicta. 28
Auaritia ĩ clerico execrabilis. 29
Honeſto artificiolo victum quęrere clerico licet. 30
Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores. 31

Damnātur clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac leuiculi. 32

Folio 13.

DE metropolitanis, cathedralibus & collegiatis eccleſiis, & in his miniſtrantibus. Cap. 1.

De officio Decanorum. 2

De officiis in eiuſcemodi eccleſiis miniſtrantium. 3

De canonicorū vita & officio. 4

Quemadmodum preces horariæ aliæque diuinæ laudes decantandæ. 5

Inter ſacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei aut eccleſię oculos offendat. 6

Decani templi ſummi poteſtas in præuaricatores. 7

Quem oporteat eſſe veſtitū miniſtrantium in hiſce eccleſiis. 8

Decani vndiquaque aduigilabunt. 9

Ante omnia vero, vt Canonici ſacris adſint. 10

Vicarij, vt diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. 11

Ad perſonalem reſidentiam cogendi quibus hęc per fundationes beneficiorum eſt impoſita. 12

Lucri tantum cauſa ſacris adeſſe non oportere. 13

Capitula diſciplinę qualiter obſeruanda. 14

Officium Decani in rebelles. 15

Contentioſi ad pacem & cōcordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. 16

Pœna aduerſus cōtentioſos pertinaces 17

Quo tempore Capitulorū quotidianorum conuentus obſeruandi. 18

Volumina ſtatutorū reuidēda. 19

In Capitulis à iurament. facili exactione temperandum. 20

Inter viſitandum de moderandis annis (qui expectantiæ appellantur) videndum. 21

Non oportere à Canonico recens admiſſo, pecuniam ſtatutariam duplicatam ob anteceſſorem exigi. 22

Communi neceſſitati Eccleſiæ, communi contributione conſulendum. 23

Tribunalia extra templa collocanda. 24

Optandum vt deambulationes in hiſce eccleſiis prohiberi poſſint. 25

Theatrales ludos non inferendos templis. 26

Cuiuſdā abuſus abrogatio. 27

Proceſſionum Collegiatarum eccleſiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. 28

De proceſſionibus non abrogatis. 29

Quomodo ad anniuerſaria epiſcoporum in maiori eccleſia conueniendum ſit. 30

Minora miniſteria idoneis committenda ac decenter peragenda. 31

Folio 19.

DE parochis ac eorum Vicariis, aliiſque verbi miniſtris Caput 1.

Qui admittendi. 2

Orandus Deus, vt mittat operarios

rios in meſſem ſuam. 3.
Vnde dignoſcere oporteat pſeudoeccleſiaſtas. 4.
Soli authoritate ordinaria comprobati, ad verbi miniſterium admittendi. 5.
Qui ſunt legitimi parochi, & illorum vicarij, modo tamen hi examinati prius, & admiſſi ſint. 6.
Fratres mendicantes quatenus admittendi. 7.
Quam modeſtiam fratres mendicātes in verbi prædicatione ſeruare oporteat. 8.
Non ferendi, qui in iuriſdictiones & poteſtates temerè ad plebē inuehuntur. 9.
Abuſus eſt, qui parocho ſuo officio interdicit. 10.
Fratres mendicantes his ſynodalibus conſtitutionibus erunt parentes. 11.
Decet quoq;, vt fratres eatenus ordinariæ poteſtati ſubijciant. 12
De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſis non temerè retrahendis. 13.
Qui nulla legitima authoritate innixi, ſe verbi miniſterio ingerūt, vti ſeditioſi comprimendi. 14.
Prohibentur omnes apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. 15.
De Terminariis quatenus admittendi. 16.
Priuilegiis fratrum nihil derogatur. 17.
Monachorum eccleſiæ per ſeculares (vt vocant) presbyteros gubernandæ. 18.

Folio 22.

DE vita ac moribus parochorum. Cap. 1.
Vita vt doctrinæ in parocho conueniat, neceſſarium. 2
Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. 3.
Vitanda parocho in primis auaritia. 4.
Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. 5.
Parocho luxus omnino cauēdus. 6
Pudicitia ſeruanda parocho. 7.
Quæ fugienda & quæ ſectanda parocho. 8.

Folio 23.

DE diſſeminatione verbi. ca. 1.
Quid parocho meditandū. 2
Fidelitas in primis in parocho requiritur. 3.
Quis ſit fidelis verbi diſpēſator. 4
Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. 5.
Sūma euāgelicę prædicatiōis. 6.
Parocho cautiſſima ſolicitudine in prædicatione verbi vtendum. 7
Quemadmodum ſermo temperandus. 8.
Quid cauendū inter concionandum. 9.
Nihil aut fabuloſum, aut ſuſpectum adferendum. 10.
Loquacitas vitanda. 11.
Quemadmodum parochum aduerſus hæreticos pugnare oportet. 12.
A ſcommatis & conuiuiis abſtinendum. 13.
In cōtētioſis dogmatibus, quomodo docēdus populus ſapere. 14

Qualem oportet eſſe parochũ in reprehendendis criminibus. 15.
Manifeſta reprehenſio vtriuſq; poteſtatis vitanda. 16.
Quomodo corripiẽdi magiſtratus. 17.
Admonendus populus, vt oret pro magiſtratibus. 18.
Notantur qui ſecus docent. 19.
Summa doctrinæ Chriſtianę in Enchiridion contrahenda. 20.
Enchiridion quæ docebit. 21.
Ordo concionãdi, quem ſimpliciores ſequentur. 22.
Sanctorũ hiſtoriæ quatenus attingendæ. 23.
Allegoriæ quomodo explicandæ. 24.
Quomodo finienda concio. 25.
Quid recitãdum finita concione. 26.
Quomodo, finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis. 27.

Folio 28.

DE adminiſtratione ſacramẽtorum. Cap. 1.
Inſtruẽdus populus, quid agatur in cuiuſlibet ſacramenti exhibitione. 2.
Quid agatur in baptiſmo. 3.
Cuius ſint admonẽdi ſuſceptores infantis. 4.
Populus docendus, quid velint externa ſigna. 5.
Quomodo accedendum ad baptiſmum. 6.
Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus. 7.
In confirmationis exhibitione quid docendum. 8.
Quomodo ad ſacramentum cõfirmationis accedendum. 9.
Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. 10.
De moderãdis donariis, quæ ſuſceptores infantibus donant. 11.
Docẽdus populus de ſignis externis. 12.
De ſacroſancta Euchariſtia. 13.
Quid docendus populus in huius ſacramenti miniſtratione. 14.
Quibus perſuaſum eſt vtranque ſpeciem, laicum participare oportere, quomodo docendi. 15.
De veneratione ſacroſanctę Euchariſtiæ. 16.
Quomodo tantum miraculum in hoc ſacramẽto fiat, populus docendus. 17.
Quomodo admonenda plebs ad ſumendã Euchariſtiã accedẽs. 18.
Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. 19.
Quatenus alteri quàm ſuo parocho confeſſus, ad Euchariſtiam admittendus. 20.
Intra annum ſaltem ſemel communicandum. 21.
Quorum admoneri populus hoc ſacramentũ participaturus maximè debeat. 22.
Docendus quoque, cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & vini inſtitutum ſit. 23.
Quomodo ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendam Miſſam ſe præparabit. 24.
Docendus populus generatim quid agatur in Miſſa. 25.

Corri-

Corripiẽdus abuſus eorum, qui ante finitiam Miſſam irreuerenter diſcedunt. 26.
Docendus populus, quale Miſſa ſacrificium. 27.
Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando, & cum qua admonitione celebrandæ. 28.
Qui ad exequias euocandi. 29.
De pœnitentiæ partibus. 30.
Prima pœnitẽtiæ pars cõtritio, in ſuggeſto ſẽper pertractãda. 31.
Neminem nõ ad pœnitentiam inuitari. 32.
Presbyter qui à confeſſionibus eſt, qualis eſſe debeat. 33.
Quid confitentem docebit preſbyter confeſſarius. 34.
Remedium pro ratione morbi adhibendum. 35.
Nimis anxij quomodo trãquillandi. 36.
Moderatio ĩ caſib⁹ reſeruatis. 37
Publicæ pœnitentiæ vſus in eccleſiam reuocandus. 38.
Recitata confeſſione, quid agendum per parochum. 39.
In matrimonij ſacramẽto quid agatur. 40.
Quemadmodũ monendi ſunt, qui matrimonium cõtrahere affectant. 41.
Matrimoniũ tria complecti. 42
Pium votum & inclandeſtinè contrahentes cenſura. 43.
Coniunctio coniugum in facie eccleſiæ peragenda. 44.
Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio nõ coniungendos. 45.
In gradibus cõſanguinitatis & affinitatis concilium generale obſeruandum. 46.
Ludicra tollenda. 47.
De ſacro ordine dictum eſſe prius. 48.
Cur adhibeaĩ extrema vnctio. 49.
Quomodo impendenda vnctio extrema. 50.
A ſepultura nemo ĩn cõmunione diſcedens, repellendus. 51.
Quã admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. 52.

Folio 37.

De victu parochorũ. Cap. I.
Parochis victus neceſſarius ſuppeditandus. 2.
Vicecuratos quos vocant, ex prouentibus eccleſiæ congruã ſuſtentationem recepturos. 3.
Qui eccleſias vnitas habent, vicariis perpetuis portionem congruam aſſignare oportere. 4.
Vbi reditus nõ ſuffecerint, quid agendum. 5.
Denarius conſuetus, ſed duplicatus, pendendus. 6.
Laudabilem conſuetudinem Agrippinę Coloniæ per hæc nõ abrogari. 7.

Folio 38.

De cõſtitutionib⁹ ac cõſuetudinibus eccleſiaſticis. Cap. I
Ieiunia ab eccleſia indicta, reuerenter obſeruanda. 2.
Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. 3.
Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. 4.
Quid in ieiunio potiſſimũ ſpe-

ſtandum. 5.
Redarguuntur qui quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. 6.
Letaniæ & rogationes cur inſtitutæ: & quomodo populus admonendus ſit. 7.
Proceſſiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. 8.
Admonendus populus, cur feriæ inſtitutæ. 9.
In feriis ſoli Deo vacãdum. 10.
Dies dedicationis tẽpli extra Coloniã, vno die vbiq; celebrãdus, & quomodo ſit admonẽd' popul'. 11
Cur templa & altaria cõſecrentur. 12.
Populus docendus, quid agatur & ſignificetur in cõſecratione tẽplorum & altarium. 13.
Cur benedicantur campanę. 14.
Docendus populus, vt ſignatis potius quàm ſignis inhæreat. 15.
Quicquid in cęremonis ad abuſum ſpectat, cautè ac diligenter cauendum. 16.
Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. 17.
Quæ pollutio recõciliationem requirat. 18.
Quorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. 19.
Immunitatem eccleſiaſticam in duobus potiſſimum ſitam eſſe. 20.
Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. 21.

Folio 42.

De vita ac conuerſatione monaſtica. Cap. 1.
Neminem monachiſmi profeſſione temere alligandum. 2.
Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. 3.
Quo affectu monaſtica vita amplectenda. 4.
In monaſteriis habẽdus, qui doceat legem domini. 5.
Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. 6.
Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. 7.
Moniales non eſſe alligandas, vt nulli quàm ſuo (vt vocãt) patri aut præpoſito confiteantur. 8.
Mutatam eſſe paulatim faciem monaſteriorum, ac vſurpatum hoſpitij ius ſimul cum acceſſu moderandum. 9.
Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. 10.
Sumptuoſi monialium præpoſiti abrogandi, & frugales œconomi conſtituendi. 11.
In monaſteriis monialium victum ac menſam communem eſſe oportere. 12.
De Præpoſitis ſolitariè commorantibus. 13.
Viſitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Ioannis Baptiſtæ, & Antonitarum. 14.
De vita & conuerſatione monachorum. 15.
Monachorum ſtudia atque exercitationes quales eſſe oporteat. 16.
Monachos vagos ſub cuſtodiã reuocandos. 17.
Literas priuatas monacho, aut monachæ, iniuſſu Abbatis reſignare

re non licere. 18.

Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. 19.

Folio 45.

DE hoſpitalib.& orphanatrophiis,aliiſque id genus piis locis. Cap.1.

In hoſpitalibus in primis animæ curandæ,deinde corpus. 2.

In hoſpitalia qui recipiendi.3.

In hoſpitalia pauperes ci⁹ loci, vbi cõſtituta ſunt,potiſſimũ recipiendos,maximè cõtagioſis morbis implicitos. 4.

Mendicatibus validis hoſpitalia clauſa,& mendicitatem interdictam eſſe oportere. 5.

Magiſtrorum hoſpitalium prauí adtectus damnantur. 6.

Quàm grauiter peccent,qui ex pauperum victu ſe ditant. 7.

Folio 46.

DE ſcholis,typographis,ac bibliopolis. Cap.1.

Scholæ inter vitandum repurgandæ,ac inſtituendæ. 2.

Apud ſingulas eccleſias habendus vir eruditus, qui clericos eius eccleſiæ inſtituat. 3.

Qui huic viro victum ſuppeditabunt. 4.

Quemadmodũ Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. 5.

Piũ votũ ad ſtudia ſubleuãda.6.

DecretalẽHonorij tertij,quoad eius fieri poteſt,renouari ęquum eſſe. 7.

Quid curandũ in Academiis 8.

Nihil imprimendũ aut vendendum,niſi reuiſum prius. 6.

Filio 48.

DE iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. Cap.1.

Excommunicationis origo & præcipuus vſus. 2.

Quur paſſim in omnes inobedientes excommunicationis cenſura diſtringi cœperit. 3.

Vſum excõmunicationis in publicè criminoſos in lucem reuocãdum. 4.

Quid cauendum in decernenda excommunicationis cenſura. 5.

Excommunicatos vitandos. 6.

Non paſſim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. 7.

Manifeſtè criminoſi pro quæſtu nequaquam ferendi. 8.

Clerici grauiſſimorum criminum rei,ſecundum canonicas ſanctiones puniendi. 9.

De teſtamentis inſinuandis, approbandis ac exequendis. 10

Bona presbyteri ab ĩteſtato defuncti ĩ piã cauſam cõuertẽda.11.

Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur,minime grauis. 12.

Iuramentorũ facilis exactio in iudiciis refrenanda. 13.

Formula inquirendi hæreticos deliniãda. 14.

Filio 50.

DE viſitatione ac ſynodis archiepiſcopalibus archidiaconalibuſque. cap.1

Quo ordine viſitatio ĩſtituẽda.2

Quę vbiq; corrigere oporteat.3

In primis reformandos eſſe Decanos. 4.

Inquietos, & prælatis rebellos

corripiendos. 5.
In monaſteriis quomodo abuſus percipiendus. c 6.
In viſitatione Paro hiarū quid agendum. 7.
Habéda cōcio per Viſitatores 8.
Interrogādus Parochus, quotitulo miniſterium gerat. 9.
De vita, moribus, & doctrina inquirendus. 10.
De habitu, tonſura, ac reliquis externis videndum. 11.
Num hæreſis quæpiā ſerpat diligenter inueſtigandum. 12.
Num agātur alia, quæ cum Dei & eccleſiæ inſtitutis pugnent, diſpiciendum. 13.
De puerorū inſtitutione, & hoſpitalium cura quærendum 14.
Vitia quibus aſſueuerint Parochiani, acriter corrigenda ac reſecanda. 15.
De officio Parochi inquirendum. 16.
Synodus epiſcopalis anno bis habenda. 17.
Quid agendum in ſynodo epiſcopali. 18.
De ſynodis Archidiaconalibus ac ruralibus. 19.
Officiales archidiaconorum, & decanos rurales, viros graues eſſe oportere. 20.
Synodi archidiaconales antiquitatē quandam præ ſe ferunt. 21.
Abuſus in ſynodorum Archidiaconalium ac ruralium obſeruatione. 22.
Inter viſitandum abuſus corrigendi. 23.
Procurationē ſuo officio rectè fungentibus pēdi, æquū eſſe. 24.

CAPITA REFORMATIONIS PER D. LAVRENTIVM IN

Comitiis Ratiſponen. editæ.

QVòd nemini prædicare liceat, niſi per epiſcopum admiſſo, cuius eſt verbo Dei ſeminādo eos adhibere, quos probauerit eſſe doctos, modeſtos, ac pios viros. Caput. 1.
Quòd clerici morum integritatem, clericali quoque habitu, ac tōſura ornare debeant. cap. 2.
Vitādæ clericis tabernæ, ſcenæ, ludi, omniſque leuitas. cap. 3.
Interdicitur clericis cauponaria ac mercatio. cap. 4.
Vt Parochi oblationibus ac iuribus ſuis cōtēti, ſubditis nihil ſuperflui oneris imponant. cap. 5.
Vt Parochi pro neceſſaria ſacramentorum adminiſtratione, quod de conſuetudine voluntariè offertur recipiant, nihil verò extorqueant. cap. 6.
Conſuetudo per quam plus iuſto onerantur ſubditi, authoritate epiſcoporum vel magiſtratus moderanda. cap. 7.
Quòd oporteat clericos eſſe tēperantes, & nō miſcere cū laicis cōuiuia ne funeralia quidem, aut fraternitatem. cap. 8.
Parochis daſ poteſtas occultos pecca-

peccatores gratis abſoluendi, præter hæreticos, homicidas & excommunicatos, qui cũ publicis peccatoribus remittẽdi ſunt ad eos quibus abſolutio reſeruãda eſt. cap 9.

Ne prælati animarũ indignis & ſub vili ſtipendio locent. cap. 10.

Gaudere nõ debẽt clerici de eccleſiaſticis beneficiis, quorũ prædia & domos nõ reſtaurãt. cap 11.

Nõ debent animarũ curæ præfici religioſi, ſed ad regulæ (quam profeſsi ſunt) obſeruantiam compelli. cap. 12.

Licebit pauperi conuentui cuilibet ſuę eccleſię, diuiti tantũ cohęrenti pręficere religioſum probatũ prius, & admiſſum per epiſcopum, ſed ne ad ſacros quidem ordines alij quàm tales promoueri debent. cap. 13.

Extra diœceſim ordinati, ſine ordinari authoritate ac literis teſtimonialibus, ad diuina non admittantur cap. 14.

Sacerdotes in libidinẽ effuſos, & nephario cõcubinatu pollutos, pœnis ac cenſuris eccleſiaſticis coercendos. cap. 15.

Stationarios qui eleemoſynam pacti ſunt, ꝓhibendos: qui verò integra fide colligũt, nõ admittẽdos niſi ſub teſtimonio ordinarij. 16.

Vagos ſacerdotes nõ tolerandos vltra mẽſem, niſi cũ teſtimonio ordinarij vnde diſceſſerũt eiúsq; cuius diœceſim ĩtrarũt admiſsione. 17

Seruandas in ærario templi pecunias templo dedicatas, nec erogari debent niſi accedente ad voluntatem præfactorum ærarij, Rectoris quoque conſenſu. cap. 18.

Epiſcopi debent ſuis vicariis (ꝙ & ipſi epiſcopi ſunt) ita prouidere, ne cogantur cõtra epiſcopalem dignitatẽ quæſtui ſeruire. cap. 19.

Rediguntur dies feſti in numerum, cæteri ita abrogantur, vt nihilominus peragantur diuina. 20.

Quibus diebus interdicta ſit nuptiarũ celebritas, & quatenus ieiuniũ plebi ſit imponẽdum. cap. 21.

Quòd cędes clerici authores tã tũ diuinis excludere debeat. 22.

Quòd epiſcopi non debeãt clericorum bonis inhiare, qui legitimos hæredes aut ſucceſſores relinquunt. cap. 23.

Quòd ſecularis poteſtas capere poſsit apoſtatas, debet tamẽ ordinarios tradere, cuius erit in ipſos animaduertere. Quódque non liceat epiſcopis pẽſionem, aut abſentiarũ decimas extorquere. cap. 24.

Quòd nõ liceat epiſcopis beneficiorũ fructus immodice ac auare clericis ſurripere. cap. 25.

Archiepiſcopi debẽt prouinciałem ſynodum omni triennio conuocare. cap. 26.

Qui recuſat altari ſeruire, nõ debet de altari viuere. cap. 27.

Qui ſacramentorũ cõmunionẽ in totũ neglexerint, ſepultura debent aſinorum ſepeliri. cap. 28.

Non cõmittendũ vt relinquatur impunita blaſphemia. cap. 29.

Seruãda quæ aduerſus ſimoniacos ſacri canones decernũt. ca. 30.

Diuinatores, hæreticos, & fidei

diſaceratores non modo vitandos ac reſcindédos, ſed ſeuera quoque animaduerſione plectẽdos. cap.31.
Vt ſacerdotes oportet ſacras literas aſſiduè diſcere, ita laicorum eſt non temerè de illis diſceptare ac iudicare. cap.32.
Decet epiſcopos in ſuos vicarios eſſe liberales, prælatóſque omnes eleemoſynarios. cap.33.
Veterum decreta ſanctionéſque pulchrum eſt obſeruare. cap.34.
Epiſcopi in ſynodo quomodo de more veterum ſingulis annis oporret celebrare, debet has conſtitutiones publicare, & ſubditos ad earum obſeruantiam compellere. cap.35

INDEX RVBRICARVM STATVTORVM SYNODALium Epiſcopi Hildeſemenſis.

Folio 60.

De ſumma Trinitate & fide catholica. Caput 1.
De officio archipresbyteri. cap.2.
De renũtiationib⁹ bñficiorũ.3.
De tẽporibus ordinationũ.c.4.
De filiis presbyterorum. cap.5.
De clericis peregrinis. cap.6.
De maioritate & obedientia. 7
De iudiciis. cap.8
De foro competenti. cap.9
De alienatione iudicij mutandi cauſa facta & ceſſionibus. cap.10
De probationibus. cap.11
De fide inſtrumentorum ac notariorum. cap.12
De ſententia & re iudicata. ca.13
De vita & honeſtate clericorũ. cap.14.
De cohabitatione clericorum & mulierum. cap 15
De clericis nõ reſidẽtibus.ca.16
De præbendis. cap.17
De portione congrua ſeu competentia. cap.18
De inſtitutione. cap.19
De rebus Eccleſiæ non alienandis. cap.20
De teſtamentis & vltimis voluntatibus. cap.21
De parochis & parochianis. c.22
De fructibus defunctorum plebanorum ſeu rectorum eccleſiarũ parochialium, Vicariorum, altariſtarum, & aliarum perſonarũ eccleſiaſticarum ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. & qualiter inter defunctum & ſucceſſorem diuidi debeant. cap.23
De bladis & frumentis. cap.24
De fœno. cap.25
De fructibus arborum. cap.26
De cẽſib.& aliis prouentib. 27
De rata ſolutiõis ĩpoſitionũ.28
De regularibus. cap.29
De monialibus. cap.30
De magiſtris ſcholaſticis. ca.31
De cuſtodia Euchariſtię & reuerentia ſacramentorum. cap.32
De baptiſmo. cap.33
De eccleſiarum procuratio.cap.34.
De celebratione miſſarũ & ho-

arrum

rarũ canonicarũ perſolutione, Et de concionatoribus. cap.35.
Quomodo diuinum officium ſit celebrandum. cap.36.
Quo tépore quiſque debeat eſſe in choro. cap.37.
Qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ ſint. cap.38.
De his qui tempore diuinorum vagantur per eccleſiam. cap.39
De tabula pédente in choro.40.
De tenentibus capitula tempore miſſæ. cap.41.
De ſpõſalib⁹ & matrimoniis.42
De Iudæis. cap.43.
De adulteris. cap.44
De raptoribus. cap.45.
De vſuris. cap.46.
De pœnis & occaſione interdicti. cap.47.
De pœnitẽtiis & remiſsionibus. cap.48.
De ſententia excommunicationis. cap.49.
Caſus epiſcopi ſpecialiter reſeruati. cap.50.

TABVLA FORMVLAE VIVENDI CANONICORVM SECVLARIVM.

Folio 83.
De quinque horribilibus exemplis contra eos qui vitam ſuam emendare volentes, ſtatim cum cõpunctionis ſpiritũ ſentiũt, ſe perfectos eſſe arbitrãtur, & in modo viuendi eligendo ſanis conſiliis non vtuntur, ſed iuxta motum capitis ſui ambulant. cap.1.
De mala libertate canonicorum ſecularium. cap.2.
Quid ſit ſecũdũ carnẽ viuere.3.
Cum quibus cõuerſare debet canonicus ſecularis. cap.4.
Qui non vult regi & dirigi non eſt canonicus. cap.5.
Quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem ſuam dirigere ad dominum Deum. cap.6.
Quilibet canonicus aut vicarius debet aduertere, quibus & qualibus debitor ſit iuxta vocationem ſuam, & hoc ad quod tenetur, debet opere adimplere. cap.7.
Valde multa ad hoc requirũtur, quod aliquis rite officium diuinũ perſoluat, & quod aliquis dignus habeatur diuinis intereſſe. cap.8.
Si aliqua de antiquis obſeruantiis eccleſiæ ſunt collapſa, poteſt canonicus laborare pro reformatione eorum, vel in domo propria ſupplere illa per alia exercitia ſpiritualia. cap.9.
De regula canonicorum ſecularium, quæ in quibuſdam eccleſiis habetur. cap.10.
Qui hanc formulã ſtudioſe ſeruauerint, etiã in ſeculo manẽtes religioſam vitã ducere poſſunt. c.11.
Canonicis & vicariis bonæ voluntatis malitia huius tẽporis ob eſſe nõ poteſt, faciãt melius quod poſſunt, & ſolicite ambulent Deo

ſuo,& ſalui erunt. cap.12.
De debita exterioris hominis cõpoſitione tam in loquendo quàm comedendo. cap.13.
De ſobria mẽſa & cibis ſimplicibus mediocribúſque. cap.14.
De ieiuniis temperatis .cap.15.
De habitu. cap.16.
De loquutione. cap.17.
Mediũ ſemper eſt tenendũ. 18.
De reformatione interioris hominis. cap.19.
De bello legis Dei contra legem diaboli in vno homine. cap.20.
De triplici cõcupiſcẽtia.cap.21
De elõgatione ab occaſionibus concupiſcentiarum. cap.22
De duplici remedio contra peccatum. cap.23.
Quòd homo regulã viuẽdi ſibi eligat iuxta ſuæ naturæ & ſui ſtatus congruentiam. cap.24.
Quòd homo ſuam doctrinã ad practicam ponat. cap.25.
De dilectione Dei & ꝓximi.26
De confeſſione. cap.27.
De propoſito obſeruãdi formã viuendi conceptam. cap.28
Qua hora ſurgẽdum ſit.cap.29
De horis beatæ virginis.cap.30
De pulſu ad matutinas. cap.31.
Quomodo homo ſe habere debeat in ingreſſu eccleſiæ & chori. cap.32.
De diſtractione mentis.cap.33.
De Prima. cap.34.
Quomodo canonicus in capitulo ſe habere debeat. cap.35.
De præparatione ad Miſſam.36.
De Tertia, Sexta, & Nona.c.37.
De ſobrietate prandij,& benedictione menſæ. cap.38.
De modo in comedẽdo.cap.39.
De lectione in menſa. cap.40.
De conuiuiis. cap.41.
De aliqua abſtinẽtia à carnibus, ouis,& lacticiniis. cap.42.
De gratiis facto prandio dicendis, & de dolendo propter exceſſum in cibo vel potu. cap.44.
Quid faciendum ſit poſt dormitionem, vel ſpationem vſque ad veſperas. cap.45.
De cœna. cap.46.
De collatione quãdo ieiunatur. cap.47.
Quòd ſobria ſit cœna. cap.48.
Quòd quidam poſt cœnam non loquuntur. cap.49.
Non eſt inconueniens poſt cœnã cum familia honeſtè recreari. cap.50.
Antequam ad lectum ſe ponat homo, colligat quomodo diem expenderit,& de negligentiis veniã petat donec obdormiat. cap.51.
Iacens in lecto, aliquid boni cogitet. cap.52.
De perſeuerãtia in bono.cap.53
Vitãdæ ſunt occaſiones recidiuandi cap.54.
De tentationibus. cap 55.
Cũ anima fugere incipit ad Ieſum, ſtatim iraſci & ſæuire incipit inimicus. cap.56.
Adhuc de tẽtationibus.cap.57
De fraterna correctione & emendatione per bona exempla,& bonas exhortationes. cap.58.

FINIS.

Hermanus Dei gratia

SANCTAE COLLONIENSIS

eccleſiæ Archiepiſcopus, princeps Elector, Vveſtualiæ & Angariæ dux, ac adminiſtrator Eccleſiæ Paderbonem. &c. Omnibus ac ſingulis Parochis, aliiſque diuini verbi miniſtris, per noſtras Ciuitates ac diœceſes conſtitutis, Salutẽ in Domino ſempiternam.

ENCHIRIDION DOCTRINAE Chriſtianæ, quod vobis in concilio noſtro prouinciali nuper polliciti ſumus, præter inſtitutum noſtrum in iuſtum exiit volumen, quod tandem, Deo authore, reddimus. Maluiſſemus certè, ſi licuiſſet, Enchiridij metas nequaquam excedere: verùm cum in progreſſu experiremur, res quaſdam maximi momẽti, quæ in præſentia, quorundam nouatorum curioſitate ſumma cum eccleſiæ iactura controuertuntur, (veluti ſunt illæ, de authoritate Eccleſiæ, de hominis Iuſtificatione, de ſacrificio Miſſæ, ac ſimiles complures) tam paucis explicari non poſſe, vt libellus intra Enchiridii anguſtias contineretur: & tamen veſtra omnino referre ſentiremus, vt hæ res ad catholicæ Eccleſiæ ſententiam diligenter expenderentur, ac quàm fieri poſſet explicatè traderentur, quòd alioqui omnis noſter labor nullum fructum facturus videretur: potius viſum eſt, libro per nos edendo aliud nomen à iam deſignato, indere, quàm committere, vt vos ignoratis illis, quæ ſine graui periculo, præſertim hac tempeſtate ignorari non poſſunt, non ſolùm ipſi impingeretis, ſed & populum vobis concreditũ in eãdem ruinam vobiſcum traheretis. Quemobrem ne vel hinc quiſpiam anſam calumniandi arripiat, per nos planè licebit, vt qui hunc quem damus librum, ob ſui magnitudinẽ Enchiridion propriè vocari ac inſcribi non poſſe arbitrabitur, is eundem aut Inſtitutionem doctrinæ Chriſtianæ, aut Com-

tioſi eſſe pergant,hos admonitos eſſe volumus,ne ſimul & operam & oleũ perdant,quòd tales, tametſi ſuam quoque maledicentiam in nos libellis,quanuis famoſis,exercere ac ſtringere in animum inducant,nullo dignabimur reſponſo,contenti illis opponere tam veterum quàm recentiorum orthodoxorum patrum dogmata, ac vniuerſalem totius Eccleſiæ, non huius tantum,ſed omnium temporum,catholicum conſenſum.Nos enim in hac inſtitutione,nõ noſtro ingenio,vel induſtriç ſumus innixi,ſed ſanctorum Patrum(qui eccleſiam à primis,vt dici ſolet,crepundiis in hæc vſque tẽpora,& doctrina & exemplo illuſtrarunt)ipſiſsimam,vt ſperamus, mẽtẽ in diuinarum ſcripturarum(quarum ſacroſancta ac inuiolabilis eſt authoritas)interpretatione & intellectu vbique libenter ſequuti ſumus,eorum non ſolum ſententias,ſed & cũ licuit,ipſa verba trãſcribentes. Quamobrem quis non videt eos ipſos,nõ nos,futuros,qui impetentur?quos certè neceſſe non eſt,vt nos ab iniuria vindicemus, quod ipſi ad ſua, quin potius vniuerſalis ac catholicæ Eccleſiæ (aduerſus quam ne portæ quidem inferi quid valebunt)dogmata tuenda ac defendenda,nullo egeant defenſore. Interim hoc vbique cõteſtatum volumus,vt quæcunque in hoc volumine veluti à nobis profecta videbuntur, non vt pertinaciter dicta, ſed potius,vt quæ Apoſtolicç ſedis ac inſtantis Oecumenicæ ſynodi iudicio penitus ſubmiſerimus,habeantur. Supereſt,vt vos Parochi noſtri ac cçteri verbi miniſtri,qui eccleſiis moderãdis eſtis deſtinati(vobis enim potiſsimum hic labor noſter paratus eſt) hanc inſtitutionem noſtram diligenter euoluatis,veſtraſq́ue cõciones ad illius præſcriptum exigatis,ac toti in hoc ſitis, vt diſciplina cœleſti formati, ſectas comprimatis, errores eradicetis, veritatem Euangelicam doceatis,eccleſiaſticam vnitatem in vinculo pacis conſeruetis,quo per veſtrum miniſterium (cui eſtis alligati) nomen, honos, & gloria Dei Opt. Max. vbique amplietur ac illuſtretur, & homines quãplurimi ad ſalutis æternæ conſortium adducantur.

IN
Symbolum Apo
STOLORVM
PRAEFATIO.

QVI DOCTRINAE Chriſtianę rudimenta, omnibus hominibus ad perpetuam ſalutem neceſſaria compendio tradunt, (ſunt enim in hoc argumento complures, quum doctrina, tũ pietate illuſtres viri, ſumma cum laude ac fructu verſati) haud diſpari quidem ſententia, non vno tamen ordine omnes incedunt. Nos eum potiſſimũ ſequendum putamus, quo Eccleſia catholica per lauacrum regenerationis nos efficit Chriſtianos. Ibi enim ſymbolũ Apoſtolicum (quæ eſt fidei regula) primum locum tenet, quòd hæc quum in fidelium mẽtibus digito Dei exarata fuerit omnem cæcitatem cordis expellat, omnes ſatanæ laqueos (quibus implicati infœliciter naſcimur) diſrũpat, ianuamq́; diuinæ pietatis aperiat, quam introgreſſi, ſoluto reatu corruptionis antiquæ, qui ex primi parentis Adæ delicto, in omnes poſteros deriuauit, ad ſuauem odorem præceptorum Dei feramur ipſiq́ue in ſua eccleſia lęti deſeruiamus, ac proficiamus de die in diem, donec occurramus omnes in virum perfectũ, in mẽſuram plenitudinis Chriſti. Hunc ordinem oſtendit beatiſſimus illæ eccleſiæ doctor Paulus: Accedẽtem (inquit) ad Deũ oportet credere. Et Rom. 5. Per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam. Ac rurſus ad Hebræos: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed & propheta dicit: Niſi credideritis, non intelligetis. Vt ergo intelligentiæ aditus pateſcat, omnium primum ſymboli profeſſio proponitur, in qua fidei catholicæ fundamentum, ſuper quod ædificium eccleſiæ ſurrexit, conſtructum manibus Apoſtolorum ac prophetarũ cõtinetur, idq́ue mirabili breuitate, perſpicuitateq́ue ſermonis, vt de hac ſumma diuini dogmatis propheta non immerito dixiſſe videatur, Verbum conſumans & abbreuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram.

Ordinis ratio. *Cyprian. in ſymbol.* *Symbolũ fidei regula.* *Hiere. 31.* *Heb. 8.* *Heb. 11.* *Heb. 11.* *Eſa. 7.* *August. in ſymbol. li. 4. ad Catechu.* *Epheſ. 2.* *Eſaiæ. 10.*

Ne

NE verò quis in primo veſtibulo ſtatim offendat, nemo putabit hanc fidei regulam ac doctrinam, humana tantum induſtria perdiſci compararíque poſſe. Dei enim donum eſt fides. Cæterum, verbi miniſtrer huius fidei prædicator, ſecundum gratiam quæ ipſi data eſt, non niſi plantator eſt & rigator. Neque tamen (vt Apoſtolus ait) qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, qui vnicuique partitur menſuram fidei prout vult. Illi ergo tota laus debetur, qui intus & docentis organum temperat, & diſcentis mentem transformat. *Augu. ad Sixtũ contra Pelagianos.* *1. Cor. 3.* *1. Cor. 1.* *Ibidem.*

Qua de re cùm nobis tantus magiſter (quem cœli cœlorum adorant, ac tremũt dominationes & poteſtates) audiendus ſit, oportet huc accedentem deponere omnem arrogantiam ac ſupercilium, omnem carnis ſenſum & humanę rationis argutias, vt ſimpliciter certóque credat quicquid nobis ad ſalutem diuina tradidit authoritas. Quod tamen nõ prius faciet, quàm Deus id per ſuam gratuitam miſericordiam ipſi largiatur. Nam ea ſola facit, vt fideles ſimus, ac Deo per omnia credamus. *1. Tim. 1.*

FIdes ergo, de qua hìc agimus, eſt donum menti hominis diuinitus infuſum, quo citra vllam hæſitantiã credit eſſe veriſſima, quæcunque diuina eloquia docuerunt: quã Paulus apoſtolus deſcribens, conſiſtere aſſerit in earum rerũ, quę non videntur cognitione, aſſenſionéque longe omnium certiſsima, quòd in Deum, cui creditur, nulla ſuſpicio vanitatis cadere poſsit. Hæc ſola aditum prębet, ac facit, vt qui per incredulitatem & ſuperbiam veteris Adæ à Deo excidimus, Deo rurſus appropinquemus, ac etiam per charitatem inſeramur. Infecta eſt in Adam protoplaſte radix, vnde conſequens erat, vt ſtirps quoque tota vitiaretur. Erant ſiquidem homini in primis præcipuæ illæ animæ vires, intellectus & voluntas, in hoc diuinitus inditæ, vt Deum veluti optimũ ſimul & maximum rerum omnium conditorem ac conſeruatorem perpetuo agnoſceret, agnitum verò, quoad fieri poſſet complecteretur. A poſteaquam protoplaſtes legem Dei neglexit, & ſatanæ legibus obtẽperare maluit, protinus intellectum, hoc eſt mentem & rationem, qua iudicaret, quid eligendum, omnis error inuaſit. Itidem voluntatem, qua expeteret quod commonſtraret ratio, carnalis concupiſcentia grauiter vitiauit. Atq; ita factum eſt, vt receſsderet homo (qui ad *Fides quid ſit.* *Augu. in Enchir. ad Laurentiũ* *Heb. 11.* *Rom. 3.* *Ioan. 3.* *Radice in Adã corrupta vitiata eſt tota ſtirps generis humani.* *Augu. de ſymbolo ad catech. lib. 1.*

Duplici remedio opus. imaginem Dei creatus fuerat à Deo conditore ſuo) compa-ratusque iumentis inſipientibus,ſimilis illis factus ſit.Vtra-
Pſal.48. que ergo parte vitiata,duplici remedio opus erat, fide , quæ
Acto.15. purificaret cor,hoc eſt mentem & rationem,ceu fontem ani-
1.Tim.1. mi:& charitate, quæ ſubmoueret prauas cupiditates,vt ad ea tantum feramur quæ preſcripſit Deus.Sed vtrunque remediũ non aliunde,quàm à Deo petendum vel expectandum erit. ambo enim ipſiſſima Dei dona ſunt. quòd nemo per fidẽ ve-
Ioan.6. niat ad patrem , niſi per filium. Et viciſſim, nemo veniat ad
Rom.5. filium,niſi pater taxerit eum. Rurſus,Charitas Dei per filium promerita non aliter deffunditur in cordibus fidelium,quàm per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis.

Sũma ſymboli. IAm vt ad ſymboli apoſtolici,in quo hæc fides proponitur expoſitionem pergamus:Principio ſciendum eſt quicquid
Credere in Deum. inibi continetur,tribus verbis ſummatim comprehendi. Nẽpe fide in Deum,qui vnitate eſſentiæ ſimpliciſsimè vnus eſt,
Deus vn' eſſentia, trinus in perſonis. & trinus in perſonis,quarum tamen eadem eſt deitas,eadem eſſentia & coæternitas,eadem omnipotentia,eadẽ maieſtas, eadem ſapientia, eadem bonitas. Prima appropriatur patri,
Augu.de fide & ſymbo. ſecunda filio,tertia ſpiritui ſancto:Quarum proprietates diſertè obſeruandæ, & retinendæ ſunt. Pater innaſcibilis eſt, Filius ab æterno genitus , appellatus Verbum & imago Dei patris, qui deſtinato tempore aſſumpſit humanam naturã ex
Proprietates perſonarum diſerte obſeruandæ. virgine Maria,Spiritus ſanctus ab vtroq; procedens, vtriuſque quidem nexus ineffabilis. Pater per filium condidit vniuerſa,Filius reſtituit prolapſa : Spiritus ſanctus vtrique cum vtriſque cooperatur. Pater, cui ſumma eſt authoritas , per filiũ redemit eccleſiam,per ſpiritum ſanctum gubernat,vegetat ac viuificat.Tribus ergo partibus hoc ſymbolũ, vt ſunt
Tres ſymbol. partes. tres ſanctiſsimæ trinitatis perſonæ, ad quas refertur, conſtat . Prima pars Patri , ſecunda Filio, tertia Spiritui ſancto deputatur. In ſingulas perſonas nos credere profitemur, vt diuinitatis vnitatem,ac parem potẽtiam teſtemur.Nam pares ſint neceſſe eſt, in quos per fiducia collocatur.

SYMBO-

Symboli Apoſtolorvm expoſitio.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

DEVM ſicuti eſt, nemo vidit vnq̃, vt ne ſeraphicę quidē mētes diuinā naturā ſicuti eſt, cōprehendāt. Multo minus nos in hac vita mortali quibus tantum per fidem Deum videre licet, ſed tanquam in ſpeculo & ænigmate. Optimo ergo iure ſymboli prima vox eſt, Credo, ſed hoc initio commonendum eſt, duplicem eſſe credendi rationem. Prior, cum credimus Deum eſſe, & vera eſſe quæ de Deo dicuntur, quemadmodum & dæmones credunt, & cōtremiſcunt (ſciunt enim illum mentiri non poſſe) & plerique philoſophi crediderunt, ſed tamen euanuerunt in cogitationibus ſuis. Altera ratio credendi eſt, in Deo ſiue in Deũ credere, quemadmodum pij credunt, qui pro cōpertiſſimis habēt omnia, quę ſacris Bibliis ac catholicę eccleſię diffinitione in ſpiritu ſancto prodita ſunt, & ſine omni dubitatione ſperant, quę Deus ibi promittit. Rurſus timēt quę minatur, breuiter & cōſtanter Deo credũt, eiq; ſe totos cōmittunt quantũ poſſunt. Qui ſibi nihil quaſi propriũ & in ſua poteſtate poſitum vendicant, ſeſe illius clemētiſſimi domini ſeruos profitētur, ſuaq; omnia tradunt diuinæ volũtati propria abnegantes in omnibus. Quod facimus cũ credēdo amamus, credendo diligimus & credendo in eũ imus. Hęc eſt fides quã in nobis exigit Deus. Nec tamen inuenit, quòd exigat, niſi donauerit quòd inueniat. Hęc nos Deo copulat, hęc in huius vitæ tenebris pręlucet, oſtendens quid verè fugiẽdũ, quid expetendũ: hæc nos armat, impauidos, inuictóſque reddit aduerſus omnes mundi ſatanæque machinas: hæc eſt quę cōſolatur nos in omnibus afflictionibus ſpe bonorũ cœleſtium, ſemper habens in ore: Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Et, Non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futurã

Deus nobis tãtum per fidẽ videtur. *Ioan. 1.* *1. Ioan. 4* *3. Reg. 8.* *1. Cor. 3.* *Duplex credendi ratio.* *Aug. in pſal. 77.* *Credere deum.* *Roma. 1.* *Credere in Deo vel in Deum.* *Aug. in ſo lilo. lib. 1. circa fi.* *Quã fidẽ in nobis exigat Deus & qua illius vis ſit.* *Aug. in Ioã. ca. 29* *Rom. 8.*

Ephe.6 gloriam quæ reuelabitur in nobis,de qua ſcriptum eſt:In-
1.Pet.5 duite vos armaturã Dei,in omnibus ſumentes ſcutũ fidei,
1.Ioan.5. in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.Et
Nulla ope iterũ,Circuit vos tanquam leo rugiens,quærens quẽ deuo
ra bona ret.cui reſiſtite fortes in fide.Et rurſus:Et hæc eſt victoria
abſq; fide. quę vincit mundũ,fides veſtra. Si deſit hęc fides,nulla bona
Roma.14 opera cõferunt ad ſalutẽ. Nam diuus Paulus peccatũ pro-
Roma.8 nũtiat,quicquid nõ eſt ex fide intelligens,quia non eſt ſine
Aug.in ſo fide quicquã meritoriũ.Sĩ adſit,omnia cooperãtur in bonũ.
lilo.lib.1 Neque enim Deus fide formata ſibi ſic credentẽ ſubleuare
deſinet, nihilque ei euenire permittet, niſi quod ei proſit,
Iob.13. etſi neſciat,vt ſiue viuamus ſiue moriamur, domini ſimus.
De' quid. CRedimus,inquã,in Deum.Cum Deum dicimus,ſenti-
mus illã æternam mentẽ,qua nihil eſſe poteſt nec ma-
ius,nec ſapiẽtius,nec melius, quæ incõmutabiliter eſt ſine
tempore,quæ eſt ipſum eſſe,& à qua venit rebus cõditis,vt
ſint aliquo modo. Sic Exodi 3.legimus:Ego ſum qui ſum.Et
Ioan.4. qui eſt,miſit me ad vos.Et Chriſtus ait:Deus ſpirit' eſt,id eſt
ſubſtãtia ſpiritualis ſine initio, ſine fine, ſimplex, ſine vlla
admixtione inuiſibilis,incorporea,immẽſa,ineffabilis,in-
æſtimabilis,in qua nihil adiunctũ,nihil creatũ ſit.Nã infini
ta potentia,infinita ſapientia,infinita bonitas,infinita iuſti
tia,infinita miſericordia,quæ Deo tribuuntur, nõ ſunt ac-
cidentia in Deo,ſed Deus eſt re ipſa hæc omnia.

PATREM.]Patrem addidit,vt diſtinguat hãc perſonam
à filio. Mox enĩ ſubiicit:Et in Ieſum filiũ eius vnicũ.Quã-
De' pater quã in ſcripturis Deus trifariam appellatur pater. Primo,vt
trifariã ac ſit notionaliter nomen perſonæ deitatis,cui ſoli hoc cõpe-
cipitur. tit,quòd filiũ genuit eiuſdẽ deitatis cõſortem, & vnũ cum
patre exiſtentẽ,quemadmodum hìc accipitur. Et apud Ioã-
Ioan.14. nẽ: Qui me videt,videt & patrem.Et:Ego & pater vnũm ſu
mus. Deinde Dei nomine ſic accepto,vt totã declaret trini
tatem, Deus rectè dicitur pater,quòd creator ſit omniũ re-
Deute.32 rum conditarum,quẽadmodum legimus: Nunquid non ipſe
eſt pater tuus,qui poſſedit te & creauit te? Deniq; peculiari
ratione Deus dicitur pater timentiũ ipſum,quos in filios a-
Ioan.1. doptare dignatur,ſicut ſcriptum eſt:Et dedit illis poteſtatẽ
filios Dei fieri,his qui credunt in nomine eius.

Solus deus OMNIPOTENTEM.]Quum audis omnipotentem,in-
oĩpotens. telligis Deum eſſe, ad cuius potentiã & maieſtatẽ nihil eſt
homi-

hominum aut angelorum ſublimitas, ſeu quęcũque poteſtas. Poteſt quidem ſecũdum datam poteſtatem, quilibet angelus vel homo dici potẽs, ſed abſit, vt dicatur omnipotens. Solus Deus omnipotẽs, qui omnia ex nihilo creauit. Et oĩa quæcunque voluit, fecit in cœlo & in terra, facitq; hoc omnipotentis cognomẽ ad cõfirmandam fidẽ imbecillium, & ad excludendas omnes ratiocinationes humanas in operibus diuinis. Quib' omnibus hoc vno verbo reſpõdetur: Quia nõ eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Quum enim infinita ſit & incõprehẽſibilis Dei potẽtia, ſtultũ eſt diſquirere, quomodo hoc vel illud fecerit. Ex quo hunc fructũ homo fidelis capit, vt queadmodũ credit Deum omnipotentẽ, hũc mundũ cum nondum eſſet, cõdidiſſe, atque alia omnia quæ Deum feciſſe ſacra ſcriptura cõmemorat: Ita credat ſimul futurum, quicquid ille futurum promiſit vel prædixit, quãdo nutu quicquid vult poteſt, quantũuis homini videatur impoſſibile. Ita fit, vt ĩcipiat homo ſuis & quibuſlibet humanis viribus diffidere, & totus ab illo pendere, qui poteſt omnia cui nemo reſiſtit aut dicit, Cur ſic facis? Cũ autẽ ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt: & quod ait Apoſtolus, negare ſeipſum nõ poteſt, quòd hęc omnipotentię repugnent. In hoc autem articulo cum dicimus, Credo in Deum patrem omnipotentem; filium aut ſpiritum ſanctum omnipotẽtem nõ negamus, ſed aſtruimus, quòd ſicut patris & filij & ſpiritus ſancti eſt eadẽ eſſentia & omnipotentia: ſic & eadem ſempiternitas.

Ioan. 1
Pſal. 134
Omnipotẽtia Dei, fidei robur.
Luc. 1.
Fiducia in deũ vnde.
Iob. 9
Aug. de ſymbo. ad cathec. li. 1. cap. 1.
2. Tim. 2
De ſym. ad cate. li 2. cap. 3

CREATOREM cœli & terræ.] Qui condidit cœlum & terrã, & quæcunque cœlo terraque continentur, viſibilia & inuiſibilia, idque ex nihilo per coæternũ verbũ ſuũ, id eſt filium, ſicut Pſal. 32. legimus: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Et deĩde: Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Quod tamen verbũ nõ ſicut verba noſtra debemus accipere ſeu intelligere. Nã hæc verè atque ore prolata, verberato aëre trãſeũt, nec diutius manent quàm ſonant, cùm illud æternum verbũ incõmutabile maneat: nam de ipſo dictum eſt, cum de ſapiẽtia diceretur, in ſeipſa manẽs, innouat omniq. Ideo verbum patris appellatũ, quia per ipſum innoteſcit pater. Sicut enim verbis noſtris hoc agimus, cùm verũ loquimur, vt anim' noſter innoteſcat audienti, & hoc conamur & verbis, & ipſo ſono

Pater ex nihilo oĩa condidit per filiũ.
Pſal. 32.
Pſal. 148
Verbum quod & filius.
Au de fide et ſym. c. 3.
Sapien. 7
verbũ cur dicatur.

vocis,& vultu & geſtu corporis, vt animum ipſum noſtrũ, in nobis quidem manẽtes(quoad fieri poteſt)cognoſcendũ & perſpiciẽdum animo auditoris inferamus,quod intus eſt demonſtrare cupientes:Sic Deus pater,verbum ad ſeipſum indicandum genuit,quanquam hæc ſimilitudo infinitã diſſimilitudinẽ habeat.Deus enim cum verbũ genuit id quod eſt ipſe ab æterno genuit,in illud eſſentiã ſuã transfundẽs. Vnde & virtus & ſapiẽtia eius dicitur,quia per ipſum operatus eſt,& diſpoſuit omnia.Et ne quis in hac rerũ creatione ſomniet præexiſtentẽ materiam,diuus Ioannes ait:Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil.Quod & Apoſtolus exertè pronuntiat Coloſſ.1,Quoniã per ipſum cõdita ſunt vniuerſa,ſiue throni,ſiue dominationes, ſiue prĩcipatus,ſiue poteſtates,omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Fecit in cœlo viſibilia,ſolẽ & lunã & ſtellas.Suis animalibus terreſtribus & omnĩ plantarum genere impleuit terrã.Impleuit aẽrẽ volatilibus,mare natãtibus,omnia ĩpleuit creaturis propriis.Fecit & hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam,in mente homini indita:ibi enim eſt imago Dei.Ideo mens ipſa non poteſt comprehendi, ne à ſeipſa quidẽ, quia eſt imago Dei.Fecit,inquã,hominẽ,vt creaturis cęteris dominaretur,& cõſtituit eũ ſuper opera manuũ ſuarũ.Omnia ſubiecit ſub pedibus eius,oues & boues vniuerſas,inſuper & pecora cãpi.Volucres cœli & piſces maris,qui perãbulãt ſemitas maris.Et vt hæc propter hominẽ,ita hominẽ atque oĩa alia propter ſe.tametſi ipſe nullius egeat,creauit.Siquidẽ hic eſt finis omnium rerum cõditarum,vt cognoſcant & glorificent cõditorem ſuum.quod fidelis Dauid nõ tacuit, Pſal.8.18.103 ac.148. Quod & hymnus trium puerorũ manifeſtè declarat.Et quis tã cæcus eſt,qui non videat cœlos enarrantes gloriam Dei?Et hanc vniuerſitatem rerum cõditarum demonſtrare ac teſtari Deum, qui ſit omnipotẽs,ſapiẽs,bonus,& iuſtus?Ideo & Paulus ad Romanos inquit, diuinitatẽ in natura conſpici.Inuiſibilia enĩ Dei à creatura mundi per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur.ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas,ita vt omnes pronũtiet inexcuſabiles.qui quũ ex creatura cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerũt.Nõne lex naturę,quæ in omnibus rebus cõditis viget,hanc rerũ naturam nõ exiſtere caſu,ſed certo cõſilio conditã eſſe,gubernari,& cõſeruari apertè clamati

Nulla ſimilitudo conueniẽs ad indicãda diuina Verbum, virtus & ſapientia patris. Ioan.1. Aug.de ſymbo.ad cathec.li.1.ca.1. Gene.1. Mens hominis incomprehẽſibilis. Cur homo creatus. Pſal.8. Finis oĩm rerum cõditarum. Vniuerſitas rerum Deũ eſſe teſtatur. Roma.1. Lex naturæ arguit diuinam prouidentiam. Act.14.

matꝰ Veluti quòd corpora cœleſtia tot annorũ milibus, ſuos certiſſimos motus retinent, ꝙ ſuperiora & inferiora corpora, in quadã naturarũ cõtrarietate, perpetuo quodã cõſenſu colligantur: quòd vices tẽporum recurrunt, quòd maria, flumina, fontes, plãtæ, & omne animantiũ genus, ſiue quodque naturæ legibus obtẽperant, & in ſuos certos vſus ac fines diriguntur. In primis autẽ in mẽte hominis expreſſum quoddam veſtigiũ diuinitatis deprehẽdimus, cùm illius admirabilem vim in corpore humano ſentimus. Per hos gradus etiã Ethnici venerunt ad aliquam notitiã ſummæ illius mentis, vnde cõdita ſunt omnia. In quibus tamẽ nihil eſt tam egregium, quin infinitis partibus ſit infra primam cauſam.

In mente hominis expreſſũ veſtigiũ diuinitatis.

Ethnici quomodo Deũ eſſe cognouerunt.

IAm Chriſtiani hominis eſt, nõ ſolùm intelligere hũc orbem à Deo conditum, ſed & Deum vbique eſſe præſentẽ, ſuſtẽtantem & gubernantem omnia. Adeò, vt ſi ille vel pauliſper manum ſubtrahat, omnia ſtatim in nihilum reciderẽt, quemadmodũ ſcriptum eſt Pſal 103. Porrigente te manum tuam, omnia implebũtur bonitate. Auertente autẽ te faciẽ, turbabuntur: auferes ſpiritum eorũ, & deficient, & in puluerem ſuum reuertẽtur. Quamobrem in hoc articulo nomine creationis nõ ſolùm cõditio, ſed & ſuſtẽtatio ac gubernatio & cõſeruatio rerum conditarũ intelligi debet, vti quoq; eodem pſalmo ſubiicitur: Emitte ſpiritũ tuũ, & creabuntur, & renouabis faciẽ terræ. Hinc fit, vt in tota ſcriptura nihil vel factũ geratur vel dicatur ſine mẽtione Dei, vt ſciamus Deũ eſſe, cuius nutu gerũtur omnia, atq; adeò propè adeſſe Deũ, vt penè manibus cõtrectari poſſit. Quemadmodum in Actis legimus Paulũ inſigniter dixiſſe ad viros Atheniẽſes: Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cum ſit dominus, non in manufactis tẽplis habitat (intellige quaſi circũſcriptus loco) nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipſe det omnibus vitã & inſpirationem, & omnia, fecitq; ex vno omne genus hominũ habitare ſuper vniuerſam faciẽ terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum, quærere Deum, ſi fortè attrectẽt aut inueniãt, quanuis nõ longè ſit ab vnoquoque noſtrũ: in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Et ad Hebr. 1. Portãs omnia verbo virtutis ſuæ. Itidem ad Coloſ. 1. Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo cõſtant. Quod Chriſtus (illud æternũ Dei verbũ) in

Aug. de ſymbo. ad cathecu. lib. vlti.

Pſal. 103

Aug. de dogma. eccle.

Act. 17

Euãgelio manifeſtiſſimè docet:Matt.10.Duo(inquit)paſſe-
res aſſe veneũt,& vnus nõ cadit ſuper terrã ſine patre veſtro,
veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Et iterũ:
Matt.6. Reſpicite volatilia cœli,quoniã nõ ſerunt neq; metunt,&c.
& pater veſter cœleſtis paſcit illa.Et paulo poſt: Si enim fœ-
num agri quod hodie eſt,& cras in clibanũ mittitur,Deus ſic
veſtit:quanto magis vos, modicæ fidei? Verbum ergo, quo
Gene.1. Deus dixit.Germinet terra herbã virentem & facientem ſe-
men,& factum eſt ita, nõ deſiit operari, ſed perpetuo opera-
Irene.lib. tur,& perpetuo vſque in conſummationẽ ſeculi fit ita,& ſic
4.contra de reliquis rebus creatis. Verbo enim domini cœli firmati
hær.c.34 ſunt & terra. Vt inde dixerit Chriſtus: Pater meus vſq; mo
Pſal.32. do operatur, & ego operor. Quod & vbiq; Pſaltes mirificè
Ioan.5. inculcat:Omnia(inquit)à te expectãt,vt des illis eſcã in tẽ-
Pſa.144 pore.Dante te illis,colligent.Et iterũ: Oculi omnium in te
ſperãt domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno.
Pſal.146 Atque alibi:Qui operit cœlum nubibus,& parat terræ plu-
uiam.Qui producit in mõtibus fœnum,& herbam ſeruituti
hominũ.Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorũ
inuocantibus eum. Ac Pſalm.35. Homines & iumenta ſalua-
Pſal.99. bis domine. Et iterum: Scitote quoniam dominus ipſe eſt
Deus:ipſe fecit nos,& non ipſi nos: nos autem populus eius
Nihil te- & oues paſcue eius. Quæ omnia euidenter oſtẽdunt,nos nõ
mere aut naſci aut viuere,aut ali,aut hoc vel aliud operari caſu, aut
viribus no tãtum noſtris viribus ſeu prouidentia, ſed Deo dante,viuifi
ſtris ſit. cante ac cõſeruante. Quemadmodũ diuus Paulus Timot.5.
vocat Deum viuificantem omnia, qui præſtat nobis omnia
abundè ad fruendum,& eſt ſaluator omnium hominum, ma
ximè fidelium.Hæc altius repetere viſum eſt,quòd ſciamus
Quorũdã maximã hominum partẽ, tanta mentis caligine obtenebra-
hominum tam,vt etſi ſe noſſe Deum profiteantur,factis tamẽ negent,
ſtupiditas ac ſic vitã inſtituũt,quaſi Deo res creatæ nullæ ſint curæ,&
Tit.1. quaſi Deum aliquid celare, aut præter illum ſibi proſpice-
Oĩa Deo re,aut quid aliud agere poſſint,quum tamen omnia nuda &
aperta. aperta ſint oculis eius, qui ſcrutatur renes & corda Deus ſine
Eccle.39 quo nihil facere poſſumus. Qui craſſiſſimus error facit, vt
Hebr.4. hoc hominũ genus nunq̃ recta mente ſit erga Deũ & quic-
Pſal.7. quid agat,nõ agat ex fide,aut ſimplici oculo in Deũ collato,
Ioan.15. quem Chriſtus in omni actione requirit:ſit quoque vt Deũ
Matt.6. nõ rectè colat aut inuocet.Cui enim nondum perſuaſum eſt
omnia

omnia à Deo petēda,ſed humanis viribus aut prouidētia cō parāda,quomodo is in oratione dominica panem quotidianū à Deo rectè petierit?quod id nemo rectè fecerit,niſi qui certū habeat eū adeſſe,gubernare,alere,&cōſeruare omnia: & nihil nobis vel boni vel mali cōtingere poſſe,niſi dāte vel permittente Deo. Qui verò eò peruenit vt hæc intelligat,is non poteſt ſuis viribus,& quibuſcūque aliis externis præſidiis nō diffidere,& totus ab illo pendere, qui poteſt & præſtat omnia: is nihil ſuæ ſapiētiæ tribuit,quum Dei ſapientiā intuetur,ſed credit omnia rectiſſimè, iuſtiſſiméq; ab eo fieri,etiā ſi iuxta ſenſum humanum (id quod interdum fit) abſurdū videatur,quale eſt,quòd videmus impios rebus exterioribus florere, & pios in hoc mūdo tribulationi expoſitos eſſe. Is denique cùm bonitatē Dei,omnia propter hominē, ipſumque hominē ad ſuam imaginem & ſimilitudinē creantem,ac lapſum per filium reſtituētem, ac omnia per Chriſtū in Spiritu ſancto,cum fiducia petenti, donantem intelligit, videt nihil eſſe,quod illius gratuitæ beneficētiæ nō debeat. Quo fit,vt ſyncero affectu totam ſpem in illum trāsferat,vt omnē ſolicitudinem plena fiducia in illum(cui ſcit eſſe curā de nobis)coniiciat. Vnde tādem conſequitur,vt viuida charitate erga Deū afficiatur, & in illum tēdat,quem nouit eſſe ſummè bonum, nihil illi in amore aut præferens aut æquās, vt libeat potius relinquere patrē,matrem, liberos,& vxorē, vt malit amittere principis amorē,perdere opes,honores,& omnem voluptatem,quin & vitā (ſi Deus ita iuſſerit) quàm hunc offendere. Qui quicquid veneratur, quicquid metuit, quicquid amat,prꝫter eum,eius cauſa amat,metuit ac veneratur, omnia ad illius gloriā referens, ſemper gratias agēs, ſiue contingant læta,ſiue triſtia, ſiue mori detur, ſiue viuere,certus,diligētibus Deum,omnia cooperari in bonum, & Deum non derelinquere ſanctos ſuos, ſed in æternum conſeruare,breuiter,beatos eſſe omnes,qui confidunt in eo.

Ibidem. *Qui oculo ſimplici ſunt,toti à Deo pēdent, ſibi diffidētes.* *Pſal. 36. Pſal. 72. Pſalm. 33 Gene. 1. Luc. 11. Roma. 8. 1. Petr. 5.* *Matt. 10. Luc. 14. Roma. 8. Pſal. 36. Pſalm. 2.*

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum.

Filii perſona deus et homo pluribus nominibus deſignatur.

HIc ſecūdū caput apoſtolici ſymboli ingredimur,quod nobis ſecundā perſonam,quæ Filii eſt redēptoris,proponit,quam in primis variis cognomētis nobis deſignat, vt omnibus modis declaret hāc perſonam, quæ carnem aſſum-

Ex ſymbolo Athana. pſit,eſſe verum Deum de Deo,& verum hominem ex homine. Sicut enim anima rationalis & caro, vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus Ieſus. Et quemadmodũ ab *Auguſt. de tri.lib. 13.c.17.* æterno tres perſonę deitatis ſunt,in vnitate naturæ ſeu ſubſtantiæ,ita tempore deſtinato factum eſt,vt verbum Dei humanam naturam aſſumens ſine confuſione ſubſtantiæ,vnum Chriſtum conſtitueret,ſicuti Ioannis Euangelium teſtatur: *Ioan.1.* Verbum caro factũ eſt. Verbum,inquam, quod in principio erat Deus apud Deũ, per quod omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil. Verbum in quo vita erat, lux hominum, & lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt,lux vera quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundũ.Verbum deniq; quod in mundo erat,per quod *Auguſt. in Ioan.* mundus factus eſt,& quod mundus nõ cognouit,factũ eſt caro.Filius Dei factus eſt homo. Hic enim,caro, totum homi- *Eſa.40.* nem ſignificat,ſicut ſæpe alibi.Induit,inquam,humanã naturam Dei filius,vt daret ſe recipientibus,ac lucem hanc ap- *Ioan.1.* prehendentibus,poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate *Roma.5.* carnis,neq; ex voluntate viri (quales omnes ſumus ex Adã) *Aug. de fide ad Pe.c.2.* ſed ex Deo nati ſunt,id eſt,regenerati ſunt. Hic eſt Chriſtus Ieſus plenus gratiæ & veritatis,de cuius plenitudine nos omnes accepimus,& gratiã pro gratia,per quem Deus,quem *Ioan.3.* nemo vidit vnquam,multifariam,multiſque modis olim in *Ioan.1.* prophetis loquutus, nouiſſimè nobis in perſona eiuſdẽ filij *Hebr.1.* ſui familiariſſimè euidẽtiſſiméque innotuit.Vnigenitus e- *Ioan.1.* nim filius,qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit,per quẽ allata *Ioan.16.* eſt vita æterna. Hęc enim eſt vita æterna,vt cognoſcãt te ſolum verũ Deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtũ,per quẽ libe ratio ac ſalus,humano generi in diabolica captiuitate deten- *Ioan.8.* to,apparuit,quemadmodum ſcriptũ eſt: Si vos filius libera- *Gene.3.* uerit,tunc verè liberi eritis.Cùm enim primus parẽs noſter Adã, ab initio ad Dei imaginem & ſimilitudinem cõditus, ac in paradiſo deliciarũ,vbi erat perpetuò beatus & immortalis futurus,p inobedientiã ſeipſum perdidiſſet,factus car- *Aug.in ench.cap. 26.* nalis & mortalis,tota natura corruptus& deprauatus,nimirũ auerſus à Deo vero, æterno illo ac incõmutabili bono, atq; hãc corruptelam in totam ſtirpem ſuam maſſæ corruptæ ſo- *Aug. de lib.arb.* bolem deriuaſſet,nõ potuit homo,ſicut ſponte ceciderat,ita ſpõte etiam reſurgere,quemadmodum qui ſeipſum occidit,

ſeipſum

ſeipſum reſuſcitare nõ poteſt. Sed neceſſarius erat mediator per quem Deus dexterã ſuam nobis porrigeret, qua perditos nos reuocaret in vitã, & captiuos vindicaret in libertatem. Proindéque factum eſt, vt illud Dei verbum, per quod facta ſunt omnia, & in quo omnia ſubſiſtũt, caro fieret, & vſq; ad miſeriam noſtrã ſeſe demitteret, & habitaret in nobis, quẽadmodũ diuus Paulus ait: Qui quum in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens, vt filius qui in deitate erat patri æqualis, humanã indutus naturã, & quatenus homo ab omni tamẽ peccati labe longè alieniſſimus: Deo patri vſque ad mortẽ obediẽs factus, hominẽ, qui à Deo ꝑ inobedientiã in mortẽ prolapſus erat, ſeque diabolo ſubiugauerat, in vitã ac libertatẽ reuocaret. Nobis datus, nobis natus, vt peccata noſtra, imò totius mundi (pro quibus nihil dignũ nos quod exoluerimus Deo habuimus) ipſe portaret, & nos quũ inimici eſſemus Deo, ꝑ mortem ſuã in ſanguine ſuo recõciliaret, ſuíq; ſpiritus in ſe credentes participes faceret, per quẽ diffunderet charitatem in cordibus noſtris, qua Deũ ſponte ac libenter, nõ vt ſerui, ſed vt ingenui filij, læti ac alacres, Dei voluntatem faceremus. Tũc enim efficimur verè liberi, quũ Deus nos fingit, id eſt format & creat, nõ vt homines (quod iam fecit) ſed & vt Deo accepti ac boni homines ſimus, quod nunc gratia ſua facit, vt ſcimus in Chriſto Ieſu noua creatura, ſecundũ quod dictum eſt: Cor mundum crea in me Deus. Neceſſe ergo fuerat vt hic mediator ſimul Deus eſſet & homo, quod alioqui perditos ſeruare, mortuos viuificare, iuſtificare impios, peccata remittere, ſpiritum ſanctum dare, breuiter, nos regenerare nõ potuiſſet: quæ omnia benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei in Chriſto non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed secũdum ſuam miſericordiam perfecit. Miſericordiam enim conſequuti ſumus, vt ſimus fideles & hoc nõ ex nobis, ſed Dei donũ eſt, non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ne tamẽ quis intelligat, ſic nos gratis liberatos, vt bonis operibus poſthac non ſit opus, ſtatim ſubiecit. Ipſius enim figmentum ſumus, in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Nõ quæ iuſtificandũ præcedunt (quod impoſſibile ſit ſine fide placere Deo, aut bene viuere) ſed quæ comitantur iam iuſtificatum, qui ſunt fructus ſpiritus & fidei per charitatem operantis.

2.c.20. *Chriſtus nobis mediator neceſſarius erat.* *Philip. 2.* *Eſa. 53.* *1. Ioan. 3* *1. Petr. 2.* *Gene. 3.* *Eſa. 9.* *Roma. 5.* *Ephe. 1.* *Roma. 8.* *Per charitatem volũtas Dei adimpletur.* *Aug. in ench. c. 31* *Galat. 6.* *Pſal. 50.* *Gratis redempti ſumus.* *Tit. 2. 3.* *1. Cor. 7.* *Opera bona neceſſaria, quæ ſequitur iuſtificationem.* *Hebr. 11.*

Priori ad uētu Christus venit vt Saluator. ET IN IESVM.] Vides qualis venerit hic mediator. Nō enim venit vt vltor, ſed vt ſaluator. Ieſus enim Hebræis ſaluatorem ſonat, vt non temerè id nominis ei tributum ſit, ſed ab angelo priuſquam naſceretur, inditum, ſicut ſcriptum eſt: Et vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Legimus & alium quempiā Ieſum, filium Naue, ſed nihil aliud quàm Ieſu redemptoris typum ac imaginem gerentem. Moſes enim, qui typus veteris legis eſt, nō potuit populum in terram repromiſſam perducere, ſed illi ſuccedens dux Ieſus, qui & Ioſue, perduxit. Et quemadmodum is de terra Aegypti populū eductum, deque eremi erroribus liberatum, in terrā repromiſſionis introduxit: Ita hic Ieſus redēptor noſter populum de ignorātiæ tenebris eductū, & de mundi erroribus euocatū, ad regna cœlorum prouexit. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, quòd nō ſit aditus ad veram felicitatem, niſi per fidem in Ieſum, ſicut ipſe teſtatur: Nemo (inquiens) venit ad patrē, niſi per me. Et iterum, Ego ſum via, veritas, & vita. Ego ſum oſtium: ſi quis per me introierit, ſaluabitur. & cætera quæ ſequuntur.

Luc. 1. Hiero. in Ioſue. Deu. vlt. Ioſue. 1. In ſolo Chriſto ſalus. Acto. 4 Ioan. 14. Ioan. 10.

Cyprian. in ſymbo. Chriſtus plenitudine ſpūſſā. inunctus. CHRISTVM.] Chriſtus vel regiū vel pontificale nomen eſt. Nam & ſacerdotes & reges apud Iudæos, vnguēto chriſmatis cōſecrabantur, qui & Chriſti dicebātur, ſed illi exteriori vnguēto, materię corruptibilis velut mortales & corruptibiles vngebantur. Hunc autem ſingulariter plenitudine ſpiritus ſui vnxit Deus, ſicut & Eſaias ex perſona Domini præſignauerat: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, euāgelizare pauperibus miſit me. Vterque porrò titulus Chriſto apprimè congruit, qui dictus eſt ſacerdos ſecūdum ordinē Melchiſedech. Qui vt ſacerdos, vt ſeipſum agnūverè immaculatū in ara crucis obtulit ꝑ ſalute mundi. Rex quoque ab angelo pronuntiatus eſt: Dabit (inquit) illi Deus ſedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Regnabit, inquam, non in regno corporali aut mundano, quod nullum tale ſit æternum, & vt ipſe alibi teſtatur, regnū eius non eſt de hoc mundo, ſed ſpirituali. in quo ſedet ad dexterā Dei patris, interpellans pro nobis, dans remiſſionem peccatorum & Spiritum ſanctum in ipſum credentibus, & inuocantibus eū, quos & ſanctificat vt reſuſcitet eos à nouiſſimo die ad vitā & gloriam æternam.

Eſa. 61. Chriſtus ſacerdos. Hebræ. 6 Ephe. 5. Eſaiæ 9. Lucæ 1. Chriſtus rex. Chriſti regnū ſpirituale. Ioan. 18. 1. Ioan. 2.

De hoc

De hóc Chriſti regno,quod eſt vita æterna,quæ hic in nobis incipit,ibi conſumenda,alibi fuſius dicemus. Tantũ hîc admonebimus ſymbolum docere,hũc eſſe verum Meſsiam illũ vnicum à prophetis olim promiſſum. Nam quem Latini vnctum vocant, Græci Chriſtum, Hebræi Meſſiam appellant. Proindéque cæcos Iudæos fruſtra alium expectare,quòd ſemel Chriſtus venerit,qui non potentia corporali inſtructus, ſed plenitudine ſpiritus ſancti inũctus,ſanguine ſuo,cõſummato illo vnico atq; admirabili ſacrificio, in ara crucis oblato,nos à tyrannide ſatanæ liberauerit,condonatiſque peccatis omnibus, veræ libertati reſtituerit,tandem quoque cœleſtis regni ſibi cohæredes & conſortes aſciſcendos.

Chriſtus vnicus ille Meſsias.
Iudæorum cæcitas.
Gene.49.
Daniel.9.
Matt.26.
Lucæ.9.
Ioan.6.
Ioan.1.
Heb.1.
1.Petri.2.
Colo.1.2.
Roman.8.

FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM.]

Duobus prioribus verbis ſymbolum eam perſonã nobis nominatim indicauit,quę in hoc erat ab æterno deſtinata,vt ꝑ eam mũdus redimeretur,& vt notum faceret nobis Deus ſacramentum volũtatis ſuæ ſecundũ beneplacitum eius,quod propoſuit in Chriſto,in diſpẽſatione plenitudinis temporũ inſtaurare omnia quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo. Iam declarare incipit hanc perſonam,& verum Deum & verum hominem eſſe. Verum enim Deum oſtendit,quũ Chriſtum filium Dei vnicum pronũciat,id eſt natura filium Dei, ex ſubſtantia patris genitum,& vt aliud ſymbolum exponit, patri conſubſtantialem. Et proinde ob diuinam naturã, quã eãdem habet cum patre, omnipotenti virtute,magnitudine, ſapiẽtia,bonitate,ſempiternitate, hoc quod pater eſt omnia, tamen hæc non ſine authore,ſicut pater,ſed ex patre,tanquã filius patri æqualis,habet,ſine initio à patre natus, quemadmodum Ioannes ait: In principio erat verbum , & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum:hoc erat in principio apud Deum. Porrò filium Dei quum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis aſſumas,ſed cum Eſaia exclama: Generationem eius qui enarrabit? Nam ſi vel eo quod cor generat verbum,vel mens rationem,vel lux ex ſe parit ſplendorẽ, nulla fragilitas cogitatur,quãto ſacratius de horum omnium creatore cenſendum eſt? Quanquam hîc nulla ſimilitudo afferri poſsit,quin innumera diſcrepent. Nulla enim creatura talis eſse poteſt,qualis creator eius. Et ideo ſicut ſine exemplo eſt diuina ſubſtantia,ita & ſine exemplo eſt diuina generatio. Lux enim non parit ſubſtantiuum ſplẽdorem,aut cor-

Cur pater filiũ miſit.
Ephe.1.
Chriſtus verus deus & homo.
Symbol. Nicæ.
Philip.2.
Cypri.in ſymbol.
Ioã.5.16.17.
Ioan.1.
Natiuitas filii in diuinis inexplicabilis.
Eſa.54.
Nulla ſimilitudine diuina natiuitas exprimi poteſt.

*Pſal.*111. ſubſtantiuum gneerat verbum ſiue conceptũ ſiue prolatum, ſed filius Dei ſubſtãtialiter generatur, quod pater in eum omnem eſſentiam ſuam transfundit. Sicut ipſe in Euangelio *Ioan.*10. dicit: Ego & pater vnum ſumus.

*Eſa.*1. *Ioan.*1. *Rom.*8. *Rom.*5. ADdidit ergo Vnicum, vt hũc natura filium Dei, ſacernat à filiis adoptionis Dei. In ſcripturis enim frequenter homines pii appellãtur filii Dei, at non natura. Natura enim omnes nati ſumus filij iræ, ſed dignatione adoptionis per fidem in Chriſtum facti ſumus filij Dei, quemadmodum *Ioan.*1. Ioannes ait: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius, quum Chriſtus nunquam non fuerit na*Ephe.*1. tura filius Dei, Deus de Deo. Itidem Paulus Apoſtolus: Prædeſtinauit (inquit) nos in adoptionem filiorũ per Ieſum Chriſtum. Et iterum Roma. 8. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater.

SEcũdũ ergo hãc priorẽ generationẽ, Chriſtus non frater eſt noſter, nec hæres Dei, nec fratres habet, nec cohęredes habet. Quanquam etiã vel ob id filius vnicus rectè aſſeritur, ꝙ licet ſit Deus & homo, duabus naturis, deitate ac humanitate cõſtans, ſit etiã bis natus, vnius tamẽ filius eſt. Nõ enim duos fatemur filios, ſed Deũ & hominẽ, vnũ filiũ credimꝰ, manentẽ in duabus naturis, nõ tamen cõfuſis. Et quãquã duas habeat natiuitates. Vnã, qua naſcitur ex patre ſine tẽpore: alterã, qua naſcitur ex virgine matre, tẽpore ꝓfinitiuo à Deo, nõ tamẽ duo, ſed vnicus eſt filius, non alius, ſed idẽ aliter natus.

Duę Chriſti natiuitates.

Cur Chriſtus paſſim dominus in ſcripturis appellatur.

DOMINVM NOSTRVM.] Filius in ſcripturis frequenter Dominus appellatur, quod cognomẽ in Chriſtũ cõpetit, non tantũ iuxta alterã, ſed vtranq; naturam & diuinã & humanã. Quatenus enim eſt ab æterno Deus de Deo, dñs eſt omniũ, nõ alius dominus à patre, quẽadmodũ nec alius Deus. Etſi enim dicuntur. alii domini, conceſſa & impartita, non genita, poteſtate dicuntur. Hic verò ſolus eſt vnicus filius, & *1.Cor.*8. ſolus vnicus dñs. Sicut Apoſtolus dicit: Vnus pater Deus, & vnus Dñs Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Iuxta aſſumptam verò naturã, per crucẽ, mortem, & ignominiã promeruit intrare in gloriam patris, omnibuſque ſibi ſubiectis cõſtitutus eſt ad dexterã Dei in cœleſtibus, ſuper omnem principatum, *Ephe.*1. & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, nõ ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro. *Philip.*2. Et vt alibi Paulus ait: Datum eſt illi nomen, quod eſt ſuper

Chriſtus omniũ dominꝰ, quatenus deus.

Chriſtus dominus, quatenus homo.

omne

omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtriũ & infernorũ. Et oĩs lingua cõfiteatur, quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Vnde ipſe apud Matth. dixit: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in terra. *Matt. vlt.* Et vt humanitati Chriſti nõ tribuamus omnipotentiam, tñ ob vnitatem hypoſtaſeos, duas naturas cõplectentis, rectè dicitur omnium Dominus, quemadmodũ Chriſtianè ac piè dicimus, Deum paſſum ac mortuũ. *Chriſtus omniũ dominus.* Sed peculiari ratione Chriſtus dicitur dñs credentiũ, ſeu electorũ, & ideo ſymbolo additur noſtrũ, quo admonemur, quotquot in Chriſto per baptiſmũ renati ſumus, quotquot habemus redẽptionem p ſanguinẽ eius, vt totos nos ei dedicemus, & hunc vnicũ dñm noſtrum ꝓfiteamur, qui nos à dominatu ſatanę liberauit, & ſibi peculiũ & populũ acquiſitionis fecit. *Peculiari ratione dominus credentium.* *1. Petr. 1.* *Ephe. 1.* Nã quum eſſemꝰ ſerui peccati (qui enim facit peccatũ, ſeruus eſt peccati) & p peccatum diabolus in nos tyrãnidem obtineret, is clementiſſimus dñs, noſtri miſertus, ab hoc tyrãno crudeliſſimo dominium in ſe tranſtulit, & nos ſuo ſuauiſsimo iugo ſubiecit, vt qui in baptiſmo diabolo renũciamus, & ipſi vti domino noſtro nomen damus, ipſius etiã præceptis per omnem vitam voluntariè parere, & ſub eius tutela ſecuri viuere poſſimus & debeamus. *1. Petr. 2.* *Ioan. 8.* *Coloſſ. 2.* *Matt 11.* *Rom. 6. 7* Suauiſſima vox eſt dicentis: Vos vocatis me magiſter & dñe, & bene dicitis ſum etenim. *Ioan. 13.* Sed vide quid repoſcat: nempe vt quemadmodũ ipſe fecit, ita & nos faciamus. Certi ꝙ ab eo toti pendentes, tuti ſimus ab omni periculo. *Chriſto fidens ab omni periculo tutus.* Nam oues quæ audiunt vocem eius & ſequuntur eum, nõ peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquã de manu eius. *Ioan. 10.* Breuiter, dat eis vitã æternã: nimirum à patre impetrans hîc benigniſſimus dñs, vt vbi ipſe eſt, illic ſit & miniſter eius. *Ioan. 17.* *Ioan. 12.*

Et quanquã ſecundum hanc rationẽ humanitatis aſſumptæ, & peractæ redemptionis, dñs noſter ſit, non dedignatur tamen ſecũdum eandem, nos ſuos cõpellare fratres, & ꝓ ſeruis amicos. *Chriſti quatenus nõ fratres ſumus.* Quid ni, quum nec dedignatus ſit agere miniſtrũ? Ego (inquit) in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat. *Matt. 28.* At hęc vocabula nõ ęqualitatis, ſed ſimilitudinis cognationis, & charitatis ſunt. *Ioan. 15.* *Luc. 22.* Nã quod & ad humanitatẽ attinet, habitu quidem inuentus eſt vt homo, receptis in ſe oĩbus incõmodis, quæ naturæ veritatem comitãtur, vt ſunt, eſurire, ſitire, laſſari, angi, tædere, deniq; mori, idque volens noſtra cauſa, vt exolueret quod nos cõmerueramus, ſed iterim gra *Philip. 2.* *Matt. 26.* *Luc. 24.* *Ioan. 1.*

Coloſſ.2. tia & veritate ſemper plenus, nempe in quo inhabitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, expers omnis peccati, & ad peccandum procliuitatis, erroris, ignorãtię, breuiter omniũ quæ vel non congruunt dignitati perſonæ (quæ ſimul erat Deus & homo) vel gratiæ plenitudinem excludunt.

Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

Secunda Chriſti natiuitas. *Baruc. 3.* *Eſa.7.* *Cypria. in ſymbol.* *Tota trinitas cooperata eſt myſteriũ incarnationis.* *Luca.1.* *1.Cor.1.* *Quiſt ſpiritui ſancto peculiariter dicatur.*

HIc articulus ſecundã Chriſti natiuitatem (de qua propheta prædixit: Poſt hæc, inquiens, in terris viſus eſt, & cũ hominibus cõuerſatus eſt) proponit. Quem ergo ex prioribus, ſecundum naturã diuinam ab æterno ineffabiliter ex patre natum didiciſti, eundem hîc audis in tempore de ſpiritu ſancto cõceptum, & ex virgine natum, quemadmodum ante multa ſecula vaticinatus erat Eſaias: Ecce (inquit) virgo cõcipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt, nobiſcum Deus. In primis ergo hoc articulo refertur, Spiritus ſanctus dominicę carnis & templi eius creator: Sic tamen, vt intelligas totam trinitatem hoc adorabile myſterium cooperatam eſſe. Quod teſtatur Euangeliſta, referens angelum virgini Mariæ reſpodentem: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Et ideo quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Adeſt ergo altiſſimus, intellige patrem, fontem & authorẽ deitatis. Adeſt virtus altiſſimi, nempe filius qui proprie carnem aſſumpſit. Adeſt Spiritus ſanctus, cui tamen hoc opus peculiari quadã ratione attributum, ſcriptura dedicat, quod nõ eſt rarũ, vt quædam quæ omnium perſonarum communia ſunt ſcriptura ſingulis tribuat perſonis, veluti quum patri tribuit omnipotentiam, filio ſapiẽtiam, ſpiritui ſancto charitatem. Iam quum opus incarnationis Chriſti, opus ſit incomprehenſibilis & ineffabilis charitatis Dei, quemadmodũ Chriſtus dixit: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret, rectè hoc opus ſpiritui ſancto tribuitur, per quẽ dilargitur chariſmata.

Ioan.3.

Perpetua virginis matris virginitas. NATVS EX MARIA VIRGINE.] Sic enĩ debebat adimpleri ſcriptura, prophetico ænigmate perpetuam integritatem virginis Marię ſignificans, quum ait: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eã, eritque clauſa

clauſa principi. Quo quid euidentius de conſecratione virginis dici potuit? Clauſa fuit in ea virginitatis porta, ſoli Deo Chriſto principi patuit, reſpiciens ad Orientem, vnde ſol oritur nunquam occidens, qui viſitauit nos oriens ex alto, vt illuceſcat his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. per hanc prodiit Sol ille iuſtitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Non humana nec vulgari ratione. Spectabat enim porta ad viam ſanctuarii exterioris, quoniam ea natiuitas erat extra vulgarem hanc natiuitatem, nihil habens admixtum humanæ cōcupiſcentiæ aut fragilitatis. Suſcepit verbum carnem, non eſt mutatū in carnem, quia manens Deus ſuſcepit hominem. *Cyprian in ſymbol.* *Ezec.44* *Luc.1.* *Ioan.1.*

QVanquam nec hoc omittendum videtur, quòd filius Dei per animā rationalem, tum ſimul creatā, omnis cœleſtis gratiæ plenam, in ſecreta rationabilis ſpiritus arce verbum capientem, tanquam mediam carni vnitus ſit. Neq; enim ſubſtantia Dei, quæ per omnia incorporea eſt, inſeri corporibus, vel capi ab eis principaliter poteſt, niſi aliqua media ſit ſubſtantia ſpiritualis, quæ capax eſſe diuini ſpiritus poſſit. Nihil ergo hîc vulgare cogitãdum eſt, vbi ſanctificatio ſpiritus inerat, & anima quæ erat Dei capax, particeps etiam fiebat carnis. Nihil putandum impoſſibile, vbi aderat virtus altiſſimi. Nihil de humana fragilitate cogitandum, vbi plenitudo inerat deitatis. *Cypria.in ſymbol.*

VIrginem autem deſignat ex nomine Mariam, idq; nō temerè, quod & Lucas facit Miſſus eſt (inquit) angelus Gabriel ad Virginem deſpōſatam viro. ac ſtatim poſtea: Et nomen virginis, Maria. Hæc eſt illa Maria ad cuius nomē recreantur omnes animæ piorum. Eua ſiquidem diabolo aſſentiens maledictionem & mortem orbi intulit: Maria virgo Deo credens, benedictionem & vitam protulit. Per Euam adhuc virginem ſerpentis afflatu deceptam, venit calamitas: per virginem ſpiritus ſancti afflatu grauidam, rediit beatitudo. Per Euam preuaricantem Dei præceptum, iræ filij naſcimur: per Mariam Deo ſubditam, ac dicto angelico parētem, atq; credentem, Chriſtum accepimus, per quem renaſcimur filii Dei. Eua ſuperbiens gratiā Dei amittens, audiuit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & quę ſequuntur. Maria gratiam apud Deum inueniēs humilis audiuit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedi- *Lucæ.1.* *Ad Mariæ nomē oēs piorū animæ recreantur.* *Gene.3.* *Ioan.1.3.* *Gene.3.* *Lucæ.1.*

Ge.12.21 ăta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui,nimirum in quo benedicuntur omnes tribus terræ.

Chriſtus propter nos incarnatus. NOn ſuffecerit autem vt hæc omnia ineffabili Dei diſpẽſatione facta credas, nam & dæmones ad eum modum *Iacob.1.* credunt & contremiſcunt,exclamantes: Ieſu fili Dei altiſſimi,vt quid veniſti ante tempus perdere nos?) ſed neceſſe eſt, *Matt.8.* *Mar.5.* vt credas hæc omnia propter te facta,quemadmodũ ſymbo *Luc.8.* lum Nicænum exertè commemorat. Qui propter nos (in- *Symbol. Nicæ.* quit)& propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine,& homo fact^9^ eſt. Venit de cœlis deus,homo factus ex virgine,vt eſſet me- *Augu. lib. cõfeſ. 7.cap.18* diator Dei & hominum,homo Chriſtus Ieſus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula,vt eſſet via per quam veni *1.Tim.2* remus ad patrem,quemadmodum ipſe ait: Ego ſum via, veritas & vita. Neque enim per vllam aliam creaturam, ſiue ſit *Ioan.14.* in cœlo, ſiue ſit in terra, venitur ad patrem, ſed tantum per *Acto.4.* filium. Nec eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat nos ſaluos fieri, quòd non ſit in alio aliquo ſalus. Verbum caro *Cur filius ĩcarnatus.* factum eſt, vt lactaret infantiam noſtram ſapientia Dei, per *Ioan.14.* quam creata ſunt omnia. Induit humanam naturam æterna veritas ſupereminens omnibus creaturis ſuis, vt ſubditos erigeret ad ſeipſam,vt aperiret nobis voluntatem Dei,vt erudiret nos abnegare omnem impietatem, & ſecularia deſide- *Aug.de ſymbo.ad cathecu.* ria, vt nos deprimeret à nobiſipſis,& ad ſe traiiceret, vt carnales faceret ſpirituales, vt filios hominum per inſitionem *1.Tit.2.* adoptionis faceret filios Dei:factus humilis,vt ſanaret ſuperbos. Exaltauit enim ſe homo,& cecidit: humiliauit ſe Deus, & erexit. Nos cecidimus,ille deſcendit. Nos gemebamus,ille ſe inclinauit, ac manum Deus homini porrexit, ac miſerè *Cur de ſpiritu ſãcto conceptus, & ex Virgine natus.* lapſum ſubleuauit. Conceptus de Spiritu ſancto, ſine omni humana ac carnali actione, ſine viri ſemine, idque propter nos, vt conceptionem noſtram carnalem, impuram ac damnatam mundaret, nóſque per infinitam ſuam patriſque miſericordiam in Spiritu ſancto regeneraret. Natus ex Maria virgine,illæſa ipſius virginitate, ac pudore permanente, idque propter nos,& vt natiuitatem noſtrãm,originalis peccati macula pollutã, purgaret Deus & homo. Nam qui poſſet hæc, niſi eſſet pariter Deus & homo? Quis enim(vt Iob ait) poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?Nónne tu qui ſolus es?

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus eſt.

IAm myſterium paſſionis ingredimur, quod Paulus Apoſtolus verbũ crucis appellat, in quo ſolo oportet nos gloriari. Nã etſi verbũ crucis pereuntibus ſtultitia ſit, his tamẽ qui ſalui fiunt, virtus Dei eſt. In primis ergo credimus Chriſtũ verè paſſum. Sic enim ſcriptura clamat apud Eſaiã prophetã, Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et in euangelio Lucę dominus loquitur: Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ antequam patiar. Et iterũ: Nónne oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuã? Item primę Petri ſecundo: Qui quũ pateretur, non cõminabatur. Paſſus itaque eſt in corpore & anima, indicans ſe verũ hominem eſſe, captus, vinctus, cõtumeliis adfectus, colaphis cæſus, cõſputus, flagellatus, ſpinis coronatus, deniq; in crucẽ act⁹. Et ne exiſtimes eũ à paſſione, quod ad aĩam attinet liberũ fuiſſe, audi quid dicat: Triſtis (inquit) eſt anima mea vſq; ad mortem, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terrã. Abſit autẽ, vt credas Chriſtũ vel dãno aliquo, aut iniuria impaſſibilis diuinitatis in carne paſſum, aut paſſionem quam in carne & animo ſuſtinuit, per diuinitatis vnionem abſorptam eſſe. Vnio enim illa incomprehenſibilis, ſingulis naturis ſuã proprietatem ſeruauit. Quod enĩ paſſibile, nẽpe humanitas, paſſibile fuit. Quod impaſſibile, nẽpe diuinitas, mãſit impaſſibile. Ego (inquit) Deus, & nõ mutor.

Verbũ crucis, virtus Dei. *1. Corin. 1* *Chriſtus vere paſſus.* *Eſaiæ. 53.* *Luc. 22.* *Luc. 24.* *Paſſus in corpore & anima.* *Mat. 26* *Marc. 14* *Luc. 22.* *Ioan. 12* *Diuinitas in Chriſto impaſſibilis.* *Pſal. 101.* *Malac. 3.*

SVB PONTIO PILATO.] Iudicis nomẽ, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, adiectũ eſt, propter tẽporum agnitionem & hiſtoriæ certitudinem. Erat enim id temporis Pontius Pilatus præſes Iudææ, ſub Tyberio Cæſare Auguſto, qui Chriſtum, licet innocentem à ſe iudicatũ, in crucem tamen egit.

Mat. 27 *Marc. 15.* *Luc. 23.* *Ioan 18.*

CRVCIFIXVS.] Mortis genus audis, quod vt erat maximè cruciabile ac lentũ, ita habebat ſummã ignominiã maximè apud Iudeos. Nã in lege eorũ ſcriptum reperiebat: Maledictus omnis qui pẽdet in ligno. Cur autẽ hæc mortis ſpecies omnium acerbiſſima à Deo electa ſit, pręter ſcripturæ vaticiniũ (quæ hãc & typis & prædicationibus apertiſſimis futuram prodiderat) non oportet Chriſtianum admodum

Mors in cruce decebat redẽptorem.

Cypria. in ſymbolũ. eſſe ſolicitum, modo credat ac ſciat eam mortis ſpeciẽ ad redimendũ genus humanum, nedum optimam, ſed & decẽtiſſimam fuiſſe. Decebat enim, vt qui in ligno per ſuperbię & voluptatis ſtimulos vicerat, in ligno quoque per extremam humilitatem & ingentiſſimos dolores vinceretur per Chriſtũ dominũ noſtrũ. Decebat, vt Chriſtus expanſis brachiis à terra ſublimis pẽderet, qui pro ſua ineffabili miſericordia quęrebat omnes complecti, quẽadmodum ipſe diſcipulis *Ioan. 12.* ſuis mortis genus ſignificans, ait: Quũ exaltatus fuero à ter*Hebræ. 2.* ra, omnia trahã ad meipſum. Decebat eũ, ꝓpter quẽ omnia, & per quẽ omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, au*Augu. de ſym. ad catechu. lib. 2. cap. 6.* thorẽ ſalutis eorũ per paſſionẽ & crucem cõſummari. Decebat, vt ſpõſus noſter thalami ſui lignũ aſcenderet, & quũ in eiuſmodi thalami lecto dormiret, aperiret latus eius, & eccle*Gene. 2* ſia virgo prodiret, deſpõſanda Chriſto, vt quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormientis, ita & eccleſia formeĩ ex la*Ioan. 19* tere Chriſti in cruce pendentis, ex quo manauit ſanguis & aqua, q̃ ſunt eccleſiæ ſacramẽta. Decebat deniq;, vt Chriſtꝰ q̃ ſibi tria regna ſubiecturus venerat, quẽadmodũ Paulus a*Philip. 2.* poſtolꝰ ait: Quia ĩ nomine Ieſu omne genu flectẽ: cœleſtiũ terreſtriũ & infernorũ: in aërẽ ſublimatꝰ, aëreas ſubiugaret *Eſaiæ. 65* poteſtates tẽderetq; manus, vt & populo nõ credẽti incredulitatem ſuã exprobraret, & inuitaret credentes, fixa demum *Crux trophæum.* cruce in terrã, vt indicaret quòd & inferna ſibi regna ſubiiceret. Crux ergo iſta triũphus erat ſeu potius triũphi inſigne, ꝙ tropheum appellamus, nempe deuicti hoſtis indiciũ.

Philip. 2. MORTVVS.] Ecce hoſtia pro peccato in ara crucis immo*Hebræ. 2.* lata. Ecce Chriſtũ, Dei & hominis filiũ, obedientem patri vſque ad mortem, mortẽ autem crucis. Ecce Ieſum gratia Dei ꝓ omnibus mortem guſtãtem, atq; ideo particĩpãtem carni & ſanguini, vt ꝑ mortem deſtrueret eũ, qui habebat mortis imperiũ, id eſt diabolũ, & liberaret eos, qui timore mortis per totã vitam obnoxij erant ſeruituti. Id quod & eccleſia *In præfa. miſſæ.* canit: Qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit. Et propheta Oſee ante multa tẽpora prædixit: O mors, ero mors tua, *Oſe. 13.* morſus tuus ero inferne. Et ideo Chriſtus Noui teſtamenti *Hebræ. 9* mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earũ præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiãt, qui vocati ſunt æternę hereditatis. Vbi enim teſtamentũ eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris

ris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatū eſt, alioqui nondū valet dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatū eſt. Et omnia penè in ſangui ne ſecundū legem mundantur,&ſine ſanguinis effuſione nō fit remiſſio. Sed prioris teſtamenti typi, nimirū diuerſa illa hoſtiarum & holoçauſtorum genera euanuerunt, poſtquam Chriſtus verus agnus dei, qui tollit peccata mundi, per ſpi ritū ſanctū ſemetipſum obtulit immaculatū Deo, vt emūda-ret cōſcientiā noſtrā ab operibus mortuis ad ſeruiēdū Deo viuenti. Obtulit autē ſemetipſum volūtariè ſacrificiū Deo, ſicut ſcriptū eſt: Oblatus eſt, quia voluit, vt vel hoc īter mor tem noſtrā & Chriſti interſit, quòd noſtra anima vi morbi, aut humorū defectu à corpore depellitur, ſed dominus volēs animā ſuā depoſuit, quemadmodum apud Ioannē ait: Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam à meipſo.

In ſangui nē omnia mūdātur. *Chriſto in cruce oblato, ōnes vet. legis beſtiæ euanuerunt.* *Voluntarie Chriſtus mortuus.* *Eſa.53.* *Ioan.10.*

ET SEPVLTVS.] Sepultus eſt, vt monumentū clauſum, reſurrecturo ad vitæ nouitatē teſtimoniū prębeeret, ſicut na ſcituro vterus virginalis. Sepultus autē in monumēto nouo è viuo ſolidoq; lapide exciſo, vt ſicut in hoc monumēto nul lus alius mortuus ſepultus eſt, nec āte nec poſteà: ſic in illo vtero, nec ante nec poſtea quicq̄ mortale cōceptū eſt, quā quam & alia pleraque myſteria hæc ſepultura complectatur.

Au. de fide et ſym. *Matt.27* *Ineffabilis dei pietas erga nos.*

IAm qui credis Chriſtū paſſum, crucifixum, mortuum & ſepultū: & in Chriſtum propter te paſſum, crucifixū, mortuum& ſepultum crede. Audi Chriſtum tuum, te aduocantē ac dicentem: Sic Deus dilexit mundū, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illū, non pereat, ſed habeat vitā æternam. O ineffabilem Dei miſericordiam, quā Deus cōmendat in nobis, quoniam adhuc quum peccatores & impij eſſemus, ſecundum tempus, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt: quum inimici eſſemus, recōciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Capiat ergo fiduciā anima Chriſtiana pro qua mortuus eſt Chriſtus filius Dei, hoſtia immaculata, ſuffi ciens ad totius mundi diluenda crimina. Hic eſt agnus ille īmaculatus, cuius puriſſimus ſanguis ſubmouit angelū extinctorē. Hic eſt ęneus ille ſerpens quē exaltauit Moſes in deſerto, poſitus ꝓ ligno, vt qui percuſſi ſunt ab ignitis ſerpentibus, & aſpexerint eū, viuant & ſanentur: Serpēs ignitus eſt diabolus, qui humanū genus à Deo viuo per inobedientiā auertens, per concupiſcentiam, omnium malorum

Aug. de ſym. ad catech. li. 2. cap. 6 *Ioan.3.* *Rom.5* *Hebræ.9* *Ioan.1.* *Exodi.12.* *Num.21* *Ioan.3* *1. Tim. 6* *Coloſſ.2.*

In peccatis noſtris venundati ſumus. radicem,peccare fecit,& peccati chirographrum contra nos ſcripſit,quia vt Propheta dicit: In peccatis noſtris venundati ſumus.Pretium enim animæ ſuę diuenditæ vnuſquiſque conſequitur , quum concupiſcentiæ ſatisfecerit. Chriſtus ergo non ſuam,ſed patris faciēs voluntatem, āſcendens crucem,deleuit quod aduerſus nos erat chirographum,&affigens illud cruci ſuæ,traduxit principatus& poteſtates,triumphans in ſemetipſo,dans ſubinde hominibus,in ſe cruci-
Luc. 10 fixum credentibus,poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes,& ſcorpiones,& ſuper omnem virtutem inimici.

DEinde pro peccatis noſtris mortuus &ſepult⁹eſt Chri-
Rom 6 ſtus,vt & nos peccatis moriamur. An ignoratis(inquit Paulus)fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus?Cōſepulti enim ſum⁹ cum illo per baptiſmum in mortem,hoc ſcientes,quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,vt deſtruatur corpus peccati,vt vltra nō ſeruiamus peccato, nec regnet peccatū in no-
1.Petri.2 ſtro mortali corpore,vt obediamus cōcupiſcētiis eius. Itidē Petrus Apoſtolus ait:Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplum,vt ſequamini veſtigia eius,qui peccatū nō fecit,nec inuētus eſt dolus in ore eius,qui quū maledice retur,nō maledicebat:quū pateretur, non cōminabatur.tradebat autē iudicāti ſe iniuſtè,qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſup lignū,vt peccatis mortui,iuſtitiæ viuamus,
1.Petr.4 cuius liuore ſanati ſumus.Et iterū:Chriſto ergo paſſo in carne & vos eadem cogitatione armemini, qui paſſus eſt in car
Gloria noſtra,& cruce domini ne,deſiit à peccatis,vt iam nō deſideriis hominū,ſed voluntate Dei,quod reliquum eſt viuat tēporis. Iuuet ergo exclamare cū Paulo:Mihi abſit gloriari,niſi in cruce domini no-
Gala.6 ſtri Ieſu Chriſti,per quem mihi mūdus crucifixus eſt,&ego
Quomodo portanda crux poſt Chriſtum mūdo.Qui enim Chriſti ſunt,carnē ſuam crucifixerunt cū vitiis & cōcupiſcentiis,qui Paulum cōmonentem &audiunt & imitantur,dicentē:Mortificate mēbra veſtra,quę ſunt ſuper terrā,fornicationem,immunditiā,libidinem,concupi-
Coloſſ.3. ſcentiam malam,& auaritiā,quę eſt ſimulachrorum ſeruitus, ac deponētes iram,indignationem,malitiā,blaſphemiā,turpem ſermonē de ore veſtro,nō mentientes,ſed expoliantes vos veterē hominem,qui renouatur in agnitionē Dei,ſecūdū imaginem eius,qui creauit illū. Docet deniq; Chriſtus, quàm abſolutā obedientiā præſtare ergaDeū nos oporteat, quemad-

quemadmodum diuus Paulus exponit: Hoc ſentite ĩ vobis, *Philip.2.*
quod & in Chriſto Ieſu, qui quum in forma Dei eſſet, nõ ra
pinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exi-
naniuit, formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ fa-
ctus, & habitu inuẽtus vt homo, factus eſt obediens patri vſ- *Reſiſten-*
que ad mortẽ, mortem autem crucis. Proponit ergo in eadẽ *dum pec-*
cruce nobis exemplũ reſiſtendi peccato vſq; ad mortem, & li *catovſque*
benter interitũ ſuſcipiendi, ſi ita res poſtulet ꝓ pietate. De- *ad mortẽ.*
monſtrauit enim corporis mortem timendam non eſſe, dum *Aug. de*
ipſe prius pro omnibus dignatus eſt mori, & de morte trium- *ſymbo. ad*
phare. Diabolus ꝓmittit ſuæ voluntatis ſectatoribus vitam *catech. li.*
tẽporalem, & momentaneã voluptatem: Chriſtus vero iuſti- *1. cap. 3.*
tiam vſq; ad mortem ſitiẽtibus, vitã æternã. Et hic admodũ *Mat. 10.*
ſuaue eſt guſtare & ſentire ꝑ mortem & paſſionem Chriſti *Afflictio*
factum eſſe, vt & afflictiones noſtræ, imò & mors ipſa (modo *nes modo*
tñ eas Dei reſpectu ac patienter feramus) ipſi Deo nõ tantũ *patienter*
gratæ ſint & acceptę per Chriſtum, ſed & nobis ſalutares, ha *ferantur,*
bentes promiſſionem, quoniam ſi cõpatimur, & cum illo glo *ſalutares.*
rificabimur. Non enim condignæ ſunt paſſiones huius tem- *Roma. 8.*
poris ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Hæc eſt
crux, quam tollere nos iubet Chriſtus, & eum ſequi, quã gau
dentes ſuſceperunt Apoſtoli & martyres Chriſti. In hac glo
riatur apoſtolus Paulus. 2. Corin. 11. Hæc qui intelligunt, in
omnem fortunam erecti, cum fideli Iob dicunt: Dñs dedit, *Iob. 1.*
dñs abſtulit. Sicut dño placuit, ita factum eſt. Sit nomen dñi
benedictum. Nouerũt enim, quòd in præſenti eſt momenta- *2. Cor. 4.*
neum & leue tribulationis noſtrę, ſupra modũ in ſublimitate
æternum gloriæ pondus operari in nobis, nõ contemplanti-
bus nobis quæ videtur, ſed quæ nõ videntur. Quæ enim vi-
dentur, tẽporalia ſunt: quę autem nõ videntur, æterna ſunt.
Hæc qui ſciunt, ne mortem quidem abhorrent. Sciunt enim *Roma. 8.*
ꝙ ſiue viuimus ſiue morimur, dñi ſumus. Sciunt quoque ꝙ *Aug. de*
mors adeò nõ ſeparat nos à charitate Dei, vt & arctius copu- *ſymbo. ad*
let, quòd ſit via, per quam tranſimus à charitate imperfecta *catech. li.*
ad perfectam optabilis piis, ſed horribilis impiis. Paulus cla- *2. cap. 10.*
mat: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et ſancti patres mor
tes piorum, trãſitus ſeu dormitiones, imò natales potius vo-
cant, quàm mortem Chriſti verbum ſequuti, dicẽtis, ꝙ qui *Ioan. 3. 11*
crediderit in eum, non morietur in æternum, ſed tranſeat à
mortẽ ad vitam. Sed alia longe ratio eſt de impiorum mor-

ſtum Deum & hominem,vt hęc omnia noſtræ ſalutis cauſa perageret,de cœlis deſcendiſſe. In paſſione hominē ſe declarauit mortalem,per quā quod infirmū ac fragile erat, abſoluit. In reſurrectione ſe Deū declarauit,& immortalem. Qui enim deuicta morte reſurgit,nō poteſt eſſe mortalis. Atque ita decebat eū,propter quem omnia,& per quē omnia,multos filios in gloriam adducētem, authorem ſalutis eorū per paſsionē cōſummari. Reſurrexit ergo Chriſtus pro nobis, ſicut paſſus eſt pro nobis. Primū,vt eum quem authorem ſalutis noſtræ agnoſcimus,in quo omne præſidiū incolumitatis noſtrę collocamus,immortalem ſciremus.Chriſtus enim reſurgens ex mortuis,iam nō moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Deinde,vt nos ſimul cū illo per pœnitentiam cō mortui peccatis, & per baptiſma cōſepulti ſimul etiam cū illo in nouitate vitæ reſurgeremus:vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus,vt excitati per gratiam,ac ſpiritū ipſius,ipſi piè viuendo, & in mandatis Dei ambulādo,ſeruiremus. Traditus eſt ergo propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtrā. Si ergo complantati,facti ſumus ſimilitudini mortis eius,ſimul & reſurrectiōis erimus. Si mortui ſumus cum Chriſto,credimus,quia ſimul etiam viuemus cū illo. Quod enī mortuus eſt peccato,mortuꝰ eſt ſemel:quòd autē viuit,viuit deo. Ita & vos exiſtimate,vos mortuos quidē eſſe peccato,viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu,mortificatos legi per corpus Chriſti,vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit,vt fructificetis Deo. Fructus autem ſpiritus ſunt,charitas,gaudiū,pax,patientia,longanimitas,bonitas, māſuetudo,fides,modeſtia,cōtinentia,caſtitas,aduerſus quę nō eſt lex. Qui enim Chriſti ſunt,carnem ſuā crucifixerunt cum vitiis & cōcupiſcentiis. Et iterum,Si cōſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite,vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedēs:quæ ſurſum ſunt ſapite,nō quæ ſuper terrā: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in Deo. Induite ergo vos ſicut electi Dei,ſācti & dilecti,viſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiā:ſupportātes inuicem,& donātes vobiſmetipſis ſiquis aduerſus aliquem habet querelā,ſicut & Dominus donauit vobis,ita & vos. Super omnia autem hæc,charitatem habete,quod eſt vinculū perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus ve-

Hebr.æ.2
Chriſtus pro nobis reſurrexit
Roma.6
Ibidem.
Coloſſ.2
Lucæ.1.
Roma.4
Rom.6
Roma.7
Fructꝰ ſpiritus qui.
Gala.5.
Coloſſ.3.

ſtris,in qua& vocati eſtis in vno corpore,& grati eſtote. Pro-
Depreca-tio Pauli-na. inde pientiſſima oratio eſt Pauli ad Hebręos: Deus pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnũ ouium,in ſanguine Teſtamenti æterni,dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum,aptet vos in omni bono,vt faciatis voluntatẽ eius,faciẽs in vobis quod
1.Cor.15 placeat corã ſe,per Ieſum Chriſtum. Deniq; Chriſtus ſurrexit primitię dormientium,vt nobis certã ſpem reſurrectionis faceret. Ipſe eſt enim caput corporis eccleſię, qui eſt principium,primogenitus ex mortuis. Qui autem primus eſt,ſolus eſſe non poteſt,neque caput deſeret ſua membra. Si enim(vt diuus Paulus colligit)Chriſtus reſurrexit,& nos reſurgem⁹.

Aſcendit ad cœlos:ſedet ad dexteram Dei patris.

Chriſtus aſcẽdit ſecundũ hominem aſſumptum & cur. CONſummatis his quę in terra gerebãtur,& animabus de inferni captiuitate reuocatis,breuiter cõſummato redẽptionis myſterio Chriſtus aſcendit in cœlum,non ſecundum deitatem,qua ſemper æqualis eſt patri,qua vbique eſt,& qua nuſquam deeſt, ſed ſecundum hominem aſſumptum, gloria & honore coronatum ſubiectis ſibi omnibus, & quæ in cœlo &
Philip.2. quæ in terra. Aſcendit vero vt propheta, & prophetam expli-
Hier.23. cans Paulus,ait:Captiuam ducens captiuitatem,corporis aſpe-
Ioan.1. ctum ſubducẽs diſcipulis, & animos illorum ad cœleſtia ſub-
Hebr.2. uehens,promittens dona ſpiritus ex alto. Aſcendit autẽ poſt
Pſal.67. quadraginta dies à reſurrectione,intra quos ſeipſum diſcipu-
Epheſ.4. lis ſuis viuum præbuit in multis argumentis apparens eis, &
Acto.1. loquens de regno Dei.

Quomodo Chriſtus ſedet ad dexteram patris. SEdet ad dexteram Dei oĩpotentis. Seſſio iſta nõ eſt accipienda humano ſenſu, tanquã pater ad ſiniſtram, filius ad dexteram ſedeat:ſed per dexteram intelligenda eſt honoris æqualitas,regni conſortium, & poteſtas, qua conſtitutus eſt Chiſtus ſuper omnes creaturas,& quæ in cœlo,& quæ in terra,& quæ apud inferos ſunt,ſicut Paulus Epheſiis ſcribit:Se-
Aug. de ſymbo.ad cat:c. lib.2.c.7 cundũ operationem potentię virtutis eius quam operatus eſt in Chriſto Ieſu,conſtituens eum ad dexteram ſuam in cœleſtibus.ſuper omnem principatum & poteſtatem & virtutẽ & dominationem,& omne nomen quod nominatur non ſolùm
Ephe.1. in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Sic Stephanus legitur vidiſſe
Acto.7. cœlos apertos,& Ieſum ſtãtem à dextris virtutis Dei. Et ipſe

Chriſtus ſic futurum dixit: Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedẽtem à dextris virtutis Dei. Sedet qui ſine ſolicitudine gubernat vniuerſa, ſtat paratus ad opitulaudum omnibus ipſum implorantibus, ſicut Paulus dicit: Habemus aduocatum in cœlis. Secũdum ergo hanc virtutem de cordibus fidelium nũquam diſcedit, nunquã ſuos derelinquit, ſed ſemper potens eſt nos eripere de omnibus tribulationibus, anguſtiis, ac hoſtibus noſtris, quemadmodum pollicitus eſt nobis, dicẽs: Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. *Mat.28.* *Cur ſedere dicitur, & cur ſtare.* *Heb.6.* *1.Ioan.2.* *1.Pet.1.* *Mat.vlt.*

Aſcendit Chriſtus propter nos, vt omnes illum ſpiritualiter amaremus, & ex æquo omnes animos in cœlũ tolleremus, ſcientes illic eſſe caput noſtrũ. Aſcẽdit Chriſtus pro nobis præcurſor factus, pandens iter, & ſecuros nos de ſe reddens, vt fideliter ſperemus ad ipſum nos poſſe peruenire, quem credimus ad dexterã patris ſedere, quemadmodũ Paul' apoſtolus dicit: Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filiũ Dei, teneamus ſpei noſtræ cõfeſſionem. Aſcendit caput noſtrũ in cœlum, vt nos membra ſua ſecum in cœlum ſubleuaret, alioqui nũquam aſcenſuros. Nemo enim aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Vis ergo aſcendere in cœlum? aſcendẽ tem tene, etenim per teipſum leuari nõ poteris. Vis aſcẽdere? membrum illius eſto, qui ſolus aſcendit. Qui ſimul cõſuſcitauit nos, ſimúlque ſedere nos fecit in cœleſtibus. *1.Petr.1.* *Aug. de ſymbo. ad catech. li. vlt. c.7.* *Heb.4.* *8.9.10.* *Auguſt.* *Ephe.1.*

Vides quantum Chriſto debeas, vt te à ſeruitute diaboli redimeret, factus eſt homo: & vt certus de liberatione tua eſſes, tradidit ſe in mortem, animam ſuam ꝓ te poſuit, tẽque precioſo ſanguine ſuo coëmit, vt in nouitatem vitæ reſurgeres, vt certa fiducia crederes te in die illo extremo, eodẽ quod geſtas, ſed glorificato corpore, reuicturum: ipſe primus à mortuis reſurrexit, vt ſcires vbi petẽda felicitas, vt hoc mũdo nõ aliter quàm peregrinus ac in tranſitu vtereris, aliã inquirens patriam, omnẽmque curam ad illam cœleſtem æternámque vitam transferres, ſubuehendus tandem in terrã viuentium. ipſe primus aſcendit in cœlum, vt non timeres vel à mundo, vel à morte, vel à diabolo. ſedet ad dexteram virtutis Dei, paratus miſereri tibi. Ideo enim vt Paulus ait, Debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, & vt repropitiaret delicta populi. In *Rememoratio beneficiorũ Chriſti.* *Ioan.10.* *2.Cor.6.* *Rom.6.* *1.Co.15.* *1.Petr.1.* *2.Cor.5.* *1.Petr.2.* *Heb.10.* *11.* *Pſal.26.* *Hebr.2.*

Pſal.115. Accipiẽdũ à Chriſto quod Deo offeramus.

eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tẽtatus, potẽs eſt ei qui tentantur, auxiliari. Quid facies igitur ô homo qui tãta Chriſti erga te beneficia vides? Exclama cũ Propheta: Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et ſi non habes quod retribuas, accipe ab eo quod illi offeras. Et dic cum Propheta, Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo.

Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Duo Chriſti aduẽt⁹ Aug. de fide & ſymbol. c. 8. 2. Mat. 24. Mar. 13. Luc. 13. Acto. 1.

SYmbolum apoſtolicum duos Chriſti aduentus commemorat. Alterũ, quo deſcendens de cœlis, humilis venit, vt per mortem & ſanguinem ſuum captiuos redimeret, perditos repararet ac ſeruaret, de quo dictum eſt prius. Alterum, quo veniet cõuenientiſsimo tempore ac die, quem nobis ignotũ eſſe voluit in gloria patris iudicaturus viuos & mortuos. Quos ambos aduentus in ſcripturis cautè diſtinguere neceſſarium eſt. Rediturus eſt autem in ea forma qua aſcendit, atteſtantibus idipſum quũ aſcenderet, angelis, ac dicentibus, Viri Galilęi quid ſtatis aſpicientes in cœlũ? Hic eſt Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Humanâ quidem ſpecie conſpicuus, ſed iam immortalitatis gloria refulgens.

Iudicium extremũ. Aug. de ſymbo. ad catechu. lib. 1. c. 4. Rom. 14. Ioan. 5.

IVdicabit autem viuos & mortuos: id eſt feret ſententiam, & de viuis qui tum adhuc in aduentu ſuo ſupererunt, & de mortuis, nimirum omnibus, quotquot ab Adam vſque in eum diem defuncti ſunt, tum ſubitò reuicturis, quemadmodum diuus Paulus ait, Quòd nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Oportet enim nos omnes ſiſti ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria operis ſui, prout geſſit, ſiue bona ſiue mala. Pater enim omne iudicium dedit filio. Nec tantum homine, ſed & angeli boni ac dæmones impii corã eo ſiſtentur: Ieſumque præſentem intuebũtur, pii ad ſolatiũ, impij ad terrorem. Qui hic iniuſtè pro nobis iudicari cõdẽnarique ſuſtinuit, illic iudicabit orbem vniuerſum, rediturus cuiq; ſecũdum opera ſua.

Forma iudicii. Mat. 25.

Et hæc forma iudicij, cũ venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tum ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabũtur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ad hœdis:

ab hœdis:& ſtatuet oues quidem à dextris ſuis,hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erũt:Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi. Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare: ſitiui,& dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus,& operuiſtis me:infirmus,& viſitaſtis me:in carcere eram,& veniſtis ad me. Et quãdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis,mihi feciſtis. Tũc & rex his qui à ſiniſtris eius erunt,dicet:Diſcedite à me maledicti in ignem ęternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi mãducare:ſitiui,& nõ dediſtis mihi potum:hoſpes eram,& nõ collegiſtis me:nudus,& non operuiſtis me:infirmus,& in carcere eram,& non viſitaſtis me. Et quandiu non feciſtis vni de minorib⁹ his,nec mihi feciſtis. Quæ verba diligẽter recolenda ſunt,quibus docetur Chriſtianus,ſe ex fide illa mortua, quam nulla comitantur fidei & dilectionis opera haud ſaluãdum. Quin adeò charitatis ac miſericordię opera(ſine quibus nemo verè fidelis ſeu Chriſtianus cenſeri poteſt)requiri,vt de cęteris penè omnibus ſileatur. Qui enim dilectionẽ habet,omnia habet. Plenitudo enim legis,dilectio eſt. Et finis præcepti,charitas eſt de corde puro,cõſciẽtia bona,& fide non ficta. Nam etſi quiſque per fidem abſque meritis propriis, ex impio fiat iuſtus, interim tamen manifeſtum eſt,fidem ſine operibus fidei non prodeſſe ad ſalutem, in eo qui tempus habet operandi. *Mat. 25.* *Fides mortua nõ cõfert ad ſalutem.* *Plenitudo legis,dilectio.* *Rom. 13.* *1.Tim.1.* *Auguſt.*

Cæterum totum hoc iudicium nõ humano more, ſed in momento punctoq; temporis geretur, & tamen veriſſimè geretur. Nec enim opus eſt moroſa diſcuſſione,quãdo patebunt omnia cordium arcana, quãdo ſua quenque damnabit conſcientia,ſicut Apoſtolus ait:Teſtimonium illis reddente cõſcientia ipſorum,ac inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus,aut etiam defendentibus in die,quũ iudicabit Deus occulta hominum. Corpora quoque tunc ad immortalitatem immutata,non occupabunt(quemadmodum nunc)ſpaciũ loci,iuxta triplicem dimẽſionem,longi,lati,& profundi,vt nemo demirari debeat, vbi ſiſtendi ſint omnes homines,qui tot annorum milibus ab orbe cõdito fuerunt,& tamen erunt veriſſimè eadem corpora,quemadmodũ circa articulũ reſurrectionis mortuorum latius dicetur. Quòd autem ſcriptura ita loquitur, perinde atq; humano more iudiciũ hoc extremum *Iudicium extremum in momento peragetur.* *Roma.2.* *1.Cor.15.* *Corporũ poſt reſurrectionem ſubtilitas.*

peragendum ſit more ſuo facit, attẽperans ſermonem ad humanum captum, obſecundans tarditati noſtræ.

Rediturus propter nos, et cur.
1. Teſſ. 4.
Matt. 25.
Roman. 2.

CRedimus autem Chriſtũ ꝑpter nos venturũ iudicare viuos & mortuos, vt pios à corporali morte ac aliis oĩbus anguſtiis liberatos, in regnum ſuum cœleſte, vbi perpetuò cum eo erimus, ſubuehat. Impios verò debitis pœnis afficiat, quemadmodum ipſe dixit: Et ibũt hi, nimirum impii, in ignem æternum. Iuſti autem in vitam æternam. Itidem beatiſſimus Apoſtolus ait: Qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua, his quidem qui ſecũdum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quęrunt, vitam æternã: his autem qui ſunt ex contentione, & qui nõ acquieſcũt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malũ, Iudęi primùm & Græci. Non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Proindéque omnes pii hunc aduentum cũ ſummo deſiderio morantur, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſemper orantes, vt Deus pacis ſanctificet eos per omnia, vt integer ſpiritus eorum & anima & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur, ſcientes quia fidelis eſt qui vocauit eos, qui etiam faciet. Diligentibus enim aduentum eius, magna repromittitur beatitudo, quemadmodum Pauli teſtimonio comprobatur: De cætero (inquit) repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus iuſtus iudex in illa die: non ſolum autem mihi, ſed & hĩs qui diligunt aduentum Domini.

Act. 10.
Tit. 2.
1. The. 15
2. Tim. 4.

Cur dies aduentus domini nobis ignot.

VOluit autem Dominus hũc diem aduẽtus ſui nobis eſſe ignotum ad excitandum nos, quo ſemper in officio, & ea qua vocati ſumus vocatione, parati inueniamur. Proindéque apud Marcum Dominus ita Euangelium ſuum claudit: Videte & vigilate & orate: neſcitis enim quando tempus ſit: ſicut homo qui peregre profectus, reliquit domũ ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet: Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne quum venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate. Vigilemus ergo & oremus, quia breuis eſt & incerta iſta vita, & neſcimus tempus quando venturus eſt dominus.

Augu. in ſymbo.

Credo

Credo in ſpiritum ſanctum.

SVbſequitur tertia ſymboli pars, quę ſpiritui ſancto tribuitur, in primis declarãs eius diuinam naturam quã habet cum patre filióque cõmunem, ſalua diſtinctione proprietatis perſonarum, ſubinde dilucidè exprimens, quę ſit per ſpiritũ ſanctum in Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, gubernatio. *Tertia partis ſymboli diuiſio.* 1.*Cor.*12.

SPiritus interdum pro flatu aëreo accipitur, re incõſtanti, volubili & inſtabili, ſecundum quam appellationem non oportet aliquid ſimile imaginari de ſpiritu ſancto. Sed frequẽtius in ſcripturis, generali vocabulo, ſpiritus dicitur, quicquid incorporeum eſt. Sic in Euãgelio dicitur: Spiritus eſt Deus, quod omnibus perſonis iuxta diuinam naturam cõmune eſt. Sic & angeli ſpiritus dicuntur, ſic & animus hominis ſpiritus appellatur, ſed ratione incomparabiliter craſſiore. Peculiari autem appellatione in ſcripturis ſanctis, tertia in diuinis perſona, Spiritus ſanctus nuncupatur. *Spiritus variè accipitur.* *Pſal.* 148 *Ioan.*4. *Pſal.*103 *Hebr.*1. *Roma.* 8. 1. Cor.2.

CREDO, &c.] In exordio noſtræ expoſitionis diximus ſummam apoſtolici ſymboli tribus verbis cõtineri, nimirũ, Credo in Deũ. Cætera enim quę ſequuntur, tres vnius eiuſdémque deitatis perſonas, perſonarũmq; proprietates exponunt: quare ſi ſolius diuinitatis ratio habeatur, vnico cõtextu dicemus, Credo in Deum patrem, filium, & ſpiritum ſanctum: quemadmodũ Athanaſius in ſuo ſymbolo docet, fidem hanc eſſe catholicam, vt vnũ Deum in trinitate, & trinitatẽ in vnitate veneremur. In qua nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonę coæternæ ſibi ſunt & coæquales. Illa ergo omnia quæ de Chriſto, poſt articulum, Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominũ noſtrum: media intercedunt, ad incarnationis & paſſionis eius myſterium pertinent. In quibus tamen de ſpiritu ſancto, non ſiletur, ſed vt vna eadémq; in trinitate diuinitas doceatur, ſubnectitur tertia Symboli pars, de qua principio dicemus: *Summa ſymbol.* *Cypria.in ſymbol.*

CREDO IN SPIRITVM SANCTVM.] Diligenter enim hîc retinenda eſt præpoſitio, IN, quæ manifeſtè declarat ſpiritum ſanctum Deum eſſe patri filióque coæqualem. Nam in quas perſonas pariter creditur, eaſdem neceſſe eſt coæquales atq; vnũ Deum eſſe. Nemo enim in creaturã vllam credit, hoc eſt ſummam fiduciam collocat, ſed in vnico ſolóque deo, ſicut ſcriptũ eſt: Audi Iſraël, dñs deus tuus vnus eſt. *Præpoſitio, In.* *Spiritusſan. deus.* *Augu.in Ioã.c.*14. *Deute.*6.

Matt.22. Interrogati ergo de patre,an pater Deus ſit: Reſpondemus,
Marc.12. Deus eſt. Interrogati de filio,eodē modo,quia Deus eſt. In-
Luc.10. terrogati deniq; de ſpiritu ſancto,pariter dicim⁹,quia Deus
Auguſt. eſt. Non tñ tres dij, ſed vnus eſt Deus, de quo meminit ſcri-
de fide & ptura: Quoniā ex ipſo & p ipſum & in ipſo ſunt omnia: ipſi
ſymb.c. 9. honor & gloria in ſecula ſeculorū. Amen. Quanq̄ autem o-
Roma.11. mnium veriſſimū ſit, in rebus creatis nullam reperiri poſſe cōuenientem ſimilitudinem,per quā vel tenuiter hæc trinitas perſonarū in vnitate deitatis intelligi poſſit: quæ enim ratio, aut quæ ſimilitudo incōprehenſibili & ineffabili Deo comparari poteſt,quemadmodum quoq; ſuprà meminimus?
Augu.de Tamē,cum venia diuinæ maieſtatis, ſequuti diuū Augu ſti-
ſymbo.ad num,ad iuuandā infirmitatem noſtrā,aliquam afferemus ſi-
catech.lib. militudinē,in ea re creata,in qua Deus noſter, in ſcripturis
3.cap.9. apparuiſſe dicitur,nēpe igni. In igne tria cōſpicimus,lumē,
Exo.3.13. ignis,ſplēdorem, & calorem,& quū ſint tria, vnū lumen eſt, ſimul exurgunt,ſimúlq; cōſiſtunt,nec ignis præcedit ſplendorē,nec ſplendor calorē: & hæc nō confuſe vnū ſunt,ſimul
Trinitas operātur,& inſeparabiliter operantur: aliud igni tribuitur,
inſeparabi aliud ſplendori,aliud calori. Nā quum ad ignem refers viſio-
liter oīa nem,ibi operatur & ſplendor, & calor: & quum ad ſplendorē
operatur. refers illuminationē,ſimul operatur & ignis & calor: & quū
Gene.1. ad calorem refers calefactionem,ſimul operatur ignis & ca-
Roma.11. lor & ſplendor. Ita quum dicitur, ꝙ Deus fecerit mūdum,in-
Myſteriū telligimus patrem,ex quo omnia,per filiū,per quem omnia,
trinitatis in ſpiritu ſancto,in quo omnia,mundū condidiſſe. Et quum
incompre- dicimus filiū ꝓ nobis incarnatū, & paſſum, intelligimus in-
henſibile carnationē & paſſionem filij operatū fuiſſe & patrē & filiū
etiam an- & ſpiritū ſanctum, quemadmodum ſuperius quoq; memini-
ge is. mus. Et quū peccatorū remiſſio tribuitur ſpiritui ſancto,in-
3.Reg.8. telligimus totā trinitatē hoc donū inſeparabiliter operari.
Augu.de Hoc ob omnino rudes dixerimus. Nā illud myſteriū, quod
fid.et ſym. eſt ineffabile & incōprehenſibile,nec verbis angelicis expli
cap.9. cari poteſt: quāto minus humanis? ꝓpterea temerè nihil de
Matth.5. inuiſibilibus affirmemus tanquā ſcientes,ſed tanquā creden
1.Cor.13. tes,quoniā non niſi mundo corde videri poſſunt: idque non aliter in hac vita quàm ex parte tantum,& in ænigmatæ.

Perſonarū Simpliciter ergo credenda eſt hæc perſonarum æqualitas.
æqualitas. Nā quid eo manifeſtius,quod Saluator in Euangelio ait:
Matt.26. Baptizantes eos in noīe patris & filij & ſpiritus ſancti. Hic enim

enim tres perſonas receſſet, quibus tribuit parem potentiã, virtutem & honorẽ remiſſionis peccatorũ, & regenerationis noſtræ, per baptiſmũ. Et vt euidentius ſymbolum, quod in miſſa canitur, æqualitatem ſpiritusſancti in diuinitate cũ ceteris perſonis indicaret, addidit quaſdam voces de ſpiritu ſancto, appellans illum dominum, & viuificantẽ, qui ex patre filióque procedat, qui cũ patre & filio ſimul adoretur & conglorificetur, qui loquutus ſit per prophetas. *Symbolũ Conſtan.*

SPIRITVM SANCTVM.] Sanctum appellauit, quia vnicus eſt ſpiritus, natura ſanctus, ex ſe oĩa ſanctificans quę ſancta ſunt: appellatus propterea à Paulo ſpiritus ſanctificationis angelorũ quidẽ hominũ piorũ ſpiritus. Sãcti quoque dicũtur, at nõ ſanctificãtes, ſed ſanctificati per ſpiritũ creatorem. Sãctus quoq; ſpiritus nũcupatur, ad diſcretionẽ aliorũ ſpirituum. Nam in ſcripturis legimus, Sauli fuiſſe ſpiritũ à dño malum, & ſpiritum mendacẽ in ore prophetarũ, ſpiritũ vertiginis, ſpiritũ pythonicum, ſpiritũ fornicationum, ſpiritum nequã, ſpiritum immundũ, ſpiritũ huius mundi, ſpiritũ ſatanę, ſpiritũ timidũ & elatũ. His omnibus ſpiritusſanctus cõtrarius eſt, eiiciẽs eos. Nam diſpellit omnẽ malitiam, pro ferocibus mites reddit, deducit in omnẽ veritatem, reuelat ſcripturarũ myſteria, per fidẽ purificat corda, largitur verã charitatẽ, quæ non cogitat malum, nec operatur perperam, inſpirat huius mundi contẽptum, eximit ab omni conſortio ſatanæ, & ſubiectos reddit Deo, quia ſpiritus Dei eſt, & ſpiritus Chriſti à patre filioq; procedens. A patre quidẽ, atteſtãte ſcriptura: Qui (inquit Chriſtus) à patre ꝓcedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Et iterũ: Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. A filio vero, quũ Euãgeliũ dicat, ꝙ filius poſt reſurrectiõnẽ mittens diſcipulos ſuos prædicare Euãgelium, inſufflauit in faciem ipſorum, & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum. Et Apoſtolus ait: Si quis ſpiritum Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius. *Vnicus ſpiritus natura ſanctus* *Roma.1.* *1.Reg.16.* *3.Reg.22* *1.Reg.28* *Acto.16* *Lucæ.11.* *2.Cor.12.* *Prouer.16* *Lucæ.11.* *Ioan.16.* *1.Cor.12.* *1.Cor.13.* *Ioan.14.* *& 15.* *Roma.8.* *Ioan.5.* *Matt.10.* *Ioan. 20.* *Roma.8.*

HAbet autem ſpiritus ſanctus in ſcripturis diuerſa nomina ſecundũ diuerſas operationes. Digitus dei dicitur ĩ quo Chriſtus eiiciebat dæmonia. Spiritus paracletus. i. conſolator, qui confirmat & conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ſeu aduocatus. Ipſe enim poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. i. ad poſtulandum nos incitat & impellit. Spiritus rectus, quòd deducat nos in viam rectã à *Spiritusſãcti diuerſa nomina in ſcripturis.* *Lucæ. 11.* *Matt.10.* *2.Cor.1.* *Pſal.50.*

terrenis affectibus, quibus inambulamus, nos purgans, & ad cœleſtia ſubuehens: à circuitu, in quo impii ambulant, reuocans, & in viam rectam mandatorum domini reducens. Spiritus principalis, quòd confirmet nos, vt nullis perturbationibus à Chriſto ſeparari valeamus, nullis terroribus recedere, nullis cruciatibus infirmari. Spiritus bonus quē dat deus petentibus eum, diffundens charitatem in cordibus noſtris. Spiritus adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater. Tribuitur autem in primis ſpiritui ſancto bonitas, quoniam per ipſum fit remiſsio peccatorum, & largitio donorum, quibus ornat animam abolitis peccatis. Itidem charitas, quia per ignem amoris ſui congregantur & conglutinantur fideles, ſicut membra corporis noſtri cohærent integra beneficio animi ſeu ſpiritus noſtri.

Roma. 8. Lucæ. 11. Roman. 5. Roma. 8. Galat. 4. Roma. 12. 1. Cor. 12. Ephe. 4.

Quomodo in ſpiritum ſanctum credentiū. Ioā. 14. 15 16.

Credimus ergo in ſpiritum ſanctum deū, cum patre & filio. Credimus quòd in illo pater per Chriſtū & in Chriſto omnia operatur, omniáque viuificat ac fouet. Credimus quòd hoc ducente & gubernante, per filium veniemus ad patrem, quòd per hunc à deo patre cum filio agitemur, excitemur, vocemur, ac trahamur. Credimus quòd ille per eam fidē quæ in Chriſtum eſt, donetur, quòd per eum inhabitantem, efficimur templum dei, ſicut dicit ſanctus Paulus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterum: Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo. Credimus quòd hic eſt, qui conſcientias noſtras reas arguit de peccato. Cui enim dubium eſt, aliū ſpiritum ſpiritui noſtro in æquitate frigido, tum adueniſſe, cū feruore accenditur pœnitentiæ? Neque enim qui lethali crimine occubuit, ſeipſum rurſum accendere poteſt, vt ad deum ſuū reuertatur, niſi accedat ali⁹, hoc eſt dei ſpiritus, ipſum diiudicās. Credimus quod hic ſpiritus mortificet in nobis carnales cōcupiſcentias, quòd extinguat opera carnis, quòd motus in nobis excitet, & fructus gignat ſpirituales. Eſt itaque certiſſimum pignus vocationis noſtræ, quoniam quum ſentimus opera eius in nobis, id eſt conuerſionem animarum noſtrarum ad Deū viuentē, & cætera quæ diximus: ipſe ſpiritus reddit teſtimoniū ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Quo imbuti, cum fiducia clamemus: Abba pater. Nā qui hoc ſpiritu vacant, mundano ſpiritu imbuti, falsò dicunt

Ioan. 3. Roma. 8. Acto. 11. 1. Cor. 6. Ioan. 16. Ber. in ſermone diei Pentec. 1. Spiritus ſ. mortificat & viuificat. Galat. 5. 2. Cor. 5. Ephe. 1. Roma. 8.

Chriſto,

Chriſto, Domine domine: quia hoc ſpiritu carent, nō facientes voluntatem patris, nec fructus ſpiritus: proindéque ſecū dū Ioannis teſtimonium, nemo Ieſum appellat dominū, niſi in ſpiritu ſancto Dominum enim Ieſum appellare nō poteſt quiſquam, qui ſe illi totum nō committit & ſubdit quod fit ſpiritu ſancto docente. Ergo fratres (vt diuus Paulus inquit) debitores ſumus, nō carni, vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecūdum carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.

Qui ſpiritũ Chriſti non habet is fruſtra appellat Deum.

1. Cor. 15

Rom. 8.

NOlo tamē, vt intelligas hanc motionem animi tui, eſſe ipſum Spiritū ſanctum, etſi in ſcripturis interdū ſic nominetur, nimirū quòd ſit gratia & opus Spiritus ſancti ab eo proficiſcens, quæ non ſubſtantia, ſed accidens in nobis eſt. Ad eum modum orat Paulus, vt hic ſpiritus integer perſeueret in nobis, hoc eſt ſpiritus ſancti gratia. Atque hui⁹ gratię reſpectu, quam operatur ſpiritus ſanctus in cordibus fideliū, homo ex corpore, animo, & ſpiritu humano cōpoſitus ſæpenumero, caro, carnalis, ſeu animalis apud Paulū appellatur, quòd quicunque ex ſpiritu ſancto non fuerit renatus, mentem, rationem & voluntatem carnalibus deſideriis ita obſitam teneat, vt regnum Dei videre non poſſit.

Aug. de tri. lib. 5. cap. 14

1. The. 5.

Au. de fide & ſym. cap. 10.

1. Cor. 2.

Ioan. 3.

Sanctam eccleſiam catholicam.

HIc ſermonis vis mutatur: omittitur enī præpoſitio, IN. Nō enim dicit ſymbolum, Credo in ſanctā eccleſiam, & cętera quæ ſequuntur, ſicut ſuperius dixit: Credo in Deū patrem, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicū, & in Spiritum ſanctum: ſed tantum, Credo ſanctam eccleſiam catholicam, id eſt credo eccleſiam à Deo congregatā eſſe nō in ſanctam eccleſiam, vt in Deum. Hac ergo prępoſitionis ſyllaba, creator ſecernit̄ à creaturis, & diuina ſeparant̄ ab humanis.

Cypri. in ſymbolū.

Credimus ſanctā eccleſiā, non ĩ eccleſiā.

SANCTAM ECCLESIAM.] Proximo articulo didicim⁹, ſpiritū omnia ſanctificantem: hîc eccleſiam audimus ab illo ſanctificatā. Eccleſia Gręca vox eſt, ab ἐκκαλεῖν, quod eſt euocare. Vnde eccleſia quaſi euocata concio. Fides enim (vt ait Paulus) ex auditu eſt: auditus autem per verbū Chriſti. Qui ergo per verbū Chriſti euocati ſunt à ſimulachris mortuis ad Deum viuum, ab ignorantiæ tenebris ad lucem Chriſtianę veritatis, & obtemperarunt, eccleſia Chriſti dicuntur. Ec-

Eccleſia quid ſignificet.

Rom. 10.11

1. Petr. 2

Eccleſia duplex cleſia autem duplex eſt, militans & triumphans: vtrâque cō
Aug. in plectitur hic articulus. Triumphans eſt cœtus ille beatarum
ench. 56. animarum cum Chriſto regnantiū, qui & de mundo & dia-
Apoc. 7 bolo triumphauit, & regnat cum Chriſto ſecurus in æternū,
quē Apocalypſis deſcribit, Hi (inquit) ſunt qui venerunt de
tribulatione magna & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt
eas in ſanguine agni, & ideo ſunt ante thronum Dei, & ſer-
uiunt ei die ac nocte in tēplo eius: & qui ſedet in throno, ha
bitabit ſuper illos: non eſurient neque ſitient amplius, nec
cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus: quoniam agnus qui in
medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad fontes aqua-
rum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorū.

Militās bifariam cōſideratur. VT ad eccleſiam militātem veniamus, hæc bifariam cō
ſideratur. Primum ſtrictius, quatenus dicimus eos eſſe
in eccleſia, qui ita ſunt in Domo Dei, vt & ipſi ſint domus
Au. de fide ad Pe. Dei, ſeu templū ſpiritusſancti, qui conſtituūt vrbem illā bea
tā Hieruſalem de cœlo deſcendentē, à Deo paratā, conſtru-
Itē lib. 7. cōtra Donatiſt. ctā viuis ex lapidibus, de quibus dixit Apoſtolus: Multi vnū
corpus ſumus in Chriſto Ieſu, quos & alibi vocat populum
emūdatum ab omni iniquitate, acceptabilem Deo, ſectato-
Apoc. 2. rem bonorum operū. Eccleſia vero eatenus accepta ſoli Deo
1. Cor. 12 nota eſt, quemadmodum idem Apoſtolus ait: Cognouit do-
Roma 12 minus qui ſunt eius. Verum ad eum modum nō oportet acci
Ephe. 4 pere Eccleſiæ vocabulum, vbi vel Chriſtus de audienda Ec-
Tit. 2. cleſia præcipit, vel patres poſt Apoſtolos de authoritate Ec-
2. Tim. 2 cleſiæ diſſerunt. Hanc enim quę audienda eſt, & cuius autho
Eccleſia viſibilis. ritas ſequenda, nobis cognoſcibilem atq; adeò viſibilē eſſe
oportet. Secūdo ergo Eccleſia conſideratur, vt complecti-
Aug. de tur omnes qui habent communionem profeſſionis fidei, do
fide ad ctrinæ, & ſacramentorum, ſecundum catholicam & apoſto-
Pet. cap. licam traditionem. Ad hunc modum, nimirum quod ad eā
45. ſocietatem attinet, tam boni quàm mali, per quandam colli-
Boni & mali in eccleſia quo modo. gantiā eiuſcemodi profeſſionis ac exterioris participationis
ſacramentorum, ſunt in Eccleſia Dei: mali tamen non ſecus,
quàm palea eſt in frumento. Et quēadmodum humano cor-
pori plerunque adhærent membra, aut mortua, aut arida, aut
Mat 15. putrida, aut languida, quæ nonnunquam reſecanda veniunt,
1. Cor. 5. ne cætera membra horum cōtagione inficiantur, interdum
toleranda, ne fortè ſi abſcindantur, totum corpus in pericu-
lum veniat, quæ etſi membris viuis in vitali ſpiritu non cō-
municent,

municēt, colligantia tamē quadam viuis adhęrent. proīdēque adhuc corporis membra dicũtur & corporis eſſe partes. Ita de Eccleſia ad hunc modum accepta ſentiendum eſt, vt ſit populus in vnam profeſſionem fidei, & communionem ſacramentorum vocatus, cohærens ſaltem ſecundum vnitatem profeſſionis, & viſibilem quandam Chriſtianæ fidei formam. In quo cœtu & bonos & malos dicimus eſſe permixtos, qui etſi non ſint colligati omnes vnitate ſpiritus & vinculo charitatis, colligati tamen ſunt ſecundum vnionem vnius ſignaculi fidei, & corporaliter coniuncti ſecundum viſibilia pietatis ſacramenta, quanuis nonnulli inter eos ſint impij, peccatores, auari, fornicatores, & id genus homines, ſecundum exteriorem fidei profeſſionem, formam quidem pietatis habentes, virtutem tamen eius abnegantes. *2. Tim. 3*

Qui ab eccleſia ſint excluſi.

AD hunc modum accipientes eccleſiã, excludimus ab ea tum excommunicatos, tum hæreticos, ſchiſmaticos, itē & paganos. Excommunicatos quidem, q; publico eccleſię iudicio ab exteriori eccleſiæ cōſortio, donec reſipiſcant. *1. Cor. 5.* ſeparati ſint. Hæreticos autem & ſchiſmaticos, quòd ſua ſpō- *1. Ioan. 2.* te eccleſiam exierint, deſeruerintque, eandem & cōtemnen- *Ioan. 2* tes & proſcindentes & perſequentes. Paganos verò, quod eccleſiã, veluti in qua nec ſint nec vnquã fuerint, nulla ex parte agnoſcant, ſecundũ nullam, ne exteriorem quidē & viſibilem formam religionis & ſacramentorũ, eccleſię vnquam adſcripti ſeu coagulati. *Au. li. 7 cōtra Donat.* Nec dubium eſt, magnum diſcrimē eſſe inter hos, quos à conſortio eccleſiæ penitus ſecludimus, & illos quos certa ratione vti membra, licet inutilia, ab eccleſiæ vnione non repellimus. Nã gentes, itidē manifeſtos hæreticos, ſchiſmaticos & excommunicatos, quanuis eccleſię membris cohabitent, & ſecundum exteriorem politiã cũ eccleſię membris couerſentur, nemo tamen eos eccleſiæ mēbra dixerit, quod ſecus eſt in Chriſtianis, quãuis publicè peccantib⁹, ab eccleſiæ tamen conſortio nondum reſecatis, ſcripturis id apertiſſimè docētibus. Paulus Apoſtolus ad Corinthiorum *1. Cor. 5* eccleſiã ſcribēs, culpat ipſos, quod audiretur inter eos fornicatio talis, qualis nec inter gentes. Et ſtatim apertum diſcrimē facit inter fornicarios & ſceleratos fratres, ac fornicarios ac ſceleratos huius mundi, quòd illos vti membra cōtagioſa tolli ac ſegregari, & vt fermentum malitię ac nequitię, cōmixtum maſſæ, expurgari iubeat, donec reſipuerint. quead-

Diſcrimē inter excluſos ab eccleſia & inter peccatores nōdum reſectos.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Paulus excommunicat fratrē inceſtum.

modum ipſe illic incæſtum fratrem excommunicat, ac ſatanæ in interitũ carnis tradit, vt ſpiritus eius ſaluus fiat ĩ die domini:non tolleret autẽ nec ſegregaret,niſi eum intus in eccleſia fuiſſe fatereẽ. At hos nempe fornicarios ac ſceleratos huius mundi,ibidẽ penitus foris eſſe dicit.& eos ad ſuũ iudiciũ non pertinere. Quid enĩ mihi(inquit)de his qui foris ſunt,iudicare? Nónne de his qui intꝰ ſunt,vos iudicatis? nã eos qui foris ſunt Deus iudicabit. Auferte ergo(vt ſubdit)malũ ex vobiſipſis. Heretici ergo ac ſchiſmatici manifeſti.nō intus,ſed foris eſſe dicuntur,vt qui ſecundum verbũ

1.Ioan.2.

Apoſtoli receſſerint,& non permanſerint in doctrina Chriſti:qui ex nobis prodierunt,ſed nō erant ex nobis:nã ſi fuiſſent ex nobis,permãſiſſent vtiq; nobiſcũ,quibus ne vel Aue dicamus. vel hoſpitiũ præbeamus. idem Apoſtolus vetat, ac Paulus hæreticum hominẽ poſt vnã & ſecundam correptionẽ deuitari præcipit,quòd ſubuerſus ſit qui eiuſmodi eſt,& delinquat quum ſit proprio iudicio condemnatus. Quòd ſi (vt omnes ſolent hæretici) ſe eccleſię membrũ eſſe ſimulet, ſtatim vt innotuerit,eccleſiam exiiſſe,ac palmitem arefactũ eſſe,eccleſiaſtico ſarculo reſcindendus eſt, ne viti officiat.

Cum hæreticis nō cōmunicandum.
Tit.3
Ioan.13

Malos ſuo modo ĩ eccleſia eſſe comprobatur.

ET ne quis hoc diſcrimẽ vanum eſſe putet, ſed intelligat Chriſtianos vitæ,licet nō ſatis inculpatæ, ac carnaliter viuentes,atq; adeò lethalibus criminibus cõtaminatos(modò tamen pacem integram,tum quod ad fidei profeſſionem ac doctrinam,tum quod ad ſacramentorum participationem attinet, cum membris viuis retineant)ad prædictum modũ in eccleſia eſſe. Chriſtus eccleſiam ſuam, aream vocat, quæ continet & paleam & triticum:Sementem quoque ſeminatã in agro,in quo quum ſuperſeminatur lolium,ſuccreſcunt ſimul zizania & triticum. Sagenam item in mare miſſam,atq; ex omni genere piſcium cõgregãtem,malóſque piſces ſimul cum bonis permixtos habentem. Itidem vineam,in qua ſunt palmites,nõ tantum vuas,ſed & labruſcas faciẽtes. Regnum etiam cœlorum appellat eccleſiam, quod cõfert decem virginibus, quinque prudẽtibus,& quinq; fatuis. Denique quẽadmodum in arca Noë animalia munda erant ſimul cum immundis,ita & in eccleſia, quandiu in hoc mundi pelago iactatur,bonos habebimus & malos.

Matth.3.
Luc.13.
Matth.13
Matt.20.
Ioan.15.
Matt.25.
Gene.7.

Cypri. ad Max.

HAec autem noſſe oportet omnem Chriſtianum,ne exiſtimet eccleſiam propter malorũ permixtionem deſerendam,

rendam,& aliam quærendam. Verum in omnibus(vti Auguſtinus ait)tenenda eſt beatiſſimi Cypriani pleniſſima charitatis pietatiſque ſententia,dicentis:Quanquam in eccleſia videamus eſſe zizania,non tamē debet perturbari aut fides aut charitas noſtra,neque de eccleſia recedere debemus ob id quòd zizania in eccleſia eſſe cernimus, quin poti⁹ vbi videmus eccleſiam opprimi per impios,hic fidei articulus, quem tractamus,nos cōfirmabit,ne deſperemus,ſed ſciam⁹ eccleſiam eſſe permāſuram,& nauiculam iactandam quidē, ſed non ſubmergendam.

Aug.con tra Creſ. grāmat. cap.31.

Matt. 16

Matt. 14

SEcundo,vt intelligamus nō extenuandā eccleſiæ authoritatem, multo minus ab eccleſia recedendū ob id quòd interdum cathedram occupent Pōtifices vitæ nō ſatis inculpatę,aut quòd in eccleſia prędere cōſpiciam⁹ criminoſos, modò tamen per legitimā ordinationem ius & poteſtatem miniſterij acceperint,& in cōmunione permanſerīt.Si quidem eum qui ſemetipſum cōſtituerit Epiſcopū,nemini ſuccedēs,nemine legitima ordinatione epiſcopatū dante,quātumlibet ſub ſe congreget multitudinem populi, & dicat ſe ſeruare ac docere quatuor Dei euangelia,apoſtolicam ſcripturam,& fidem & charitatem cū cęteris eccleſiis:non poſſe tamen eccleſiæ membrum eſſe palàm eſt.Eccleſiæ ergo ordinē authoritatémque ob malos tantummodo mores miniſtrorum labefactare,planè ſchiſmaticū eſt.Nam & ſi tales eccleſiæ miniſtri,vitam ducentes improbatam,ſpiritu careāt, quò ipſi ſancti ſint & iuſti:quandiu tamen eccleſiæ membra ſūt,& ab eccleſia tollerētur ſpiritu ſanctū,qui Chriſti & eccleſiæ miniſteriis,quæ per eos agūtur,aſſiſtit.habēt per quē in eccleſia peccata remittūt,ac ſacramenta efficaciter impertiuntur. Neq; enim ideo nō ſunt efficacia ſacramenta,quia per malos tractantur.Omnia enim,ſacramēta,licet indignè tractātibus obſint, proſunt tamen per eos dignè ſumentib⁹. In miniſtris enim,quatenus miniſtri ſunt, nō attēdim⁹ meritorum diuerſitatem,ſed tantū virtutē ac poteſtatem ei⁹ cuius munere funguntur.Nō enim pendent ſacramenta ex dignitate minſtrorum,ſed ex mandato & ordinatione diuina. Clamat cōtra Corinthios Paulus,quòd æſtimarint baptiſmi gratiā à miniſtris,dicentes:Ego quidem ſum Pauli,ego autē Apollo,ego verò Cephæ,ego verò Chriſtuquaſi diuiſus eſſet Chriſtus, vel Paulus, vel Apollo pro ipſis crucifixi, aut

Ob malos pontifices non extenuanda eccleſiæ authoritas.

Iren.contra hæreſ. li.4.cap. 43.63.

Tertu.de præſcrip. hære.

Cypriani.

Sacramēta efficaciter conferūtur per malos miniſtros.

Vi ſacramentorū ex ordinatione Dei

1.Cor.1.

1.Corin.3 in nomine Pauli,& nõ potius Chriſti baptizati eſſent. Proindeque grauiter arguit eos, vt ſchiſmatis reos,dicens: Quũ ſit inter vos zelus & cõtentio,nónne carnales eſtis,& ſecundum hominem ambulatis? Quid enim Apollo? quid verò eſt Paulus? Miniſtri eius cui credidiſtis. Ego quidem plantaui, Apollo rigauit,ſed qui incremẽtum dat, Deus. Itaque neq; qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incremẽtum dat, Deus. Hac de re multæ inſignes in ſcripturis ſententiæ

Ioan.1. extant. In euangelio Ioannis legimus Baptiſtæ teſtimoniũ: Qui(inquit)miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentẽ ſuper

Matth.3 eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Similiter apud cę

Marci.1. teros Euãgeliſtas, Ego baptizo vos aqua,ille autem baptiza

Lucæ.3. bit vos in Spiritu ſancto. Docet idem aperta Chriſti ſenten

Mat.24 tia, honorem etiã deferens Iudæorum cathedræ,in qua ta-

Matt.8. men impij ſedebant: Super cathedrã(inquit) Moyſi ſederũt

Luc.17. ſcribę & phariſæi,quęcunque dixerint,facite. Et iterum: Va

Lucæ.10 de,& oſtende te ſacerdoti. Itidem alibi, Ite,& oſtendite vos ſacerdotib⁹. Et quid apertius eo quod ait: Qui vos audit,me audit,qui vos ſpernit,me ſpernit? Vbi miniſterij authoritatẽ à miniſtris in ſe trãsfert. Baptizatus ergo ab immundo ſacerdote,nihilo ſecius mundatur,nõ ab immundo,ſed à Chriſto qui intus baptizat in homine,in quem oportet totã ſpẽ ponere. Maledictus enim qui confidit in homine.

Ephe.4. TErtio hæc noſſe oportuit,vt ſciamus malos in Eccleſia Dei præſidentium mores,non tanti æſtimandos,vt nos dubitare faciant,vbinam ſit eccleſia Chriſti,quod hac tẽpeſtate multis vſu venit,qui fluctuãt ab omni vento doctrinę, à nobis recedentes,& in angulum aliquẽ ſe recipientes,di-

Matt.23 cere incipiunt,Ecce hic Chriſtus,ecce illic. Sic enĩ fieri nõ

Marc.13 oportuit. Notas & ſigna habemus longè certiſſima,quę nos

Lucæ.17. de eccleſia vbinam ſit,dubitare non ſinunt. Principio nemo

Certiſſima ſigna negat,in eccleſia ſynceram doctrinam,euangelicam & apoſtolicam eſſe oportere. Et hanc pręcipuã eſſe eccleſiæ notã,

Eccleſiæ catholicæ. iuxta illud,Oues meę vocẽ meam audiunt,& quod eſt apud Paulũ, Si quis prædicauerit aliud Euãgelium,anathema ſit.

Ioan.10. Sed hęc nota non ſtatim defendet nos ab hæreticis. Nam &

Galat.1. ipſi iactant ſe Chriſtianũ habere nomẽ & apud ſe ſolos eſſe Chriſti fidẽ,ſacramenta,& ſcripturas,ſed aut mentiũtur de-

Cypria. torquẽtes ſcripturas,aut grauiter fallũtur. Nã & Cyprianus

ait,

ait. Scripturas ſi ſeruarent, eccleſiam Chriſti cognoſcerēt, & in ea permanerent. Quærenda eſt enim eccleſia in ſcripturis ſacris, vbi manifeſtè cognoſcitur, quibus deſignatur ipſa ab Hieruſalem incipiens creſcere, & inde per apoſtolos diffundi in omnes gentes, ſecūdum ſeriem ſucceſſionis durans ad hæc vſq; tempora. Quiſquis ab hac eccleſia catholica fuerit ſeparatus quātumlibet ſe laudabiliter viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere (ꝙ à Chriſti vnitate ſeiunctus eſt) non habebit vitam æternā, ſed ira Dei manet ſuper eum. Quiſquis autem in hac eccleſia bene vixerit, nihil ei præiudicāt aliena peccata, quia cōmunio malorū nō maculat aliquem cōmunione ſacramentorū, ſed cōſenſus factorū. Hęc eſt ergo ſola religionis Chriſtianæ machina, quæ cunctas hæreſes ſemel abolet. Ipſa, inquā, concors doctrina omniū ſanctorū patrū, ſecundum ſuorum temporū ſucceſſiones, cōcorditer reddentium teſtimoniū verbis Chriſti, & primitiuę eccleſię cōſuetudini. *Aug. ad circen. epiſto. 159.* *Ad Donatiſt. epiſt. 160* *Luc. 24.* *Succeſſio patrūm legitima.*

Quod vt paulò euidētius fiat, ex ſcripturis manifeſtū eſt, eccleſię colligantiam nō tantum conſtare aliquorum hominum cōſenſu in vnam aliquam fidei profeſſionem ſacramentorúmq; cōmunionem, aut in eadem Euāgelia, eaſdémq; canonicas ſcripturas, ſed pręter hęc, ordo in eccleſia retinēdus eſt, veluti quidā eccleſiæ nexus, nō quem humana præſumptio adinuenit, ſed quē Chriſtus inſtituit, qui in eccleſia ſua omnia ordinatiſſima eſſe voluit, ſingulaq; membra ſua officiis defungi, diuidēs vnicuiq; gratiā, prout vult. Proindéq; poſuit ac dedit quoſdam apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad cōſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes ī vnitatem fidei & agnitionē filij Dei, in virum perfectū, in menſuram plenitudinis Chriſti. Et quur hoc neceſſarium fuerit, continuò addidit, dicens, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum. Officia ergo Chriſtus in eccleſia diſcreuit, non parem membris omnibus tribuens poteſtatem, ſacerdotalem inſtituens functionem, cui annexuit nō humanam, ſed planè diuinam poteſtatem, nempe prædicandi Euangelij, remittēdi & retinēdi peccata, dandi ſpiritum ſanctū, claudendi & aperiendi regnum cœlorum, cōficiendi corpus & ſanguinē dominicū, ac cætera ſacramenta eccleſiæ miniſtrādi. Hanc po- *Colligantia eccleſiæ quibus conſtet.* *Ordo eccleſiæ nexus.* *1. Cor. 12.* *Ephe. 4.* *Chriſtus in eccleſia diſcreuit officia.* *Luc. 22.* *1. Cor. 4.*

Ioan.20. *Matt.18* *Auguſt.* teſtatem collaturus Chriſtus Apoſtolis, iam renatis ac ſpiritum ſanctum habentibus, poſt reſurrectionem inſufflans dixit, Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Hanc inſufflationem Auguſtinus ac cæteri patres, peculiarem gratiam ac poteſtatem interpretantur, quæ per traditionẽ infunditur baptizatis, quum per manus impoſitionem ritè ordinantur, de qua dicit Apoſtolus ad Timotheum, Noli negligere gratiam Dei, quæ in te eſt per impoſitionem manuũ presbyterij. Viſibili ergo ordinatione per Chriſtũ inſtituta, per Apoſtolos dein facta, & in nos continua ſucceſſionis ſeriẽ deducta, ad retinendam eccleſiæ vnitatem quàm maximè opus erat.

1.Tim.4 *Matt.10* *Mar.3.6* *Luc.3.10* *Acto.14* *Titum.1.*

NAm nunq̃ ſchiſmatum fuiſſet finis, niſi Chriſtus nõ tantum inuiſibili ſed & viſibili iuſſione ac ſacramẽto, apoſtolos ſuos miſiſſet, dicens: Sicut me miſit viuẽs pater, & ego mitto vos. Et iterum, Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos omnia ſeruare quæcunq; præcepi vobis. Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur, vt Apoſtolus ait? Non enim tutò vlli hominum creditur, ſe inuiſibiliter miſſum aut à deo vnctum eſſe dicenti, quum & Paulus Apoſtolus & Barnabas viſibili ſacramento ſegregandi erãt apoſtolica authoritate ad eccleſiaſtica miniſteria. Et Paulus Titum officij commonens, ait: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas p ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Querenda eſt ergo eccleſia apud eos, apud quos eſt concors doctrina, & legitima epiſcoporum ſucceſſio, ab Apoſtolorum temporibus ad hæc vſque tempora deducta.

Ioan.10. *Marc.16* *Mat.vlt.* *Roma.10* *Acto.13* *Tit.1.* *Legitima epiſcoporum ſucceſſio eccleſiæ nota.*

QVod patres apertiſſimè docent, & in primis Ireneus vetuſtiſſimus epiſcopus, qui nõ multo poſt Apoſtolorum tempora floruit hanc ſententiã paſſim inculcat. Nam lib.4.aduerſ.hęre.c.63.ſic habet: Agnitio vera (nimirum eccleſiæ) eſt apoſtolorum doctrina, & antiquus eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mundo, & charactere corporis Chriſti, ſecũdum ſucceſſiones epiſcoporum quibus illi eam quę in vnoquoque loco eſt, eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſq; ad nos, cuſtodita. Et poſt pauca. Et præcipuũ dilectionis munus (ſubaudi eccleſia habet) quod eſt precioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm ꝓphetia, omnibus autem chariſmatibus ſuper-

ſupereminens. Et eiuſdem lib cap. 45. (vbi refert ſe audiſſe presbyterum, qui audierat ab his qui Apoſtolos viderāt) ait: Vbi igitur chariſmata Dñi ſunt poſita, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea quę eſt ab apoſtolis eccleſiæ ſucceſsio. quod hinc cōfirmat, quia poſuit Deus primo in eccleſia Apoſtolos, &c. Eādem ſententiam lib. 3. cap 1. 2. 3. 4. & 5. aduerſus hæreticos grauiſsimè ac luculētiſsime defendit, vīdicās authoritatem & traditionem eccleſię, quæ ab Apoſtolis per ſucceſsionē presbyterorū cuſtoditur, perueniens vſq; ad nos. Et eiuſdem aſtruens vnitatem: Pleniſsima (inquit) eſt hęc oſtenſio, vnam & eandē viuificatricem fidem eſſe, quæ in eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate. Et ne quis putaret ſolius fidei, ſucceſsionē, ſufficere, lib. 4. cap. 43. ait: His tantum presbyteris obediendū, qui ſucceſsionem habent ab Apoſtolis, qui cum epiſcopatus ſucceſsione, chariſma veritatis certum ſecundum placitum patris acceperunt. Reliquos qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habēdos, vel quaſi hæreticos & malę ſententię, vel quaſi ſcindentes & elatos, & ſibi placentes, aut rurſus vi hypocritas, quæſtus gratia & vanæ gloriæ hoc operantur, qui omnes à veritate decidūt. Et hæretici quidem (vt ſubdit) alienum ignem offerentes ad altare Dei, id eſt alienas doctrinas, à cœleſti igne comburentur, quemadmodum Nadab, & Abiu: & qui exurgunt contra veritatem & alios adhortantur aduerſus eccleſiam Dei, remaneant apud inferos, voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem eccleſiæ, eandem quam Hieroboam pœnā percipiunt à Deo. Hæc ille. Cui reliqui ſancti patres vno ore omnes aſſenciuntur ac ſubſcribunt. In primis autem Tertullianus libro de præſcrip. hæreticorum, vbi docet epiſcopū principalem in vnaquaque eccleſia habuiſſe authorem vel apoſtolum, à quo ius & poteſtatem ſacerdotii acceperit. Itidem Cyprianus paſsim: ex profeſſo verò in Epiſtola ad Antonianum, Eos docet eſſe ſchiſmaticos, qui ſe præpoſitos conſtituunt ſine vlla ordinationis lege, qui nemine epiſcopatum dante epiſcopi ſibi nomen aſſumunt. Cui Hieronymus accedit: ſine chariſmate (inquit) & epiſcopi iuſsione, neque presbyter, neque diaconus ius habent baptizandi. Denique vt cæteros ſileamus, diuus Auguſtinus clara voce

Schiſmatici qui ſe ipſos præpoſitos cō ſtituunt.

Num. 16

3. Re. 14.

Cypria in epiſtol. ad Anton.

Hierony.

Auguſt. pronunciat, eos extra eccleſiam eſſe, qui relicto Epiſcopo Dei, ſuccedanea ordinatione preſidente aut ſibimetipſis, aut ſemetipſos conſtituunt præpoſitos, primates, & epiſcopos.

Plebs non habet poteſtatem pro ſuo arbitratu miniſtros eccleſiæ conſtituendi. VBi in primis eos perſtringit, qui etſi eccleſię ordinariã poteſtatem verbis ornent, tamen re ipſa cõfundunt aſſerentes apud eccleſiam, hoc eſt promiſcuum populum, ius eſſe conſtituendi miniſtros. modo hi qui titulum habeat ordinariæ poteſtatis, dare nolint. Interpretanturq; eccleſiam eam, quæ habet purum verbum Dei abſq; omni alia nota. Ordinarios, autem tum nolle dare dicunt, quum nõ ſtatim dant quos ipſi petunt homines reprobos circa fidem, quo hoc contendũt, vt plebs aliqua malè perſuaſa, ſe tantum purum Dei verbum habere, cõtemnat eccleſiaſticam ordinationem, & miniſtros legitimè cõſtitutos pro ſuo arbitratu reiiciat, & ſibimetipſi conſtituat magiſtros prurientes auribus, & huc torquent ſcripturas, afferentes illud: Cauete à pſeudo prophe-

Ioan. 10. tis. Et illud: Oues meæ vocem meam audiunt. Et hoc: Si quis

Galat. 1. aliud Euangelium prædicauerit, præterquam quod prædicatum eſt vobis, anathema ſit. Imò non tantum ſcripturas torquent, ſed & patres citat, in primis Cyprianum, quaſi is plebi poteſtatem fecerit interpretandi ſcripturas, deſtituendi ac conſtituendi pro ſuo arbitratu miniſtros, quum tamen Cy-

Obiectio prianus in eo quem citauimus loco diuerſam ſententiam acerrimè tueatur. Adferunt ergo, quod Cyprianus habet epiſtol. 4. vbi ait: Propter quod plebs obſequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere. quum ipſa maximè habeat poteſtatem, vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi. Sed ipſi videre nõ volunt hãc epi

Dilutio. ſtolam de hæreſiarchis Martiale & Baſilide ſcriptam eſſe, & in hoc ſcriptam eſſe, vt doceat, plena diligẽtia & exploratione ſyncera, oportere ad ſacerdotiũ deligi eos, quos Deo conſtet fore acceptos, non tantum ſuffragio plebis (quanuis & plebem adhiberi conuenerit, vt præſente plebe, vel detegantur malorum crimina, vel bonorũ merita) ſed legitima & iuſta ordinatione accedente, nimirum ſacerdotali authoritate, alioqui cõpetet in plebem, quod per Oſeam Dominus dixit,

Oſee. 9. Sibimet regem conſtituerunt, & non per me. Propterea (vt ibi ſubdit Cyprianus) de traditione diuina, & apoſtolica obſeruatione ſeruandum eſt & tenendum, vt ad ordinationes

ritè

ritè celebrandas,ad eam plebem.cui præpoſitus ordinatur,epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quique conueniant, & epiſcopus eligatur plebe præſente. Et poſt pauca:Quãuis Domini,voce prędictũ ſit,deficiẽte mũdo, bona quoq; deficere, mala verò ac aduerſa proficere. Nõ ſic tamen,quãuis nouiſſimis tẽporib' in eccleſia Dei,aut euãgelicus vigor cecidit, aut Chriſtianæ virtutis & fidei robur elãguit,vt non ſit portio ſacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas & fidei naufragia ſuccumbat:ſed fortis & ſtabilis,honorem diuinę maieſtatis, & ſacerdotalem dignitatem plena timoris obſeruatione tueatur. Apertè ergo Cyprianus diffinit,aliud eſſe eligere,ac nominare hominem,qui incipiat eſſe paſtor aut epiſcopus,quod permiſſum eſt plebi,aliud cõſtituere paſtorẽ,quod proprium eſt apoſtolorum,& eorum qui ipſis ſuccendunt. Vt enim ſcriptura habet, Apoſtoli conſtituerunt diaconos,preſbyteros,ac epiſcopos per loca. & ciuitates. Denique aliud eſſe inſtituere ſacerdotium,ſeu epiſcopalem poteſtatẽ,quod proprium eſt Chriſti.

Matt. 21. *Marc.* 13 *Lucæ.* 21.

Act. 14. *Tit.* 1.

Qvòd autẽ Cyprianus ait,licere plebi ſeparare ſe à peccatore & ſacrilego ſacerdote: vel intelligẽdum eſt de eo qui extra legitimam ordinationem eccleſiam exiens, cathedram occupat: vel ſi malis generatim intelligere,cognoſces aliud eſſe vitare perſonam vitiis corruptam, maximè cũ eccleſiæ legitimo iudicio à conſortio reſecta ſit:aliud verò, ſeparare ſe à cathedra:hoc eſt aliud eſſe,contẽnere corruptã vitã hominis in cathedra ſedentis:aliud,contemnere ſacerdotalem poteſtatem: nam & hæc in malis epiſcopis honoranda eſt,non vita. Hanc fuiſſe Cypriani ſententiam,ipſe vbique teſtatur & exemplo declarat. Nam & ipſe(vt beatus inquit Auguſtinus) cum auaris & rapacibus, non ſolum laicis & clericis,ſed & epiſcopis,atque pontificibus,panem Domini manducabat,& calicem bibebat,nec tamẽ terrebatur verbo Apoſtoli iubentis nòn commiſcere illis,nec cibum ſumere:ſufficiebat enim illi à talibus corde ſeiungi vita & moribus diſtingui, qui non poterat ab eis corporaliter ſeparari. Quare ſi plebs ex vita ſcelerata paſtoris ſcandalizetur, non ſeparet ſe ob id à paſtorali poteſtate,nõ conſtituat ſibi proprio arbitratu parochum,ſed expectet eccleſiæ iudiciũ, quæ ſeruata lege. Euangelii,debet tollere,malos ac contumaces à communione. Interea autem ſequatur plebs Euangelij præ-

Sacerdotalis poteſtas etiã in malis honorãda.

Auguſt.

Quid agẽdũ plebi, cui præfectus eſt malus paſtor.

Matt. 18.

Matt.23. ceptum: Quæcunque dixerint vobis, facite, ſecundum opera verò facere nolite.

Plebi non eſt deferẽdũ iudiciũ de puritate doctrinæ. IAm quod de puro verbo adſerunt, non eſt audienda plebs, vindicans ſibi cenſuram & authoritatem de puritate verbi cognoſcendi. Nam ſi quibuſlibet licebit de puritate ſcripturę & doctrinæ pronunciare, tot erunt eccleſiæ, quot ſunt hęreticorum capita. Quis enim ignorat omnes ſchiſmaticos ſuperbia inflatos, aut miſerabili cęcitate deceptos, dicere, ſe tenere ſcripturas, & rectè ſentire de domino noſtro Ieſu Chriſto, nomen Chriſtianum fortiter iactantes? Neque enim ſibi blandiantur (vt inquit Hieronymus) ſi de ſcripturarum capitulis videantur ſibi affirmare quod dicunt. Nam & diabolus de ſcripturis nonnulla eſt loquutus, & ſcripturæ non in legẽdo, ſed in intelligendo conſiſtunt. Alioquin (vt ſubdit) ſi literam ſequimur, poſſumus & nos quoque nouum vobis dogma componere, vt afferamus in eccleſiam non recipiendos, qui & calceati ſunt & duas tunicas habent, ex cap. 9. Lucę detorto. ſed puritas doctrinæ expendenda eſt, non ſecundum traditionem præſentis, aut huius vel illius particularis eccleſiæ, huius vel illius interpretis, ſed ſecundũ traditionem ab initio à temporibus apoſtolorum concordi patrum ſententia ad nos vſq; deductam. Nõ enim ideo quia Cyprianus aut Hieronymus aut Auguſtinus ita docuit, ſed quia eccleſia Chriſti ab initio ſecundum ſucceſsionem, ſeriè ad hæc vſq; tempora deducta, ex ſcripturis ſic credidit, tenuit, docuit, & prædicauit, idem credendum ac docendum eſt.

Hierony. Matt.4.

Vniuerſalis et perpetua traditio eccleſiæ.

Obiectio. Dilutio. QVare nemo nobis opponat eccleſiam præſentẽ in ſingulis membris poſſe falli, aut eccleſiæ præſenti non licere nouos fidei articulos condere. Neque enim hoc dicimus, eccleſiam præſentem pro arbitratu ſuo poſſe diffinire & ſtatuere de fidei articulis, ſed doctrinam eccleſiæ dicimus eã quæ ſpiritu Dei ab Apoſtolis in nos vſque, concors deriuata eſt. Innititur ergo pręſens eccleſia antiquę fidei, antiquis ſcripturis ac traditionibus veteris eccleſiæ apoſtolicæ, cui hæc eccleſia per fidei ſpiritum copulatur.

Cum in eccleſia quæſtio oritur, quo recurrendũ. SI ergo (quemadmodum Irenæus lib.3. cap.4. pulcherrimè dixit) de aliqua quæſtione diſputatio eſt, oportet ad antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus cõuerſati ſunt Apoſtoli, & ab eis de prępoſita quæſtione ſumere quod certũ eſt. Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſ-

ſent-

ſent nobis? nónne oportebit ordinẽ ſequi traditionis, quem tradiderunt his quibus cõmittebant eccleſias, cui & barbari aſſenſerunt, atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem? Hæc ille. Proindeque Paulus dixiſſe videtur: Si quis euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis, nimirum traditione, non ſcriptura. *2. Cor. 3. Galat. 1.*

IRenæo conſentit Auguſtinus contra Manichæos: Palàm (inquit) eſt, quòd in re dubia ad fidem ac certitudinem valeat authoritas eccleſiæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus, vſque in hodiernum diem durans, ſuccedentium ſibi tot epiſcoporum ſeriè, & tot populorum conſenſione firmatur. Iam ſi inſpicientes veteris eccleſiæ traditionem & antiquiſſimorum patrum volumina, planè videmus veteris eccleſiæ doctrinã prorſus cum doctrina eccleſiæ præſentis conuenire, & in hiſce quæ fidei ſunt faciem & ſtatum eccleſiæ præſentis, eſſe antiquo ſtatui conſentaneum, & eccleſiam Chriſtianam in præſentiarum credere & obſeruare, quemadmodũ credidit & obſeruauit eccleſia, quę fuit, quum Bernardus ageret in humanis: Et eccleſiam eam, quæ ætate Bernardi fuit, in eiſdem fidei rebus ita credere & docere: quemadmodum tota eccleſia Chriſtiana, quæ Bernardum ſexcentis & multo pluribus annis anteceſſit, quæ & baptizabat infantes, & pro defunctis orabat, & ieiunia commendabat, & vota obſeruabat, & ſanctorum interceſſiones non reſpuebat, ac alia quæ nunc in contentionem vocantur, tradebat. Inſanimus profectò, ſi concordi & vetuſtiſſima eccleſiæ traditione relicta, ſchiſmaticis aſſentiamur. *Aug. con tra Manichæos.* *Præſens eccleſia credit quemadmodum primitiua.*

ET vt nũc occurrat aliquid, quod vel aperto ſcripturę teſtimonio, vel ſynodorum generalium authoritate apertè deciſum nõ ſit, ſed inter dubia computetur, ſua cenſura & authoritas etiam præſenti eccleſiæ ſubtrahenda non eſt, ad quam Chriſtus vltimum iudicium retulit. Præterea præſens eccleſia poteſtatẽ habet inſtituendi ordinationes & ritus eccleſiaſticos, ad fidem charitatemq́; ædificandam alendamq́ue quarum finis quum huc tendat, vt in eccleſia omnia (ſecundũ diui Pauli pręſcriptum) ordine ac decenter gerantur, vt ſint pædagogia ad ſecretiora myſteria capeſſenda, & ſacra reuerẽtius tractanda, vt ſint imagines pietatis & fidei in oculos & aures influentes, vt ſint fulcimenta virtutis, & ſtimuli quidã nos admonentes, quid, à quo, quo tẽpore, quóve pacto ſuſci- *Eccleſiæ cenſura in rebus dubiis.* *Matt. 18.* *Finis cæremoniarũ.* *1. Cor. 15.* *1. Cor. 14.*

pi, agi, tractariq; in toto iſto ordine conueniat, omnino contemnendæ nõ ſunt. Quæ tamen ab eccleſia ſic inſtituuntur, nõ vt charitati (modo abſit ſcandalum) interdum cedere non debeant, ſed potius vt fidem & charitatem prouehant, quales ſunt ieiuniorũ, feriarum, ac alij innumeri pij ritus, qui huc ſpectant, vt expeditiores ſimus ad audiendum verbum Dei, ſacramenta participandum, & ſeruiendum Deo viuenti, & proinde non tantum vtiles, ſed & neceſſariæ ſunt in præſenti eccleſia, quæ multos carnales cõplectitur, quibus manuductione opus eſt. Quare qui has ſpernit & reiicit, aut vt mera figmenta hominũ irridet, aut à Deo veritas eſſe dicit, is cum Deo & diſcipulo eius Paulo pugnat. Nam vt cętera ſileamus, prior ad Corinthios epiſtola ſatis oſtendit, quàm fuerit diuus Paulus in ritibus iſtis piis ordinandis, atque adeò obſeruandis ſolicitus, vt pronunciarit reiiciendos ſecus ſentientes, Si quis (inquit) vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, nec eccleſia Dei.

Cæremoniæ in eccleſia neceſſariæ.
Paulus cæremonias aſtruit.
1. Cor. 12.

DEniq; vt præſens eccleſia non ſit eiuſdẽ illuminationis & reuelationis, cuius illa fuit, quæ ſub Apoſtolis, & ſtatim poſt Apoſtolos erat, quod ad docenda ac tradenda Chriſtianæ fidei myſteria atque doctrinas attinet, ꝙ Apoſtoli ac ipſorum ꝓximi ſucceſſores, eccleſiæ primitiuæ columnę artius teſtimonium de his quæ viderant, perhibere poterant, qui & ipſum Chriſtum, illiúſq; opera viderunt, & doctrinam ex ſacratiſſimo ipſius ore perceperunt, manifeſtationémq; diuini ſpiritus in ſignis & prodigiis aſſequuti ſunt, quibus & ipſe Chriſtus poſt reſurrectionẽ aperuit ſenſus, vt intelligerent ſcripturas ꝓphetarum. Pręſens tamen eccleſia eandẽ authoritatem habet, quam illa primitiua, quod ad claues eccleſiæ traditas attinet, quæ nihil aliud ſunt q̃ poteſtas eccleſiaſtica in docendo verbo Dei, in ſacramentis, cæteriſq; myſteriis Chriſti diſpẽſandis, in remittendis ac retinẽdis peccatis, in excõmunicando ac reconciliando criminoſos ac cõtumaces, ac aliis eiuſdẽ generis, de quib⁹ ſuo loco latius dicemus.

Primitiuæ eccleſiæ in eruendis myſteriis maior ſciẽtia ſiue eruditio.
Lucæ. 23.
Præſentis eccleſiæ par clauiũ authoritas.
Claues quid.

IAm neminem offendet, ꝙ ſingulæ eccleſię ſuos interdum ritus nõ admodum conſentientes habeant. Hæc enim diuerſitas fidei ac charitatis cõmunionem nõ diſſoluit, pręſertim quum idem finis ſit, & idem ſcopus, quem ſinguli in his rebus (vt diximus) intendunt: multominus, ꝙ patres interdũ diuerſa tradere videntur. Nam ꝙ extra eos articulos, quos eccleſia,

Diuerſitas particularium rituũ non ſoluit catholicã cõmunionem.
Auguſti.

eccleſia catholica traditione diffiniuit(cui illi ſcientes nunq̃ repugnarent)ſalua fidei compage,& ſpiritu charitatis,interdum diſſonent non ducimus abſurdum,quòd in his non immobili ſententia diffiniendo locuti ſunt. Comperta eſt enim pietas fidei in eis non vacillare,quoniam omnia (in vnitate eccleſiæ vſque in vitæ finem manentes,)ad fidei ædificationem,& eccleſiæ concordiam alendam dixerunt.

EX quibus omnibus manifeſtũ euadit eccleſiã Dei,quod ad exteriorem colligantiam & cõmunionem attinet,vſque in finem ſeculi habituram permixtos bonos & malos, etiam ſecundum rationem membrorum. Deinde quòd ob malos mores vel præſidentium in eccleſia,vel membrorum ab eccleſiæ vnione recedendum nõ ſit,ſed ſemper eccleſiæ authoritas quærẽda,ne perpetuo vel ob malos mores præſidentium vel eccleſiæ membrorum, etſi mortuorum, hæreamus, num in corpore veræ eccleſiæ ſimus,néc ne. Denique ad quã regulam ſcripturæ interpretatio & dubiarum rerum,quæ in eccleſia occurrunt,determinatio exigenda ſit. *Epilogus.*

INterim tamen,quod & ſuprà diximus,non inficiamur,ad eccleſiam ſtrictius accepti,quatenus ſcilicet ij in eccleſia eſſe dicuntur,ex quibus ciuitas Dei cõſtat,tantum vitæ ſpiritualis participes,& ſibi mutuo in ſpiritu charitatis cohęrentes pertinere,ad quem modũ Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum,ſeu cõgregatio fidelium,in vnitate fidei & charitatis vinculo,ſub vno capite Chriſto militantium, ipſique capiti (ex quo totum corpus per nexus cõiunctionẽſque ſubminiſtratum & cõſtructum creſcit in augmentum Dei)per viuam fidem & charitatẽ cohærentium. Quàm hic ſymbolũ appellat ſanctam,id eſt mundã,ac puram,quanq̃ & ſancta rectè dicatur,ꝙ ſit Deo cõſecrata ſicut ſanctum dñō dicitur,quod eſt illi ſacrũ. Denique quod ad eam rationem,qua ſanctũ inuiolatũ appellamus,eccleſia omnino inuiolabilis eſt, fundata ſupra firmam petrã,id eſt Chriſtum,adeò vt ne portæ quidem inferorum aduerſus eam præualere poſſint. Talem eccleſiã conſtantem tantũ ex membris participib. vitæ ſpiritualis & occulta quadam cõnexione in ſpiritu charitatis cohærentibus,apoſtolus Paulus deſcribit Ephe.5. Chriſtus(inquit)dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit ꝑ ea,vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam,nõ habentem maculam aut rugã, aut aliquid hu-

In eccleſia ſtrictè accepta ſoli prædeſtinati.

Ephe.1.
Coloſſ.1.2
Ephe.4.
Eccleſia cur ſancta dicatur.
Luc.2.
Matt.16.

iuſcemodi:ſed vt ſit ſancta & immaculata, nutrique & fouet eam,quia membra ſumus corporis eius & de oſſibus eius.

Symb.Cõſtant. NEc prętermittendum cenſemus,quòd miſſæ ſymbolum (vt quæ vera ſit eccleſia,manifeſtius reddat) vnam ſanctã dicit:nam eccleſię catholicæ nihil ita peculiare eſt quàm vnitas:proindéque inter alias notas,qua viua membra eccleſiæ dignoſcũtur, hæc eſt,quòd ſupportant inuicẽ in charitate,ſolicita ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum (inquit Apoſtolus) corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ,vnus dominus,vna fides, vnum baptiſma,vnus Deus & pater omnium,qui eſt ſuper omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vocati ergo ſumus in vnitatem ſpiritus,vt veritatem faciẽtes, in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus,ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmẽtum corporis facit in ædificationẽ ſui in charitate. Et alibi: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus,omnia autem membra non eundem actum habent:ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius mẽbra: habentes autem donationes ſecũdum gratiam, quæ data eſt nobis,differentes,& cętera quæ ſequuntur. Hęc in Canticis deſcribitur in hũc modum: Vna eſt colũba mea, perfecta mea,vna eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ. Hęc eſt tunica illa inconſutilis, deſuper contexta per totum quæ ſciſſa non fuit,de qua Chriſtus dixit apud Ioannem: Et erit vnũ ouile & vnus paſtor.

Vnitas ac charitas. mutua eccleſiæ peculiaris. Ephe.4. 1.Cor.12. Ioan.19. Ioan.10.

HAec deſcribitur hortus concluſus,ſoror mea ſpõſa,fons ſignatus,puteus aquæ viuæ, paradiſus cũ fructu pomorum. Quod intelligere non audet Auguſtinus,niſi in ſanctis & iuſtis,non auaris,fraudatoribus,rapacibus,ebrioſis & inuidis,quibus baptiſmum habuiſſe cum iuſtis commune eſt,cum quibus nõ habent communem charitatem. Numerus ergo iuſtorũ,qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt,de quibus dictum eſt: Nouit dominus qui ſint eius: ipſe eſt hortus cõcluſus,fõs ſignatus,puteus aquę viuę,paradiſus cum fructu pomorũ. Ex hoc numero (vt ſubdit Auguſtin*) quidã ſpiritualiter viuũt, & ſupereminentẽ viã charitatis ingrediũtur, & cũ præoccupatum hominẽ in aliquo delicto intendunt, inſtruũt in ſpiritu lenitatis,ne & ipſi tententur. Et cũ forte ipſi præoccupantur,

Augu.de bapti.contra Donat. li.5.c.27. Cant.4. Ephe.1. 2.Tim.2. Cantico.2 Prædeſtinatorum tres gradus. Galat.5.

tur,reprimitur in eis aliquantulũ,nõ autem extinguitur charitatis affectus,rurſusq; reſurgẽs & inardeſcẽs priſtino curſui reſtituitur.Norunt enim dicere,Dormitauit anima mea præ tædio,confirma me in verbis tuis. Quidã verè adhuc carnales & animales prouectus ſuos inſtanter exercẽt,& vt cibo ſpiritualiũ fiãt idonei,ſanctorum myſteriorũ lacte nutriuntur,ea quæ in prauis moribus, populari etiã iudicio manifeſta ſunt,in Dei timore deuitãt,& vt minus minúſq; in rebus terrenis & tẽporalibus delectẽtur, vigilantiſſimè ſatagũt,regulam fidei diligẽter inquiſitã firmiſſimè tenent, & ſi quid ab ea deuiãt,citò authoritate catholica corrigũtur. Ex numero etiam eorũ qui nequiter viuunt,aut etiã in hęreſibus vel in gẽtilium ſuperſtitionibꝰ iacent,nouit dominus qui ſunt eius,qui nobis quidem foris eſſe videntur,Dei autẽ prę ſciẽtia intus ſunt,ipſe enĩ nouit ſi cõuertantur ad eum & viuãt. *Pſal.118.* *Tit.2.*

QVod ergo diximus,ſanctam eccleſiam nõ habere maculam aut rugam,in telligendũ eſt de criminibus lethalibus,à quibus omnes qui Chriſtiani ſumus, & poſſumus & debemus abſtinere, opitulante ſpiritu Chriſti,qui cõfirmabit nos vſq; in finẽ ſine crimine in die aduẽtus dñi noſtri Ieſu Chriſti. A leuioribus autẽ, quis dicere poteſt ſe mũdum eſſe?Sed hi neui verius ſunt quàm maculæ,facile diluibiles. Aut quòd dicimus eccleſiam nõ habere maculam,aut rugã, non ſic accipiendum eſt,quaſi iã ſit tota pulchra, ſed quòd ad ſummam puritatẽ enitatur,& à Deo pręparetur,vt tãdem glorioſa appareat. Nunc enim propter quaſdam ignorantias & infirmitates membrorum ſuorum habet eccleſia, vnde quotidie tota dicat, Dimitte nobis debita noſtra. *Eccleſiam nõ habere maculam, quomodo accipiẽdũ.* *Ephe.5.* *1.Corin.1* *1.Ioan.2.* *Aug.lib. retra.c.19* *Matth.6.* *Luc.11.*

CATHOLICAM.] Eccleſia ſancta appellat catholica,hoc eſt vniuerſalis,protendens palmites ſuos in quęlibet & loca & tẽpora,tum præterita, tum præſentia,tum futura, ſecundũ ſeriem ſucceſſionis,naſcentium & decedentiũ continuata ſub vno duce ĩuiſibili,Deo,in vnitate fidei & religionis. Proindeq; hęc eccleſia nõ eſt affixa vlli loco regioni,genti, aut familiæ,dicẽte ſcriptura:Nõ eſt diſtinctio Iudęi & Gręci,Non eſt perſonarum acceptio apud Deũ,ſed in omni gẽte & loco,qui timet Deum,acceptus eſt illi. Quicunque ergo ab Adam in præſens vſque tempus fuerunt,ac deinceps vſque in conſummationẽ ſeculi erunt,de fide in vnũ Deum & Chriſtum eius(quem ſancti ab orbe cõdito in ſpiritu ven *Eccleſia cur catholica dicatur.* *Eccleſia nõ eſt affixa vlli loco.* *Galat.3* *Roma.2.* *Acto 10* *Ioan.8* *1.Pet.2* *Hebr.12*

turum & diaboli regnum deſtructurũ nouerunt)cõſentientes,vnius eiuſdemq́; fidei & ſpiritus viuificantis ſignaculo obſignati,de eccleſię mẽbris ſunt,nouerit ſe mutuo,néc ne. Sufficit enim ſcire hanc ſocietatem ſpiritu Chriſti cõglutinatam,in orbe ſemper fuiſſe & vſque in cõſummationem ſeculi futuram. Viderunt ſancti ab orbe cõdito diem Chriſtī, & gauiſi ſunt. Viderunt autẽ partim diuino & ſupercœleſti lumine illuſtrati,partim diuinis promiſſionibus innixi,quę ſtatim poſt Adę lapſum (ne deſperaret homo) inſonuerunt de ſemine,quo cõterendum foret ſerpentis caput,&in quo benedicerẽtur omnes gentes. Proindeq́; manifeſtum eſt, & veteris & Noui teſtamẽti vnam eãdemq́; eccleſiam eſſe fundatam ſuper fundamentum prophetarũ & apoſtolorum,hoc eſt Chriſtũ,qui vtriuſque teſtamẽti finis eſt,&vtriuſque populi fundamentum,lapis ille angularis quo vterque populus cõnectitur. Vocamus ergo eccleſiam catholicã,quòd ramos & palmites ſuos per vniuerſam terrã extendat. Quemadmodũ dominus pronũciauit eccleſiam ab Hieruſalem incipientem creſcere,donéc perueniat in omnes gẽtes: Prædicabitur (inquit) Euangeliũ regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus,& tunc veniet conſummatio. Et iterum, Oportebat Chriſtũ pati,& in nomine eius prędicari pœnitẽtiam & remiſſionem peccatorũ per omnes gẽtes,incipientibus ab Hieruſalem. Et alibi: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, in Iudęa & Samaria& vſq; ad vltimũ terrę:nõ quòd neceſſe ſit,eccleſiã in dies maiorẽ fieri,ſed quòd quotidie accreſcãt noui palmites ex gentibus:aut rurſus,non quòd nulla ſit natio,vbi in præſentiarum nõ vigeat fides,quòd poſſibile ſit, nõnullas adhuc eſſe gentes,quibus Euãgelium prædicatum nõ ſit,ſed quòd finis ſeculi vẽturus nõ ſit,donec Euangeliũ ſalutis in omnibus gentibus prædicatũ fuerit: Ex quibus omnibus eſt cõſequens,hæreticos inſanire,qui aſſerunt totũ terrarum orbem apoſtataſſe,& fidem tantum apud ſe remanſiſſe,& à ſua parte in quodam terrę angulo ſtare.

Mat. vlti. Ioan. 8. Gen. 3. 12. Ephe. 2. Fundamẽtũ eccleſiæ Chriſtus. Pſal. 117. Ante finẽ ſeculi prædicabitur euangeliũ per totum orbem. Matt. 24. Luc. 24. Acto. 1. Nõ eſt neceſſe eccleſiã in dies maiorem fieri. Inſaniunt hæretici, qui apud ſe tantum fidem aiũt eſſe.

CVr autem ſymbolum miſſę addat,apoſtolicam ſuperius expoſuimus ac docuimus,Spiritũ ſanctum remittẽtem peccata,non alibi reſidere quàm apud eccleſiam apoſtolicã, cui Ieſus dixit: Accipite ſpiritum ſanctũ:quorum remiſeritis peccata,remittũtur eis. Hic enim ſpiritus copulat & ſociat omnia eccleſiæ membra,nõ ſecundum corporalem cõgregationem,

Eccleſia cur apoſtolica dicatur. Ioan. 20.

gregationem, in vnam patriam, prouinciam, regionem, ſed ſecundum ſpiritualem copulam, in vno fidei ſacramento, in vna profeſſione, in vno grege, in vno ouili, ſub vno paſtore, ſub vna cathedra. *Eccleſiæ copula ſub vno paſtore, ſub vna cathedra.*

DEnique noſſe oportet ex ſcripturis duas eccleſias eſſe: vnam Dei, alteram diaboli: vnam Chriſti, alterã ſatanæ: vnam piorum, alteram malignantium. Prioris author eſt Deus, & ſanctificator ſpiritus ſanctus, de qua hic articul⁹ loquitur. Alteri⁹, diabolus, per apoſtatationẽ à Deo. Duę quidem ciuitates, quarũ vtraq; vti corpus quoddã creſcit vſq; ad cõſummationem ſeculi, de quorũ ortu, progreſſu ac exitu inſigne volumẽ edidit Auguſtinus, cui nomẽ à parte meliori indidit, de Ciuitate Dei. Cõſtat autẽ eccleſia malignãtium ex conuenticulis ſchiſmaticorũ, hæreticorum, ac aliorum impiorum aduerſus eccleſiaſticæ hierarchiæ tranquillitatem conſpirantiũ, quæ licet innumera ſint, variis titulis ſe venditantia & inter ſe cõtraria, in hoc tamen conueniunt, quòd vni eccleſiæ catholicæ nũquam nõ inſidiantur, aduerſantur, ac bellum non incruentũ mouent. Cõtra quę hic articulus fiduciam præbet, quòd non preualebunt aduerſus eã. *Duæ eccleſiæ, altera Dei, altera dia boli. Auguſt. de ciuitate Dei. Matt. 16*

CRedimus ergo, vt huius articuli finem tandem faciamus, vnam tantum per totum terrarum orbem ſanctam eccleſiam catholicam, quę per Spiritum ſanctum in vnitate fidei colligitur, cõſeruatur & gubernatur, quódq; nullus ſaluari poſſit, vel qui de hac eccleſia nõ eſt, vel qui ab illa ritè reſectus eſt, niſi ſe illi reconciliet. Quod fit quum per eccleſiæ miniſtros authoritate clauium in gratiam recipitur, nã & ſępe in ſcripturis, eccleſiæ miniſtri, iudices, rectores, moderatores, & paſtores, eccleſia dicuntur. Quemadmodum ſi diuo Chryſoſtomo credimus, dictum eſt Marci 18. Si te non audierit, dic eccleſię, id eſt eccleſiæ præſulib⁹ ac præſidẽtibus, quibus Chriſtus ligandi ac ſoluendi poteſtatem commiſit. *Extra eccleſiæ vnitatẽ nemo ſaluatur. 2. Cor. 2. Chryſoſt.*

Sanctorum communionem.

ARticulus iſte potius explanatio eſt ꝓximè prioris, ꝙ articulus nouus. Declarat enĩ quid intelligẽdum ſit per ſanctam eccleſiam, & quem fructũ referat qui eccleſiæ catholicę viuum eſt membrum. Sancta enim eccleſia (vt paulo antè diximus) eſt cœtus & congregatio fidelis populi, vnũ Deũ, vnum Euangelium, vnam fidem, vnam ſpem, in vinou- *Sancta eccleſia quid. Ephe. 4.*

quin priorem curam animæ adhibendá eſſe quàm corpori demonſtrauit,quum paralyticum ſanaret:Fili (inquit)confide,remittuntur tibi peccata tua. Deinde quũ vidiſſet peruerſam Iudęorum mentem:Vt(inquit)ſciatis,quia habet poteſtatem filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico:Surge tolle grabbatum tuum,& ambula. Neceſſe eſt enim,vt prius interius ſanus ſit,qui exterius ſaluus eſſe deſiderat,quemadmodũ dominus alibi ait: Munda prius quod intus eſt,vt fiat,& id quod deforis eſt mundum. *Matth.9 Marc.2.*

Credimus ergo in ſola eccleſia Chriſti,neque vſquam alibi eſſe remiſſionem peccatorum. In eccleſia, inquã, nõ hæreticorum ſed ſancta, catholica & apoſtolica,in ſpiritu Chriſti cõgregata,eſt remiſſio peccatorũ per baptiſmũ, & poſt baptiſmũ p pœnitentiã & claues eccleſiæ datas. Baptiſmus quidẽ extra eccleſiã eſſe poteſt apud hereticos baptizãtes,in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti:ſed prodeſſe nõ poteſt ad remiſſionem peccatorum, niſi baptizatus ante finem vitę ſuæ,catholicæ eccleſiæ reconciliatus,redditus,& incorporatꝰ fuerit. Quia &ſi habeam(inquit Apoſtolus)omnem fidem,& nouerim omnia myſteria,charitatẽ autẽ (quę in hæreticis & ſchiſmaticis ſe ab vnitate eccleſię ſeparantibus non eſt) non habuero,nihil ſum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra arcã potuiſſe ſaluari. In eccleſia autem catholica,ſanctum baptiſma oĩa prorſus delicta delet,& originalia & propria,vt amodo non imputentur. Innouat ſiquidem hominem per baptiſmum qui fecit illum,prçuenit gratia etiam ipſam infantiã,vt ſint liberi,per Chriſtũ liberati, qui in Adam à diabolo tenebantur antè captiui. Deoneratur anima ſarcinis peccatorũ,vt libertate nouæ vitæ induta,aduerſus diabolũ cũ adiutorio diuino fortiter valeat dimicare,eũmq; à quo ſuperata eſt,ita ſuperet,vt in regnum Dei tranſlata, de hoſte deuicto ſecura regnet cũ ſuo capite Chriſto. Quũ ergo baptizati fuerimus,ducere vitam bonam in præceptis Dei debemus,vt baptiſmum cuſtodiamus vſque in finem. *In ſola eccleſia Chriſti catholica remiſſio peccatorum eſt. Auguſt. de fide ad Pet.c.37. & ſeq. 1.Cor.13. Gene.7. Aug de ſymbo. ad cat.lib.2. ca.10.& libro vlti. cap.9. Baptizati quomodo agenda vita.*

AT ſi poſt baptiſmum in peccata,quanuis grauia & crebra,ceciderimus,ſupereſt ſecunda poſt naufragium tabula,nẽpe pœnitentia,per quã lapſis in virtute ſanguinis Chriſti donatur remiſſio peccatorum , miniſterio clauium eccleſiæ in perſona Petri traditarũ:Tibi dabo(inquit) *Hierony. Matt.16*

claues regni cœlorũ:& quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis:& quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Et iterum Matth. 18. Amen dico vobis: Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terrã, ſoluta erunt & in cœlo. Et hæc pœnitentiæ ianua non aperitur, niſi per ſpiritum ſanctum illuminantem & conuertenté, quemadmodũ Apoſtolus dixit. Ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendũ veritatem, & reſipiſcãt à diaboli laqueis: ſed de hoc ſuo loco latius. Tantum meminiſſe omnes debẽt tunc demũ remitti nobis peccata, ſi nos viciſſim proximo remiſerim⁹.

Pœnitẽtiæ effector. ſpiritus ſanctus. 2. Tim. 2 Matth. 6 Marc. 11 Nõ aliter remitti pec cata, niſi nos viciſſim proxi mis remit tamus.

Hic locus foret non importunus de ſeptem eccleſiæ ſacramentis dicendi, ſed ne lectoré ad ſymboli finem properãtem remoremur, peculiaré illis locum, ſtatim poſt calcem huius explanationis reſeruamus.

Carnis reſurrectionem.

IAm diximus Chriſtum totum hominem curandum & ſaluandum ſuſcepiſſe. Conſtat autem homo anima & corpore. Anima rurſus duas partes habet, rationalem & vitalé ſeu ſenſitiuam. Rationalis (qua carent beſtiæ) mens ſeu ſpiritus dicitur, qua Deo ſeruimus, nõ prius tamen quàm hic ſpiritus noſter, per ſpiritus ſancti gratiã exoneratus à peccatis & innouatus fuerit. De qua parte dixit Apoſtolus: Mente ſeruio legi Dei. Et iterũ: Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo. Altera pars, nẽpe vita, qua coniungimur corpori, anima dicitur: quæ quum etiam in electis & innouatis nõ omnino concupiſcecentiã carnalé exuerit, caro nominatur. Vnde dicitur, Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. Poſtremo, tertia pars, quæ tantũ viſibilis eſt, vltimum & infimum in nobis, corpus eſt noſtrum. Iam natura corrupta refingitur, & perficitur, quũ ſpiritus hominis ſubiicitur ſpiritui Dei, & quum ſequitur ducentem Deum per veram fidé & bonam voluntatem, dein quum anima ſpiritui noſtro per ſpiritum Dei innouato, ad bonã operationé ſubditur: quod non tam citò fit, quàm ſpiritus noſter ſpiritui ſancto ſubiugatur: aliquanto enim tardius eius impetus, quo in carnalia & téporalia defluit, refrenatur. Et ideo aſſidua in nobis dõ nec vixerimus pugna eſt, qua ſpiritus concupiſcit aduerſus carné, & caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum. Sed tamen quia & ipſa

Homo cõ ſtat aĩa et corpore. Aug. de fide & ſym. c. 10 Mens. Roma. 7. Anima. Quomodo natura corrupta refingitur. Roma. 8. Gala. 5. Luc. 2. Aſſidua & perpetua in nobis pugna Gala. 5.

& ipſa carnalis anima mundatur, recipiens ſtabilitatem natu ræ ſuæ dominãte ſpiritu, qui ei caput eſt, cuius rurſus caput eſt ſpiritus Chriſti: nõ dubitandum, ſed firmiter credendum eſt, corpus etiam ipſum, beneficio Chriſti tandem ꝓpriæ naturæ reſtitui, quanuis nõ tam citò quàm vel anima vel ſpiritus reſtituuntur, ſed tempore opportuno, in nouiſſima tuba, quum mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. *1. Cor. 15*

CRedimus ergo per ſpiritum ſanctum reſuſcitandam omnem carnẽ, hoc eſt omnes homines ſecundũ corpus & carnẽ reuicturos, tam pios quàm impios, tam bonos q̃ malos, ſic vt eadem caro quam circũferimus, quæ mortua eſt & ſepulta, ac computauit, reſuſcitanda ſit: quod apertè oſtendit Paulus, quum reſurrectionem carnis tradit, addito ꝓnomine dicens: Oportet corruptibile hoc. Quum enim dicit, hoc, in carnẽ quam geſtamus, quaſi digitum intendit. Quid enim aliud eſt dicere, mortale hoc, q̃ ꝙ hæc viſibilis caro ſit reuictura? Sicut & apertiſſimè Iob teſtatur, dicens: Et rurſus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ meum: quẽ viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Reſurget ergo hoc corpus ad immortalitẽ, quę piis atq; impiis cõmunis erit, ſed longè diuerſa ratione: nã piis æternam beatitudinem, impiis verò æternos cruciatus adferet, quemadmodũ apud Danielem ꝓphetam legimus, quia tunc reſurgent qui ſunt in terræ puluere, hi quidem in vitã æternam, hi autem in opprobrium & cõfuſionem æternam. Sicut Chriſtus dixit: Et ꝓcedent qui bona fecerũt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij, id eſt æternæ cõdemnationis, quemadmodum explanatius dicitur in ſymbolo Athanaſij: Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cũ corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum.

Per ſpiritum ſanctũ reſurrectiomem tuorum. Eodẽ corpore reſurgemus. 1. Cor. 15. Iob. 19. Immortalitas piis & impiis cõmunis, ſed diuerſa ratiõe. Dan. 12. Symbolũ Athanaſij.

REſurget ergo caro nõ mutata ſubſtantia, ſed qualitate, ꝙ ſi Deus noua corpora creare poteſt, cui dubium quin & hæc corpora ad immortalitatem reſtituere poſſit, nõ immutata corporis ſubſtantia, ſed corporis qualitatibus? Nõ cõtradicit ergo reſurrectioni corporum quod Paulus 1. Corin. 15. (vbi toto capite reſurrectionem corporum ex profeſſo demonſtrat) ait: Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. hoc enim oſtendere voluit, quòd caro & ſanguis cum

his qualitatibus corruptibilibus nõ reſurgant. Subdit enim: Neque corruptio incorruptelam poſſidebit.

Quæſtio. *Reſpõſio.* *1. Cor. 15* DIcet ergo quiſpiam, Quomodo ergo mortui reſurgent? quali corpore veniẽt? Audi reſpõdentem Paulum: Inſipiens tu, quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & vnicuiq; ſeminum ꝓprium corpus. Quaſi diceret: Quod in ſeminibus quæ tu in terram iacis, per annos ſingulos fieri vides, hoc in tua carne, quæ lege Dei ſeminatur in terra, futurum eſſe non credis? Nónne quum diuerſa ſemina quis in vnum permiſcet, & hæc indiſcreta ſeminat, vel paſſim ſpargit in terram, vniuſcuiuſque ſeminis ſatio quocunque loco fuerit, cõpetenti tempore ſecundum naturæ ſuæ ſpeciem germen ꝓducit, & culmen ſuæ formæ, ſuique corporis reporat? Quid ergo mirum, ſi Deus vniuſcuiuſque carnis ſubſtantiam, quanuis variè diſperſam, mutatis qualitatibus, reparet, ac refingat, ſic vt vnicuiq; animæ non confuſum aut extraneum corpus, ſed ſuum quod habuerat, reparetur, vt ſubinde idem corpus cum anima ſua vel pudica coronari, vel impudica puniri poſſit? *Cyprian. in ſymbo. Similitudine reſurrectio corporum docetur.*

Summa fidei noſtræ. *1. Cor. 15* HAec eſt ergo ſumma fidei noſtrę, quę ſeparat nos ab infidelibus, qua ſine, vana eſt fides noſtra, tum ꝙ qui non credit reſurrectionem mortuorum, neque credit ꝙ Chriſtus reſurrexit: tum ꝙ nos, ſi in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſimus omnibus hominibus. Hæc, inquam, eſt baſis totius fidei noſtræ, quæ piis in hoc ſeculo præcipuum adfert ſolatium cõtra omnes afflictiones, impiis verò terrorẽ: alioqui in omnia ſcelera ſine modo ꝓ lapſuris. Porrò hic articulus inſignis eſt (quod ad pios attinet) ꝓmiſſionum magnitudine, vt ex multis pauculas referamus. Chriſtus (inquit Paulus) reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium: quoniã quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ: & ſicut in vno omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: primitiæ Chriſtus: deinde qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt. Et ſtatim poſt, Stella à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorũ ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget ĩ virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget *Baſis fidei reſurrectio mortuorum.* *1. Cor. 15*

get corpus ſpirituale,ſicut ſcriptū eſt: Factus eſt primus Adam in animam viuentem,nouiſsimus Adam in ſpiritū viuificantem:primus homo de terra,terrenus:ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Igitur ſicut portamus imaginem terreni, portemus & imaginē cœleſtis. Quibus & hęc addit, Ecce myſterium vobis dico, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. & c. quæ ſequuntur. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatē, tūc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria: vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus: hoc eſt peccatum. Stimulus enim mortis, peccatum eſt, quod tunc euacuabitur. Et iterum, quid dulcius illa conſolatione, quæ eſt ad Theſſalon. Nolo vos (inquit) ignorare fratres de dormiētibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpē nō habent. nam ſi credimus quia Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cū illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui relicti ſumus, in aduentu Domini nō pręueniemus eos qui dormierunt: Quoniam ipſe dominus in iuſſu, in voce archāgeli, in tuba Dei deſcēdet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ita ſemper cum Domino erimus. Itaque (vt ſubiicit (conſolemini inuicem in verbis iſtis. Quod magis ſolatium homini pio adferri poteſt, quàm quòd Deus Apoſtolum ſuū teſtatur, p iorū corpora in tantā gloriā mutari, vt in occurſum Domini ſuſpenſa nubibus, & aëre vectata rapiātur? Quinimo, quòd Deus trāsformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori filii claritatis ſuæ. faciétq; æquales angelis, ſicut in Euangelio pollicitus eſt: In reſurrectione mortuorū non nubent neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo, vt viuant cum ipſis in æterna vita. Et ideo ſequitur:

1. Teſ. 4.

Nullū ſolatium pio hoī maius quàm ſpes reſurrect.

Cypria. in ſymbol.

Gloria corporum piorum poſt reſurrect.

Mat. 22.

Et vitam æternam.

Vita æterna fidei noſtrę cōcluſio.

QVid iucundius? quid dulcius? quid optatius hac ſymboli cōcluſione, qua in Chriſto manēntibus poſt glorioſam reſurrectionem corporū promittitur æterna vita, æterna felicitas, æternáque beatitudo? In hac lachrymarum valle nihil pręſente vita charius ducimus, quæ tamen vix vita dicenda eſt. Quem ergo nō delectet veræ æternæque vitæ fidelis

Vitæ æternæ dulcedo.

promiſsio? Vita, inquam corporis & animi nunquam finienda. Quod enim ad corpus attinet, non erit amplius obnoxiũ fami, siti, æſtui, frigori, indigẽtiæ, laſſitudini, ſeruituti, dolori morti, aut vllo incommodo: ſed erit immortalitate, agilitate, ſubtilitate, & claritate ſummã decoratum, ſicut ſcriptũ eſt: Quòd iuſti ſicut ſol fulgebunt, & ſicut ſplendor in firmamẽto Dei. Et iterum: Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Quod ad animam attinet, nullis vitiis, nulla triſtitia aut mœſtitia ſolicitabitur, ſed perpetuò fruetur ſummo bono, qui eſt Deus Quę fruitio quãta bona complectatur, nulla lingua dicere, nulla mens humanã apprehendere poterit. Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Quis enim explicet, ex qua gloria, in quam gloriam ſanctorũ corpora reſuſcitata tranſeãt? Quis cogitãdo aſſequatur, quẽadmodum ſponſa eccleſia in virum perfectum conuertatur, conregnatura Christó? Quis explicare audeat, quomodo ipſe filius quum tradiderit regnum Deo & patri, id eſt congregationem fideliũ, ita illum hominem ſuſceptum ampliúſq; clarificatum non dimittat, vt eam claritudinem quàm habet cũ patre, antequam mundus fieret, ſuis fidelibus demonſtrare nõ differat? Denique, quomodo erit Deus omnia in omnibus, cõtẽplantes delectabimur, & delectabiliter contemplando, Dei viſione fruemur, idq; in ſanctorũ omniũ communione, vbi erit feruentiſsima charitas, non minus de bonis alienis quàm de ſuis gaudens. Bonis, inquã, ſpiritualibus, quibus fruuntur angeli, ſemper videntes faciẽ patris qui cœlis eſt, tum complebimus quod iubet Dauid: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ verum Deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.

Apoc. 7. *Quid ad corpus attinet.* *Quid ad animam attinet.* *Eſaiæ. 6.* *1. Cor. 32* *Epheſ. 4.* *1. Cor. 15.* *Ioan. 17.* *1. Cor. 13.* *Mat. 18.* *Pſal. 46.* *Vita æterna quid.*

QVemadmodum autem pij vitam æternã hereditabunt, ita impios mors æterna & animi & corporis, hoc eſt æternum ſupplicium poſsidebit, ſicut Chriſtus dixit: Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternã. Impiorum enim immortalitas, verius æterna mors, quàm immortalitas nuncupatur, quòd æternos cruciatus tam animi quàm corporis abſque vlla ſpe veniæ ſit allatura. Quemadmodum Paulus Roma. 8. Stipendia (inquit) peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Amen.

Mors æterna, hæreditas impiorum. *Mat. 25.*

Amen.

Amen.

QVoniam omnia prędicta veriſſima eſſe indubitatè credimus,& quæ vel ad creationē vel redemptionem vel ſanctificationem noſtram pertinent, patrem cœleſtem per filium, in & cum ſpiritu ſancto operatum eſſe, & nobis certo obuētura per Dei miſericordiam credimus:idcirco dicimus, Amen,quæ vox eſt ſermonem cōfirmantis & ratum fore precantis,hoc eſt ita certò fiat.

Amen quid.

Soli DEO ſalutari noſtro,per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omnia,& nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

Quid ſacramētum ſignificet ethnicis.

DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI.

Quid ſacris ſcriptoribus.

SACRAMENTI vocabulum variè accipitur:nam qui ad proprietatē latinę vocis reſpiciunt,& ex ethnicis tantū ſcriptoribus verbi ſignificationem petunt,ſacramentū appellant iuſiurandū ſeu obligationem numinis ac religionis interuentu confirmatā. Sed qui Biblia tranſtulerunt,ac cæteri ſancti patres eam vocem accommodarunt,ad ſignificandum id quod Græci myſteriū dicunt, quod ſacrum ſecretum aut religioſum arcanum dicere poſſumus. In qua tamē ſignificatione interdum latius,interdū reſtrictius accipitur. Nam in genere accepto vocabulo,ſignificat omne religioſum arcanum,ſeu omnem rem ſacrā abſconditā,etſi alterius rei ſignum non ſit,vti dicimus ſacramentū diuinitatis. Paulus Epheſiis ſcribens,ait, Deum nobis ſacramentū voluntatis ſuæ notum feciſſe ſecundum beneplacitū ſuum,quod aliis generationibus non eſt agnitum,ſed abſcōditum à ſeculis,nempe gētes eſſe concorporales & cōparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu,in quo omnes habemus fiduciam ac acceſſum in cōfidentia per fidem ad ipſum. Itidem 1. Timoth. 3. Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum,quod manifeſtatum eſt in carne,nimirum ipſum Chriſtum innuens,magnum eſſe pietatis ſacramentum quòd

Interdū latius accipitur.

Ephe. 1.

Per ſolū Euangeliū diſcimus voluntatem Dei erga oēs gentes à prudentib⁹ huius ſæculi abſconſam.

Interdum reſtrictius accipitur ſacramenti vocabulum.

E

Sacramēta veteris Teſtamēti.
quum ſit filius Dei inuiſibilis,manifeſtatus eſt in carne. Frequentius verò ſacramentum dicitur ſacræ rei ſignum, quod eius ſimilitudinem gerit cuius ſignum eſt,quemadmodem ſigna & figuræ veteris Teſtamenti ſacramenta appellantur,id quod familiare eſt patribus.Sic Auguſtinus ait : Sacramenta quæ obſeruabantur ex lege,prænunciatiua tantũ fuiſſe Chriſti venturi. Denique quod ad propoſitum noſtrum attinet,patres ſacramenti vocabulum ad ſignificandum peculiariter ſacramenta nouæ legis deflexerũt,ea ſcilicet quæ ſunt ſigna viſibilia inuiſibilis gratiæ Dei,quã Deus efficaciter & certo in ipſis operatur,modo ritè nec indignè tractentur & accipiantur. Qui enim ſuis ſacramẽtis ſe adfuturum promiſit Deus, mentiri ſeu fallere non poteſt.

Auguſt. cōtra Fau. Manich. li.96.c.13

Interdum ſtrictiſsime.

Roman.3.

Septē eccle.ſacramenta.

Ber.in ſermo.in cœna domini.de bapti.et ſacramento altaris.

Ad hunc ergo modum accepto vocabulo,ſeptem numerantur Eccleſiæ ſacramenta,quæ ſunt,Baptiſmus,Cõfirmatio,Eucharistia,Pœnitentia,Extrema vnctio,Ordo & Matrimoniũ. Ex ſcripturis enim animaduerterunt patres, hæc ſeptem myſteria rectè ac propriè ſacramenta dici,quòd ita ſint ſenſibilia ſigna inuiſibilis gratiæ Dei,vt & ipſius gratię quę impartitur,imaginẽ gerant & cauſa ſint: quod vt paulò notius fiat, à rebus externis ſumamus exemplum. Quædam ſunt quę interdũ propter ſe fiunt,interdũ autem propter alia deſignanda, quatenus ſcilicet & dicũtur & ſunt ſigna:quemadmodum annullus interdum datur,non vt ſit alterius rei nota,ſed tantum propter ſe:interdum vero datur vti cõgruum fidelitatis ſignum,veluti quo dominus Vaſallum de feudo inueſtit.quo ſcilicet accepto,Vaſallus non ſolum de beneuolẽtia domini ſeu beneficio accepto certus efficitur, ſed & mutuum quoddam fœdus inter dominum & vaſallum contrahitur, vt iam dicere qui annullum accepit,poſſit:Non reſpicio annullum, ſed hæreditas eſt,quam quærebam. Eodem modo ſentiẽdum ac tenendum eſt(quod eſt huius rei caput)nempe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſigna quædam delegiſſe, per quæ Deus in virtute verbi ſui peccatis noſtris mederetur, & nos, quodammodo de gratia ſua inueſtiret ac fœdere ſpirituali ſibi colligaret.Ita enim ipſi Deo optat. Max. ſemper viſum eſt ſubducere nos per ſenſibilia ad inuiſibilia. Nam quæ eſt humanarum mentium caligo,ex primorum parentum præuaricatione in nos deriuata,nõ poteſt homo ex ſeipſo in Dei cognitionem aſſurgere,aut dei voluntatem in remittendo peccata ra-

Quædam propter ſe fiunt,quędā propter alia deſignanda.

Chriſtus ſacramenta inſtituit vt per hæc nobis medeatur, nóſque ſibi colligaret.

Rom.1.
Ioan.1.
Marci.9.

eata ratione deprehendere ꝓpterea deus ſemper & verbis & externis ſignis nobiſcū egit. per quæ nobis ſe manifeſtaret, ſuámq; erga nos voluntatem indicaret. Atq; ideo quum iam multifariā multiſque modis deus olim loquutus fuiſſet in ꝓphetis, cōſuluiſſétque verbo, lege, ſignis & ꝓdigiis, nouiſſime nobis locutus eſt in filio ſuo, quem carnē ſumere, & crucem pro nobis ſubire voluit, vt in illum tanq̄ in ſignum potētiſſimum à deo poſitum, ſimilem nobis factū, viſibilem ac palpabilem intuētes. eundémq; audientes, Deū in ipſo agnoſcere, Deo credere ac fidere, Deum denique ſuper omnia diligere inciperemus. In ipſo enim Dei potētia, ſapientia & bonitas perfectiſſimè, euidentiſſiméq; reſplēdent, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et quo tandem ſigno Deus potentius oſtēdere potuit, nos ſibi præcipuè curæ eſſe, quam quod filiū ſuum vnigenitū pro nobis dedit, vt oīs qui credit in illum, nō pereat, ſed habeat vitā æternam. Et quoniam tota virtus paſſionis Chriſti, quod ad nos attinet, in applicatione ſita eſt, vt ſcilicet eam gratiam (quam nobis in ara crucis moriendo ꝓmeruit Chriſtus) participemus, dignatus eſt ipſe quædam poſt ſe ſacramenta relinquere, quæ ſuo verbo & promiſſione firmauit, vt ſciremus per eorū legitimum vſum, fructum ſuæ paſſionis nobis efficaciter & certo cōmunicari. Potuit quidē ille ſine omni viſibili forma gratiā ſuā nobis donare, ſed quoniam carnales ſumus, & ad ſpiritualia capeſſenda admodum tardi, ꝙ animi robur, corporis vitiati mole ac operatione debilitetur ac diſtrahatur, à fide, ſpe, & charitate ſubinde cōcidens: idcirco fragilitas carnis ſub forma viſibili reparanda, incitāda, erudienda, fouenda & cōfortanda erat. Et ne quis de horū viſibilium ſacramētorum virtute addubitaret, addidit Deus ſigno viſibili, verbum ꝓmiſſionis: adhibuit quoque inter initia ſacramentorum, viſiones viſibiles ac miracula, vt ea quæ ſemel facta cernimus, ꝑ eundem Chriſti ſpiritum in ſacramentis in dies fieri, fidei ardore credamus. Nā vt certa fide teneres, quum baptizaris, ſpiritum ſanctū in te venire, Spiritus ſanctus in colūbæ ſpecie ſupra Chriſtū quum baptizaretur apparuit. Vt crederes, quum cōfirmaris, ſpiritum ſanctum tibi ad robur dari, factus eſt in die Pētecoſtes ſpiritus vehemens, ac viſæ linguæ diſpartitæ tāquam ignis, ſedentes ſupra apoſtolos: & ſic de cæteris quæ euidentia ſigna quotidie replicari non eſt neceſſe, quum

Roma. 10
Hebr. 1.
Grego.
Luc. 2.
Hebr. 2.
1. Ioan. 1.
Ioan. 3.
2. Petr. 1.
Ioan. 41.
Roma. 5.
Coloſſ. 1. 2
Ioan. 3.
1. Ioan. 3.
Ioan. 17.
Auguſt. lib. 3. de tri. cap. 4.
Ioan. 3.
Matt. 26.
Roma. 7.
Ephe. 5.
Augu. in Io. tra. 80.
Augu. in Pſal. 109. 144.
Chryſo. in Matt. homil. 12.
Matth. 3.
Marc. 1.
Luca. 3.
Acto. 1.

Ioan.20. nobis ſola fides ſufficere debeat, quæ alioqui euaneſceret, ſi
Grego. Chriſti verbo addito ſacramento, abſque euidenti miraculo credere detrectaremus.

Sunt ergo ſacramenta noui teſtamenti principaliter inſtituta, vt ſint certa & efficacia ſigna voluntatis & gratiæ Dei, *Aug. cōt. Fauſt. lib. 19. ca. 16.* in ſenſum externum incurrentia, admonentia & erudientia nos, vt quod foris in ſpecie viſibili geri cernimus, intus per Dei virtutē effici credamus. Conſtat enim ſacramentū duobus, *Magiſt. in 4. diſt. 1. ac triplici.* nempe elemento ſenſibili, vti ſigno & verbo. Verbū eſt inuocatio Trinitatis verbo pmiſſionis innixa. Elementum eſt aqua, oleū, & cætera eiuſmodi. Quemadmodū vero verbum inſtrumentum eſt, quo Dei voluntas ſignificatur, & ap- *Augu. in Ioā. tract. 80.* prehenditur, & p quod ſpiritus ſanctus efficax eſt, ſicut Paulus ait: Fides ex auditu, auditus autem per verbū Chriſti. Et *Roma. 10.* iterum, Euangeliū eſt potentia Dei ad ſalutem omni creden- *Roma. 1.* ti: Ita per ſacramenta tanquā quędam indicia ſeu teſtimonia *Aug. contra Fauſt. li. 16. c. 14* Dei (quibus teſtatur ſe nobis placatum propter Chriſtum filium ſuum) ſpiritus ſanctus efficaciter operatur ſalutem, & confert gratiam. In ſacramento ergo non tantum elemen- *Cypria. de car. ope.* tum ſeu exteriorem ſpeciem reſpicimus, ſed magis verbum.

Vnde quum quęritur, quomodo ſacramenta viſibilia ope- *Chriſ. ſer. de baptiſmo Chriſti.* rari poſſint in animā, ſeu partem hominis ſpiritualem & incorporalem, facilè reſpondetur, virtutem ſacramenti nō tribui ſeu aſſcribi elemento exteriori, ſed Deū eſſe qui p bona ſua voluntate per hæc ſenſibilia in verbo fidei gratiā inuiſibilem operetur, quam promeruit Chriſtus, ex cuius latere in *Ephe. 5.* cruce aperto, ſacramenta nouæ legis fluxerunt. Quòd ergo *1. Pet. 3.* ſuprà diximus, ſacramēta nouę legis ita eſſe ſigna gratiæ, vt *Ioan. 19.* ſint & cauſa, intelligendum eſt nō quòd ſacramenta propriè *Augu. in Pſal. 133.* & per ſe ſint cauſa efficiens, remiſſionis peccatorū ſeu collationis gratiæ: nam ad eum modū ſolus Deus iuſtificat, qui *Gerſ. i cō- pen. tract 3. art. 1.* ſolus peccata remittit. ſed ꝙ ſint cauſa, large ſumpto vocabulo, quemadmodū cauſam rei dicimus, ſine qua res fieri nō ſolet, quanuis ſine ea fieri poſſit. Non enim (vt diximus) ſic *Marc. 2.* alligauit Deùs potentiam ſuam ſacramentis, vt ſine illis gra- *Augu. in Le. quæſt. 88. lib. 23. de trini. c. 7. li. 4. cō-* tiam ſuam donare nō queat, quanuis ſine ſacramentis, quum illis conceditur vti, minimè eam donet. Conſtat quidem pleriſque ab exteriori cōmunione ſacramentorum per præoccupationem mortis prohibitis, ſuam fidem & bonam voluntatem ſacramēta (ſi licuiſſet) percipiendi, ad ſalutem ſuffeciſſe.

Interim

Interim tamen vis ſacramentorum (quæ inenarrabiliter valet plurimum) cõtempta, ſacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. Quare eatenus ſacramenta gratiæ cauſa ſunt, quatenus ſpiritus ſanctus eorundem effectũ in nobis operatus fuerit: alioqui ſine ipſius ſpiritus opere ſcramenta nullam in nobis efficaciam habent. *tra Dona. cap. 22. Aug. contra Fauſt. lib. 9. c. 11. Aug. lib. 2 retracta.*

Hæc eſt ergo principalis cauſa inſtitutionis ſacramentorũ nouæ legis, vt ſint præſentiſſima remedia contra peccatum, & efficacia ſigna gratiæ Dei, quæ ipſorum diſpenſatione nõ reſiſtentibus fidei, & recipientibus non indignè, certiſſimè conferatur. Proindéque ſic ſunt ſigna, vt nõ tantum ſignent, ſed & ſanctificent: vt hinc facilè ſit diſcernere ſacraméta veteris legis à ſacramentis nouæ legis. Illa enim vmbra futurorum fuerunt, vt ſignificarent quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta. Hęc verò inſtituta ſunt, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora: vt non tantum ſignificarent, ſed & mundarent ac ſanctificarent. Deinde (licet minus principaliter) ſacramenta inſtituta ſunt, vt ſint ſigna memoralia paſſionis ac mortis Chriſti, ſigna quoque conſolationis futuræ gloriæ. Denique ſigna excitantia in nobis fidẽ, ac cohortantia ad mutuam dilectionem, alióſque ſanctos ac Chriſtianos mores: quo argumento ſæpe vtuntur ſancti patres. *Sacramenta cur inſti tuta ſint. Aug. contra Fauſt. li. 19. c. 11. 13. 14. 16. Augu. in Pſal. 73. Aug. contra Fauſt. lib. 19. c. 9*

Aliam inſuper inſtitutionis ſacramẽtorum cauſam diuus Auguſtinus recenſet: In nullum (inquiens) nomen aut verũ aut falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium cõſortio colligentur. Quamobrem Dominus Ieſus Chriſtus leui iugo ſuo & leui ſarcinæ nos ſubdens, ſacramentis numero pauciſſimis obſeruatione facillimis, ſignificatione pręſtantiſſimis, ſocietatem noui populi colligauit, de qua colligatione latius dictum eſt in explanatione ſymboli, circa articulos qui de eccleſia ſancta catholica & ſanctorum communione ſunt. *Aug. contra Fauſt. lib. 19. c. 4. 11. de doc. Chriſ. lib. 3. cap. 9.*

Et vt reuertamur vnde digreſſi ſumus, firmiter retinendũ eſt, ſacramenta his duobus conſiſtere, videlicet verbo & elemento, tanquam partibus quibuſdam ſubſtãtialibus, quibus tamen eccleſia pleroſque ritus, tam ad decorem honorémque ſacramenti, quàm ad denotandum & docendũ nos, quid in ſacramento agatur, addidit: ſine quibus licet verum ſacramentum conſiſtere quidem poſſit, modo ibi ſint verbum & *Magiſt. in 4. diſt. 1.*

elementũ,tamen quum eiuſmodi ritus diuinorum myſteriorũ pleni ſint & magna cum ratione à patribus inſtituti,népe in excitationem fidei & charitatis,nequaquam contemnendi erunt:quin potius ex doctrina Pauli(qui iubet vt in eccleſia omnia honeſtè, ordinatè, ac ad ædificationem fiant)maximè circa ſacramentorum diſpenſationem,ne vileſcant vti fulciméta pietatis diligétiſſimè ac acerrimè(niſi inſtans neceſſitas prohibeat)retinendi ſunt,tanquam catenulæ quædam eccleſiaſticæ vnitatis.

1.Cor.14.

Sacramẽta noua legis ſunt remedia cõtra peccatorum.

Lucæ.10.

Augu.ad Ianua. epiſtolæ.118.

Itẽ de doctri.Chri. li.3.cap.9.

Duo ſacramẽta præcipua.

Augu.ſuper Ioan. de cõſ.d:ſ. 4.c.baptiſmus.

Augu.de fide adPe. cap.5.

Quanquam verò hæc legis nouę ſacramenta præſentiſſima remedia ſint,quibus Samaritanus ille bonus vulnerato appropinquás,& originalis & actualis peccati vulnerib⁹ medetur, &corda noſtra per operationẽ Spiritusſancti in verbo illuminata,ſanctificat,cõfortátque:non tamen omnibus vna eſt ſignificatio,nõ eadẽ dignitas aut virtus.Nam præter omnẽ cõtrouerſiam,duo inter alia præcipua ſunt,baptiſmus & euchariſtia. at ſingulis ſuũ eſt verbũ quod formale ſacramenti quidem appellant:ſuum item ſignum rei externæ & viſibilis,internam & inuiſibilem gratiam referens & adumbrans, quod quidam materiale dicunt.Hoc verò omnibus eſt commune, quod miniſter ſeu ſacramenti diſpenſator,non ſuã,ſed Chriſti perſonam refert, quemadmodum in expoſitione articuli ſymboli Apoſtolici (qui de eccleſia catholica eſt)declarauimus.Tantum hic repetiſſe ſuffecerit,ſacramenta nec bonorũ diſpenſatorum meritis ampliari, nec malorum(modò in eccleſiæ cõſortio maneant)attenuari.Alia ratio eſt in hęreticis. Nam etſi apud hęreticos ſacramenta ſint & miniſtrentur,tamen nõ pręſtantur ad remiſsionem peccatorum ſeu ſalutem, quòd extra eccleſiam ſacramentorum efficacia eſſe non poſſit.proindéque qui in hæreſi quacunque vel ſchiſmate,in nomine patris & filij & Spiritus ſancti,baptiſmi ſacramentũ acceperit, integrum quidem ſacramentum accepit, ſed ſalutem (quæ virtus eſt ſacramenti) non habet ſi extra eccleſiam catholicam ſacramentum non habuerit. Debet ergo ad eccleſiã redire,non vt ſacramentum baptiſmi iterum accipiat, ſed vt eccleſiæ reconciliatus,in ſocietate catholica vitam accipiat.

Ordo tractationũ.

Et vt quæ diximus magis perſpicua fiant,de ſingulis ſacramẽtis ſpeciatim diſpiciemus,idq; eo ordine,vt primo,de verbo ſacramẽti:ſecũdo,de exteriori elemẽto:tertio,de cæteris ritibus,quos eccleſia ad ſacramenti vſum addidit:quarto, de effectu &

fectu & virtute cuiuſlibet, quinto, de accedentium adfectu, ſexto, de cuiuſuis miniſtrio, idque quàm fieri poteſt, breuiſſimè dicturi ſumus.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

BAPTISMVS GRAECA VOX EST, ſignificans tinctionē ſeu lotionē. Quāobrem vocabulum in genere acceptum, etiā ad lotionem rerum externarum accommodatur, ſicut Marc. 7. legimus, Phariſęi & omnes Iudęi à foro venientes, niſi baptizentur, nō comedunt. Et alia multa ſunt, quæ tradita ſunt, eis ſeruare, & baptiſmata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum. Transfertur item ad calicem paſſionis dominicæ & mortis eiuſdem, Marc. 10. Poteſtis baptiſmo quo ego baptizor baptizari? id eſt, ſanguinem fundere & ſuppliciū mortis mecū ſufferre? Et Lucæ 12. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coartor vſquedum perficiatur? id eſt patiendum mihi eſt pro ſalute generis humani, id quod ſummè deſidero. Sed quod ad propoſitum noſtrum attinet, pro lauacro regenerationis accipitur, quod eſt omnium ſacramentorum primum, & ianua qua in eccleſiam & ad cætera ſacramenta peruenitur.

Baptiſmi vocabulū quid ſignificet.

Baptiſmus ianua ī eccleſiam.

IN baptiſmo duo ſunt, verbū & elementum. Verbū eſt ipſa inuocatio trinitatis, huic diuinæ promiſſioni innixa: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, quæ peragitͬ hiſce verbis à Chriſto traditis, videlicet, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. In quod quidē verbū in primis intuendū eſt. In aqua enim verbū mundat. Detrahe verbū, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit verbū ad elementum, & fit ſacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tingat, & cor abluat, niſi faciente verbo? non quia dicitur aut pronunciatur, ſed quia creditur. Nā & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens. Propterea dixit Apoſtolus: Chriſtus dilexit eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea, vt eam ſanctificaret, mundās eam lauacro aquę in verbo. Mundatio igitur nequaquā fluxo & labili tribueretur elemento, niſi accederet verbum quo accedente fit ſacramentum, quod perinde ſe habet atque viſibile verbum.

Baptiſmi partes.

Aug. in Ioan. tract. 80.

Item in Ioan. tracta. 53.

Aug. con tra Fau. li. 19. c. 16.

Ephe. 5.

Aug. con tra Fauſt. li. 19. c. 16

Sententia verbi baptiſmi. NAm quum dicit miniſter, Baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, ſenſus verborum eſt: Hoc viſi bili ſigno tecum paciſcor ac teſtor, te recõciliari Deo, te re cipi à Deo, qui eſt pater filius & ſpiritus ſanctus. *Baptiſmus fœdus Dei cũ homine, & fœdus hominis cũ Deo.* Nam quid aliud eſt baptiſmus, quàm fœdus Dei cum homine, & homi nis cum Deo? Nam quatenus homo, ſatanæ & mũdi gloriæ, pompiſq; abrenũtiat, & ſe vero Deo aſtringit, ad mortificã dum per omnem vitam membra peccati, eſt fœdus hominis cum Deo. Rurſus quatenus ſe De⁹ viciſſim homini aſtrin git, quòd peccata illi remittat, quòd propter filiũ recipiat, *Roma. 6.* quòd ſpiritũ ſanctum donet, qui viuificet & ſanctificet: fœ *Tit. 3* dus Dei cum homine dici poteſt, quod diuus Petrus grauiſſi *1. Petr. 3.* mẽ teſtatur: Sic & vos (inquit) baptiſma ſaluos facit, nõ car *Aug. in I an. tra ctã. 80* nis depoſitio ſordium, ſed conſcientię bonę interrogatio in Deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Id eſt ba ptiſmum eſſe non tantum externam ſordium corporis ablu tionem, ſed pactum bonę conſcientię erga Deum per reſur rectionem Chriſti, quo Deus erga nos teſtatur, ſe nobis pla *Tit. 3* catum eſſe propter reſuſcitatum Chriſtũ, vt viciſſim hoc fœ *Act. 8.* dere bona conſcientia bene reſpondeat apud Deum, confi dens ſe habere placatum Deum propter Chriſtum.

Circunciſio, figura baptiſmi. TYpus autẽ baptiſmi in Veteri lege, circũciſio fuit, in my ſterio & ſignificatione cum baptiſmo conueniens, adeò vt beatus Athanaſius dixerit, baptiſmum eſſe ipſam circũci *Ath. lib. quæ. quæſtio. 38.* ſionem ſpiritualem. Quemadmodum enim circũciſio ſignũ ſeu pactum fœderis inter Deum & Abraham, Abrahęq; poſte ros fuit, vti ſcriptura dicit: Statuam pactũ meũ inter me & *Gene. 17* te, & inter ſemẽ tuũ poſt te in generationibus ſuis fœdere ſem piterno, vt ſim Deus tu⁹, & ſeminis tui poſt te. Et tu ergo cu ſtodies pactum meum, & ſemen tuũ poſt te in generationi bus ſuis. Quod pactum ſubinde exprimẽs, ait: Hoc eſt pactũ *Analogia baptiſmi ad circunciſionem.* meũ, quod obſeruabitis inter me & vos. circũcidetur ex vo bis omne maſculinum, & circuncidetis carnem pręputij ve ſtri. Infans octo dierum circuncidetur in vobis, eritq; pactũ meum in carne veſtra in fœdus ęternum. Ad eundũ modum *Mat. 24* in Euãgelio diſcipulis loquitur Chriſtus: Ite (inquiens) do cete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij, & *Acto. 2.* ſpiritus ſancti. Et in Actis ait Petrus: Baptizetur vnuſquiſ que in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ peccatorũ. Et quẽ *Gene. 17* admodũ dicit ſcriptura veteris legis, Maſculus cuius præpu

tij caro

tij caro circunciſa non fuerit,delebitur anima illa de popu lo ſuo,quia pactum meum irritum fecit. Ita de baptiſmo di xit Chriſtus: Niſi quis ronatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſan cto,non poteſt introire in regnum Dei. *Ioan.3.*

ET vel ex hoc ipſo refelluntur impij Anabaptiſtæ,qui ba ptiſmum infantiū impiè negāt ac auerſantur. Nā Deus in veteri lege circūcidi iuſſit infantes,vt infererentur ſyna gogæ,& adiecit pactum promiſſionis: Ero Deus eorum. Er go per baptiſmum qui circunciſioni ſucceſſit, pueri inſeren di ſunt eccleſiæ,extra quā non eſt ſalus,ne excludātur à re gno Dei:quod Chriſtus ad eos pertinere apertè aſſeruit: Si nite(inquit)paruulos venire ad me. talium enim eſt regnū cœlorū. Item, Nō eſt volūtas corā patre veſtro qui in cœlis eſt,vt pereat vnus de puſillis iſtis. Et iterū, Videte ne contē natis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis,quia angeli eo rum ſemper vidēt faciē patris mei,qui in cœlis eſt. Quibus verbis teſtatur paruulos Deo placere,& per Deū cuſtodiri. Et ſicut pactū circunciſionis non ideo minus ad infantes per tinuit, quòd non intelligerent quid ageretur,ita nec bapti ſmus propterea minus valet in infantibus, quòd nōdum in telligant pactū gratiæ diuinæ,quo remittitur ipſis peccatū originale. In fide enim eccleſiæ per verbū credentis,offeren tis,benedicentis,tingentis,etiam tantilli mundantur infan tuli, quanuis nondum valentes corde credere ad iuſtitiā, & ore confiteri ad ſalutem. Sed quid opus eſt errorem ab eccle ſia catholica à temporibus Apoſtolorum ſemper damnatum, pluribus reuincere? Tantum de verbo Baptiſmi.

Anabaptiſtæ dānantur. *Gene.17.* *Mat.19.* *Marc.10* *Luc.10.* *Mat.18.* *Aug.ad Bonifaciū epiſto.23 in Ioā.tracta.80.*

ELementū autem ſeu materiale externum huius ſacramē ti eſt aqua. Ideo autem per aquam celebratur, vt ſicut a qua corporis ſordes abluit,ita credamus & nos per baptiſmū ab omni peccato ſpiritualiter mundari, innouari & regene rari,vt quod ĩcorporale eſt, inuiſibiliter abluatur. Vnde & lauacrum regenerationis appellatur. Natura enim naſcimur filij iræ,ſed baptiſmus regenerat nos filios gratiæ. Natura naſcimur ex ſanguinibus,ex voluntate carnis,ex volūtate vi ri,hoc eſt in peccatis:ſed ex baptiſmo renaſcimur filij Dei: ni mirū Chriſto filio Dei per baptiſmū inſerti,ſicut Paulus ait, Quicunque in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.

Elemētū baptiſmi aqua. *Quid ſignet aqua.* *Ephe.5.* *Ephe.2.* *Ioan.1.* *Galat.3* *Amb.de myſt.init. lib.3.*

POrrò omnino conueniebat,vt huius ſacramenti elemē tum aqua eſſet. Nam inter alias huius ſacramēti figuras,

baptiſmi typus diluuium fuit. Nam quemadmodũ Deus per
Gene.7. diluuium mundum perdidit, & paucos in arca ſeruauit per a-
1.Pet.3. quam ſic per baptiſmum, mundus, id eſt peccata pereunt, & baptizati in arca eccleſiæ, ex aqua emergẽtes ſeruãtur. Atq; caro immergitur, vt ſignificetur illic veterem hominem mori ablui omne peccatum, ſepeliri omne vitium. Ex aqua reducimur, vt ſignificetur, illic nos in nouitatem vitæ reſurgere. quemobrem Paulus paſſim ait per baptiſmum nos cõmori & cõſepeliri Chriſto, & reſurgere cum Chriſto. Roma. 6. Quicũque (inquit) baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortẽ ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Rurſus, conſepulti Chriſto per baptiſmũ in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. Hinc illa exhortationis vox: Igitur ſi cõſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi eſt Chriſtus in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. mortui enĩ eſtis, &c. Et iterum: Mortificate ergo mẽbra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam & auaritiam. Ergo baptiſmi myſteriũ non leuiter tranſmitti, ſed hæc quę ſignificat & requirit per omnem vitam meditari, in his exerceri oportet, vt mortificationẽ Ieſu Chriſti ĩ corpore noſtro perpetuo circunferamus, id eſt vt exẽplo Chriſti Deo viuamus mortui mũdo. Et vt Chriſtus, quòd mortuus eſt, mortuus eſt ſemel, quod autẽ viuit, viuit Deo: ita nos peccato ſemel mortui, voluntatem noſtram Dei voluntati attemperemus. Mortificanda eſt enim non natura, ſed cõcupiſcentia mala. Si enĩ (vt Paulus ait) ſecundum carnẽ, id eſt ſecundũ carnalẽ concupiſcentiam vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. vbi Athanaſius: Corpus (inquit) non morte conficiendum, ſed opera carnis, quæ Paulus ad Galat. 5. & Coloſſ. 3. enumerat.

Per bapti ſmũ Chri ſto cõmorimur. *Coloſſ.2.* *2.Cor.4.* *Roma.6.* *Roma.8.* *Athana.*

MAre etiã rubrum, ſacramentum ſeu ſignaculum baptiſmi fuiſſe declarat beatus Paulus, dicẽs: Nolo enim
1.Cor.10 vos ignorare fratres, quia patres veſtri omnes ſub nube fuerunt, & per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube & in mari. & adiecit dicens: Hęc autẽ omnia in figura noſtri fuerũt, ſignificans in baptiſmo, diabolũ (cuius

Pharao

Pharao imaginē geſsit(nequitię ſuę vires amittere.Pharao enim reluctatus,& in ſua perfidia demoratus, tādiu reſtitit ac prçua'uit,donec ad aquam veniret,quo quū veniſſet,victus eſt & extinctus cum ſuo ſatellitio:ſic hodie per exorciſmos,voce humana,ſed poteſtate diuina flagellatur, vrīt, & torquetur diabolus:interim tamē fallax eſt exire ſe & homines dimittere ſimulans Sed quū ad aquam ſalutarem & baptiſmi ſanctificationem venitur, ſcire debemus & cōfidere, quòd illic diabolus opprimitur,& homo dicatus Deo,diuina indulgentia liberatur.

IAm de myſticis ritib⁹,quos eccleſia in baptiſmo adhibet, paucis agemus. Adhibētur(vt & ſuprà diximus)nō temerè,ſed vt viua quædā incitamenta fidei & pietatis ad formādā religionem neceſſaria,nimirū quibus manuducitur vulgus ad intelligendum & retinendū myſteria Chriſti. Pædagogia enī & lacte ei principio opus eſt,vt aſſueſcat diſcipli næ Chriſti: Nec dubium eſt,maximam ceremoniarum partem,quæ circa adminiſtrationem adhibentur,à primitiua & apoſtolica eccleſia ad nos peruenifſe,vt ī piè abiiciatur quod tot ſeculis,tot ſanctiſſimis viris ſacroſancto eſt habitum.

Cæremoniæ circa baptiſmū *Hebræ.5* *Cæremoniæ eccleſiaſticæ vetuſtiſsimæ*

IN primis cōſecratur fons baptiſmatis,& ſignatur oleo vnctionis duobus ſolennibus anni diebus,quādo in primitiua eccleſia baptiſm⁹ recipi cōſueuerat,nēpe Paſchę & Pentecoſtes, quem ritum ex eccleſia matrice ad nos deriuatū,diuus Auguſti. paſsim teſtatur,quanquā tempore neceſſitatis etiā aqua non cōſecrata,liceat baptizare. quod Victor Ro. pont. qui circa annum 190. vixit,decreuit. quo Decreto primitiuæ eccleſię conſuetudo apertè comprobatur.

Conſecratur fons. *c. eccleſiaſticarū. 11 diſt.* *Ex Decreto Victor.*

QVum vero baptiſmus miniſtratur,prīcipio adhibetur exorciſmus, qui verbo & exufflatione peragitur,vt ſpiritus immundus à baptizando expellatur,vtq; per purū ſacerdotis miniſterium, Spiritui ſancto cedat fugiens malignus. Non enim natura(vt inquit Auguſtinus)exorcizatur aut exufflatur,ſed ille ſub quo ſunt qui ſub peccato naſcuntur. Adiurātur ergo,vt expellat ab eis poteſtas inimica, quę decepit hominem,vt poſsideret hominē,ne poſt hac cōtendat eos ſubuertere,nec hoc ſacrum ſignaculū vnquā audeat violare. Quem ritum antiquiſſimū eſſe,ex Tertulliano, Hieronymo, Ambroſio, & quem citauimus, Auguſtino, Chryſoſtomo, Cœleſtino papa,aliiſque patribus diſcimus.

Vide Auguſti. lib. 2. de gratia Chriſti & pec. origin. c. 40. Li. de ſymbolo. *Gene. 3.*

Signũ crucis in fronte. Super oculos. Aures. Nares. Pectus. Roma.10 Scapulæ. Os.

DEinde ſignũ crucis fit principio in frõte, ad ſignificandum, quòd baptizandus nomen dat Chriſto crucifixo, in quo confidat, & quem publicitus confiteri nunquam erubeſcat. Super oculos dein, vt intelligamus baptizandũ præparari ad videndũ charitatem Dei. Super aures quoque, vt intelligamus eum conſecrari, vt audiat verbũ veritatis Dei. Super nares etiam, vt percipiat ſuauitatẽ odoris Dei. Signatur quoque pectus, vt credat in eo: quia corde creditur ad iuſtitiã. Scapulæ quoque, vt ſuſcipiat iugũ ſeruitutis Dei, iuxta Chriſti pręceptũ: Tollite iugũ meum ſuper vos. Os denique, vt confiteatur illi: quia ore confeſſio fit ad ſalutem.

Roma 10 Sal cõſecratum quid ſignificet.

INter exorcizandum, ſal conſecratum in os baptizandi datur, vt per ſal typicum cõditus, iniquitatis fœtore careat, id eſt carere ſignificetur, vtque à vermibus peccatorũ vltrà ne putreſiat, ſed magis illæſus, ad maiorẽ gratiam recipiendam ſeruetur, ac ad ſapientiæ ſaporem præparetur.

Beda. Lectio euangelii. Matt. 19 Eccleſia ex inſtitutiõe Chriſti offert ei paruulos baptizandos.

DEin legitur Euãgeliũ, Oblati ſunt Ieſu paruuli: quo ſignificamꝰ nos paruulos noſtros offerre Chriſto, quia ipſe dicit: Sinite paruulos venire ad me. Et quoniã addit: Talium eſt enim regnũ cœlorum. Offerimus etiam eos Chriſto baptizandos. Si enim illorum eſt regnum cœlorum, nõ negabit eis Chriſtus baptiſmum, qui eſt (vt diximus) ianua, qua in eccleſiam, & ſubinde in regnum cœlorum intramus.

Patrinorũ munus

POſt, patrini manũ infanti imponunt, ſymbolúmque recitant & orationẽ dominicam, quòd eccleſiam referãt, quæ domino pueros offert baptizandos, & in ſuã illos fidem recipit. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendum ſpiritualem gratiam, non tam ab eis quorum geſtantur manibus, quãuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſint, quàm ab vniuerſa ſocietate ſanctorum atque fidelium. Ab omnibꝰ nanque rectè offerri intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quorum ſancta atque indiuidua charitate ad cõmunicationem ſancti ſpiritus adiuuantur. Tota ergo hoc mater eccleſia, quæ in ſanctis eſt, facit, quia tota omnes tota ſingulos parit. Vnde nõ fides illa particularis, quæ in patrinorum credentium voluntate conſiſtit, ſed fidei ſacramentum fidelem facit. In eccleſia ergo Chriſti per alios paruuli credũt, ſicut ex aliis (quæ in baptiſmo remittũtur) peccata traxerũt. Deinde patrini ſe quodãmodo fideiuſſores cõſtituunt pro baptizatis. Ideóque ſemper admonere debẽt eós, vt caſtitatem cuſto-

Aug. ad Boniſ. de baptiſ. In baptiſmo paruuli per alios credunt.

cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia vero, ſymbolum & orationem dominicam edoceant.

Deinde illinitur ſputũ naribus & auribus, exemplo Chriſti, qui prius cæci nati oculos luto è ſputo facto ſubliniuit, & ſic ad aquas Siloë miſit. Illinitio vocationem ad gratiam baptiſmi ſignificat. vnctus nondum videt, ſed mittitur, vt lauet ad aquas Siloë, id eſt vt baptizetur in miſſo, id eſt Chriſto: id enim Siloë ſignificat. Et dicitur ei verbum Euangelicum, quòd Ieſus, quando mutũm & ſurdum ſanauit, tangens ſputo linguá eius, & mittẽs digitos in auriculam eius, dixit: Epheta, quod eſt adaperire, verbum ſanè ſacramento conueniens. Admonentur enim baptizandi per ſaliuam typicam & ſaluatoris factum, vt aperiantur ipſis nares ad odorem notionis Dei & vitæ æternæ capiendum, quo baptizati dicant: Bonus odor Chriſti ſumus: vtque aperiãtur eius aures ad audiendum verbum & mandata Dei. Saliua, typus eſt ſapientiæ & gratiæ Dei & diſcretionis fidei, cuius acceptio in auditu, & diſcretio in naribus ſignificatur.

Illinitio ſputi quid ſignificet. Ioan. 9. — Siloe quid. — Marc. 7. — 2. Cor. 2. — Saliua quid.

Poſt peractum exorciſmum ſuccedũt myſteria quæ apud ipſum fontem celebrãtur. In primis quæritur de nomine infantis. Nã vetuſtiſſimo eccleſiæ more ante baptiſmum, baptizãdi nomen ſuum dant, quo ſignificatur, eos per abrenunciationẽ prioris poſſeſſoris, ſe nomen dare Chriſto, vt in illius dominium tranſeãt. A nomine enim quod ab Adam habebant, ſcilicet filij Adæ vocati, ad nouũ nomen quo filij Dei vocãtur, perueniunt: quinimo tum demum nomen acquirunt. antequã enim baptizemur, fide & nomine caruimus. Poſtquam verò inuocatur nomen Dei ſuper nos ſecundum nomen eius vocati ſumus. Reddito nomine, baptizandus ter abrenuntiat. Nam interrogatus, Abrenuntias ſatanę? reſpondet, Abrenuntio. Et omnibus operibus eius? reſpondet, Abrenuntio. Et omnibus pompis eius, omni vanitati & gloriæ ſeculi, faſtui, luxui, voluptatibus, breuiter omnibus vitiis? reſpondet, Abrenuntio. Quam eccleſiæ primitiuæ cõſuetudinem fuiſſe, docet Tertull. De corona militis. Debet ergo baptizatus tota vita eſſe memor ſermonis ſui, & nunquam cõmittere vt ſibi excidat ſuæ ſeries cautionis. Per verbi enim illius renunciationis, quæ in baptiſmo fit, recordationem, diabolicas incantationes, faſtum, voluptates, breuiter, omnia peccata facilè vincemus.

Myſteriorũ quæ apud fontem celebrantur, expoſitio. — Trina ab renunciatio. — Tertul. de corona milit. — Ambro. de myſt. init. ca. 2. & lib. 1. de ſacra. cap. 2.

Oleũ cathecumenorum. Poſt hęc baptizandus oleo cathecumenorũ inungitur in pectore & inter ſcapulas,at poſt baptiſmũ,chriſmate in vertice. De chriſmate poſtea latius dicemus. Quod autẽ ad vnctionẽ (quæ in baptiſmo fit)attinet,beatus Auguſtinus *c.eccleſiaſticorum. 11.diſt.* traditionis apoſtolicę eſſe dicit:eam ſiquidem ab apoſtolorũ temporibus ad nos vſque deriuatã,& canones Clementis ac Fabiani põtificis,& pleraque Cõcilia declarant. Prioris vnctionis,quæ ante baptiſmum fit, myſterium Auguſtinus explicat: *Roma.10* Vngimur(inquit) in pectore & ſcapulis, quoniam fides mente concipitur & opere perficitur. *Roma.2. Iaco.2.* Vngitur pectus,vt ſignificetur hoc pectus cõſecrari Chriſto,& mentem in ſanctæ trinitatis fide confortari, in qua amodo nullas reliquias *Inter ſcapulas cur.* latentis inimici reſidere oporteat. Vngitur inter ſcapulas,vt ſignificetur,baptizãdum per gratiam vndíque muniri ad bona opera facienda,& ad portandum onus Domini, fortitudinem accipere, *Amb.de ſacr.c.2.* quemadmodũ diuus Ambroſius ait: Vnctus es quaſi athleta Chriſti,quaſi certamen huius ſeculi luctaturus.

Catecheſis. VNctioni ſuccedit catecheſis, id eſt inquiſitio de fide trinitatis, idque iuxta dñi noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris imperiũ,qui quum ad patrem in cœlum aſcẽderet, apoſtolis *Mat.28.* mandauit:Euntes(inquit)docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Quòd autem *Vide expoſi.ſymbol.* ínterrogamus, Credis ſanctã eccleſiã,remiſſionem peccatorum,carnis reſurrectionẽ, & vitam æternã poſt mortem,nõ eo modo interrogamus,vt quomodò in Deum creditur,ita & in eccleſiã ſanctam credatur, ſed vt in eccleſia ſancta cõuerſantes,in Deũ credamus.Nam eccleſia ꝓpterea ſancta & catholica eſt,quia rectè creditur in Deum. Proindéq; interro- *Eccle.15.* gatur:Vis baptizari? & reſpõdetur,Volo. Nemo enim ſalua- *Ex cõcil. Toleta.* tur inuitus,ſed volẽs,vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enĩ homo propria arbitrij libertate ſerpenti obediens periit, ſic vocante ſe gratia Dei,propria mentis conuerſione ſaluatur.

Verbum formale baptiſmi. QVo facto, baptizatur tandem infans in hiſce Domini verbis: Et ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Quid autem verba iſta ſignificẽt, & quod fœdus inter Deum & hominem hiſce verbis cõtrahatur,ſuprà diximus.

Infans ter tingitur. TEr verò infans vel immergitur vel tingitur aqua baptiſmatis.Baptizamur enim in Patrem & Filium & Spiritũ ſanctum ad ſingula nomina, ad ſingulas perſonas tingimur, vt æqua-

vt æqualitas, eadémque perſonarum poteſtas ac maieſtas declaretur, vt trinitatis vnũ appareat ſacramentũ. Tertio quoq; repetita immerſio vel tinctio, typum triduanæ domini ſepulturę exprimit, per quam Chriſto conſepulti ſumus in baptiſmo, & cum Chriſto reſurreximus in fide, vt à peccatis abuti, in ſanctitate virtutum viuamus, imitando Chriſtum.

Aug. de cõſec. diſt. 3. c. poſtquàm.
Roma. 6.

POſt baptiſmũ, baptizatus inũgitur chriſmate, ſed in vertice, cuius myſteriũ diuus Ambroſius declarat, dicẽs: Memento quid tibi dixerit, nimirum ſacerdos baptizans, Deus (inquit) pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſſitque tibi omnia peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam. Noli ergo hanc vitam illi æternæ vitæ anteferre. Verbi gratia: Si exurgat inimicus aliquis, ſi velit tibi fidem tuam auferre, ſi minatur mortem vt præuariceris, vide quid eligas. Noli eligere in quo non es vnctus, ſed elige in quo es vnctus, & vitam æternam vitæ præferas temporali, per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. In capite verò vngitur baptizatus, vt norit ſe capiti Chriſto inſitum, vt ſciat ſe iam à Chriſto nomen accepiſſe, ſeque Chriſto nomen dediſſe, hoc eſt Chriſti militiæ eſſe inauthoratũ. A chriſmate enim nomen habet Chriſtianus, ſicut & chriſma à Chriſto, in cuius nominis inuocatione, ad eum quem diximus inungendi vſum, præparatum eſt chriſma.

Inunctio quæ chriſmate in vertice fit quid ſignet.
Amb. de ſacr. c. 2.
Vnctio quæ fit in capite, quid ſignet.
Chriſtus. Chriſma. Chriſtianus.

POſtremò baptizatus alba veſte veſtitur, quod eſt ſignum manumiſſionis & libertatis, teſte Tertulliano. Notat quoque innocentiã & puritatẽ Chriſtianã, quam poſt ablutas veteres peccatorũ maculas ſtudio ſanctę cõuerſationis immaculatam ſeruare debet, ad repręſantandum eam ante tribunal Chriſti. Olim in primitiua eccleſia, baptizati adulti per totã hebdomadam ſtolis albis ſeſe veſtiebant: quemobrem dies ille dominicus proximus poſt paſcha, dominica in albis vocatur: qua cęremonia eccleſia & fidem & vitæ innocentiã, religioniſque puritatem animis noſtris imprimere ſtuduit.

Tertullianus.
Amb. de myſt. icar nat. chriſt. cap. 7.
Dominica in albis cur dicatur.

VIrtus, efficacia, ſeu effectus baptiſmi, ſatis ſuperque ex prędictis colligitur. In baptiſmo enim per aquã & ſpiritum in paruulis originalis culpa aboletur, & ex filio iræ fit filius Dei. In adultis verò tam originalia quàm actualia ſeu perſonalia peccata delentur. Morimur enim in baptiſmo peccato, victuri Deo in Chriſto Ieſu, qui per lauacrum aquæ mũdat eccleſiam, in verbo vitæ, vt exhibeat ipſe ſibi glorio-

De re ſacramenti baptiſmi
Roma. 6.
Epheſ. 5.

ſam eccleſiam,non habentē maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi,ſed vt ſit ſancta & immaculata. De hoc baptiſmi fonte vaticinatus eſt Zacharias: In die(inquit)illa, erit fons patens domui Dauid,& habitātibus Hieruſalem,in ablutionem peccatorum. Itidem Ezechiel,dicēs: Et effundam ſuper vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus iniquitabus veſtris,& ab vniuerſis idolis veſtris mūdabo vos, & dabo vobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. In baptiſmo enim regeneramur ac renaſcimur,ſicut Chriſtus in Euangelio dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt videre regnum Dei. Ad Tit.3. Secundū ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè,per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum,vt iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Quotquot enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, Chriſtum induimus. Effectus ergo baptiſmi eſt mors peccati,vt alia ſequatur natiuitas.quæ corporis manente compagine,hominū mentē innouat, ſepulta omnium peccatorum vetuſtate:quāquam idem baptiſmi effectus demū morte corporali(qua & animo & corpore peccatis penitus defungimur)abſoluatur.

Zach.13. Ezec.35. Ioan.3. Galat.3. Amb. in epiſtol.ad Ro.c.6.

Iam ſi quis quærat: Si verum eſt,in baptiſmo deletum eſſe peccatum, quod à parentibus contraximus, qur adhuc manet cupiditatis fomes,& veluti incentiuum quoddam peccati? Neque enim dubium eſt quin à primis parentibus in nos traducta ſit lex iſta peccati ſeu membrorum, id eſt concupiſcietia,quā Paulus opponit legi mentis ſeu Dei, dicens: Cōdelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis,repugnantem legi mētis meæ & captiuantem me in lege peccati,quę eſt in mēbris meis. Omnes ſiquidem in peccatrice voluptate generamur, propterea licet inuiti, etiam poſt baptiſmum illicitos quoſdam & beſtiales propemodum motus ſentimus, qui aſſiduam in nobis pugnam generant, Paulo teſte: Caro enim cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, &c. Huic ergo quæſtioni reſpondendum eſt in baptiſmo imputationem & reatum omnis peccati tolli, qui deletur chirographum damnationis noſtræ, & reſponſum mortis quod in nobis ex inueterato hulcere manabat. Reatus enim ſeu imputatio in peccatum,propriè peccatum eſt. Beatus enim vir cui

Concupiſcētiæ fomes,ſoluto reatu remanet in baptizato. Rom.7. Bernard. in ſer. in cœna domini de baptiſ. Galat.5. Peccatū propriè reatus.

cui non imputat dominus peccatum. Sed manet concupiſcẽtia, quæ licet à Paulo interdum peccatum dicatur, veluti quũ ait: Si autem quod nolo, illud facio, iam nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum: Tamen poſt baptiſmũ fomes non imputatur in peccatum, niſi ei mens ſeu voluntas aſſentiatur. Atque hęc eſt eximia baſptimi virtus, quòd non tãtum peccatum tollit, ſed & contra hunc fomitem gratiam cõfert, ne iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen à conſenſu abſtineamus: quod vt facere poſſimus, impartit nobis Deꝰ in baptiſmo ſpiritum, cuius dictũ ſequuti, non in noſtra, ſed in eius virtute de cõcupiſcẽtia ac diabolo triumphemus, atque in hunc modum hanc quęſtionem diſſoluit Paulus: Infelix (inquit) ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ. Vt ergo concupiſcentiam, quæ radix eſt amaritudinis, quę ſeges eſt omnium malorum, reprimamus, ne germinet iterum, denique, vt eradicemus eam, tota vita elaborandum eſt. Et perpetuo Paulo orandum, vt ſpiritus ille in baptiſmo nobis collatus, integer perſeueret in nobis: nimirum vt gratia ſpiritus ſancti (quæ ſpiritum noſtrum mouet, incitat, purificat, fouet, ac confirmat) nunquam auferatur à nobis ſed in viſceribus noſtris cõtinuo innouetur, vt illius virtute iuſtificatio legis impleamur in nobis, qui non ſecundũ carnẽ ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Si quis autem hunc Chriſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius. Si verò Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem. Ergo (vt Apoſtolus infert) debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecundũ carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Reddit autem ipſe ſpiritus teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei, quum ſentimus, nõ accepiſſe nos ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, vt ſcilicet Deũ tanquam tyrannum aliquem metuamus: ſed quum ſentimus nos accepiſſe ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo filiali amore perciti clamamus, Abba pater. Si autem per baptiſmum filii, ergo & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes vero Chriſti. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Baptiſmi ergo vis & effectus tota vita in nobis ad hunc modum (vt diximus) exercendus eſt, atque in viuendum, vt da.

Pſal.31. Roman.3. Roma.7. Roma.8.

Præcipua virtus baptiſmi.

Roma.7.

Concupiſcẽtiam vt mortificemus tota vita enitẽdum.

1.Theſſ.5 Pſal.50. Roma. 8.

Iuſtificatio legis quomodo à iuſtificatis impleatur.

Quomodo ſpũs Dei reddat teſtimonium ſpiritui noſtro de vocat. noſtra Roma .8.

Baptiſmi vis tota vitæ exercẽda.

Mortificatio ī homine quomodo peragatur. vitali huic moriamur vſui, vt ſeipſum homo ſibi abneget, & totus mutetur, imitans Chriſtum ducem. Quod faciendo, tādē etiā abſq; moleſtia mortificationē carnis (in domino obdormientes) pergamus. adeò, vt cum Paulo dicere libeat: Mihi enim viuere Chriſtus eſt, mori lucrū: nimirum quòd hoc mortale induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionē. Tunc enim planè effectus baptiſmi abſoluetur, nempe per corporis reſurrectionē, cuius baptiſma eſt pignus & imago (ſi diuo Ambroſio in epiſtolam ad Romanos credimus.) ſed de hoc latius ſuprà diximus circa articulum ſymboli, qui de carnis reſurrectione eſt.

Philipp. 1.
1. Cor. 15.
Ambr. in epiſtol. ad Rom. ca. 6

De affectu quo ad percipiēdū baptiſma accedendū ſit. DE affectu quo ad baptiſmum accedendum ſit, in canonibus concilij prouinciali, ſub titulo De adminiſtratione ſacramentorum, dictū eſt, vt hîc repetere non ſit neceſſe. Qui adultus accedit, cogitare debet ſe huius ſacramēti perceptione, ſeipſum totum Chriſto offerre, ſeque exutum veterem hominem, nouúmque indutum exhibere, repræſentaréque, atque hoc tota vita conaturum, vt candidam illam veſtem, inſigne libertatis & manumiſſionis ab omni peccatorū labe immaculatam, ad tribunal Chriſti perferat. Quòd ſi totum ludiere, mimicè & ioco ageretur, tum nec recipitur ſacramentum, nec res ſacramenti, ſi indignè aut irreuerenter propoſitum pēccādi retinens, quis accedat, characterem quidem ſacramentalem recipit, ſed rem ſacramenti, (id eſt, gratiam) nullam conſequitur: poſtea tamen reconciliatus eccleſiæ, effectum ſacramenri abſque noua tinctione per pœnitētiam recipit ac indiſpicitur.

Vide Magiſt. in 4. diſt. 4. & 5. arti. Solet etiam &c.

Cypri. de cardi op. Chriſti ſermo. de bapti. Chri. MInifter ſacramenti, ſacerdos eſt, in quo (quantum ad ſacramenti efficaciam attinet) vitæ meritū non reſpicimus. Nam reuera non homo eſt, ſed Chriſtus qui baptizat, ſacerdos verò legatione tantum pro Chriſto fungitur, per quem Chriſtus baptizat. Et quanuis ſacerdos dicat: Ego te baptizo, tamen vt eum non aliter quàm miniſtrum hoc agere intelligas, non in nomine ſuo, ſed in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, baptizare ſe dicit, quemadmodum Paulus ait, Nūquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?

Tertul. in lib. de exhor. caſti.
Hier. aduer. Luciſer.
1. Cor. 1

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

QVVM in baptiſmo nõ ſolùm omne peccatum tam originale q̃ actuale remittatur, ſed & ſpiritus ſanctus in nouã nos regenerans creaturam, detur, qui & concupiſcentiæ fomitẽ (id eſt appetitus inordinationẽ & naturæ corruptæ imbecillitatẽ, quæ in nobis poſt baptiſmũ reliqua eſt) ſic attenuat, vt ea nobis, niſi rurſus peccato aſſentiamus, nocere nõ poſſit: cõſequens eſt, vt ſi cõtinuo ex hoc ſeculo poſt receptũ baptiſmum nobis migrãdum foret, ſolus ipſe baptiſmus ſufficeret, & regeneratio p̃ ſe ſaluaret, mox ĩ pace beati ſeculi recipiẽdos. Qui enim poſt baptiſmũ cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortẽ, ipſa morte confirmatur, q̃ non poſſit peccare poſt mortem. Iam vero quum nos poſt trãſitum mare rubrum, vaſtũ huius mundi deſertũ ingredi, ac cum hoſtibus & internis & externis, priuſq̃ ad terrã repromiſſionis perueniamus, ſine intermiſſione dimicare oporteat, nempe carne, mundo, & diabolo, quorũ impetus tantus eſt, vt nemo ſecurè glorietur ſe in hoc corpore peccati ſine peccato eſſe poſſe, q̃ humanæ cupiditates & veteris peccati reliquiæ in ſinu noſtro latentes, rebellionem aduerſus ſpiritum mouere nunq̃ ceſſant: Mundus quoque nos adhuc mortali corpore onuſtos omnibus machinis oppugnat, deniq; diabolus mille artifex tanquam leo rugiens ſemper circuit, quærens quem deuoret: vt meritò quis hanc initurus luctã grauiter terreatur, niſi interim agnoſcat Chriſtũ redemptorem (qui carnem domuit, mundum vicit, ac diabolum mundi principẽ foras eiecit) aduerſus hoſce inſultus alia parata remedia, quibus luctantibus nobis ſubueniret, reliquiſſe, vt non in virtutibus noſtris, ſed in eo faciamus virtutẽ. In Exodo legimus, filios Iſraël ex Aegypto per mare rubrum iam egreſſos, deuictis ac ſubmerſis etiamnum hoſtibus (flauit enim ſpiritus Dei, & operuit eos mare) tum maximè fuiſſe compluribus aliis confortatos ſacramentis.

Amb. lib. de myſte. init. c. 3. *Tit. 3.* *Vide Ber. in ſer. habito in die cœnæ domini de baptiſmo.* *Roma. 8.* *Ex decret. Melchia. papæ.* *Dimicandum nobis tota vita cum tribus hoſtibus.* *Roma. 7.* *1 Ioan. 1.* *Galat. 5.* *Mundus.* *Diabolus.* *1. Petr. 5.* *1. Petr. 4.* *Ioan. 16.* *Ioan. 12.* *Pſal. 59.* *Exod. 15.*

In primis expanſione nubis, in protectionem eorum, & ignis, vt luceret eis per noctem: deinde alitione panis cœleſtis, & bibitione aquæ, quam percuſſa dedit petra.

Columna nubi, ignis. *Pſal. 140.*

Ad eundem modum Chriſtus (qui veteris legis typos im-

Matt. 11. pleuit)poſt baptiſmum pleraq; alia ſpiritus ſancti munera,ac gratiarũ dona nobis reliquit, quibus nos per baptiſmũ reſur
*Ephe.*4. gentes & erectos ſuſtentaret cõfirmarétque,ne ab hoſtiũ impetu nos rurſus impetente ſuccũbamus,quæ ſunt cætera eccleſiæ ſacramenta, in primis verò Cõfirmatio & Euchariſtia.
Ex decre. Melchiadis. De cõfirmatione nunc dicendum eſt. In baptiſmo, filij dei renaſcimur, & cœleſtis hæreditatis ꝓmiſsionem accipimus: ſed vt hanc retineamus, pupillis tutore eſt opus. Quare non
*Tit.*3. ſatis viſum eſt Chriſto, in baptiſmo nobis impartiri ſpiritũ
1. *Cor.*12. innouantem, niſi & per confirmationis ſacramentum largiretur ſpiritum tuentem ac defendentem, qui tamen nõ alius, ſed idem eſt ſpiritus in baptiſmo datus, alius tantum atque alius ſecundum diuerſas gratiarum donationes & chariſmata. Nam quatenus in confirmatione datur, paracletus eſt, qui
*Ioan.*16. regeneratis in Chriſto, & cuſtos conſolator & tutor eſt. Ergo ſpiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte pulchritudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam, quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt: quamobrem alia atque alia ſpecie ſubinde viſus eſt.

Cur ſpiritus ſanctus alia atque alia ſpecie ſubinde viſus ſit. In baptiſmo, in ſpecie columbæ deſcendit, innocentiã (in quam regenerat) teſtatus. In die verò Pentecoſtes, in diſcipulos in linguis igneis illapſus eſt, quibus Apoſtoli intrepidi loquerentur magnalia Dei.

Itaque in baptiſmo regeneramur ad vitã, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam. In baptiſmo abluimur, poſt bapti-
*Matt.*3. ſmum roboramur: in baptiſmo in milites Chriſti recipimur
*Marc.*1. ac ſignamur in cõfirmatione ad agones & prælia mundi hu-
*Lucæ.*3. ius reſeruandi, armis competentibus inſtruimur pugnaturi.
*Actio.*2. VTrunq; ergo magnum eſt ſacramentum, & quãuis alterum alteri admodum cõiunctum ſit, tamen in Euangelicis & Apoſtolicis literis ſic diſcernuntur, vt non vnum, ſed duo plane appareant ſacramenta. Poſtq̃ enim Chriſtus in vl-
*Ioan.*13. tima cœna apoſtolis pedes lauiſſet, & dixiſſet: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos
*Ioan.*5. mundi eſtis. tãdem poſt multa ſubiecit: Qnum autem venerit paracletus, quem ego mittã vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre ꝓcedit, ille teſtimonium perhibebit de me, &
*Ioan.*16. vos teſtimoniũ perhibebitis. Et iterum: Adhuc multa habeo vobis

vobis dicere,ſed nō poteſtis portare modo,quum autem venerit ſpiritus ille veritatis,docebit vos omnem veritatem.

Deinde poſt reſurrectionem, quanuis dñs inſufflaſſet in apoſtolos,dicens: Accipite ſpiritum ſanctum: tamen jam in cœlum aſcēſurus, aliud donum apoſtolis & per apoſtolos, omnibus regeneratis pollicitus eſt: Ego(inquit)mittam promiſſum patris mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate,quoadusq; induamini virtute ex alto. Et iterū: Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos,& eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimū terræ:quam ꝓmiſſionem,poſtea in ſigno viſibili in die Pentecoſtes euidētiſſimè præſtitit, vt quod in apoſtolis ſemel in forma ſenſibili factū eſſe cernimus, in nobis per ſacramentū cōfirmationis fieri minimè ambigeremus. Nam quod in primitiua eccleſia,ſpiritus ſancti deſcenſio in credentium populos donauit vniuerſis,hoc in cōfirmandis neophytis impoſitio manus epiſcoporum tribuit ſingulis, vnicuiq; tamen ſecundum mēſuram donationis Chriſti. Alioqui Chriſtus verè diuinum illum ſermonem in cœna habitum(quo toties paracletum pollicetur)finiens,fruſtra oraſſet in hunc modum: Non pro eis autem rogo tantum,ſed & pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipſi in nobis vnum ſint,&c. *Ioan.20* *Luc.24.* *Acto.1.* *Chryſoſt. de cōſ.diſt. 5.c.nouiſſimè.* *Ephe. 4.* *Ioan.13. 14.15.16.* *Ioan.17.*

Quod vt manifeſtius fiat, ſaltem duo apertiſſima ſcripturæ teſtimonia tuenda ſunt. Actorū 8.ſic legimus. Quum autem audiſſent apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, ꝙ recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui quum veniſſent,orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritum ſanctum,nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu:tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum,etiā in ſigno viſibili. Sequitur enim Simonem Magum vidiſſe, quia per impoſitionē manus apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus. Item Acto.19. His auditis baptizati ſunt in nomine domini noſtri Ieſu: & quum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit ſpiritus ſanctus ſuper eos,& prophetabāt. Quos ambos locos omnes catholici ſcriptores ad ſacramentum confirmationis referunt. *Teſtimonia ſcripturæ pro hoc ſacramento.* *Acto.8.*

Hic ſi quis requirat, quid profuerit apoſtolis aduentus Spiritus ſancti poſt aſcēſionem Chriſti, quem & prius *Cur Chriſtus, poſt aſcen. mi-*

ſerit Spiritûſanctum apoſtolis quẽ prius dedit. acceperunt: ex Euangelio reſpondetur, quoniam profuit ad robur virtutis, qua induti ſunt ex alto. Docuerunt certè nos Apoſtoli, quanta ſit infirmitas noſtra, & quãto ſpiritus profectu etiam poſt baptiſmum indigeamus. Petrus Apoſtolorum princeps Chriſtum vidit, gloriam eius in monte guſtauit, vocem patris audiuit, mira opera ſuis oculis cõſpexit: ipſe quoq; miracula fecit, ſuper aquas pedibus ambulauit, cum domino familiariſſimè cõuerſabatur: vbi à domino locus eſſet, & mũdus pronunciatus, ſe paratũ & in carcerem & in mortem cum eo ire adſerebat. Sed quid factum eſt? Ad vocem ancillę territus, ſtatim negauit. Venit alia ancilla, & iterũ negauit. Quomodo Petrus ſtetiſſet coram regibus & principibus, qui corã mulieribus ſtare non potuit? Quinimo, poſt reſurrectionem viſo etiamnum Chriſto, ac larga conſolatione recepta ſimul cũ cæteris Apoſtolis, propter metum Iudæorũ latebat, atque adeò vbi cum cæteris Chriſtum tam glorioſè aſcendentẽ vidiſſet, & angelorũ viſione, conſolationéq; confortatus eſſet, in publicũ tamen prodire non audebat, ſed expectabat promiſſum patris, Spiritũ ſanctum. Quum primũ vero hic aduenit, tunc ipſe ſtatim ſimul & cæteri Apoſtoli, magna fiducia loqui cœperunt, virtutéque magna teſtimoniũ reſurrectionis Chriſti reddiderunt, atque adeò principes ſacerdotũ & reges huius mundi non timuerunt, vt gloriarentur etiã in tribulationibus, & irent à conſpectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Lucæ.24. Matt.17. Marci.9. 1.Petr.1. Matt.14. Ioan.13. Matt.26. Marc.14 Lucæ.22. Ioan.18. Ioan.20. Act.1.2. Acto.4. Acto.5.

Quid agatur in ſacramento confirmationis. HOc ergo in ſacramento confirmationis agitur, vt Spiritum ſanctum, quem in baptiſmo ad purificationem & emundationẽ accepimus, ad robur quoque & augmentũ virtutis capiamus, quo aduerſus peccatorũ, mundi, & diaboli inſultus confirmemur, & facti intrepidi, nullis perturbationibus frangi, nullis tribulationibus ſuccumbere, nullis denique terroribus ac cruciatibus à Chriſto ſeparari valeamus, affectantes cũ Paulo dicere: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mundo. Hoc ſpiritus ſancti robur, eſt illa charitas Dei, quę diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui nos certos facit, quia neque mors, neq; vita, neq; angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quam gratiam quum

Galat. 6. Roman.5. Roma.8.

Chriſto

Chriſto viſum ſit,ſanctis Apoſtolis ſuis ſigno quodam viſibili ſupra modum illuſtri impartiri, quanto magis neceſſe erat,vt eadem nobis tanto infirmioribus,ſigno quopiam viſibili,ad confirmandam in nobis verbi fidem traderetur.

VErbum quo hoc ſacramentũ traditur,hoc eſt:Signo te ſigno crucis,& cõfirmo te chriſmate ſalutis,in nomine patris & filij & Spiritus ſancti:Promiſſioné,cui hoc verbum innititur,& ex qua eruitur,ſuprà retulimus. *Verbũ huius ſacramenti.*

MAteria verò huius ſacramẽti,chriſma eſt,quod manu Epiſcopi in frontẽ cõfirmãdi illinitur. In eccleſia dei triplex oleũ in die cœnæ Domini per epiſcopos cõſecratur, Oleũ infirmorum,oleũ catechumenorũ,& chriſma,quod ex oleo oliuæ & balſamo componitur, idque non abſque inſigni myſterio. Nec putandum eſt,nouam eſſe ſacri chriſmatis inuentionem,quũ ex Dionyſio,Clemente,Fabiano,Tertulliano,Cypriano,Hieronymo,Auguſtino,cęteriſq; catholicis ſcriptoribus,chriſmatis conſecrationem nos ab Apoſtolis recepiſſe,eandémque non tantum in Romana,ſed per totam eccleſiam catholicam receptã eſſe,dicere ac videre eſt. Quanquã enim veteris legis cęremoniæ,Chriſto illuceſcẽte,euanuerint, vnctionis tamẽ myſterium religio Chriſtiana non contempſit,ſed potius quod regibus & ſacerdotibus eius tantum gentis, vnde Chriſtus erat venturus, peculiare eſſe cõſueuit,in omnẽ populum catholicũ propagatum eſt, vt ſicut Chriſtus à chriſmate dictus eſt, eo quòd ſingularis excellẽtię oleo,hoc eſt Spiritu ſancto,præ participibus ſuis vnxerit eũ Deus: ita & participes eius,quotquot ſunt,cõſortes ſint tam actionis quàm nominis, & dicantur à Chriſto Chriſtiani,vt ſint ſui,Chriſto duce,rectores & duces,& offerant Deo ſpiritualia ſacrificia,ordinati à Deo ſanctimoniæ ſacerdotes, quemadmodum Petrus omnes Chriſtianos appellans: Vos(inquit)eſtis genus electum,regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus acquiſitionis. Vnctio ergo chriſmatis exterior, vnctionem Spiritus ſancti interiorem ſignificat, quam accipimus à Chriſto,quæ docet nos de omnibus. *Materia chriſmatis* *Cyprianus* *Aug. in Pſal. 178.* *Inn. 3. de ſac. vnc. c. cum veniſſet par. vn de in ve.* *Acto. 11.* *1. Pet. 2.* *Innoc. 3.* *1. Ioan. 1.*

IAm quòd eccleſiæ hoſtes chriſmati ſuum honorem detrahere cõtendũt,eo quòd in Actis apoſtolicis nõ legamus, apoſtolos in cõfirmãdis baptizatis chriſmate vſos fuiſſe, ſed tantũ manuũ impoſitione & oratione,id illi ſuo more faciunt,degeneres filij,eccleſiam matrem, veritatis columnã, *Hæretici chriſmati ſuũ honorẽ detrahere contendunt.ſed fruſtra.*

1. *Tim.* 3. mendacem facere cupiẽtes, quę aſſeuerat per Apoſtolos chriſmatis conſecrationem no bis commẽdatam, ſed ſuperat illa
*Matt.*16. & ſuperabit, perpetuò quòd nec portæ inferi præualebũt aduerſus eam. Vis autem ſcire, cur neque Chriſtus Apoſtolos, neque Apoſtoli in primis eccleſię primordiis, populos cõfirmandos chriſmate vnxiſſe legãtur? animaduerte chriſmatis exteriori inunctione (quæ denotaret inuiſibilem Spiritus
*Act.*8.10 ſancti vnctionẽ) tantiſper nõ fuiſſe opus, quãtiſper Spiritus ſanctus ſigno viſibili deſcendit in cõfirmatos, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum in primis illis eccleſiæ crepundiis factũ legimus: poſtea verò dilata eccleſia Dei, cùm ſigno illo viſibili diuerſitatis linguarũ opus nõ eſſet ãplius, Spiritu ſancto roborandi, ac cõfirmãdi chriſmate ſunt inuncti, vt & ipſi ſigno externo admonerẽtur, excitarentúrque ad myſterij interioris fidem & cõtemplationem, quãdoquidem beatus Auguſtinus ait: Sacramentum chriſmatis in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſſe, ſicut ipſe baptiſmus eſt. Neque enim (vt idem alibi ait) temporalibus & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus, per manus impoſitionem modò datur Spiritus ſanctus, ſicut anteà dabatur ad commendationẽ rudis fidei & eccleſiæ primordia dilatãda.

Lib. 2. *contra literas Petiliani.* c.104. *De baptiſ. cõtra Donat.ca.*16. *Ibidem.*

QVis enĩ nũc hoc expectat, vt hi, quibus manus ad accipendũ ſpiritum ſanctũ imponitur, repente incipiant linguis lòqui? ſed inuiſibiliter & latẽter intelligitẽ per vinculũ pacis, eorũ cordibus diuina charitas ĩſpirari, vt poſ
*Roma.*5. ſint dicere: Quoniã charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Opponendus eſt ergo æmulis noſtris, vniuerſalis cõſenſus eccleſię omniũ temporũ, vti certiſſimum teſtimoniũ, quòd hæc ordinatio
Ire.lib. 4. *contra hæreſ.ca.*63. ſit Apoſtolica, maximè quum vel vno eodemque tẽpore, ídque non multo poſt Apoſtolorũ deceſſum, per omnes fermè eccleſias, vti apoſtolica, cuſtodita cõprobatur: Sic enĩ habet
Ex Decretis Fabia. Fabianus: Hæc (nimirũ chriſmatis annuam cõſecrationẽ, renouationem, & veteris cõfirmationem ſignificans) à ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorũ accepimus, vobiſque tenẽda mãdamus. Hæc ſancta Romana eccleſia & Antiochena à tẽpore Apoſtolorum cuſtodit: Hęc Hieroſolymorũ & Epheſianorũ tenet, in quibus Apoſtoli præſidẽtes hæc docuerũt.

Chriſma aliter ĩ ba-

NEc hic prætereundũ eſt, quòd chriſma aliter in baptiſmo, aliter in cõfirmatione datur. Signatur enim baptizatus

zatus chriſmate per ſacerdotem in capitis vertice per pōtificem vero in fronte, vt in priori vnctione ſignificetur ſpiritus ſancti ſuper ipſum deſcēſio, ad habitationē Deo cōſecrādam. In ſecunda vero, vt eiuſdem ſpiritus ſancti ſeptiformis gratia, cū omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis in hominem venire declaretur, quod orationes, quę circa vtranque recitantur, ſatis indicant. In cōfirmatione ſic inter alia orat Epiſcopus ſuper cōfirmandū. Immitte in eū Spiritum ſanctum tuum ſeptiformis gratiæ tuæ, paracletum de cœlis, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & imple eum ſpiritu timoris tui, & ſigna eum ſignaculo ſanctæ crucis propitiatus, & Spiritum ſanctum non amittat in vitam æternam. Quamobrem Dionyſius hoc ſacramentū ab apoſtolis vocatum eſſe Teloten teſtatur, id eſt, perfectionem & abſolutionem virtutis ſpiritualis.

ptiſmo, aliter in confir. datur.

Oratio epiſcopi ſuper confirmandum.

Hic obiter ſe offert loc⁹ de donis ſpiritus: Sapiētia (quæ donum eſt Spiritus ſancti) in cognitione & delectatione ſummi boni, id eſt Dei, ſita eſt, quam beatus Augu. Theoſebian, id eſt cultum Dei, appellat: quia vacat ac ſtudet Deo, & fertur in Deum, ſyncero affectu totam fiduciam ac ſpē in illum transferēs, ipſumque ex toto corde, tota anima, tota mente, tota virtute diligens: prǽterea nihil amans aut colēs, niſi Dei cauſa, omnia ad illius gloriam referens. Quo fit, vt nihil niſi Deum ſuſcipiat, ac omnia quæ in mundo ſunt, prę Deo, tanquam ſtercora cōtemnat, vt Chriſtum lucrifaciat: quæ ſapientia plena eſt cœleſtis ſuauitatis. Hæc eſt quæ de ſurſum deſcendit à patre luminū, donū Spiritusſancti, quę neque naturæ beneficio, neque humana ratiocinatione aut ſtudio acquiritur, ſed ab illo illuſtrāte datur, de quo ſcriptū eſt: Omnis ſapientia à Deo eſt. Quare, quemadmodum diuus Iacobus monet, Si quis indiget ſapiētia, poſtulet à Deo, & dabitur ei. Huic oppoſita eſt ſapientia huius mundi, quā diuus Iacobus, terrenam, animalem, ac diabolicam appellat, nimirum propter finem in quem intēdit, qualis erat philoſophorum ſapientia, qui licet ratiocinando, qualemqualē Dei cognitionem eſſent aſſequuti, non tamen Deum ſicut Deū glorificauerunt, non fide, ſpe & charitate Deum coluerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, ſibi tantū placentes, & ſuam, non Dei gloriam, non ęternam, ſed terrenam com-

Sapientia in quo cōſiſtat.
Augu. in Ench. c. 1.
Philip. 3.
Am. li. 3 offic. ca. 1
Iacobi. 3.
Eccleſi. 1.
Iaco. 1.
Iaco. 3.
Roma. 1.
Coloſſ. 2.

moditatem quærentes, imò in ſapientia, quin potius aſtutia & viribus ſuis, tanquàm in idolo quodam, ſpem ſuam collocantes, quibus inſultat Apoſtolus dicēs: Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſeculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Et iterum: Sapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.

1.Cor.1. *1.Cor.3.*

INtellectus ſecundum donum, in agnitione conſiſtit, ſicut præcedens donum in cōtēplatione. Chriſtus in Euangelio ad diſcipulos ait: Vobis datum eſt noſſe myſteriū regni, illis autem qui foris ſunt, omnia in parabolis fiunt, vt videntes videant & nō videāt, & audiētes audiant & nō intelligant. Itē, Cōfiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcōdiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Hoc dono, noui & veteris teſtamenti ſcripturæ ſyncerè & rectè intelligūtur, proindéq; hoc dono Chriſtus illuſtrauit mētes diſcipulorū, vt intelligerent quę de ipſo erāt, aperiēs illis ſcripturas. Neq; enim aliter vnquā eas intelligem⁹, niſi ille qui ſolus aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, nobis reuelet. Oportet enim nos omnes à Deo doceri & Theodidactos eſſe: quod ſentiēs Dauid, dominū orat: Da mihi (inquit) intellectū, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiā illam in toto corde meo. Hoc dono cæci Iudæi carent, qui exteriori literę legis ſunt affixi, ſuper quorum oculos velamen poſitum eſt, vt non poſſint intendere in faciem Moyſi. Hoc dono hęretici vacāt, qui Paulinas epiſtolas (in quibus ſunt quædā difficilia) indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cęteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Hoc donū Ariſtoteles, quantumuis magni, ſed humani intellectus philoſophus, neſciuit, & facundus Demoſthenes ignorauit. Breuiter, quotquot animales ſunt, qui non percipiunt ea quæ ſint ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illis, & non poſſunt intelligere. Soli vero ſpirituales, quibus Deus impartitur, hoc donū habent, quemadmodum Paulus ait: Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

Matt.13. Marc.4. Luc.8. Ioan.12. Eſa.6. Act.28 Roma.11. Matt.11. Lucæ.24 Apo.3. Eſa.26. Hiere.31 Ioan.6. Pſal.118 1.Cor.3. 2.Pet.3. Hieron. ad Paul. Roma.8. 1.Cor.2.

IVnguntur autem hæc ambo dona, quòd minor ſit ſapiētia ſi intellectu careat, & valde inutilis ſit intellectus, ſi ſapiētia non ſubſiſtat. Quid enim prodeſt habere prophetiam & noſſe omnia myſteria, ſi charitas Dei in qua verus Dei cultus, id eſt ſapientia, conſiſtit, non habeatur?

Grego.1 mora. 1.Cor.13

TErtium donum ſpiritus eſt, cōſilium. Duo priora dona in contemplatione & agnitione ſita ſunt, quæ rectè ſequitur

Cōſiliū in quo ſitū.

quitur conſilium,quod conſiſtit in iudicãdo & amplectẽdo. Hoc dono confertur bona voluntas Deũ colendi & bene operandi, per ſapiẽtiam guſtamus, per intellectum videmus, per cõſiliũ iudicamus,quia ſuauis eſt dominus,& quod proinde beatus eſt vir qui ſperat in eo. Poſtquam ergo Dei aliquam ſuauitatem deguſtauimus,& aliquem cognitionẽ accepimus,orandum nobis eſt vt volũtatẽ etiam ad ſeruiendũ Deo capiamus. Nã niſi hæc adſit,nihil certè proderit operũ externorum facies,quantumuis in ſpeciem bona,quia Deus intuetur cor & ſpontaneam voluntatẽ,quod Chriſtus apud Matth in bonis operibus inſignioribus,nempe ieiunio,eleemoſyna & oratione,diuiniſſimè explicat. Hoc eſt donũ quo audemus dicere: Volũtariè ſacrificabo tibi,& confitebor nomini tuo Domine,quoniã bonum eſt. Nam & ſi diſtribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas,& ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, tamen ſi non prius ſtatuero in corde meo, hoc bonum eſſe coram Deo,& ſponte fecero propter Deum,nihil mihi prodeſt. Propterea Apoſtolus dixit: Vnuſquiſq; prout deſtinauit ĩ corde ſuo,nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate: nã Spiritus ſanctus,ſpiritus libertatis eſt. Huic dono ſpiritus, opponitur conſilium humanũ,cuius ſcopus nõ eſt Dei gloria,ſed hæret in rebus externis,& quærit quę ſua ſunt. Conſilio dono ſpiritus inſtructi erant Apoſtoli, quum principibus ſacerdotum præcipientibus,ne docerent in nomine Ieſu,reſponderunt: Oportet magis obedire Deo quàm hominibus. Conſilium verò humanum ceperunt ipſi ſacerdotum principes,conferentes ad inuicem ac dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis? quoniam quidem notum factum eſt ſignũ omnibus habitantibus Hieruſalem,ſed ne amplius diuulgetur in populum,cõminemur eis, ne vltrà loquantur in nomine hoc vlli hominum. ſed Gamaliel vtriuſque cõſilij vim rectè ac grauiter diſcreuit: Quoniam (inquit) ſi eſt ex hominibus conſiliũ hoc,aut opus,diſſoluetur: ſi verò ex Deo eſt,non poteritis diſſoluere,ne fortè & Deo repugnare videamini. Et Dauid in eandem ſententia: Dominus diſſipat conſilia gentium,reprobat autem cogitationes populorum,& reprobat conſilia principum,conſilium autem Domini manet in æternum.

Pſal 33.
Deus non exteriorũ operum ſi nẽ ſed cor reſpicit.
Huius doni vis.
Pſal. 53.
1. Cor. 13.
2. co. 8. 9
Roma. 8.
2. Cor. 3.
Cõſilium humanum quale.
Acto. 5.
Acto. 4.
Acto. 5.
Pſal. 32.
Amb. li. offi. 1. ca. 31. et ſeq.

Fortitudo quartũ donũ ſpiritus eſt,quo dei reſpectu,res labentes forti animo cõtemnimus,quo nullis illecebris

emollimur, nullis aduerſis pturbamur, quo nõ lucris aut diuitiis vincimur, nõ adulatione flectimur, non fauore delinimur, nullius potentię terrore proſternimur, ſed inuictũ animum pro cõuerſatione Chriſtianę iuſtitiæ tenemus, quo caſto corde, nullius vanæ gloriæ cauſa, ſed veri Dei amore, quiduis libẽter perferimus. Quo dono omnia poſſumus, in

2.Tim.2 eo qui nos confortat. Hoc ergo dono nullum aliud magis

Iob.7. eſt nobis neceſſarium, quandiu in hac vita (quæ militia eſt

2.Tim.3. ſuper terram) degimus. Omnes enim qui volunt piè viuere in Chriſto, oportet in hoc mundo perſecutionẽ pati. Quinimo ex hoc dono fit, ne quiſpiam verè Chriſtianus, potiſsimum cognoſcitur: nam qualis vnuſquiſque apud ſe lateat,

Acto.5 illata contumelia probat. Hoc dono inſtructi apoſtoli, ibãt à conſpectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti ſunt

Fortitudo humana quæ. pro nomine Ieſu contumeliam pati. Huic vero dono opponitur fortitudo virium humanarum, quatenus ſibiipſi fidit. Nam prior innititur Dei præſidio, habens ſemper in ore,

Pſal.58 Fortitudinem meam ô Deus, ad te cuſtodiam: Deus refugiũ

Pſal.45. noſtrũ & virtus: In Deo faciemus virtutem, quia vana ſalus

Pſal.59. hominis. Poſterior viribus humanis, potentia multitudinis, & animi pertinacia cõſtat, quæ adeò virtus nõ eſt, vt potius vitium ſit. Quamobrem apud Deum nullã laudem merentur fortia illa philoſophorum ac Romanorum facta, abſq;

Lib.5. de ciuitate Dei.c.18 pietate. Quoniam (vt diuus Auguſtinus inquit) libertas & cupiditas laudis humanæ, ad facta compulere miranda Ro-

Pſal.19. manos. Nos itaque cum Dauid dicere conuenit, Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri exultabimus. Non enim Dominus in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei,

Pſal.146 ſed beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum.

Gregor. moral. BEne autem conſilium & fortitudo iunguntur, quoniam valde inutile eſt conſilium, cui opus fortitudinis deeſt, & valde fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. Non probat Deus conſtantiam hæreticorũ, aut eorum qui

Matt.27 ſibiipſis mortem conſciſcunt, quia eſt ſine conſilio, qualis &

Matth.13 Iudæ fuit, qui ſeipſum ſuſpendit. Nec probat conſilium eo-

Marci.4. rum, qui quum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: &

Luca.8. quia radices non habent, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Itaque non qui cœperit, ſed qui perſe-

Matt.24 uerauerit vſque in finem, hic, ſaluus erit.

SCientia quintum donū ſpiritus ſancti, ab Auguſt. epiſteme, hoc eſt diſciplina vocatur, ſita in elaboratione boni, idque ꝑpter ſummum bonum, Deum, qua prudenter cõuerſamur in medio nationis prauæ, ſine noſtro & aliorum ſcandalo. Hæc Sapien. 4. dicitur ſcientia ſanctorum: Iuſtum (inquit) deduxit dñs per vias rectas, & oſtendit illi regnū Dei, & dedit illi ſcientiā ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. Et apud Iob legimus: Recedere à malo ſcientia. Sicut ergo ſapientia in cõtemplatione, intellectus in agnitione, cõſiliū in deliberatione & approbato iudicio, fortitudo in contēptu rerum labentium, ita ſcientia in opere conſiſtit, cuius finis eſt, declinare à malo & facere bonum: inquirere pacem & perſequi eam: prouidere bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Huic oppoſita eſt ſcientia mundana, cuius finis eſt rerum notitia, in oſtentationem ſeu ob quęſtum, de qua Paulus dixit: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Et Sapiens: Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Scientia ergo, quæ donum ſpiritus eſt, charitate ſemper tēperata eſt. Vnde hoc dono carent, qui inflati ſcientia, traditiones eccleſiaſticas temerè diſſoluunt, in ſcandalum infirmorum, propter quos illæ factæ ſunt, quos grauiter increpat Paulus ad Roma. 14. & 1. Corin. 8. atque alibi queritur Paulus, Iudæos zelum quidem Dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam.

Aug. de ciui. Dei. 14. c. 1. *Philip. 2.* *Iob. 28.* *Pſal. 33.* *2. Cor. 8.* *Scientiæ mundanæ finis.* *1. Cor. 8.* *Eccle. 1.* *1. Cor. 8.* *Roma. 10*

SExtum donum ſpiritus pietas dicitur. Hoc nomen cõplectitur omnem affectum cultū omniaq; officia quæ debemus his vnde vitā accepimus. Sūma ergo pietas debetur Deo, ſecundum quam quidem ſummā ſpeciem, pietas nõ eſt donum à dono ſapientiæ diſtinctum, ſed eſt ipſa ſapientia, quēadmodum in Iob legimus: Ecce pietas eſt ſapientia, vbi Græcè legimus, θεοσέβεια, id eſt Dei cultus. Sed quatenus diſtinctum donum eſt, ſignificat miſericordiā, ác ſita eſt in affectu hominis prono ad bene merendum de proximo, idque cauſā Dei, vt ſcilicet Dei voluntatem exequatur, & obſequiū deo præſtet: quia Deo fœneratur, qui miſeretur ꝓximi. Vnde & pietas vulgò accipitur pro operibus miſericordiæ, & pius pro miſericorde. Qui pius eſt, in domino gloriatur, & proximum non niſi in domino diligit. Hæc pietas nobis commendatur. 1. ad Timoth. 4. Exerce teipſum ad pietatem. Nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad

Pietatis nomē quid complecta tur. *Augu. in enchi. c. 2.* *Amb. de vocat. gen tium.*

Mundus non habet pietatem ſpiritus. omnia valet. Hanc pietatem mundus non habet, quamlibet multa pietatis exempla liberorum in parentes, ſeruorum erga dominos, ciuium erga patriam commemoret, quia nō ſtatuit finem beneficētiæ Deum. Pietas autem Chriſtiana adeò
Mat. 10. Deum ſcopum habet, vt Dei cauſa relinquat patrem, matrē,
Lucæ.14. fratres, & ſorores, patriam & cognationem, imò impium putet, in cauſa Dei, parentes Deo præponere. Hoc dono muniti, facilè cōdonamus fratribus, libenter largimur egentibus, ſubuenimus oppreſſis, ac alia miſericordiæ opera (ad quæ alioqui, niſi ſpiritu Dei excitati, torpentes ſumus) libenter
Huius doni vis.
*Matt.*9. præſtamus, quam nobis Chriſtus mirificè commendat. Miſericordiam (inquit) volo, & non ſacrificium.

Cur ſcientia et pietas iungātur. Neque temerè ſcientia & pietas iunguntur. Nulla eſt enim ſcientia, ſi vtilitatem pietatis non habeat, & valde inutilis eſt pietas, ſi ſcientia diſcretione careat, quod Paulus Roma 14. & 1. Corinth. 10. grauiſſimè oſtendit, quemadmodum etiam iamiam declaratum eſt.

Timor duplex. SVpereſt ſeptimum donū ſpiritus ſancti, timor. Timor duplex eſt, ſeruilis ac filialis. Seruilis eſt, quo perinde atque ſerui dños timore plagarum metuunt: Deus timetur, ne ſcilicet mittat in gehennā. hoc timore lex cuſtoditur metu pœnæ, quo qui præditus eſt, præuaricari mallet, ſed à crimine lex timoris cohibet illum, qui veluti tyrannū & exactorem Deum habet, nō patrē. de quo timore dixit Apoſtolus: Nō accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore. Et alius Apo-
Roma.8. ſtolus: Perfecta charitas foras mittit timorē. Timor caſtus,
1. *Ioan*.4 qui & filialis, & reuerentialis dicit, eſt timor ſyncerus, abſq;
1.*Pet*.1. prauo affectu: quo præditi mandata Dei cum quadā reuerentia & ex intimo affectu cuſtodiunt, ſemper ſoliciti, ne alicubi offendant, ſuam ſalutem in timore ac tremore operantes,
Pſal.127 quos Dauid beatos pnunciat: Beati (inquit) qui timēt dñm, qui ambulāt in viis eius. De quo timore alibi idē Pſaltes di-
Pſal.18. xit: Timor dñi ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Vtriuſ-
Aug. in Pſal.227 que timoris exemplum beatus Auguſtinus dat, in Pſal. 127. fingit duobus trimoribus ſimiles eſſe duas vxores: Pone (inquit) aliquam mulierem caſtā, timentem virum aliam pone adulterā, & ipſa timet virū. Caſta timet, ne diſcedat vir adultera, ne veniat. Illa timet, quia amat virū, eius optans præſentiā, cui ſe caſtos debere amplexus agnoſcit: adulterinos verò concubitus ſuper omnia deteſtatur, cogitat tātum vt pla-
Caſta coniunx quid timeat.
Adultera quid.

ceat

ceat viro ſuo. Hęc timet maritũ,quia adhuc nequitiam amat plus quàm maritum. Proinde grauis eſt illi mariti præſentia, cui ſi ſperaret occultũ fore,adulterium cõmitteret. Illius timor ex mariti reuerẽtia & amore procedit,odit crimẽ,etiam ſi ſciat perpetuò id poſſe latere:trepidat & ardet, vt officio reſpõdeat:timet,ne qua macula diſpliceat viro:metuit ne quid illi mali contingat abſenti,cuius præſentia nihil ipſi gratius eſt, quẽ cupit mente. Huius verò timor ex metu pœnæ proficiſcitur,animas iniquitatem, quam cuperet perficere, ſi eãdem ſperaret poſſe latere. Ad modum igitur caſtæ & pudicæ fœminæ ſe habet caſtus timor erga Deum, qui perpetuò curat,ne offendatur Deus, Dei amore & reuerẽtia honeſtè agit, amans ſynceritatem, nequitiam fugiens, cupiens tantum placere Deo,cui cõiungi nunquam nom deſiderat,dicens cũ Paulo:Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Seruilis verò longè ſecus ſe habet,quòd oderit peccare nõ Dei amore,ſed formidine pœnæ,quam à Deo cõminante peccatoribus expectat. Et quanuis hic timor ſeruilis meritum non habeat, tamen quum Dei iuſtitiam reſpicit,ac Deo credit cõminanti præparat locũ charitati. Quum enim quis per hunc timorem ſe à peccato cõtinet,aſſueſcit iuſtitiæ,& incipit quod durũ erat amari, tũ dulceſcit Deus:& quo magis charitas creſcit, decreſcit timor,donec perfecta charitas penitus foras mittat timorẽ. Eſt denique timor quidem merè humanus,qui Dei reſpectum nõ habet,ſed tantum,alicuius externi incommodi,quemadmodum timẽt homines,ne damnum,ne orbitas,ne alicuius chari amiſsio, ne exilium,ne carcer, ne tribulatio, & his ſimilia ipſis obueniant: qui timor quatenus naturalis eſt,licet defectus potius corruptæ naturæ quàm peccatum ſit, tamẽ quum à iuſtitia deflectit & Dei amori præponitur, damnabilis eſt, prohibitus à Chriſto: Nolite(inquit)timere eos qui occidũt corpus,animam autem non poſſunt occidere. Et eterum: Nolite ſoliciti eſſe de craſtino. Orãdum itaque nobis eſt, vt Dominus timorem ſeruilem,in nobis extenuet, donec perfecta charitas eum foras mittat. Nam niſi timor Charitate fulciatur, & cæteris donis muniatur, ad nullum opus bonæ actionis ſurgit.

Caſtus timor, amori Dei cõiunctus.

Philip. 1.

Augu. in Pſal. 127

1. Ioan. 4.

Timor merè humanus quis.

Mat. 10.

Matt. 6.

Grego. 1. mora.

Vide Augu. de ſer. domini in mõte li. 2.

QVòd ſi orationem dominicam diligenter expẽdamus, ſingulis donis ſingulæ precationes videntur dicatæ. Timorem caſtum petimus,quum dicimus: Libera nos à malo.

Fortitudinem precamur, Et ne nos inducas in tentationem. Pietatem, dicentes: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Scientiam petimus, orantes: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, Conſiliũ, quãdo dicimus: Fiat voluntas tua. Intellectum, dicentes: Adueniat regnum tuum. Denique ſapientiam, quum dicimus, Sanctificetur nomen tuum.

Cur hoc ſacramẽtũ patres Teleten appellent. Ex prædictis ergo ſatis ſuperq; liquet, cur ſancti patres hoc ſacramentum Teleten, ſeu ſacramentum perfectionis & cõſummationis vocarint.

Cur chriſma conficitur ex oleo oliuæ & balſamo. IAm ad ſignorum & rituum expoſitionem pergemus. Quid chriſma ſignificet, ſupra diximus, quanquam non temerè etiam ex oleo oliuæ & balſamo mixtum conficiatur. Nam oleũ, gratię pinguedinem, ſplendorem fidei, & ardorem charitatis ſignat: Balſamum, ſpiritus ſuauitatem, qua nos Chriſtus ad ſe trahit, & cuius communicationẽ dicimus: Chriſti bonus odor ſumus. Ideo enim confirmamur, vt memineramus nos intrepide fidem confiteri, & bonum odorem factorum ad ædificationem proximi nos circunferre oportere. *2.Cor.2.*

Cur cõfirmãdus ſignetur cruce in fronte. SIgnatur verò confirmandus ſigno crucis in fronte, qui locus eſt pudoris, vt admoneamur ſuſcepiſſe ſignũ Imperatoris noſtri Chriſti, quem omni metu, atque pudore poſtpoſito, palàm & vbiq; confiteri debeamus, quemadmodum Paulus dixit: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri, Ieſu Chriſti.

Mat.10. Marc.9. Lucæ.12. Galat.6. Act.5. Matt.5. POſt confirmationem, confirmatus alapa cæditur, vt meminerit, ſe deinceps pro nomine Ieſu contumeliam libenter paſſurum, & percutienti ſe ad dexteram, ſiniſtram etiam porrecturum.

Quid ſuſceptorib' iniũgatur. POſtremo, poſt abſolutas diuinas orationes & inuocationes quæ fiunt ſuper confirmatos, ſuſceptoribus ſeu patrinis iniungitur, vt confirmatũ in fide inſtruant: declinare malum & facere bonum, ac dominicam orationem edoceãt.

EFfectus ſacramenti ſatis ſuperque ex prædictis elicitur, nempe quòd detur ad impartiendum donũ ſpiritu, quò confirmemur aduerſus omnes tentationes carnis, mundi & diaboli, quo in fide roboremur ad confitandum & glorificãdum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo denique charitatis augmentum ac perſeuerantiam in bonis operibus capiamus. Huius ergo ſacramẽti myſterium tota vita rememorandum

randum eſt, vt recogitet Chriſtianus, ſe Chriſti ſigniferum eſſe, ſe Chriſti arma in fronte portare, ſe in crucifixo omnia aduerſa victurum, ſe pro deſertore habendum, ſi ab his ſignis ad aduerſarij, nempe diaboli, caſtra peccando transfugerit: ſe non coronandum, niſi legitimè certauerit: ſe denique perdendum, niſi ab imperatore ſuo in omnibus actionibus, tribulationibus & anguſtiis fideliter ſteterit. Vix eſt ergo vlla cęremonia in eccleſia, quæ nos in omnibus tentationibus ad conſtātiam, perſeuerantiā, & patiētiam efficacibus corhortetur.

Huius ſacramenti myſteriū tota vita memorandum.

Roman. 8. 1. Ti. 1. 2.

Affectus accedentis ad participandum hoc ſacramētum, is erit, vt credat ſe accepturum ſpiritū ſanctum, arrabonem ſalutis. Cōfirmabit autem fidem ſuam ex locis ſcripturę ſuprà allatis, memor verbi Saluatoris, quod Chriſtus ad Apoſtolos (quorum Epiſcopi in eccleſia ſucceſſores ſunt) dixit: Sicut me miſit viuens pater, & ego mitto vos. Vt enim diuus Ambroſius ait: Non humanum hoc opus, neque ab homine datur, ſed inuocatus à ſacerdote ſpirit' à Deo traditur, in quo Dei munus miniſterium eſt ſacerdotis.

Quo affectu accedēdum ſit.

Roman. 8.

Ioan. 20.

Amb. de ſpiritu ſācto libr. 1. cap. 7.

Denique, miniſter huius ſacramenti Epiſcopus eſt. Nam vt in Actis legimus, Philipus diaconus, licet Samaritanos verbo Dei conuerterit, & baptizauerit, non tamen hoc ſacramentum miniſtrauit, ſed Apoſtoli miſerunt ad eos Petrum & Ioannem, qui quum deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum, quod nunc faciunt Epiſcopi, nimirum Apoſtolorum ſucceſſores.

Acto. 8.

Hierony. contra Luciſer.

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

Sacramento Euchariſtiæ eccleſia nihil ſublimius habet. Quid enim auguſtius, quàm quòd eccleſia per corporis & ſanguinis dominici participationem, etiam iuxta naturam & ſubſtantiā vnū cum Chriſto efficitur, & quodammodo in Deū ſuum transformatur? Quid efficacius ad perfectam, indiſſolubilémq; concordiam, fouēdam, quàm quòd eccleſia eodem corpore veſcens, eūdem ſanguinem bibens, per eundem ſpiritum in vnum corpus redigitur, & Chriſto capiti viuo, viua connectitur? Et eatenus hoc ſacramentum cæteris ſacramentis, tum veteris, tum noui te-

Sacramēto euchariſtiæ eccleſia nihil habet ſublimius

In cæteris ſacramentis exterior ſpecies non mutatur ſubſtãtialiter. ſtamẽti maius & excellentius eſt, quòd in aliis elemẽtum ſeu exterior ſpecies nullam ſubſtantialem mutationem recipit. Neque enim aqua bapiſmatis, aut oleum chariſmatis cõſecrata, in aliam naturam mutantur, neque ſpiritus ſanctus (quem aqua, in baptiſmo ſignificat abluentem & emundantem chriſma verò cõfirmatione roborantem & illuminantem) in eiſdem elementis eſſentialiter continetur, quanuis credẽtibus in myſterio exhibeatur & detur. At ſolum ſacramẽtum panis & vini, potentia verbi diuini ita mutatur, vt ſubſtantialiter *In ſacramẽto altaris nõ manet quod ante fuerat.* non ſit quod antè fuerat, ſed quæ ante conſecrationem erant panis & vinum, poſt conſecrationem ſint ſubſtantialis caro & ſanguis Chriſti. Vnde (id quod paulò ante diximus) conſequitur, nempe nos virtute huius tam eximii ſacramenti non ſolum ſpiritualiter (quod recta fide charitatéque ſyncera fit) ſed & corporaliter Chriſto vniri, vt ſimus non tantum ſpiritu ei cõglutinati, & ſed ſimus mẽbra corporis eius ex carne & ex oſſibus eius, quemadmodum apud diuum Paulum Ephe. 5. legimus. Sic enim eum locum orthodoxi patres, in primis vetuſtiſſimi illi, Cyrillus ac Hylarius interpretãtur. Sed de hoc infrà latius dicemus. Nunc nobis, quem inſtitutionis cauſa delegimus, ordo ſequendus eſt. *Cyrillus. Hylarius.*

De nomine in primis videndũ: Cõſtat autẽ varias eſſe huius ſacramenti appellationes.

Euchariſtia cur dicatur. Baſilius. A Patribus certè frequẽtius Euchariſtia appellatur. Euchariſtiam verò quidam gratiarũ actionẽ, quidam bonã gratiam interpretantur. Baſilius hoc ſacramentum, Euchariſtiæ vocabulum exprimere volẽs, corporis & ſanguinis Chriſti gratiam appellat: vtrique rectè. in eo enim Chriſtus, qui gratia & veritate plenus eſt, ſeipſum nobis exhibet, ac teſtatur carnẽ ſuam, quam ipſe æterni patris verbum, mortalis factus, noſtri cauſa ſuſcepit, pro nobis crucifixam & ſanguinem ſuum pro nobis in cruce effuſum eſſe in remiſſionẽ peccatorũ noſtrorum: iubétq; nos eãdem carnem pro nobis vulneratam ſumere, & ſanguinẽ bibere. idq; in ſuam commemorationem, hoc eſt vt pro tantis beneficiis in Euchariſtia, tanquam in noſtræ redemptionis, & futuræ ſalutis ac gloriæ pignore, nobis exhibitis ipſi gratias agamus, quemadmodum diuus Paulus ait: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem dñi annunciabitis donec veniat. *Ioan. 18. Matt. 26. 1 Cor. 11. Ibidem.*

Canit

Canit itaque eccleſia, ad Euchariſtiæ nomen alludens: O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, memoria paſſionis eius recolitur, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: Halleluia, quod eſt, laudate dominum, nimirum pro tanto nobis collato beneficio. Dicitur quoque hoc ſacramentum Græcis ſynaxis, id eſt conciliatio ſeu communio, quòd hoc myſterio ſignificetur & confirmetur arctiſſima coniunctio myſtici corporis cum capite, hoc eſt Chriſti & eccleſiæ, & omnium Chriſti membrorum, Chriſti nomen verè profitentium inter ſe, quæ appellatio ex diui Pauli verbis deſumpta eſt, dicentis: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio eſt ſanguinis Chriſti? Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis domini eſt? Quoniam multi vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus qui de vno pane & de vno calice participamus. Gemina ergo iſta nomina ab effectu ſacramenti deſumpta ſunt, de quo infrà latius dicemus. Quòd hodie quidam hoc ſacramentum exemplo diui Pauli, cœnam dominicam malunt appellare, id non admodum improbãdum, modò nouandi ſtudium abeſſet. Cæterum poſt Paulum vix reperias quenquam ex patribus, qui hoc ſacramentum cœnam dominicam appellet, poſtquam ſcilicet viſum eſſet ſpiritui ſancto, vt in honore tanti ſacramenti in os Chriſtiani hominis dominicum corpus prius intraret quàm alij cibi: non enim quia poſt cibos dedit dominus, propterea prãſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentũ accipiendum conuenire debent aut (ſicut faciebant, quos Apoſtolus redarguit & emendat) mẽſis ſuis iſta miſcere. Nam Saluator, quo vehementius cõmendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus erat ad paſſionem digreſſurus. Quo autem ordine deinceps ſumeretur, apoſtolis, per quos eccleſias diſpoſiturus erat, docendum reſeruauit.

Eccleſiæ canticum. *Hoc ſacramentũ cur ſynaxis dicitur.* *1. Cor. 10.* *Cœna domini.* *1. Cor. 11.* *Augu. ad Ianua.* *1. Cor. 11.* *Chriſtus cur poſt cœnã hoc ſacramentum inſtituerit.*

VErbum huius ſacramenti eſt ſermo Chriſti, cuius virtute hoc ſacramentum conficitur, cuius efficacia panis fit corpus Chriſti, & vinum aqua mixtum tranſit in ſanguinem. Hunc ſermonem Eccleſia ſancta Dei à domino ſuo Chriſto Ieſu per apoſtolicam traditionem acceptum, ſic pronuntiat: Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc eſt enim corpus meum. Et iterum: Accipite & bibite ex hoc omnes: hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti myſterium

Amb. de ſacramẽtis *In canone.*

Augu.c. vtrum. de conſecrat. diſt.2. fidei,qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Reliqua omnia quæ dicuntur, vel ad vſum ſacramenti pertinent, vel laudes, vel gratiarum actiones ſunt, vel certæ obſecrationes & fidelium petitiones. Tam autem apertus eſt hic Chriſti ſermo quo hoc ſacramentum(vt diximus)cōficitur, vt planè inſani ſint, qui eum ſecus q̃ à Chriſto dictus eſt, interpretari, quin potius dedita opera deprauare(ſed fruſtra)contendunt.

Ioan.14. 2.Tim.2. Matt.26. Marc.14. Luc.22. Acto.6. 1. Cor.2. & .7. Chriſtus enim æterna illa veritas, quæ omnino mētiri nō poteſt,vt euidentiſſimè nobis oſtenderet,quid in hoc traderet ſacramento,quum hoc ipſum diuina poteſtate inſtitueret ac porrigeret,ſimplicius ac apertius dicere nō potuit,quàm quod atteſtātibus Mattheo,Marco,Luca euangeliſtis dixiſſe legitur: Accipite & comedite:hoc eſt corpus meū quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,qui ꝓ vobis,& pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Itidem diuus Paulus vas illud electionis,cuius experimentū habemus, quia in eo loquitur Chriſtus, dominicam inſtitutionem renarrans,ſic habet.1.Cor.11.Ego enim accepi à dn̄o quod & tradidi vobis, quoniam dn̄s Ieſus in qua nocte tradebatur,accepit panem,& gratias agens,fregit & dixit: Accipite & mādùcate:hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur:hoc facite in meam cōmemorationem.Similiter & calicem poſtquam cenauit,dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine:hoc facite, quotieſcunq; bibetis,in meam cōmemorationem.

Chryſ.homil.51.in Mat.c.14 Philip.2. Gene.1. Ioan.1. Amb.de ſacramen. Porrò hic ſermo quem retulimus, nec humanus,nec angelicus etiam putandus eſt,ſed planè diuinus,quem etſi pronuntiet cōſecrans ſacerdos, homo mortalis,tamen pronuntiando nō ſuis,ſed Chriſti verbis vtitur. Itaque nō ſacerdotis, ſed Chriſti ſermo eſt, cui omne genu flectitur,cœleſtium,terreſtium & infernorum. Is vtique ſermo,quo facta ſunt omnia,quum antea nō eſſent. Ante conditionem mundi cœlū non erat, mare nō erat, terra non erat, nulla creatura erat. Sed audi dicentē: Ipſe dixit,& facta ſunt, ipſe mādauit,& creata ſunt. Ergo quum Chriſtus illud æternum Dei verbum,per quod facta ſunt omnia,exertiſſimè dicat: Accipite & comedite,hoc eſt corpus meū.Et iterum, Accipite & bibite,hic eſt ſanguis meus, certiſſimè credere debemus,hoc quod nobis porrigitur,eſſe & verū corpus & verum ſanguinem Chriſti, licet ante conſecrationem, quæ fit hoc

Infidelis qui verbo

hoc omnipotenti verbo Dei,fuerit panis & vinum,quod qui nõ facit,is ne'primum quidem apoſtolici ſymboli articulum mente percepit, neque etiã in Deum omnipotentem credit, qui verbo eius omnipotentiã detrahit. Rurſus qui omnipotentiam diuini verbi intelligit,is ſtatim colligit,quòd Deus quæcũque vult facit in cœlo & in terra.Et vt Paulus ait: Vocat ea quæ nõ ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Quòd ſi tanta vis eſt in ſermone dñi, vt incipiant eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, vt quæ erãt ſuo iuſſu in id quod prius nõ erant (id eſt in corpus & ſanguinem ſuum) cõmutentur? Quum itaq; Chriſtus,inuiſibilis ille ſacerdos, per viſibilem miniſtrum,panem in manus accipit,ac benedicit,dicẽs: Hoc eſt corpus meũ:ſcito ibi ſtatim ac certiſſimè eſſe corpusChriſti.Itidem ad hæc verba,Hic eſt ſanguis meus,ſtatim adeſſe ſanguinem Chriſti. Abſit ergo,vt fidelis quiſpiã aurem accõmodet impiis illis Sacramentariis hæreſiarchis,qui excæcata mente omnipotentiã Chriſti in hoc ſacramento credere vel cõprehendere detrectant, quos tanquã peſtem quandam lethalem vitare, ac intellectũ noſtrum in obſequiũ Chriſti captiuare debemus, exẽplo fidelis patris noſtri Abrahæ, qui in repromiſſione Dei nõ hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus,potens eſt & facere.In ſolum Chriſti teſtimonium,quod non poteſt nõ eſſe veriſſimum(quod Chriſtus ſit ipſa veritas)intueri debemus. Ipſe eſt qui teſtificatur nobis ꝙ corpus ſuum accipiamus & ſanguinem. ſic enim ait: Accipite, hoc eſt corpus meum. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare, qui vt omnem nobis ſcrupulum eximeret,addidit: Quod pro vobis tradetur: id eſt,nõ aliud,ſed illud idem ſubſtantialiter, quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem,& crucifigetur? Neque enim vel hoc imaginandum eſt,quòd ipſum corpus in vtero virginis formatum,deinceps formetur,ſed illud ipſum corpus quod per Spiritum ſanctum in vtero virginis formatum, & igne paſſionis in ara crucis decoctum eſt, verbo cœleſti conficitur. Deinde, ne hæc tanta myſteria ex perſona ſeu dignitate miniſtri ſeu ſumẽtis metireris,adiecit: Hoc facite. Hoc inquã, id eſt hoc ipſum quod ego nunc facio,inſtituo,ac faciendum & ſumendum iubeo, facite & vos: nimirum ex pane corpus meum,non veſtra virtute,ſed meo verbo conſecrate, accipi-

dei hoc ſacramento oĩpotentiã detrahit.
Pſal. 134.
Roma. 2.
Amb. de ſacra.
Quid credendum in Euchar.
2.*Cor.*10.
*Roma.*3.
*Chryſo. in hom.*51.*in Mat.c.*14
*Ioan.*14.
*Matt.*26.
Marc. 14
Lucæ. 22.
1.*Cor.*11.
Magiſt.in 4.*diſt.* 11.
*Damaſce. li.de orth. cap.*4.

Nõ ſolum Apoſtolis hæc poteſtas cõceſſa.

te & manducate, ac aliis manducandum porrigite. Rurſus, ne putares hanc poteſtatem conficiendi & porrigendi corpus dominicum Apoſtolis tantum fuiſſe conceſſum, adiecit: In meam commemorationem, id eſt corpus meum accipite & manducate per ſucceſſionem temporum vſque in finem ſeculi, in memoriam paſſionis meæ, quemadmodum diuus Paulus

1.Cor.11.

cæteris Euangeliſtis apertius retulit, dicens: Quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec veniat. Ergò hoc ipſum quod Chriſtus fecit, quod deinde Apoſtoli eius mandato fecerũt, nunc quoque per ſacerdotes & fideles ipſius in conſecrando, porrigendo, & manducando corpore dominico fit, & deinceps fiet, donec ipſe redierit ad iudicandum viuos & mortuòs.

Amb. de ſacra.c.6.

Interea enim oportet perpetuo meminiſſe & prædicare mortem domini, & annuntiare remiſsionem peccatorum in nomine eius, videlicet quòd is per mortem & ſanguinem ſuum nos à morte æterna redemerit, remiſſionémque peccatorum & vitam æternam impetrauerit, quod certè maiori ſerio facere aut exprimere haud poſſumus, quàm edendo corpus Chriſti in commemorationem corporis eius pro nobis in cruce mortui, & bibendo ſanguinem Chriſti, in commemorationem ſanguinis Chriſti pro nobis in cruce effuſi.

Veritas corporis Chriſti ex Paulo.

Iam vt Apoſtolus veritatem dominici corporis in Euchariſtia magis etiam confirmaret ac teſtatiorem redderet, ſic ſubintulit: Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis

1.Cor. 11.

domini. Et iterum: Qui enim manducat & bibit indignè, iu-

Ibidem.

dicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.

Sẽſus verborũ apoſtoli.

Quorum verborum ſenſus eſt: Quandoquidem dominus Ieſus teſtatur ſe in hoc ſacramẽto, nobis tradere verum corpus ac ſanguinem ſuum: itaque quicunque manducauerit indignè, reus ſit corporis & ſanguinis Domini, id eſt reatum damnationis æternæ incurrit, ac pœnas mortis Domini dabit, quia non diiudicat corpus domini, id eſt non diſcernit quàm ſit hoc corpus dignius omnibus creaturis, tametſi quod ad externam ſpeciem attinet, videatur eſſe panis: id

Corinthii reprehenſi grauiter à Paulo.

quod ipſe Apoſtolus graui cenſura coarguit in Corinthiis, qui non diiudicabant illud, ſed velut quemlibet cibum indiſcertè, negligenterque ſumebant. Quos & ſuperius commonefaciens, ait: Calix benedictionis cui benedicimus,

nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt? Quibus verbis nihil aliud ſignificatur, quàm porrecto nobis ſacramento ſub ſpeciebus panis, & vini in Euchariſtia, exhiberi nobis corpus & ſanguinem Chriſti, qui vt cõmunicauit carni & ſanguini propter nos, ita ea per quæ nobis coniunctus eſt, indicibili charitate nobis rurſus communicat & impertit. Ex quibus omnibus manifeſtum euadit, quid Chriſtianum hominem de hoc ſacramento omnium maximo ſentire, & interrogatum reſpondere oporteat, nempe in hoc ſacramento nobis ad mãducandum & bibendum exhiberi verum corpus & verum ſanguinem Chriſti, ſub ſpeciebus panis & vini ex ipſius Chriſti inſtitutione. Ipſe eſt enim (vt ſuprà diximus) ipſe inquam eſt non miniſter, qui nobis carnem & ſanguinem ſuum (licet per miniſtrum ſacerdotem) porrigit, quod verba ſua clariſſimè teſtantur. 1. Cor. 10. Hebr. 2. *Quid chriſtianũ hominẽ de hoc ſacramẽto iterrogatũ reſpondere oporteat.* *Cypria. de cœna domini, ſub finem.*

Elementum ergo ſeu materia huius diuiniſſimi ſacramẽti, panis eſt, & vinum aqua mixtum, ad quæ quũ accedit verbum, tranſeunt in verum corpus & ſanguinem Chriſti, & fit ſacramentum. Hoc (inquit Auguſtinus) eſt quod dicimus quod modis omnibus approbare contendimus ſacrificiũ eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorũ ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine; ſacramento, id eſt viſibili, ſed myſtico ſigno, & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti, quanquam hic adnotandũ eſt, rem huius ſacramẽti geminam eſſe. Vnam, quæ ſub ſpeciebus panis & vini verè continetur, nempe carnem & ſanguinem Domini, atque illud ipſum corpus quod pro nobis traditum eſt: quæ res huius ſacramenti baſis & fundamentũ eſt. Alteram, quę eſt huius ſacramẽti virtus & efficacia, ſecũdum quem dicendi modum rem huius ſacramẽti, vnitatem corporis Chriſti (quæ eſt eccleſia) appellamus, quæ res magis ſignificatur hoc ſacramento quàm cõtineatur. Dicimus autẽ ſpecies panis & vini tantum ſacramentũ, & nõ rem eſſe ſacramenti, quòd ſint ſacræ rei ſignum: ſiquidem pręter ſpeciem, quam ſenſibus ingerunt, aliud faciunt in cognitionẽ venire. Quod vt paulò manifeſtius euadat, noſſe oportet, nullum elementum cõgruentius eſſe ad ſignificandum rem in hoc ſacramento contentam & ſignificatam, quàm ſunt panis & vinum. Qui in ſcripturis vel mediocriter verſati ſunt, no- *Elementũ huius ſacramenti quod ſit.* *Aug. in lib. ſenten. proſper. c. hoc eſt. de cõſec. di. 2.* *Augu. de ſacra. fide.* *Species panis & vini tantum ſacramentũ.*

Panis quõ in ſcripturis accipiatur. uerunt appellatione panis,non tantũ hunc, qui ex farre fru mentitio conficitur,venire:ſed per panem interdum ſignificari Chriſtum,quemadmodum idem de ſeipſo ait: Ego ſum
Ioan.6. panis viuus qui de cœlo deſcendi.Ipſe eni vnigenitus filius
1.Tim.6. verus panis eſt,qui quũ ſit ex ſubſtãtia patris naturaliter cũ
Ioan.6. cta viuificans.vniuerſum terrarũ orbem poteſt nutrire,& to
Ro.6.7.8. ti mundo vitã præbere,qui & ſolus per Spiritũ ſanctũ,ſpiri-
Ephe.2. tum noſtrũ viuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat.
Hebr.10. Quia vero Chriſtus hunc mirabilẽ in nobis operatur effectũ
Hiere.11. virtute paſſionis & mortis ſuæ,quam in carne ſuſtinuit,frequẽter panis,Chriſti corpus ſignificat,vt eſt apud Hierimiã: Venite(quæ eſt Iudæorum vox)mittamus lignũ in panẽ eius,hoc eſt crucẽ in corpus eius.Interdũ,verbum Dei,quo fidelis anima reficitur ac ſuſtentatur,panis dicitur.Nam vt in
Deute.8. Deuter.legimus,& Chriſtus in Euãgelio teſtatur:Nõ in ſo
Matth.4. lo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore
Matth.6. Dei.Hic enĩ eſt panis ille ſuperſubſtantialis,quem petimus nobis quotidie dari. Interdũ panis,omnia ad vitæ præſentis ſubſidiũ neceſſaria deſignat, & præſertim panẽ illum materialem, quo potiſſimũ victitamus. Ergo quum Chriſtus ſeipſum nobis in ſacramento exhibere & porrigere,eſuq; corporis ſui,in fide verbi diuini,reficere,ſuſtinere & conſeruare nos voluerit,elementũ delegit,quod ad hæc omnia ſignificãda, & non tantum menti,ſed & oculis noſtris inculcãda congruentiſſimum eſt. Vt enim panis hic terreſtris imbecillitatem carnis noſtrę reficit,ſuſtinet & conſeruat,& vinũ ho
Pſal.103. minem lætificat atque inebriat: ſic caro & ſanguis Chriſti,
Roma.9. quum non tantum ſacramentaliter, ſed & ſpiritualiter man-
Tit.3. ducantur, interiorem hominẽ mirificè reficiunt, lætificãt &
Ioan.9. ſaginant,quum ſcilicet intelligit ſe per Chriſtũ adeptũ eſſe
Pſal.22. omnia,regenerationem,iuſtificationem, & vitam æternam.
Ephe.2. Quã refectionem prævidens Dauid,cecinit:Calix meus in-
Augu. in ſermo.de ſac.fid. ebriãs,quàm pręclarus eſt. Deinde quũ eccleſia Chriſti corpus myſticũ ſit, & illius vnitatem, perceptione huius ſacramenti Chriſtus nobis commendare voluerit,panis& vini ma
Augu.in ſermo.ad infan. de ſacramen. teria cõgruentiſſimè delecta eſt. Quoniã ſicut ex multis granis conficitur vnus panis,& ex pluribus acinis vinũ cõfluit, & vnum corpus ex multis membris cõponitur,ſic eccleſia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Myſteriũ ſiquidẽ pacis & vnitatis noſtræ, Chriſtus in ſua menſa cõſecrauit.

crauit. Præterea ſic oportebat adimpleri ſcripturã,& vmbrã per ſuperuenientem lucem euacuari,& veritatẽ figuræ reſpõdere. Quòd enim Melchiſedech typũ Chriſti portarit, declarat Spiritus ſanctus ex perſona patris ad filiũ dicens. Ante luciferũ genui te. Iurauit dominus,& non pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum,ſecundũ ordinem Melchiſedech, Hic eſt(inquit Apoſtolus) Melchiſedech,qui obuiauit Abrahæ reuerſo à cæde regum,& benedixit ei,cui & decimas omnium diuiſit Abraham. Primum quidem,quia interpretatur rex iuſtitię,deinde autem & rex Salem,quod eſt rex pacis,ſine patre,ſine matre,ſine genealogia,neque initium dierum, neque finẽ,vitæ habẽs,aſſimilatus filio Dei, manet ſacerdos in æternũ. Quæ tamẽ Apoſtoli verba ſic intellige,nõ quòd Melchiſedech ſine patre & ſine matre fuerit,ſed vt ſcriptura in typo nobis oſtenderet ſacerdotium Chriſti.finem non habiturum, ſubito introducitur in Geneſi, Melchiſedech occurriſſe Abrahæ,à cæde hoſtiũ reuertenti:cuius quidem nomen,nec antea,nec poſtea reperitur aſſcriptum.Hic Melchiſedech(quemadmodum ſcriptura refert)proferens panem & vinum,erat enim ſacerdos Dei altiſſimi,benedixit Abrahę. Quis eſt iſte Melchiſedech,qui ſignificatur rex iuſtitię,rex pacis,niſi Chriſt⁹,qui ſolus eſt Dei iuſtitia,Dei pax,& Dei ſapientia?in quo ſolo iuſtificamur,& iuſtificati per fidem,pacem habemus apud Deum?Hic protulit panem & vinum, dicens:Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. hic benedixit fideli Abrahæ,& obtulit ſemetipſum pro eo verum ſacrificium. Per ſuum enim ſanguinem,benedictionem,id eſt peccatorum remiſſionem acquiſiuit illi,imò & omnibus electis,qui expectauerunt eum ab origine mundi.

Typus Chriſti Melchiſedech. *Pſal.109* *Heb.7.* *Gen.14.* *Chry.homi.34.in Gene.* *Ibidem.* *1. Cor.1.* *Epheſ.2.* *Coloſſ.1.* *Rom.4.5.*

Non enim benedictio illa ad Abraham tantum,ſed ad nos pertinet.Nam ſi Abraham Deo credidit & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã,vtiq; quiſquis Deo credit & fide viuit,iuſtus inuenitur,& iampridem in Abraham fideli(cui Deus repromiſit,quia in illo benedicentur omnes gentes)benedictus& iuſtificatus oſtenditur,manducans ac bibens carnem& ſanguinẽ domini ſui,quę verus ille Melchiſedech ſacerdos in ęternum ſub ſpecie panis&vini,ipſi de altari ſuo profert. Cęteras huius ſacramenti figuras,quę plurimę ſunt,perſequi in præſentiarum ſuperſedebimus,quòd hãc inſtitutionem noſtrã breuitas deceat:ſufficiat admonuiſſe,per manna nõ tan

Gene.15. *Roma.4* *Gala.3.* *Gene.12* *Hiero.in Pſal.109*

tum verbum Dei, ſed & hoc ſacramẽtum pulcherrimè adũ-
Exod.16. bratum eſſe. Qui vero volet cognoſcere quàm cõueniat fi-
Ioan.6. gura veritati, veteres orthodoxos perlegat. Certè Paulus A-
1.Cor.10 poſtolus teſtaẽ, patribus omnia in figura cõtigiſſe: Nolo (in-
quit) vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub
nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moy
ſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eãdem eſcam
ſpiritualem manducarunt, & omnes eundem potum ſpiritua
lem biberunt. Biberunt autem de ſpirituali cõſequente eos
petra: petra autem erat Chriſtus. Sed, vt ſubiecit, non in plu-
ribus eorũ beneplacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in de-
Augu.in ſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, &c. Et poſt pau-
Pſal.19. ca: Hæc autem omnia in figura contingebant illis: Edebãt er
go illi manna, bibebant de petra, ſed aliud illi, aliud nos: illis
imago dabatur, nobis veritas exhibetur: illi mãducabant man
na, vmbram tantum veri panis, qui de cœlo deſcendit, quẽad
modum Chriſtus ait: Non Moyſes dedit vobis panem de cœ
lo &c. nos corpus & ſanguinẽ Domini, in ſacramento re ipſa
Ioan.6. præſentia, edimus. Illis petra erat Chriſtus, ſed non aliter
quàm in ſigno & figura, in qua omnia (vti ſeipſum interpre-
tatur Paulus) contingebant illis. Sed nos edimus ac bibimus
corporis & ſanguinis veritatem, eam nobis non petra in ſen
ſibili, ſed ipſo Chriſto porrigẽte, qui vt omnẽ allegoriam &
æquiuocationem tolleret, tam dilig̃ẽter diffiniuit ac deſcri-
Matt.26 pſit, quod dedit, vt accuràtius non potuerit: Hoc eſt (inquit)
Marc.14 corpus meum. Et addidit, Quod pro vobis tradetur. Item:
Luc.22. Hic eſt ſanguis meus. Et adiecit, Qui pro vobis & pro mul-
Modus tis effundetur in remiſſionem peccatorum. totúmque mo-
manducã dum manducandi carnem ſuam & bibendi ſanguinem ſuum
di carnẽ tradens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem.
domini. Proinde cunctis figurarũ vel ſimilitudinum nebulis amo-
Paſcaſ de tis, non corpus quodlibet, ſed corpus Domini, quod pro no-
hoc ſacra bis traditũ eſt, edere, & illũ ſanguinem, qui pro nobis effuſus
mẽto.c.4 eſt in remiſſionem peccatorum, nos bibere indubitatò credi
mus: & quod facit ipſe, hoc idem in cõmemorationẽ ipſius,
ſcimus & bene ſcimus nos facere, id eſt carnem ipſius mãdu
care, & ſanguinem bibere ſub ſpeciebus panis & vini tectũ.
Aug. de Atqui, id eſt quod Auguſtin. ait, & nos ſuprà retulimus. Hoc
cõſe.di.2. eſt (inquit) quod dicimus ſacrificium eccleſiæ duobus cõſta-
ca.hoc eſt re, viſibili elemẽtorũ ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu
Chriſti

Chriſti carne & ſanguine. Et iterum: Nos autem in ſpecie panis & vini quam videmus, res inuiſibiles, id eſt carnem Chriſti & ſanguinem, honoramus. Nec enim ſimiliter pendimus has duas ſpecies, ſicut ante cōſecrationem pendebamus quū fateamur ante cōſecrationē, panem eſſe & vinum, quod natura formauit: poſt conſecrationem vero, carnem Chriſti & ſanguinem, quæ benedictio conſecrauit.

Cur ſcriptura iterdum corpus domini poſt cōſecrationē panem vocat.

QVòd vero interdū ſcriptura corpus Domini poſt cōſecrationē panē vocat, more ſuo facit, quæ res quaſlibet vocare ſolet nominibus earum rerùm, ex quibus fiunt, vt quū dicitur homini: Quid ſuperbis terra & cinis? Sic ergo corpus Domini panis adhuc vocatur, quia ex pane conficitur, & panis retinet qualitates, intuentium oculis adhuc panis apparens. Vel panis dicitur, quod reuera panis animę ſit, & angelorum vitam æternam mundo miniſtrans.

Pſal. 78. *Ioan. 6.* *Amb. lib 6. de ſacr.*

QVòd ſi interoges, cur Chriſtus carnē & ſanguinē ſuū his ſpeciebus tecta & operta nobis exhibeat? Reſpondemus, id fieri, tum vt fidem tuā exerceat, quæ eſt de his quæ nō videntur: deinde, ne abhorreat animus, quòd cerneret oculus carnem & cruorem: denique, ne ridiculū fiat paganis, quòd cruorem occiſi hominis bibamus.

Cur ſeparatim ſub duab⁹ ſpeciebus cōſecretur.

COnſecratur autē ſub duabus ſpeciebus ſeparatim, tū ꝙ ita inſtituerit Chriſtus, tum etiam quòd ita fieri conueniat. nam quum hoc ſacrificium ſit rememoratiuū paſſionis dominicę, conuenit vt ſeparatim panis, & ſeparatim calix cōſecretur: quoniā & in paſſione ſanguis fuit ſeparatus à corpore: quo etiam ſignificatur, Chriſtum verum & nō phantaſticum corpus aſſumpſiſſe. Deinde in duabus ſpeciebus celebratur, vt animæ & carnis ſuſceptio in Chriſto, & vtriuſque liberatio in nobis ſignificetur. Valet enim ad tuitionem animæ & corporis quod percipimus: quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima noſtra offertur, ſicut præfigurauit Moyſes: Caro (inquit) pro corpore veſtro offertur, ſanguis pro anima. Sub altera tamen ſpecie totus ſumitur Chriſtus, nec plus ſub vtraque, nec minus ſub altera tantum ſumitur. Nec debent dici duo ſacramenta, ſed vnū, quia ſub vtraque ſpecie idē ſumitur, atque eadē eſt ratio (vt ait Hylarius) in corpore Chriſti, quę in manna præceſſit, de quo dicitur: Qui plus collegerat, nō habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. Sub panis ergo ſpecie, ex vi

Amb. ſuper epiſt. ad Corin. cap. 11. *Roma. 8.* *1. Theſſ. 5* *Sub altera tātū ſpecie totus Chriſtus ſumitur.* *Hylari⁹. de cōſ. diſ. 2. cap. vbi pars. eſt.*

Exod.19. (vt vocant)ſacraméti, Chriſti corpus cótinetur. Sãguis verò
Cypran. per cócomitantiam. Contrà ſub ſpecie vini ſanguis Chriſti
Damaſc. ex vi continetur ſacramenti, per concomitantiá vero & cor
pus. Nam hoc corpus manducamus, de quo dixit Chriſtus:
Matt.26 Quod pro vobis tradetur. Et húc ſanguiné bibimus, de quo
Mar.14. idem aiebat: Qui pro multis effundetur. Ad illud corpus vi
Luc.22. uum erat, ille itidé ſanguis vitalis. Abſit enim, vt vel in men
tem noſtram ſubeat Chriſti corpus poſt reſurrectioné, vel à
ſanguine, vel ab aía, vel à diuinitate ſeparari. Si quidé Chri-
Roma.6. ſtus ex mortuis reſurgens, amodo non moritur. Ná quí mo
Oſee.13. reretur, qui mortem moriendo deſtruxit, & Oſee vaticiniú
Epheſ.có cóſummauit, Ero mors tua ô mors? Et ideo in Epheſino Có-
cilium. cilio contra Neſtorium diffinitú eſt, nos vere viuificatricé,
& ipſius verbi propriam factá carnem percipere. Quę quú
Aug. de ita ſe habeant, laico moleſtum eſſe non debet, eccleſiæ con-
ſacra. fid. ſuetudinem ac decretum tantiſper ſequi, donec illi aliter vi
ſum erit, ne de exteriori ſpecie tantú ſolicitus, virtuté ſacra
menti, hoc eſt eccleſiæ vnitatem, amittat, ne dicamus, rum-
pat ſeu diſſipet, quemadmodum in Canonibus Conſilij pro-
uincialis admonuimus.

Cyprian. AQua verò í ſacrificio altaris vino miſcetur, quod patres
perhibent fieri exemplo & miniſterio Domini, quod &
ſi in Euangelio non dicatur expreſſim, patrum tamen cócors
Tho. aq. teſtimoniú nobis ſatisfacere debet, maximè quod illi regio-
nis Iudęæ mos ſuffragetur, quú ibi non merú, ſed aqua mix-
Amb.de tum vinum ex more bibatur. Quanquam magis intuendum
ſacramé. myſterium eſt. Nam primú ſignificatur adimpletio figuræ,
1.Cor.11. quę in lege pręceſſit, de qua dixit Apoſtolus: Bibebát autem
Num.20 de ſpirituali conſequente eos petra. Moyſes propheta Dei,
virga (hoc eſt, verbo Dei) tangit petrá, & fluit aqua, & bibit
populus Dei: Tágit ſacerdos calicem, redundat aqua in cali-
Ioan.19. ce, ſalit in vitam æternam: & bibit populus Dei, qui gratiam
Matt.26 conſequutus eſt. Accipite & aliud: Vnus ex militibus tépo-
1.Cor.11. re dominicę paſſionis (quá repræſentamus in hoc ſacrificio)
Cyprian. lancea latus Chriſti mortui aperuit, & continuo exiuit ſan-
Apoc.17 guis & aqua: aqua, vt emundaret: ſanguis, vt redimeret. Per
c.cum om vinum igitur redemptio, ablutio per aquá ſignificatur. Per
ne. de con aquam quoque populi ſignificantur, dicente Ioanne: Aquæ
ſecr.diſ.2 multæ populi multi. Quum ergo in calice vino aqua miſce-
tur, ſignificatur quòd Chriſto populus adunatur, & creden-
tium

tium plebs ei in quem credit, copulatur.

CAeteros ritus miſſæ, in qua hoc ſacramentum cõficitur, perſequi longum fuerit, nec eſt neceſſarium, quum cõplures libelli extent, qui hos omnes ſigillatim & ex profeſſo explicent. De paucis tantum admonebimus. Miſſa, vocabulũ eſt ex lingua Hebræa mutuatum, quo ſignificare voluerunt patres, quod Græci liturgiam vocat, nos ſacrum miniſteriũ appellamus. Quæ, ſiue veſtitũ, ſiue totã ſacerdotis aliorúmque miniſtrorũ actionem ſpectes, nihil aliud eſt q̃ repræſentatio quædam iucundiſſima myſterij humanitatis, & præſertim paſſionis Chriſti. Nullã enim hic ſpectas cæremoniã (vt interim de reliquis ſileam) otioſam, quę nõ ſuam peculiarem vim ſignificandi habeat. Conſtat autem Miſſa ex duabus potiſſimũ partibus, nempe ex verbis dñi, quibus corpus & ſanguis eius conficitur, quæ recenſentur in Canone: hãc eſſe potiſſimam Miſſæ partem, nemo ambigit. Reliqua omnia, alteram partẽ dicimus quę (vt ſuprà ex Auguſtino retulimus) nihil aliud continet q̃ laudes, confeſſiones, obſecrationes vel petitiones pro populo, antiſtitibus, & regibus lõgè omnium pientiſſimas, quas ecclesia ſancta Dei, exẽplo capitis ſui Chriſti, huic auguſtiſſimo altaris ſacrificio adhibendas decreuit, idque mirabili quadam per orbem terrarum cõcordia. Nam ſi quid variant eccleſiæ diuerſæ, in vnitate catholica perſeuerãtes, id certè parum admodum eſt, quo res ipſa nõ variatur. Sequuta eſt autẽ (vt iam diximus) eccleſia dñm ſuum, quem Matthęus teſtatur, vltimæ cœnę, in qua corpus & ſanguinem porrexit, hymnum addidiſſe, & tandem hymno dicto exiuiſſe in montem Oliueti. Ioannes etiã refert, quo pacto pro diſcipulis & pro tota eccleſia per eorum verbum creditura, potiſſimum pro eius vnitate patrem cœleſtem orauerit. Porrò Paulus apoſtolus oblationem in cruce factã (quam eccleſia ex dñi ſui inſtitutione repræſentare ſtudet) pertractans, de Chriſto ſic ait: Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Quid verò Chriſtus & pro quibus orauerit, apud Euãgeliſtas in hiſtoria paſſionis videre eſt. Inſequẽs igitur eccleſia magiſtrum ſuũ, Miſſam orditur à pſalmodia. Supplicat deinde Deo cum glorioſa celebratione ſanctiſſimæ Trinitatis in cãticis, Kyrie eleiſon, & gloria in excelſis. Et quo-

De ritib⁹ Miſſæ.

Quid miſſæ vocabulum ſignificet.

Liturgia.

Miſſa ex duab⁹ partibus conſtat.

Augu. cõtrum. de cõſ. diſt. 2.

Aug. ad Pauli.

Matt. 26

Ioan. 16.

Hebr. 5.

Lucæ. 23.

Introitus

Cantica.

niam conuenimus ad participandum corpus Domini, ſi non
1. Cor. 11 ſemper ſacramentaliter exteriori participatione, ſaltem ſpiritualiter per fidē. Idcirco eccleſia præparat animos noſtros viuo verbo Dei, quod partim ex prophetica ſeu apoſtolica,
Epiſtola. partim ex Euāgelica lectione deſumit, quibus interſerit can
Euāgelica lectio. tica quædam laudis, Euangelicæ lectioni annectit ſacroſanctæ fidei noſtræ profeſſionem ſeu cōfeſſionem. Statim pôſt,
Sym. apoſtolicum. ſe ad huius myſtici ſacrificij celebrationem accingit, præmiſſo cātico, quod Offertorium appellamus. Subinde ad potiſſi-
Cōfeſſio. mam Miſſæ partem (in qua verbis dominicis corpus & ſan-
Offertorium. guis domini cōſecrantur) progreſſura, accepto in manus pane, & calice gratiarū actionem, quam præfationem dicimus,
Cypri. in oratio. dominicam. ſimul & hymnum illum angelicum & planè diuinum, ex Eſa. cap. 6. & Matth. 21. deſumptum, Deo cōcinit, imitata quidem dominum ſuum. nam (vt ait Euangeliſta) ipſe accepto pane,
Lucæ. 22. gratias agens, benedixit & fregit. His ergo præmiſſis, pro-
Canon ſacroſanct⁹ greditur ad ſacerrimum Canonem, cuius (vt ſæpè diximus) præcipua pars hæc eſt, in qua corpus & ſanguis Domini conſecrantur. Interim tamen eccleſia, quia ſacrificiū illud in cru
Vide Auguſt. epiſt. 59. ad quæſt. Paul. in quæſt. 5. ce pro viuis & mortuis in remiſſionem peccatorum oblatum, ex Chriſti inſtitutione recolit, inſequens dominum ſuum, varias petitiones, preces, ſupplicationeſque ad Deum effundit: In primis obſequium ſuum, quod ex iuſſu Chriſti obit, acceptum haberi petit. Dein ordine quodam dominū deprecatur. Primum pro vnitate ſanctæ ac catholicæ Eccleſiæ ge-
Aug. ad Pauli. neratim orat: pôſt pro his qui publicam alios regendi ac gubernandi adminiſtrationem ſpiritualem vel ciuilem gerunt:
1. Tim. 2. quem deprecādi ordinem ab Apoſtolo accepit, huc cohortante: Obſecro (inquit) primū omnium fieri obſecrationes, ora-
Orādum tum pro pontific. quàm regibus. tiones, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt cōſtituti, vt quietam ac tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Neque verò tantum pro ciuili magiſtratu, ſed magis etiam pro eccleſiæ antiſtitibus orandum eſſe docet idem Paulus Epheſ. 6. Coloſſ. 4. & Lucas Acto. 12. Poſt obſe-
Pro nobis ſoliciti ſūt ſancti qui apud Deū ſunt. crationem pro antiſtitibus & poteſtatibus, pro quibuſdam etiam ſpecialiter orat, maximè pro his qui circunſtant, fidéque ac pio affectu ſacerdoti in actione cōmunicant. Et quia nō dubium eſt, nos curæ eſſe ſanctis qui cum Deo viuunt, illiſque ſua eſſe merita & preces, quibus pro nobis apud Deum

ſunt

ſunt ſoliciti, quemadmodum pro inuicem vnius eiuſdémque corporis ſolicita ſunt mẽbra, orat ſacerdos, vt Deus id precibus ſanctorum concedat, non vt illorum, ſed ſuæ diuinæ protectionis auxilio in omnibus muniamur, idque per Christum Dominum noſtrum.

1. Cor. 11.

Quid ſanctis tribuatur.

Deinde ad conſecrationem corporis & ſanguinis dominici proceſſurus, fidem præambula oratione acuit, qua inter alia oblationem ſeruitutis ſuæ atq; adeò cunctæ eccleſiæ acceptã haberi, & vt nobis corpus & ſanguis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, virtute diuini ſermonis (quẽ profert ſacerdos) fiat, precatur. Accepta quidem ſemper eſt patri hoſtia, quam in altari repræſentamus, quod ad ſe attinet: ea enim ſola patri complacuit. Sed quod ad nos attinet, oblationẽ ſeruitutis noſtræ acceptã fieri petimus, ne indignè contrectemus, offeramus, ac mãducemus, vtq; nobis virtus paſſionis Chriſti in fide manducantibus applicetur. Sequitur deinde corporis & ſanguinis Domini cõſecratio, in qua huius ſanctiſſimi ſacramẽti inſtitutio & paſſionis dominicæ vis & efficacia commemorãtur ac prædicantur: quem comitatur oblatio huius ſacrificij repræſentatiua, quod in memoriam Chriſti Domini Dei noſtri, & tam beatæ paſſionis, necnon ab infernis reſurrectionis, & in cœlos glorioſæ aſcẽſionis, diuinę maieſtati offerimus de ſuis donis ac datis. Cui annectitur ſupplex deprecatio ad Deũ, qua petimus, vt participemus corpus & ſanguinẽ dominicum, nõ ab iudicium ſeu condãnationem, ſed potius vt tali participatione mediãte, per Christum nominum noſtrum, gratia cœleſti repleamur. Deinde commendamus Domino defunctorũ animas, ſed eorum tantum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Signa fidei, ſacramẽta ſunt, & opera Chriſtiano homine digna. Obdormiunt autẽ in ſomno pacis, qui in pace conſcientiæ erga Deum cum certa fiducia remiſsionem peccatorum lethalium, è viuis exceſſerunt, certiſſimè credẽtes, quòd ſanguis ille precioſus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, nõ ſolum ad ſalutẽ viuẽtium, verumetiam ad abſolutionem valeat mortuorum. Quodque pietas viuentium his defunctis proſit, qui cum viuerent, hæc ſibi, vt poſtea poſſent prodeſſe, meruerũt. Nã ſi hoc ſanctorum communio (quam nos credere profitemur) ſignificat, quòd in illo ſanctorum cœtu omnia communia ſint, neque quicquam proprium quenquam habere, omnéſque

Quare ſacerdos petat oblationẽ hanc acceptam haberi.

Matt. 17
2. Petr. 1.
Hebr. 10

Annunciatio mortis dominicæ.

Pro quib' animabus corpore abſolutis oretur.

Matt. 7.
Lucæ. 6.
Coloſſ. 1.
1. Petr. 3.

Sãctorum cõmunio quid ſignificat.

2.*mac.*11 omniũ aliorum pias precatiores,ac omnia pia opera aliis eiuſ-
Nobis quoq; etc. dem corporis membris prodeſſe: certè ſancta & ſalubris eſt
cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis ſoluentur. Eam
Per quē hæc oĩa &c. autem orationem pro defunctis maximè efficacem eſſe, par
eſt, quæ ſacrificio altaris coniuncta eſt. Poſt orationem pro
defunctis,poſtulatur & pro viuis,de multitudine miſeratio-
1.*Tim.*2 nũ dñi ſperantibus conſortium cum ſanctis,iam cum Chriſto
regnantibus, idq; per eũdem Chriſtum Dominum noſtrum.
Oremus præceptis &c. Qui ſtatim poſt,tanquã Dei & hominum mediator,prędica-
tur omnium horum bonorum author & elargitor, atq; huius
ſacrificij inſtituor,cõfector,& applicator. Iam ſacerdos pro-
Oratia domnica gredi incipit ad participationem diuiniſſimi ſacramenti, ad
quam vt rectè præparemur,hortatur alta voce omnes ad ora-
Matt. 6. tionem dominicam dicendam, in qua inter alia panem hunc
Liberans quæſum' &c. ſupercœleſtẽ nobis dari petamus,in cuius calce ſubnectitur
oratio, qua vltima dominicæ ornationis precatio magis ex-
plicatur. Et quia Chriſtus in mẽſa ſua myſteriũ vnitatis & pa
Aug. in ſer. ad in-fan. de ſa-crament. cis nobis cõſecrauit,ſequitur pacis Domini imprecatio: Pax
vero domini,nõ quæuis pax eſt,ſed ipſa cordis tranquillitas,
quæ ſolis recõciliatis per fidem,ipſa remiſſione peccatorum
cõtingit. Iam quia remiſsio peccatorum,niſi per Dei miſeri-
Pax domini quæ et quotuplex. cordiam nobis in Chriſto propoſitam(quæ fidei obiectũ eſt)
omnino haberi non poteſt, idcircò ad agnum illum Dei con
uertimur,qui ſolus tollit peccata m̃di, cuius miſericordiam
imploramus,& demum pacem eam quã diximus,nobis dona-
Roma. 5. ri petimus. At præter hanc pacem; quam per fidem habemus
*Roma.*4. erga Deum,alia quoq; Domini pax eſt,hominis videlicet er-
Cãticum ga ſeipſum,quę ex priori proficiſcitur,&per ſpiritũ ſanctum,
Agnus Dei. mortificantẽ ſubinde cõcupiſcentiam noſtram, ne domine-
tur rurſus peccatum in noſtro mortali corpore,ingeneratur.
*Ioan.*1. Deniq; pax Domini eſt charitas fraterna, qua ex animo re-
Roma. 8. mittimus proximo,verámq; & Chriſtianam cõcordiam cum
*Roma.*6. eo habere per charitatem ſtudemus. Hæc quoq; ſimul cũ cha-
*Pſal.*33. ritate diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum,
1.*Petr.*3. qui datus eſt nobis. Extra hanc triplicem pacem Domini,quã
Roma. 5. ipſe abiens nobis reliquit,ac dedit, nõ eſt vlla vera pax. E ſa.
48. Non eſt pax impiis,dicit Dominus. Triplicem ergo hãc
*Ioan.*14. Domini pacem ſacerdos petit: priorem in ſupplicatione ter
Domine Ieſu,&c. repetita,quæ incipit, Agnus Dei: alteram in ea quæ incipit,
Domine Ieſu: tertiam omnes habere iubet, vt apti ſint ſa-
croſancti

croſanctis myſteriis Chriſti,ac ſic tandem oſculum pacis ſumit Chriſtianæ charitatis ſymbolũ. Frangitur interim hoſtia ſalutaris,quæ quidem fractio in ſpecie tantum panis fit, quæ poſt cõſecrationẽ remanet ſine ſubiecto, Chriſtus verò integer manet & tot⁹ in ſingulis particulis. Fit autẽ hoc in ſigno ſeu ſacramento, non ſine inſigni myſterio. ſignificat enim & repræſentat Chriſti paſſionem: quódque corpus Chriſti pro multis datum, & à multis participandum ſit, quemadmodum diuus Paulus ait: Panis quam frangimus, nónne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? Per partes itaq; mãducatur in ſigno, ſed manet integer, totus in ſubſtãtia: manet integer, totius in corde noſtro. Poſt hæc ſe ad communionem parat orationes aliquot ad Chriſtum fundens, quibus hoc agit, vt & cordis ad Deũ excitet affectũ, & gratiam dignè ſumẽdi vitæ panẽ, impetret. Deinde ſumit ſacramentum, poſt ſumptionem iterum orat, vt quod ſumptum eſt corporaliter ſub ſacramento, ſpiritualiter etiam cum participatione virtutis & effectus ſacramenti (de quo infra latius dicemus) percipiatur. Rurſus ſacra cantio, quod Commune vocamus, ſuccinitur. Sequitur precatio. Poſtremo loco, ſacerdos totum populum velut in ſuã tutelam receptum, Deo benedictione tradit atque commẽdat. Quæ omnia ſic agit ac precatur ſacerdos, vt interim nihil ſibi aut ſuis meritis aut operibus tribuat, ſed cuncta præſtari depoſcat ex diuinæ miſericordię magnitudine, per Chriſtũ dominũ noſtrum, per quem vbique optat fructum paſſionis nobis per fidem applicari, & cætera quæ petuntur, tanquam per mediatorem donari ſeu propinari.

To. 4. Augu. tract. de amic.
Fractio hoſtiæ ſalutaris.
1. Cor. 10
Augu. de cõſ. diſt. 3.
Sũptio ſacramenti.
Cõmune.
vide Au. epiſ. 59. ad Paulinum
Chriſtus applicat nobis fructum paſſionis ſuæ.

QVid in hoc toto Miſſæ contextũ non eſt pium, venerandum, ac ſacroſanctum? Certè omninò fateri neceſſe eſt, in eccleſia vix vllum opus eſſe, quo fides magis exerceatur & beneficium Chriſti illuſtretur, quàm quod in Miſſa peragitur, ſi tamẽ quod agitur, rectè intelligatur, & pio affectu geratur. In primis ſiquidem hic neceſſe eſt captiuare intellectum in obſequium Chriſti, vt ſub viſibilibus ſpeciebus panis & vini, ex omni potentia verbi Dei cõtineri credamus verum corpus & ſanguinem Chriſti, atq; adeò hic nos fallente ſenſu ad firmandum cor ſyncerum ſola fides ſufficit. Præterea principalis finis inſtitutionis huius ſacramẽti eſt, vt ſit teſtimonium & quaſi pignus remiſſionis peccatorum & futuræ gloriæ nobis per Chriſtũ promeritæ. Qũ enim Chriſtus

Opus miſſæ quã maxime fidẽ exercet, et beneficia Chriſti illuſtrat.
2. Cor. 10.
Tho. aqu. in hymn.

nobis corpus ſuũ impertit,& nos ſibi tanquam mẽbra adiungit, *Ioan.6.* teſtatur ad nos ſuũ beneficiũ pertinere. Sic enim ait: Qui manducat carnem meam,& bibit ſanguinem meũ,in me manet & ego in eo. Ergo quid magis acuit fidem,quàm quũ hoc ſpectaculum oculis atque animo obiicitur? Adde Miſſam totam huc ſpectare,vt in ea Chriſti beneficiũ annuncietur,prędicetur,illuſtretur, ac modis omnibus honorificetur. Et quis dubitat,Chriſtum per vſum Miſſæ, veluti per inſtrumẽtum (ſaltem quũ fides his accedit,quæ in ea geri videmus) conſolari & viuificare conſcientiam noſtram? Deinde,ſi annunciatio & prædicatio mortis dominicæ(in qua potiſſima Euãgelij pars conſiſtit,*1.Cor.1.* *Pſal. 46.* ſi inuocatio, gratiarum actio, & confeſſio, præcipua fidei opera ſunt & præcipui cultus ac opera Deo placentia, atq; adeò ſacrificia ſpiritualia nouæ legis, quibus deus ſibi honorẽ haberi pronũtiat,ipſo teſtante, qui ait: Hoc *1.Cor.11.* facite in meam commemorationem . Item , Mortem domini annunciabitis donec veniat. Et Pſal.49. Immola Deo ſacrificium laudis,& redde altiſſimo vota tua. Et iterũ: Inuoca me in die tribulationis,& honorificabis me: & illi iter,quo oſtẽdam illi ſalutare Dei. Profectò conſequens eſt, Miſſam quam maximè opus fidei eſſe, & Deo placere, quòd tota illa actio cõſtet annunciatione dominicę mortis,inuocatione,petitione,obſecratione,gratiarũ actione,confeſſione,& ſimilibus ſidei exercitij, quemadmodum ſuprà oſtendimus At eos qui eccleſiam ſanctam Dei inſectantur,malè habet,quòd Miſſam ſacrificium dicimus,quòd defunctorum in Chriſto memores ſimus,quòd ſanctos in canone(vt dicunt) inuocemus. Proindéque cæco iudicio canonem,qui tot ſęculis concordi totius eccleſiæ cõſenſu ſacroſanctus eſt habitus,temerè reiiciunt ac aſpernantur. Cum quibus non eſt quod contendamus, quòd iam ſint proprio iudicio cõdemnati: tantum de paucis admonebimus pios, ne illorum vel ſcriptis,vel dictis offendantur.

Actio miſſæ conſtat fides exercitiis Eccleſiæ hoſtes canonẽ inſectantur, potiſſimum propter tria.

Tit.3.

Conſenſus vniuerſalis eccleſiæ miſſam ſacrificiũ eſſe teſtatur.

Principio igitur hoc cõuenit, Miſſam eccleſię ſacrificiũ eſſe: & ſic appellatam ab omnibus orthodoxis patribus,qui ab ipſis Apoſtolorum temporibus in hæc vſque tempora eccleſiam & vita & doctrina ſua,miraculis etiam comprobata,illuſtrarũt: inter quos ſunt, Ignatius, Clemens, Irenæus, Apoſtolorum ſynchroni, Cyprianus, Hyeronimus, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Gregorius. Vniuerſalis ergo conſenſus eccleſiæ, omnium temporum teſtimonium eſt omni ex-

Vide Ire. lib.4.contra hæreſ. cap.63.

ceptione maius Miſſam ſacrificium eſſe.

Sed hoc quæritur, Quale nam ſacrificiũ Miſſa ſit? Aduerſarij fingunt, orthodoxos diffiniſſe oblationem in Miſſa ſacrificium eſſe, quod applicatum pro viuis & pro mortuis, mereatur eis remiſſioné culpæ & pœnæ, & quidem ex opere operato, etſi nõ accedat fides eorũ, quibus applicabitur. Fingunt proinde orthodoxos obſcurare beneficiũ Chriſti, eoſdémque rurſus crucifigere filium Dei, quoblationi ſemel in cruce factæ, ſanctificationem pro peccatis noſtris detrahant, ac Miſſę ſeu verius operi illi externo ſacerdotis, tribuãt. Verum hæ aſpergines aduerſariorũ non debent vllum eccleſiæ hominem offendere, quòd longè alia orthodoxorum ſemper fuerit & ſit mens ac ſententia, quam iſti fingunt. Omnes pij quotquot ab origine mundi vſque in hanc diem fuerũt, ſpiritu ſancto ſuggerente ac dictante ſciuerunt, vnicum tãtum eſſe ſacrificium propitiatorium ſeu ſatisfactorium ꝑ peccatis noſtris, imò totius mundi, nimirum Chriſtum dominum, agnũ illum immaculatum ꝑ nobis in cruce immolatum, qui occiſus perhibetur ab origine mundi. De hoc enim omnis ſcriptura teſtatur, quia agnus eſt qui tollit peccata mundi, qui occiſus eſt, & redemit nos Deo ĩ ſanguine ſuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione. Qui dedit animã ſuam pro delictis, vt videret ſemen longæuum. De quo quidem ſacrificio nimirum quo ſeipſum in manifeſtatione corporis ſui Chriſtus ſemel tantum ſeſe Deo patri obtulit, tota fermè ad Hebręos epiſtola concionatur, quam eccleſia ſubinde inter Miſſarum celebrationem replicat, cum Paulo libenter pronuntians, quòd Chriſtus pontifex ille ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus, nõ habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum ſacerdotes veteris legis) prius ꝑ ſuis delictis hoſtiam offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo. nam vt ſubdit Apoſtolus, Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et paulo poſt: Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, Nũc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuã apparuit. Item, Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata. Item, In qua voluntate

Hoc quæritur, quale ſit ſacrificiũ miſſæ

Aduerſarij orthodoxos mẽdacus traducunt.

Vnicũ tantum propitiatorium ſacrificiũ pro peccatis.

Hieron. in epiſtol. ad Gal. c. 2.

1. Pet. 1.

Ioan. 1.

Apoc. 5.

Eſa. 53.

Augu. in lib. ſenten. proſper.

Epiſtola ad Hebr. ſ. op. ix.

Hebr. 7.

Hebr. 10.

ſanctificati ſumus per oblationē corporis IeſuChriſti ſemel. Et poſt pauca: Hic vnam pro peccatis offerens hoſtiā, in ſempiternum ſedet in dextera Dei. Vna enim oblatione cōſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Qua ſentētia toties repetita, quid aliud vult Apoſtolus, quàm vt ſuis Hebræis, legalibus cæremoniis aſſuetis ac deditis, diſcrimen ſacrificiorum veteris legis & ſacrificij Chriſti oſtendat, vtque illos doceat, illa omnia veluti vmbras ac ſigna quędam promiſſionis de Chriſto, in hoc verè vnico propitiatorio ſacrificio eſſe completa, & proinde ſignati præſentia penitus ſublata? Hic eſt enim eius epiſtolæ ſcopus.

Diſcrimen ſacrificij veteris & nouæ legis.

Quale ſacrificium miſſa ſit.

Reſtat igitur videre, quale nam ſacrificium miſſa ſit. In qua re explicanda, ſi paulò diutius immoremur, q̃ Enchiridij breuitas patiatur, nemo nobis vitio verterit, ꝙ operæpretium fore putemus, eam materiam, quæ hoc ſeculo vel maximè controuertitur, quàm fieri poteſt dilucide tractari, expedirique, quo eorū calumniæ, qui ſacratiſſimos iuxta ac vetuſtiſſimos eccleſiæ cultus ac ritus hoſtiliter inſectantur, manifeſtè deprehēdi poſſint. Tacemus ꝙ ſacrificij rationem ac naturam noſſe & tenere, ad multa alia religionis noſtrę argumēta penitus percipienda quamplurimum fecerit. Et vt à ratione vocabuli auſpicemur, nemo grāmatices vtcunque peritus ignorat, Sacrificium à verbo ſacrificare deductum, quod eſt ſacrum facere: Sacrum verò ſignificare, quod Deo peculiariter dedicatum eſt: proindéq; ſacrificium appellari, quod Deo veluti ei propriè debitū nuncupamus, offerimus, reddimus ac dedicamus. Quòd vſque adeò verum eſt, vt ne Ethnici quidem cenſuerint vlli alij ſacrificandum, quàm ei, quem Deum aut ſciuerint, aut putauerint, aut finxerint. Qui etiam nō ob hoc culpanturꝙ ſacrificia fecerint, verum quòd hęc nō ſecundum inſpirationem atque doctrinam veri Dei, ſed ſecundum adinuentiones proprias, nō vero Deo, ſed idolis & dæmoniis exhibuerint. Nec dęmonia quidem ſibi ſacrificium fieri expeterent, niſi id ſoli Deo vero deberi ſcirent. Falſus enim Deus ſic vult honorari ab his quos decepit, quémadmodum verus Deus honoratur ab his quibus conſulit. Ergo ad intelligendam ſacrificij rationem, hoc tātum nobis indagandum eſt, quidnam ſit, quod Deus ab homine tanquam ſibi propriè debitū requirat: &, quatenus id Deo homo perſoluere potuerit ac poſſit. Qui vel primis religionis noſtræ rudimentis

Sacrificiū quid ſit.

Aug. cōt. aduer. leg. et prophe. lib. 1. c. 18. tom. 6.

Augu. de ciui. dei. li. 10. cap. 4.

Augu. ad Deo gratias epi. 19 q. 3. hom. 1

Lib. 10. de trin. Dei. ca. 19.

Cur Deus hominem cōdiderit.

rudimentis ſunt imbuti,ſciunt Deum nō ob vllam indigentiam(quòd ipſe ſibi ſummum & perfectiſſimum bonum ſemper fuerit)ſed tantum propter ineffabilem ſuam bonitatem, omnia tam viſibilia quàm inuiſibilia omnipotēti verbo ſuo creaſſe hominem autem omnium poſtremo, non vt cætera viſibilia,ſed ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidiſſe,quod non tantum vitam,motum & ſenſum,ſed & mentem & rationem(in qua diuinitatis veſtigium relucet)ei indiderit. Dein,quòd eundem in paradiſum voluptatis collocarit, vt operaretur & cuſtodiret illū, ſubiectis ei omnibus, vt eorum dominaretur.Et ne quicquam ei deeſſet, dediſſe Deum ei edere ex omni ligno paradiſi, in quo & lignum vitæ conſtituit,vt ex eo veſcēs(modo vellet)viueret immortalis:quæ omnia oſtendunt Deum diuinę ſuę bonitatis diuitias,in vno ligno veluti circumlatas,illuſtrare voluiſſe. *Exod.3. Gene.1. Pſal. 103. Ioan.1. Coloſſ.1. Gene.1. Gene.2. Pſal.8. Gene. 2. Augu.in Gen. lib.3 cap.25. et ſeq.*

Præterea norunt fideles,Deum indicibili pietate,quo ſcilicet non tantum,vti optimus maximúſque Deûs reuereretur, coleretúrq;,ſed &vt piētiſſimus pater agnoſceretur,paternū quoq; officium erga tam mirificem cōditum & tam pulchrè condecoratum hominem egiſſe : proindéq; ne is male vtens libertatis arbitrio (quod ex ſumma libertate creatoris acceperat, quid enim libero arbitrio maius?) grauiter impingeret,adieciſſe etiam mādata & præcepta,oſtendiſſéque illi bonum & malum,vt ſi voluiſſet mandatum conſeruare,conſeruaretur, & in perpetuum fidem placitam cuſtodiret: hoc eſt Deum homini præter collatam arbitrij libertatem addidiſſe inſuper & gratiam, quam ſi per liberum nō deſeruiſſet arbitrium, eadem adiutrice perpetuo bonus, beatúſque eſſe potuiſſet: ſin deſeruiſſet, morte moreretur : ſiquidem hoc erat mandatum vitæ & mortis : Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quacūque enim die comederis ex eo,morte morieris. *Augu.de correp.& gra.c.2. Ecc.15.17 Deut. 32. Liberū arbitrium. Eccle.15. Augu.de cor.et gra. cap.2. Gene.2.*

QVid ergo homo pro tot,tantiſq; beneficiis,quæ gratis cōditus,gratis à Deo,beneficentiſſimo creatore,pientiſſimóq; patre acceperat,ipſi deo rurſus debebat? Num vt aliquid redderet quod nō accepiſſet?Nequaq̄. Quis enim prior dedit illi,& retribuetur ei?quod ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſint omnia. Sed hoc tantùm debebat,vt perpetuò erectus,& eleuatis ſemper oculis mentis in Deū, nunquam non intueretur & reſpiceret in creatorē,ad cuius ima- *Pſal.115. Roma.15. Eccle.17.*

Coloſſ.1. ginem & ſimilitudinem erãt cõditus,vt illius omnipotentiã,
Augu.de ſapientiam,ac bonitatem contemplaretur,vtque ei,à quo cor
doct.Chri- pus,animam & mentem,& quid non?dono acceperat,& à cu-
ſtia. lib.1. ius verbo ac nutu omnia pẽdere cognouerat,ſoli fideret,ſoli
Homo cre crederet,ſoli adhęreret,ſoli obediret,ſolum amaret, ſolũ co-
atus ad ſa- leret,ſolum prædicaret,laudaret,cõfiteretur,inuocaret,ado-
crificandũ raret,glorificaret:ſolo deniq; frueretur,in cuius fruitione o-
deo viuẽti. mnis beatitudo conſiſtit.Hęc ergo erãt ſacrificia laudis,quę
Au.li.10 Deus pro tot, tantiſque beneficiis tantum repoſcebat, idque
de ciuitate non propter ſuam indigentiam,ſed magis propter maximam
Dei.cap.5 hominis vtilitatem quòd ſine his beatus eſſe ac permanere nõ
Contra ad poſſet. Potuiſſetque hæc ſacrificia homo ante lapſum,per ad-
uer.le.& iutorium ſummi Dei adiutus,mediante libero arbitrio,Deo
Prop.c.18 pręſtitiſſe,quæ & præſtitiſſet,& pręſtando immortalis vixiſ-
Augu.de ſet,niſi deſerta ac contempta gratia creatoris,libero arbitrio
cor. & male vtens,per pręuaricationem mandati in comminatã mor
gra.ca.2. tem miſere collapſus fuiſſet,ipſumque liberum arbitrium in
quandam ſeruitutem peccando præcipitaſſet.

Au.cõtra NVam poſtquam ſerp's diabolus Euæ malè credulæ(inſi-
Fortu.di- gni fraude vſus)perſuaſiſſet,nõ fore Deo toto corde cre
ſput.2. In dẽdum,ſed de illius ſummi Dei fide (qui vt negare ſeipſum,
noc.c.105 ita mentiri nequaquam poteſt)addubitandum eſſe,quod ſug-
Bernar.de gereret,nequaquam fore,vt comedentes de ligno ſcientię bo
aduẽtu do ni & mali,iuxta Dei verbum morerẽtur,ſed potius futurum,
mini.ſer.2. vt aperirentur oculi eorum,& eſſent ſicut dij,ſciẽtes bonum
2.Tim.2. & malum. Atque ſic dementaſſet mulierem,vt ęſtimaret,Deũ
Gene.3. hanc arborem cõtingi nõ ob id vetuiſſe,quòd eis pro ſua pa-
terna pietate, bonitatéque optimè voluiſset,ſed magis quòd
Augu.in eius arboris fructũ ipſis inuidiſset,ipſaque mulier ſic demẽ-
Ge. ad lit. tata, diabolo plus quàm Deo credidiſset, déq; arbore vetita
li.8.ca.6 manducaſset,ac viro ſuo Adæ ex eadem præbuiſſet. Denique
Augu.in ambo mandatum Dei violaſſent,atq; adeò ſacrificia ſoli Deo
ench. debita,nempe perfectam fidem & abſolutam obedientiã dia-
Augu.de bolo potius quàm Deo viuo ac vero exhibere maluiſſent,
ciuita.dei. protinus omnia in diuerſum ſunt mutata.
li.14.c.15
2.Senten. INtegritas enim omnium humanarum virium tam corporis
diſt.25. quàm animi, per originale peccatũ corrupta & vitiata eſt,
in cuius locum flagitioſiſſimi impetus non tantum in corpo-
Appeten re,ſed & horribiles peſtes ac vitia in mente ac voluntate ſuc
di vis. ceſſerunt. In homine enim ſunt,ratio ſeu mens, quæ iudicat:
voluntas,

voluntas,quę obtemperat vel repugnat iudicio,impetrãs viribus inferiorib'. Inferiores vires ſunt,appetitiones ſenſuũ ſeu affectus carnales. Statim ergo vt primi parẽtes noſtri mãdatum Dei præuaricati ſunt,obſcurata hominis mens eſt & ratio,nimirum Deo vultum ſuum ſubtrahente,cœpitq́; protinus humanam mẽtem occupare Dei ignoratio ac dubitatio diffidentiaque de bonitate Dei,ſic vt deinceps homo ſerpentis aſtu miſerè deluſus,putaret nõ amplius Deo, ſed ſibiipſi, ſuiſque propriis viribus magis fidendum fore,iudicaretque (ſed cæco iudicio) non expectanda poſthac omnia ab offenſo Deo,ſed potius ſe ſibi proſpicere oportere. Quæ quidem erga Deum infidelitas,ſuiq́ue fiducia,omnis mali ſeminariũ eſt,atq; adeò ſolum peccatum,de quo vt mundum argueret, miſſus eſt in orbem terrarum Spiritus ſanctus. Hãc vero peſtem proximè ac neceſſariò ſubſequutũ eſt odium Dei, quæ peſtis voluntatem,vti prior mentẽ,hominis inuaſit. Vbi enĩ cœperunt primi parentes vacare metu & fiducia Dei,conſequens erat,vt non poſſent eũ,cui non credebant aut fidebãt amare:quin potius eum vt vindicem & vltorem cõmiſſi peccati horrebant,à voce ac vultu eius trementes,& fugiẽtes ac abſcõdẽtes ſeſe. In locũ ergo amoris Dei,amor ſui ſucceſſit, vitium ſanè (vt diximus) omnium peſtilentiſſimum, nimirũ quod non Dei voluntati,ſed ſuis affectibus planè obſequendum perſuadet, vnde inobedientia erga mãdatum Dei proficiſcitur,atque obedientia erga Deum,quam ſolã,omni creaturæ rationali ſub Deo agenti,virtutem eſſe,diuus Auguſtinus aſſerere non dubitauit,fugatur. Denique amiſſa integritate virium animæ rationalis,amiſſa firma de Deo notitia,amiſſis timore & amore Dei, factum eſt, vt quum iam homo quodammodo eſſet ſine Deo protinus & neceſſario ſubſequeretur in corpore & viribus inferioribus inordinata concupiſcẽtia,duas potiſſimum comites ſupra modum vitioſas poſt ſe trahẽs,timorem ſcilicet, & amorem rerum carnalium & externarũ. Vbi enĩ cœpiſſet homo vacare metu Dei,viciſſim cœpit ea tãtum timere quæ corpori ac vitæ mortali videbantur incommoda aut nocitura. Vbi itidem amiſiſſet verum amorẽ Dei,ea tantũ vehementi impetu cœpit cõcupiſcere & diligere & amplecti,quæ ad vitam corporalem vel conſeruãdam vel fouendã,vel delectandã facere videbantur. Quia tamen vires ſuperiores per peccatũ non extinctę,ſed tantũ vi-

Vide Iac. de ira Dei capi.

Ratio viciata per peccatum.

Pet.ĩ vigi lia nati.do mini.ſer.5

Augu.de verb.do. ſer.40.

Ioan.16. & ibi vide Auguſti

Gene.3.

Amor ſui peſtilẽtiſſimus.

Augu.de Geneſi.ad lite. lib.8. cap.16.

Pſal.13.

Pſal.18.

Roma.3.

Appetẽdi vis vitiata

Vires per peccatum nõ extin-

ctæ, ſed vitiatæ. tiatæ ac corruptæ erant, remanente ſcilicet ſingulari Dei benignitate, in natura hominis, iudicio quodam, atque etiã delectu earum rerum quę ſunt ſubiectæ rationi ac ſenſui, ineuitabilis cõflictus & perpetua quędam lucta in homine ſuborta eſt, qua ratio contra carnales belligeratur affectus, & ſubinde vim ſuſtinens, inquietudine carnis perurgẽte & inuolũtariis motibus fatigata, infelicitatis ſuę deplorat miſeriã. Hãc luctã prima nõ ſenſit hominis cõditio, ſed ſequutũ eſt tranſgreſſorẽ ſuppliciũ, & adhæſit indiuidua pœna peccato. Immũtabile enim decretũ ab æterna lege exierat, cõcupiſcẽtia affligi & morte puniri peccatorem oportere, nec fieri poſſe, quin ſtimulus carnis ſine vlla exceptione colaphizaret infirmũ, & vſq; ad diſſolutionẽ mors importuna perſequeretur captiuũ, & vt mors carnis, cõcupiſcẽtiarũ interſecaret ludibria ſupereſſet tamen poſt mortẽ carnis, animæ labor, & afflictio ſpiritus, mors illa ſecũda, priore multo acerbior ac grauior.

Cypria. de cardi. ope. Chriſt. ſermo. de circun. Au. de ciui. dei. li. 13 c. 13. 14. 15 Cypr. ſer. de circun. Gene. 2. 3. Rom. 5. 7.

QVę omnia quum ſic ſe habeant, & originale peccatum cum pœna ſua à primis parentibus in totam generis huius ſucceſſionem defluxerit, facile ſanè deprehendi poterit, nũ amodo in noſtra poteſtate fuerit, poſt lapſum primorum parẽtum & tantos morbos in nos hæreditaria ſucceſſione deriuatos, ea ſacrificia, propter quæ Deo optimo maximo litanda conditi ſumus, reddere ac præſtare. Nã non ſtatim vt conditi ſunt primi parentes, ſed poſteaquam peccarunt, natum eſt de illis genus humanum, id eſt homo de homine, immundus de immundo conceptus ſemine, morboſus de morboſo, obnoxius de debitore, peccator de peccatore, mortalis de mortali, quemadmodum diuus Paulus ait: Per vnũ hominem peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Proinde nõ eſt natura iuſtus quiſquam, nõ eſt intelligens, nõ eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, nõ eſt vſq; ad vnum, nimirum quod ex ſe eſt, neque Deo penitus cõfidentes, neque Deum ex omnibus animæ viribus amãtes, ſed potius pleni terrore mortis & omnium incommodorũ, quę mortem præcurrunt, pleni itidem malæ ac peſtiferæ concupiſcentiæ, quæ eſt radix omnium malorũ, & lex illa peccati, qua ſerpens diabolus impios quidẽ ac iniuſtos veluti ſua mãcipia captiuos detinet, pios verò exercere, affligere, & quãtum

In ſola poteſtate noſtra nõ eſt ſacrificia ſpiritualia Deo reddere. Augu. de ver. domini. ſer. 31. de ciu. Dei ca 13. 14. Roma. 5. Pſal. 18. Roma. 3. Rom. 7. 1. Tim. 5. Aug. contra Iu. lib. 3. ca. vlti.

tum poteſt,à perfectione boni remorari nũquam ceſſat. Atque hæc ita ſe habere nõ vanè opinamur,ſed experiẽtia ipſa (quæ optima rerũ magiſtra eſt)edocemur, atque adeò conſcientia,quæ mille teſtes eſt,nobiſq; ſemper ſcaturiẽtis intus peccati inſidias exponit,conuincimur.Paulus Apoſtolus clamat: Non quod volo bonũ,hoc ago:ſed quod odio malũ, illud facio.Itẽ,Scio quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea,bonum:nam velle adiacet mihi, perficere autem nõ inuenio. Inuenio igitur aliam legem in membris repugnantẽ legi mẽtis meæ & captiuantem me in lege peccati,quę eſt in mẽbris meis.Et iterum:Carne ſeruio legi peccati. Itẽ, Sẽſus ſeu prudentia carnis mors eſt,legi enim Dei nõ eſt ſubiecta, nec enĩ poteſt.Quare ſi hæc eſt conditio noſtra,quandiu ſumus in Adam, vt legi Dei perfectè obedire, aut diabolũ nos in lege peccati captiuantem,noſtris tantum viribus vincere non poſſimus,dein vt faciamus nõ quæ volumus,ſed quæ odimus,deniq; vt velle nos quòd rectũ eſt ſentiam, ſed perficere nõ poſſimus:ſequitur,quòd homo poſt lapſum, niſi redemptus,reſtitutus ac reconciliatus Deo, ea ſacrificia nõ potuerit offerre,ob quę litanda erat conditus,id eſt nõ poterat vere & ex toto corde Deo fidere, Deũ amare, Deo adhærere,Deo perfectè & abſolutè obedire.Quamobrẽ duplici ratione morti erat obnoxius, tũ ob immutabilẽ diuini iudicij ſententiam, tũ quia vim operandi opera vitæ amiſiſſet, ſeq; in captiuitatẽ diabolicam miſerè præcipitaſſet.Ergo alio ſingulari ſacrificio opus erat,quo in primis vincerẽt hoſtis diabolus,& placaretur offenſus Deus,vt dein à redemptis,recõciliatis,viuificatis,reparatis,ac Deo rurſus vnitis debita laudis ſacrificia perſolui poſſent,defecerant enim (vt diximus) ſacrificia laudis poſt lapſum,quòd nõ ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris.Et vt Eſaias ait: Facti ſumus vt immundi omnes nos,& quaſi pannus menſtruatę omnes iuſtitiæ noſtrę.Et ſicut Apoſtolus ait:Eramus omnes natura filij iræ, quibus neceſſarius erat reconciliator,qui hãc iram ſacrificij ſingularis oblatinoe placaret,idq; eo(vt diximus)fine,vt poſtquã fiducia hoſtiæ tam potẽtis oblatæ agnoſceremus illum ſuſtuliſſe peccata,recõciliaſſe nos Deo,reconciliatoſq; iam habere pacem erga Deum,per eiuſmodi fidem iam mortui peccatis,diuini ſpiritus participes efficeremur.Quo ſubĩde ſpiritu carnis concupiſcentias mortificante,charitatemq; in cordibus

Cypri. de cardi.ope. Chriſt.ſermo.de circun.
Roma.7.
Roma. 8.
Hie.ĩ dia. aduer. Pelag.
Aug. de ſpiritu & lit.ca.36.
Au.de tẽpo.ſer.49
Hilari. in pſal. 118.
Au.ĩ enchir.c.30
Idẽ contra Fau. Mani lib 10.ca.17
Homo ob*noxius erat mortĩ duplici ratione.*
Eccle.15.
Eſai.64.
Ephe.2.
Aug. in ench.c.33
Eſaiæ.53
Ioan.1.
Ephe.1.2
Rom.5.
Roma.6

Roma.8. noſtris diffundente,fieret,vt Deum rurſus ex toto corde dili
Galat.5. gere & amplecti poſſemus, eodemq; ductore ac adiutore ſpi
Matt.5. ritu ad perfectam obedientiam Deo præſtandam totis viri-
Ephe.2. bus accincti,in bonis operibus ambularemus: In quo omnis
ratio ſacrificij Deo præcipuè debiti conſiſtit.

Matt.5. HVnc auté reconciliatorem talé eſſe oportebat,qui quod
Philip.2. nos peccati originalis contagione irretiti facere ex no
bis nō poteramus, & tamen facere eramus obligati,totū ad-
impleret,ac Dei voluntati omnino ſatisfaceret. Rurſus,qui,
Eſaiæ.53 quicquid nos tranſgreſſionis cauſa merueramus, nec tamen
Ephe.2. perferre poteramus,ipſe noſtri cauſa portaret ac ferret,eiuſ-
Coloſſ.2. cemodiq; rationibus diaboli tyrānidē iuſto certamine vin-
1.Pe.2.3 ceret,ac tantam & talem hoſtiam Deo offerret, quæ ad hæc
4. oīa ſufficeret. Quapropter is & Deus & homo eſſe debebat.
Acto.2. Homo quidé,nā id quod homo facere obſtrictus erat,&quod
Heb.2. pati ob peccatum meruerat,alius quàm homo,perſoluere nō
poterat. Sed tamen eundem hunc, alia ratione quàm nos con
ceptū & natū eſſe oportuit,ne & ipſe reus peccati, pro alio-
1.Pet.2. rum peccatis ſatisfacere non poſſet. Vt autem & Deus eſſet,
Pſ.67.88 multo magis erat neceſſarium:nā alioqui neque diabolū tam
1.Reg.2. potentem ac prudentem tyrannum,neque mortem & infer-
Oſee.13. num,quibus ille tyrannidem in hominem exercebat,& quæ
homo peccando meruerat,vincere potuiſſet.

Aug.de ERgo,ne deſperaret homo perditus,optimus ac beneficē-
cor.& gra tiſſimus Deus(qui nouit etiam de malis benefacere)mi-
tia,ca.10 ſertus hominis, aliena fraude decepti, ſpē futuræ liberatio-
Gene.3. nis captiuo facturus, in hunc modum ſerpentem affatus eſt:
Inimicitias(inquit)ponam inter te & mulierem,inter ſemē
tuum & ſemē illius:ipſum cōteret caput tuum, & tu inſidia-
beris calcaneo illius. Ex quibus verbis planè cōſolatoriis,A-
dam depoſita diffidentia,de bonitate& miſericordia Dei ſpē
firmam concepit, omnino fore vt aliquando prodiret ſemen
illud benedictum,quod & ſerpentis tyrannidem,hoc eſt pec
catum,mortem & infernum ſuperaret,& hominem ex diabo-
Eſaiæ.53 lica captiuitate liberatum,Deo rurſus aſſereret,ſed non ſine
Ioan.10. graui conflictu. Vnde,nō dubium,ille collegit ac intellexit
Philip.2. eā liberationis humani generis rationē fore, vt ſcilicet hoc
Coloſſ.2 benedictum ſemen ſe veluti mediatorem inter Deum offen-
1.Pet.2 ſum & hominem diaboli captiuum volens offerret,& veluti
Heb.10 deuouens ſeſe pro nobis omnibus,graues inimicitias hoſtis
antiqui

antiqui ſolus ſubſtineret, & quicquid ille nobis ad reſiſtēdū impotētibus intētabat, in ſe exciperet, ſuaque tandem inſuperabili virtute patiendo, Deique volūtatem plenſsimè perficiendo vinceret, idque non ſui, ſed noſtri gratia, quo ſcilicet per hanc ſpontaneam voluntatē, qua Dei voluntati per omnia reſponderet, ſeque pro nobis deuoueret, eum ſpiritū & gratiam nobis impetraret, qua accepta, totos nos Deo cōſecrare, & ſecundum Dei voluntatem viuere poſſemus. *Roma.5.* *Augu.in ench.c.33*

HVius itaque fiduciæ alendæ ac confirmandæ cauſa, ſtatim ab ipſis mundi primordiis, quicunque erant homines pietate erga Deum pręditi, ſacrificia Deo de primogenitis ac ſelectiſsimis animalibus gregum ſuorum faciebant, nō quòd exiſtimarent Deum (qui & ſpiritus eſt, & omnia in manu ac poteſtate ſua habet) ex huiuſmodi pecudū mactatione delectari, ſed potius quòd vera illa ſacrificia, quib⁹ Deus placaretur ac colleretur, deſignare ſtuderent. In primis ſiquidem hiſce ſacrificiis hoc teſtatum volebāt, vt quemadmodū illa animalia immaculata erāt à corporū vitiis, ita indubitato credere ac ſperare ſeſe futurum, vt is immoletur aliquandoꝓ nobis, qui ſolus immaculatus eſſet à peccatis, quod Paulus ad Hebręos de hoſtia iuſti Abel manifeſtè explicat. Et ne dubites, patres Veteris teſtamenti omnes ſuas oblationes ad hunc tātum finē retuliſſe, exemplo eſt oblatio Iſaac, in quo Abraham benedicti ſeminis repromiſſionem acceperat, quē teſtatur Apoſtolus ipſum Abrahā in parabolam accepiſſe, eundemque figurā futuri ſacrificij fuiſſe, atque eadē ex cauſa, De⁹ poſtea per Moyſen tot ſacrificia inſtituit, videlicet vt hoc vnicū & ſingulare ſacrificiū ꝑ multiplicia ſigna figuraretur, vtq; res vna variis typis adumbrata, tanquā multis verbis quam maximè & ſine ſtudio cōmendaretē atq; in memoriam reconderetur, quòd aliter nulli hominum ab exordio mundi ſalus, niſi per huius hoſtię fiduciam, cōtingere poſſet. Hęc itaq; hoſtia Chriſtus eſt, ſplēdor glorię & figura ſubſtātiæ æterni patris, portans omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciēs, in ſimilitudinem hominū factus, & habitu inuentus vt homo, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem, & per mortem deſtrueret eū qui habebat mortis imperiū, id eſt diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitā obnoxij erant ſeruituti. Quapropter eos qui ſacrificia illa externa alia intētione offerebant, vel quòd *Aug.con aduer.leg. & pro phe.c.18.* *Ioan.4.* *Pſal.49.* *Auguſt.* *Heb.11.* *Oblatio Iſaac typus Chriſti.* *Heb.11.* *Aug. de ciuit. Dei cap.20.* *Cur De⁹ ſacrificia vete.leg. interdum reprobare videatur.* *Heb.2.*

exiſtimarent ſe effuſione pecuini ſanguinis Deũ placare,vel
1.Petr.1 ea ratione tãtum ſe iuſtos eſſe coram Deo,& non magis re-
Ioan.1. ſpiciebant in agnum illum immaculatum,Chriſtum,ab æter
no prędeſtinatum,ad tollendũ peccata mundi:eos,inquam,
Eſaiæ.1. Deus non ſecus increpat,quàm ſi eaipſa ſacrificia,quæ per
Moyſen pręcepit,penitus reprobaret,iterim ſũmo ſerio re-
uocãs ad illius ſignificatæ tãtum hoſtiæ agnitionẽ.Sic enim
atteſtante Apoſtolo Hebræ.10.loquitur Chriſtus ad patrem
Pſal.39. apud prophetam ſuũ Dauid:Sacrificium & oblationem no-
luiſti,corpus autem aptaſti mihi:holocauſtomata & pro pec
cato non poſtulaſti,non tibi placuerunt,tunc dixi:Ecce ve-
nio. In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt faciam voluntatem
Aug.lib tuam,&c. Sacrificium (inquit) & oblationem noluiſti.
10.de ciu. Nunquid noluit quod inſtituit?ſed ſic noluit quomodo il
Dei.c.5. li offerebant,& quomodo à ſtultis illa velle credebatur,velu
Hebræ10 ti ſuæ gratia voluptatis. Aufert(inquit Apoſtolus)primũ,vt
ſecundum ſtatuat:primũ, hoc eſt ſacrificia legis,tollit,quòd
nihil aliud eſſent,quam vmbræ iuſtificationis (quod ex ſe e-
rat)expertes,vt ſequens ſtatueret,ſitum in voluntate Chriſti
Ioan.17. qua ſeipſum pro nobis obtulit:in qua(inquit)voluntate ſan-
Scopꝰ epi ctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel,
ſtolæ ad quemadmodũ & Chriſtus apud Ioãnem ait:Pro eis ſanctifi-
Hebræos. co meipſũ,vt & ipſi ſanctificati ſint ĩ veritate.Breuiter,hoc
Pleraque ferè tota epiſtola illa ad Hebręos Paulus agit,vt oſtẽdat,& ſi
propitiato pleraque fuerĩt propitiatorias ſacrificia apud Iudęos,veluti
ria ſacrifi hoſtia pro peccato,pro delicto holocauſtũ, idque ſignificati
cia apud uè, & figuraliter:vnũ tamen reuera propitiatoriũ ſacrificiũ
Iudæos. eſſe pro peccato,per tot & tã varia veteris legis ſacrificia tan
Vmbręex tum obumbrata, non exhibita:quodque hæc veteris legis ſa
ſe nõ iuſti crificia vnica Chriſti oblatione facta,penitus ſunt euacuata,
ficabant, quemadmodum fieri erat neceſſe:nam quatenus ex ſe erant,
ſed Chri- non iuſtificabant,nec poterant iuxta conſcientiam perfectũ
ſtus adum facere ſeruiẽtem:nihil enim ad perfectũ adduxit lex,vmbrã
bratus per tantum futurorum,non ipſam rerũ imaginem habens.Exhi
legem. buit enim lex(vt ſubdit Apoſtolus)exemplaria cœleſtium &
He.9.10. verorum,quæ nõ potuerunt auferre peccata. ſed Chriſtus is
Hebræ.7 eſt(quem adũbrabant illa)qui vnã pro peccatis offerens ho-
Hebr. 10 ſtiam,in ſempiternũ ſedet in dextera Dei,qui tradidit ſemet-
ipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiã Deo in odorem ſuaui-
Roma.8. tatis.Et vt alibi Paulus ait:De peccato damnauit peccatum,
id eſt

id eſt peccatum deleuit per hoſtiam pro peccato: nam Hebræi hoſtiam peccatum vocant, quemadmodum Latini piaculum. Ex quibus omnibus conſequens eſt, patres veteris legis hiſce ſacrificiis in primis hanc vnicam pro peccatis hoſtiam Chriſtum ſignificaſſe, per cuius vnius fiduciam quotquot ex illis pij fuerũt, Deo reconciliati ac ſaluati ſunt, quẽadmodum de Abrahã ſcriptura meminit, quòd viderit diem Chriſti, & gauiſus ſit.

Primo ſacrificium propitiatorium.

Ioan. 8.

SEcũdo & minus principaliter hęc ſacrificia veteris legis deſignabant ſacrificia pietatis noſtrę erga Deum pręſtãdæ per fidem in vnicũ illud ſacrificium ꝓpitiatorium, Chriſtum. Eſaias propheta beneficia per Chriſtum nobis pręſtita, proinde atq; iam exhibita fuiſſent, euãgelico ſpiritu denunciãs, teſtatur Chriſtũ voluntariè oblatum, ipſumq; vnicam eſſe hoſtiã, per quam accepimus remiſſionem peccatorũ. Poſuit (inquit) Dominus in eo iniquitates omnium noſtrũ, &c. Et paulò poſt de efficacia & fructu oblationis ſic ait: Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longęuum, & voluntas Dñi in manu eius dirigetur. Quo nihil aliud ſignificat, q̃ hunc eſſe fructum ſacrificij Chriſti ac Dei noſtri, vt quotquot beneficium Chriſti ſe ꝓ nobis hoſtiã offerentes, apprehendũt, efficiantur filij Dei, & æſtimentur in ſemine, quod ſcilicet prædeſtinati ſint, cõformes fieri imaginis filij Dei, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. In quã ſententiã Apoſtolus ait: Non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui filij ſunt ꝓmiſſionis, æſtimantur in ſemine, quod & aliis verbis apud Ioãnem ita legimus: Et dedit (inquit) eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Itidẽ Apoſtolus ait, ꝙ Chriſtus per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, & in ſanguine ſuo emundauit cõſcientiã noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. Patres ergo veteris teſtamenti, cum ſe ꝓmiſſionis eſſe filios ꝑ fidem intelligerẽt, ſpiritui ſeruitutis in timore vale dixerũt, acceptóq; ſpiritu adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus, Abba pater, ſumma ope cõtenderunt, vt ſe totos per hanc fiduciã Deo conſecrarent, omnẽmq; vitã & actionem ſuam ad voluntatem Dei, nõ vt ſerui, ſed veluti morigeri filij cõponerent reputãtes eiuſmodi pietatis erga Deum ſtudia & officia, vera eſſe ſacrificia, quæ à recõciliatis filiis pater requireret, nõ quidem vt propitiatoria, nam illud vnicum eſt, ſed

Secũdo ſacrificia pietatis noſtræ per fidem in Chriſtum

Eſa. 53.

Sacrific. Chriſti fructu quid.

Roma. 9.

Ioan. 1.

Hebr. 11.

Roma. 8.

Galat. 4.

Mich. 6.

Ephe.2. vt ſacrificia filialis fiduciæ, debitæ obedientiæ, laudis,& gratiarum actionis: quæ quum ex ſolius Chriſti ſacrificio omnē ſuum valorem mutuentur ac ſortiātur, atque adeò dona ſint Dei, & propemodum non noſtra, ſed Chriſti ſacrificia, quæ Chriſtus in mēbris ſuis per fidē facit ac operatur. Idcirco hęc etiam per tam varia veteris legis ſacrificia, ſed ſecūdario, deſignabantur. Quamobrem (vt Auguſtinus ait) omnes eæ res ac opera, quæ aguntur in nobis, ad hoc, vt ſancta pietate Deo inhæreamus, eiúſque voluntati obediamus, atq; etiā ad eundem finem proximo cōſulamus, vera ſacrificia ſunt olim adumbrata. Ergo quando ad illum ſurſum eſt cor noſtrum, hoc eſt cum omni cura & cogitatione rerum terreſtrium abiecta, nos totos ad cogitationem & amorem Dei conuertimus, tum cor noſtrum eius altare eſt, ſanguinę vnigeniti filij Dei ſummi & æterni ſacerdotis, expiatum. Quādo vſque ad ſanguinem ꝑ eius veritate certamus, ei cruentas hoſtias cædimus. Quando per ſpiritum Chriſti nobis impertitum animus noſter peccato moritur, & cōcupiſcentia igne charitatis ꝑ ſpiritum in nobis diffuſæ exuritur, & ſpes nouæ vitæ coram Deo gerendę cōcipitur, holocauſtum longè gratiſſimū Deo offerimus. Sic enim Dauid loquitur ad Deum: Holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nō deſpicies. Non delectatur holocauſtis, qui non delectatur ſacrificio trucidati pecoris: ſed vult ſacrificium cōtriti cordis, nimirum illo externo ſignificatum. Quando corpus noſtrū per temperantiā caſtigamus, idq; propter Deum facimus, vt nō exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo, hoſtiam viuam offerimus, ad quam exhortans Apoſtolus, ait: Obſecro vos fratres per miſericordiā Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentem, ſanctā, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrū. Quādo noſipſos totos, ſimul & dona Dei in nobis ipſi Deo vouemus & reddimus, ac in eius cōſpectu pio ſanctóq; amore flagramus, tum ei ſuauiſſimū incenſum adolemus. Quādo ſolennitatibus, feſtis, & diebus ſtatutis beneficiorum Dei dicamus ſacramúſque memoriam, imò ſemper quum ex corde Deum inuocamus, confitemur, & gratiarum actione proſequimur, ei hoſtiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis ſacrificamus. Quando vnius eiuſdémq; corporis membra nos eſſe i Chriſto agnoſcimus,

Aug. lib. 10. de ciu. Dei. c. 6. *Eodē lib. cap. 4.* *Hebr. 9.* *Rom. 3. 6* *Pſal. 50.* *Aug. de ciui. Dei. li. 10. c. 5.* *Eo. li. c. 6* *Roma. 6.* *Roma. 12* *Li. 10. de ciui. Dei. cap. 4.* *Pſal. 115. & 140.* *Pſ. 4. 49* *1. Cor. 11*

doniſque

donisque nobis à Deo ſingulis ſecundum menſuram fidei donatis in totius corporis vtilitatẽ vtimur, imò quũ omnes homines natura & origine nobis ſimiles, perinde ac noſipſos cõplectimur, ac in Deo diligimus, hoc omnibus modis ſtudẽtes vt illi perinde ac nos in corpore & animo ſeruentur, & tandẽ nobiſcum Deo (in quo omnis beatitudo cõſiſtit) fruantur, magnum ſacrificium eſt. Vnde conſequitur: vt quæcunque in miniſterio tabernaculi multis modis de ſacrificiis legũtur diuinitus eſſe præcepta, ad dilectionem Dei & proximi ſignificãdũ referantur, quòd in his duobus præceptis vniuerſa lex pẽdeat, & prophetæ: quæ intellexiſſe, magnam lucem attulerit in ſcripturarũ lectione & ſcrutatione verſanti. Regum 15. legimus: Nunquid vult Deus holocauſta & victimas, & nõ potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victima, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum. Dauid diuinus ille Pſaltes ad verum ſacrificium cohortãs, ſic ait: Sacrificate ſacrificium iuſtitię, & ſperate in Domino. Et in alio loco: Conſerua (inquit) me Domine, non quia multã pecudũ victimam occidi, ſed quia ſperaui in te, quoniam beneficiorum meorũ non eges. Et iterum alibi: Si eſuriero (inquit Deus) nõ dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius: Nunquid manducabo carnes taurorum, & ſanguinem hircorũ potabo? quaſi diceret: vtique, ſi hic quærerẽ, non à te peterem quæ habeo in poteſtate mea: ſed vt intelligas quid illa ſignificent, & quid requirã: Immola (inquit) Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Et: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & honorificabis me. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtẽdam illi ſalutare Dei. Itẽ: Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius. Apud Michæam prophetam ſic legis: Quid dignum offeram Dño? curuabo genu Deo excelſo. Nunquid offeram ei holocauſtomata & vitulos anniculos? Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te? Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiã, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Eſaias planè reiicit

Au. ibidem.

Oĩa ſacrificia veter. leg. ad dilectionẽ Dei & proximi referũtur.

Mat. 22.

Pſal. 4.

Pſal. 15.

Pſal. 49.

Aug. de ciuit. Dei. cap. 5.

Pſal. 49.

Pſal. 115.

Mich. 6.

Eſaiæ.1. ſacrificium externum,ſine pietate & bono motu cordis oblatum: Ne offeratis(inquit)vltra ſacrificium fruſtra:incenſum abominatio eſt mihi,&c.ſed lauamini & mundi eſtote,auferte malum cogitationũ veſtrarũ ab oculi meis, quieſcite agere peruerſè,diſcite benefacere,quærite iudicium & ſubuenite oppreſſo,iudicate pupillo, defendite viduam:& venite & arguite me,dicit Dominus. Ad quid tã multis opus,quũ Chriſtus veriſſimus ille interpres legis & prophetarũ,apud Matthæum phariſaicam increpans hypocriſim,Oſeam citãs,clamet: Euntes autem diſcite,quid eſt, Miſericordiã volo & nõ ſacrificium? Et illius vas electum Paulus in epiſtola ad Hebræos:quum demonſtraſſet vnicum illud propitiatorium ſacrificium, fermè in calce epiſtolæ nos etiam noſtri ſacrificij, quod in Chriſto oblatum,tantũ valeat, admonens:per ipſum (inquit)offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo:id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ etiam & cõmunicationis nolite obliuiſci.talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Hypocriſis Iudaica. *Ma.9.12* *Oſee.6.* *Hebr.13.*

QVum igitur quicquid ſingulis per Chriſtum redempti, Deo dedicam⁹ ac cõſecramus,quicquid ſic operamur, vt ad Deum referamus, vtque illi inhæreamus,verum ſacrificium ſit: proindéque & animus Deo mancipatus, & corpus mundo mortuum, ac in ſeruitutem Dei redactum, & totus inſuper homo Dei nomini cõſecratus,& Deo deuot⁹,inquãtum mundo moritur & Deo viuit:& demum,omnia pietatis ac miſericordiæ opera,rectè ſacrificia appellẽtur, ac Deo per Chriſtum in nobis operantem offerri rectè dicantur: profectò efficitur,vt tota ipſa redempta ciuitas,hoc eſt congregatio ſocietasque ſanctorum,velut vniuerſale ſacrificium offeratur Deo per eundem illum ſacerdotem magnum,qui prius ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis,vt tanti capitis corpus eſſemus ſecundũ formam ſerui.hanc enim obtulit,in hac oblatus eſt, quia ſecundum hanc mediator eſt, in hac ſacerdos, in hac ſacrificium eſt.

Tota cõgregatio ſanctorũ per Chriſtũ patri offertur. *Aug. de ciuit. Dei libr.19.c.9.& 20.*

Epilogus. IAm ex his omnibus facile erit ad intelligentiam eius penetrare, qualenam Miſſa ſacrificium ſit, modò diligenter intueamur quid in Miſſa tractetur & agatur. Liquet enim ex ſuperioribus,duplex eſſe ſacrificium. Quoddam propitiatoriũ quod oblatum pro remiſſione peccatorũ, iram Dei placat, & Deo nos recõciliat. Aliud verò,ſacrificium laudis,gratiarum

Duplex ſacrificiũ.

rum actionis,& obedientiæ, quam Deo veluti honorẽ & ſeruitutem ei propriè debitos,reddimus. Itidem,quia hoc ſacrificiũ laudis poſt Adæ lapſum & naturæ corruptionem defecerat,cõſtat propitiatorium ſacrificiũ idcirco initio promiſſum,& demũ in Chriſto exhibitũ eſſe,vt Euchariſticum iſtud inſtauraret. Nam vt Apoſtolus ait:Sãguis Chriſti qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ deo,emundauit conſcẽtiam noſtrã ab operibus mortuis. Ecce ſacrificiũ propitiatoriũ,cuius vim & efficientiam ne ignorares,ſtatim addidit:Ad ſeruiendũ Deo viuenti. Ecce inſtaurationẽ ſacrificij euchariſtici. Vnde conſequens eſt hęc ſacrificia ſic cohęrere,vt poſterius nõ ſit ſine priore,ſed potius poſterioris cauſa & baſis ſit. Rurſus liquet,ſacrificiũ propitiatoriũ,aliud dici propitiatorium ſignificatione,qualia fuerunt illa Veteris teſtamenti pro peccato, pro delicto holocauſtum & victima: aliud autẽ re ipſa,verũ,& per illas veteris legis hoſtias ſignificatum. Deinde manifeſtũ eſt in omni ſacrificio duo eſſe,quæ ſunt,res oblata & ipſa oblatio. Omnis Pontifex(vt ait Apoſtolus)ex hominibus aſſumptus,pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad deũ,vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis:dona quæ offerũtur,ſacrificia appellans. Quæ omnia diligenter intuẽti,facile erit(vt diximus)ad intelligentiam eius peruenire,quale nã ſacrificiũ in Miſſa ſit & peragatur,ſi tamẽ diligenter reſpiciamus,quid in Miſſa tractetur & agatur.

Heb. 9.

In omni ſacrific. duo ſunt.

Gene. 22.

Hebr. 5.

IN Miſſa itaq; duo ſunt,res oblata,ipſa itẽ oblatio. Rurſus, res oblata duplex eſt,videlicet corpus Chriſti verũ,& corpus Chriſti myſticũ. Si ad corpus Chriſti verum,quod virtute omnipotentis verbi Dei in ſacroſancta Euchariſtia continetur,reſpicimus, quis negat hoc corp' ſacrificiũ propitiatorium rectè dici poſſe,nõ ratione oblationis,quam ſacerdos facit,ſed ratione eius oblationis, quæ ſemel præterit facta in cruce,cuius virtus perpetuo durat,eiuſdem ſemper potentię & efficaciæ? Proinde ſancti patres non ſunt veriti, corpus & ſanguinẽ Chriſti in altari præſentia,pretium pro peccatis totius mundi pretium redemptionis noſtrę,& victimam ſalutarem appellare,quia ſcilicet conſecratione verbi cœleſtis hoc corpus mãducamus,in quo tanta perpeſſus eſt,& bibimus ſanguinem quem fudit, quo & redempti & viuificati ſumus. hoc enim accipimus in ſpecie panis, quod pependit in cruce: & hoc accipimus in calice,quod effuſum eſt de latere Chriſti.

In Miſſa res oblata duplex.

Vide Tho aqui. par. 3. q. 73.

Hebr. 7.

1. Ioã. 1. 2

Cyprian.

Augu. ad gloriũ. epi. 162.

Aug. ho. 33.

Cy. ad Cæcii. epiſt. 3.

Quæ dignè ſumentibus, in remiſſionem peccatorũ & in vitã æternam, & in cuſtodiam animæ & corporis fiunt. atque hæc eſt hoſtia illa pura & incruenta quam ab ortu vſque ad occaſum ipſi offerri, dominus per prophetam conteſtatur, corpus videlicet & ſanguis Chriſti, in ſtabilimentum animæ noſtræ & corporis inconſumptum & incorruptũ, omnis nocumenti reparatio, omnis ſortis purgatio. Panis enim iſte ſuperſubſtãtialis & calix benedictionis ſoléni benedictione ſacratus, ad totius hominis vitã proficit, ſimul medicamẽtum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates exiſtens. Hoc eſt ſacrificium illud ſingulare, omnes excedens victimas. hoc poculum quod ipſe Chriſtus pincerna nobis porrexit, tantæ virtutis, vt omnipotẽtis aſperſione animam muniat, & ſanet, quicquid carni vel ſpiritui veteris vitæ adlinierat corruptela. Et licet ſecundũ hanc rationem corpus domini in altari non omnino propriè dicatur ſacrificiũ, ſed magis ſacramentum, ſeu res ſacramenti, quòd ſacramentum & ſacrificium eo differre videãtur, vt ſacramentum ſit ſacroſanctum ſignum, per quod Deus nobis aliquid exhibet: ſacrificiũ verò quod nos Deo reddimus. Attamẽ (vt diximus) patres non dubitarunt, hoc Chriſti corpus in altari ſacrificium & ſalutarem victimam appellare. non ratione ſacrificij, quod eſt ſitum in actione ſacerdotis, ſeu Miſſæ cõmunicationum, aut eccleſię, ſed ratione ſacrificij, quod in cruce oblatum eſt ſemel, in quo Chriſtus ſacerdos eſt ipſe & oblatio in ſempiternũ potens. Eo enim ꝙ manet in ęternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedẽtes per ipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris: nõ pro noſtris autem tantũ, ſed etiam pro totius mundi, perpes vtique ſacrificium & ſemper permanens holocauſtum. Secundum quam quidem rationem in hoc ſacramento nihil proprium eſt ſacerdotis, ſed totum agit Chriſtus: qui vſque hodie hoc veraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſuũ creat & ſanctificat & benedicit, & piè ſumẽtibus diuidit. Et eatenus credere debemus omnes, quémadmodum apud diuũ Chryſoſtomum eſt, quòd etiã nunc illa cœna celebratur, in qua Chriſtus ipſe recubebat. Nihil quippe intereſt inter illam & hanc: non enim hæc ab homine, illa ab ipſo conficitur. Proindéque, vt ſubdit, quãdo ſacerdotẽ corpus tibi præbere videris, noli ſacerdotis, ſed Chriſti manũ ad

Amb. de myſt. ad neophy.
Damaſ. li. 4. cap. 14.
Mala. 1.
Cy. de cœna domini.
Cyp. ibid.
Sacramẽtum.
Sacrificiũ.
Augu. de ciuit. Dei. libr. 10.
Hebr. 7.
1. Ioan. 2.
Cypria. de cœna domini.
Chry. ho. 51. i Mat. cap. 14.
Hoc celebratur in eccleſia quod Chriſtus geſſit in cœna.

te porrigi arbitrari. Nam (vt paulò poſt ait) carnes ſuas nobis *Philip.2.*
tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit. Immolatio ſeu ipſa
oblatio, per quã Chriſtus in mortali corpore, factus obediẽs
vſq; ad mortem, in cruce ſeipſum obtulit. Ea, inquã oblatio *Cyp. de ba*
trãſiit nõ reiterabilis: ſed victima ipſa immolata, illiuſq; vir- *ptiſ. Chri-*
tus, eiuſdẽ ſemper efficaciæ in perpetuũ manet. Neq; enim ſa *ſti.*
cerdotij Chriſti, vti ſacerdotij Aaron, pœnituit deũ: quoniã
ſacrificiũ quod in cruce Chriſtus obtulit, ſic in beneplacito
Dei cõſtat acceptabile, & perpetua virtute cõſiſtit, vt nõ mi
nus hodie in conſpectu patris oblatio illa ſit efficax, q̃ eo die
qua de ſaucio latere ſanguis & aqua exiuit. ſemper enim re-
ſeruatæ in corpore plagæ, ſalutis humanæ exigunt pretium,
& obediẽtiæ donatiuũ requirunt. Ex quibus perſpicuũ eua-
dit, quemadmodum corpus Chriſti verum ſit, ac dicatur res
oblata in Miſſa. De corpore Chriſti myſtico pòſt dicemus.

IAm de ipſa oblatione, quæ in Miſſa fit, id eſt de opere ſa- *In Miſſa*
crificantiũ videndum eſt: vbi iterũ ad duo reſpicere opor- *oblatio du*
tet, nempe ad cæremoniã exteriorẽ, & id quod intus agitur, *plex.*
per fidem. Cæremoniã ſeu actionem exteriorẽ, ſacramẽtalem
oblationẽ vocamus, quã orthodoxi abſq; ſpirituali oblatio-
ne, id eſt ſine fide & bono motu cordis, ex ſolo opere opera-
to, nobis proficere aut vtilem eſſe negant: tantũ abeſt, vt illi tri
buant meritũ remiſſionis peccatorũ pro viuis & pro mortuis
nõ participantibus Chriſti meritũ per fidem. Quanq̃ hic a- *Opus ope-*
nimaduertendũ eſt, orthodoxos. quum quid tribuunt operi *ratũ quid*
operato in hoc ſacrificio, nõ intelligere per opus operatum *veteribus.*
cæremoniã exteriorem ſine fide, quod faciunt aduerſarij, ſed
potius veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchari-
ſtia, quę nõ in merito ſacerdotis, ſed in verbo cõficitur crea-
toris. In quam ſententiã Innocentius. 3. dixit, Non ſacerdo *Innocẽ. 3.*
tis iniquitas effectũ impedit ſacramenti, ſicut nec infirmitas *lib. 3. de ſa*
medici virtutẽ medicinæ corrũpit. Quãuis igitur (vt ſubii- *cro altaris*
cit) opus operãs aliquando ſit immundũ, ſemper tamen opus *myſt. c. 5.*
operatum eſt mundum, nõ quidem vt pariter dignis & indi- *1. Cor. 11.*
gnis, ſed tantũ vt dignè ſumẽtibus, ad ſalutem proficiat. Nam *Titum. 1.*
vt omnia ſunt munda mundis, ſic omnia ſunt immunda im-
mundis. Conuenit ergo orthodoxis cum aduerſariis, cultum
noui teſtamenti ſpiritualem eſſe, qui non aliter quàm ſpiri-
tu & veritate, hoc eſt vero cordis affectu perficitur, quem-
admodum Chriſtus ait: Veri adoratores adorabunt patrem *Ioan. 4.*

in ſpiritu & veritate. Interim tamen (vt iam diximus) nō detrahunt orthodoxi ſacramento corporis & ſanguinis dominici veritatem, etſi malus ſit ſacerdos conſecrans, ſi tamen cō ſecrare intendat, & verbis Chriſti ſacramentum cōficiat. Aliud eſt enim conficere corpus Chriſti, quod facit ſacerdos Chriſti vice, Chriſti verba pronuntians: aliud verò, offerre Deo Chriſti corpus verum vel myſticum, quod nemo vtiliter facit, niſi accedat vera fides & bonus motus, vel offerentis, vel eius pro quo fit oblatio. Itaque ſancti patres vtranque oblationem, ſacramentalem ſcilicet & ſpiritualem, iungunt: ac pronuntiant eandem oblationem ſpiritualem cum externo opere coniunctam in Miſſa, Eccleſiæ ſacrificium eſſe, Deo placens ſuper omnia veteris legis ſacrificia. Sed qualē nam ſacrificium ea oblatio ſit, explicandum eſt.

Aliud eſt conficere, aliud eſt offerre corpus Chriſti.

Eccleſiæ ſacrificiū.

Res in hoc ſacramento oblatæ duæ ſunt, vt prædiximus, nempe corpus Chriſti verū cum ſuis meritis, & corpus Chriſti myſticū cum ſuis donis à Deo acceptis. Quatenus ergo eccleſia verum corpus & verum ſanguinem Chriſti Deo patri offert, ſacrificium merè repræſentatiuū eſt eius quod in cruce ſemel eſt peractū. Quatenus verò ſeipſam (quę eſt corpus Chriſti myſticum) per Chriſtū offert, ſéque ac ſua omnia per Chriſtum Deo dedicat, verū, ſed ſpirituale ſacrificiū eſt, hoc eſt ſacrificium Euchariſticum, laudis, gratiarū actionis, & Deo propriè debitæ obedientiæ. Sed dices: Qui fit, vt verum corpus Chriſti in altari iterum offeratur, quum Apoſtolus dicat, ꝙ Chriſtus vna oblatione cō ſummauit in ſempiternum ſanctificatos? Quis hanc eccleſiæ tribuit poteſtatem? Reſpondemus: Chriſtus in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione membrorum ſuorū, ſemetipſum ſemel in mortali carne in mortē obtulit, vt mortem deſtrueret, & vitā nobis reſurgēdo repararet. Sed nihilo ſecius eccleſia eum quotidie offert, nō in mortem, ꝙ Chriſtus ſemel reſurgēs ex mortuis, iam nō moriatur, ſed in mortis ſuæ recordationem, vt fructu paſſionis ac mortis eius repleatur, idq; ſecundum ipſius Chriſti doctrinā & inſtitutionem, dicentis: Hæc quotieſcunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Nam vt diuus Iræneus vetuſtiſſimus ille eccleſiæ doctor inquit: Chriſtus panem accipiens & gratias agens, dixit: Hoc eſt corpus meū. Et calicem ſimiliter, qui ex eadē creatura eſt quæ ſecundū nos eſt, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem,

Ephe. 5.

Hebr. 10.
Augu. in lib. de tri. item ī ſen. proſp.

Roma. 6.
Sacrificiū Miſſæ ex inſtitutione Chriſti
1. Cor. 11.
Iren. lib. 4 cap. 32.
Matt. 26.
1. Cor. 11.

oblationem,quam eccleſia ab Apoſtolis accipiẽs, in vniuerſo mundo offert Deo,de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit: Nõ eſt mihi voluntas in vobis, dicit dñs omnipotens, & ſacrificium nõ accipiam de manibus veſtris: quoniã ab ortu ſolis vſq; ad occaſum nomẽ meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purũ, quoniam magnũ eſt nomen meum in gentibus,dicit dñs omnipotens. Hæc ille. Dum enim nõ habemus quod illi dignũ offerre valeamus pro omnibus quę retribuit nobis.calicem ſalutaris accipimus,id eſt paſſionem eius,repræſentãtes Deo patri opus noſtræ redemptionis, vt illius ſacrificij ſemel in cruce pro nobis oblati, & noſtra com memoratione refricati, participes facti maneamus & viuamus in ipſo,per ipſum. Paſſio enim dñi eſt(vt inquit Cyprianus)ſacrificium quod offerimus,id eſt quod offerendo repræſentamus,memores illius vnici & ſummi ſacrificij & ſanctæ immolationis in cruce factę. Immolatur ergo Chriſtus in altari,ſed ſacramentaliter & myſticè,quia in ſacramẽto recordatio illius fit,quod factũ eſt ſemel. Non toties (quod dictu abominabile eſt)occiditur Chriſtus,ſed repræſentatur quod olim factum eſt,ne beneficij in nos collati obliuiſcamur,ſed potius hoc ſacramento ſic excitemur ac moneamur, tanq̃ videamus dñm pendentem in cruce. Itaq; immolatio, quæ manibus ſacerdotis fit,Chriſti paſſio vocatur, non rei veritate, ſed ſignificandi myſterio, nec hac immolatione magis q̃ eſu corporis dominici occiditur Chriſtus. Nõ occiditur (inquit Auguſtinus) Chriſtus,vt manducetur:ſed mortuos viuificat, quando mãducatur:reficit,non deficit:viuit mãducatus,quia reſurrexit occiſus:p partes manducatur, & manet integer totus:per partes mãducatur in ſacramento,& manet integer totus in cœlo,manet integer totus in corde tuo. Atq; alibi idẽ Beatus pater eorũ quę diximus,ſummam ita perſtringit Nullatenus(inquit)dubites,ipſum vnigenitum Deum, verbum carnem factũ,ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiã Deo in odorẽ ſuauitatis,cui cum patre & Spiritu ſancto à patriarchis,prophetis & ſacerdotibus tempore veteris teſtamenti animalia ſacrificabãtur,& cui nunc,id eſt tempore noui teſtamenti,cum patre & Spiritu ſancto(cum quibus eſt illi vna diuinitas) ſacrificium panis & vini in fide & charitate, ſancta eccleſia catholica per vniuerſum orbem terræ offerre non

Malach. 1.

Pſal. 115.

Cypria. ad Cæcil.

Chriſtus in altari ſacramentaliter immolatur.

ceſſat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Chriſti, quã pro peccatis noſtris ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum. In iſto autem ſacrificio gratiarũ actio atq; commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idẽ Deus fudit In illis ſacrificiis quid nobis cõdonatum ſit, euidenter oſtẽditur. In illis ſacrificiis pronuntiabatur filius Dei pro impiis occidẽdus: in hoc autem pro impiis annuntiatur occiſus. Quæ omnia latius idẽ ipſe Auguſtinus in Pſal. 27. & contra Fauſtũ Manich lib. 19. eleganter admodũ proſequitur. Et in Pſal. 79. Semel (inquit) Chriſtus pro nobis immolatus eſt. Sed quũ meminimus quòd ad nos venerit, & quòd nobis donauerit, nempe remiſſionem omnium peccatorum, idque credimus, tum ex ipſa memoria quotidie nobis ſic immolatur, quaſi quotidie nos innouet, qui prima ſua gratia ĩ baptiſmo innouauit. Quod & alibi breuius dixit. Tunc (inquit) cuique occiditur, quum credit occiſum.

Chryſoſt. homil. 17. ad Hebr. Atque hãc ſacrificij noſtri rationem diuus Chryſoſtomus in epiſtolam ad Hebręos pulcherrimè deſcripſit: In Chriſto (inquit) ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutẽ potens. Quid ergo nos? Nónne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius, & vna eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodo vna eſt & non multæ? Et quia ſemel oblata eſt illa, oblatá eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius: idipſum ſemper offerimus. Sed ne ex his verbis lector dubitationem aliquam conciperet de veritate corporis domini in Euchariſtia (quam idem Chryſoſtomus vbique grauiſſimè aſſerit) ſtatim ſubiecit: Nec nunc quidem alium agnũ, craſtina alium, ſed ſemper idipſum. Proinde vnũ eſt hoc ſacrificiũ: alio qui hac ratione quia in multis locis offertur, multi Chriſti ſunt? Nequanquam, ſed vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtẽs, & illic plenus vnũ corpus. Sicut enim qui vbiq; offertur, vnũ corpus eſt, & non multa corpora: ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex autem noſter ille eſt, qui hoſtiã mundantem nos obtulit, ipſam offerimus, & nunc oblata quidem conſummi non poteſt: hoc autẽ quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factũ eſt. Hoc enim (inquit) facite in meam commemorationem. Hęc ille. Quibus verbis quid aliud inculcat beatus ille pater, quàm quòd in hoc ſacrificio ex parte rei oblatæ ſit

1. Cor. 11.

verum corpus Chriſti, quum dicat vnũ vbique eſſe Chriſtũ & hic plenum, & illic plenum, & vtrobique vnũ corpus. Sed quod ad oblationem noſtram attinet, eam eſſe exẽplar illius in cruce factæ, hoc eſt ſacrificium repræſentatiuum?

Vnde nobis poteſtas ſit, verũ Chriſti corpus in recordationẽ offeren di.

NEque mirabere nos, verũ Chriſti corpus in recordationem Deo offerre audere. Nam quum Deus Chriſtum nobis donauerit, quemadmodum ſcriptum eſt: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitũ daret: vtique propterea nobis donatus eſt, vt hunc iræ Dei tanquam recõciliatorem noſtrũ opponamus, & diffiſi de noſtris viribus, hãc potentiſſimam victimã patri repræſentemus. Quum defecerit (inquit Bernardus) virtus mea, nõ conturbor, no diffido, ſcio quid faciam, Calicẽ ſalutaris accipiam. Et alibi: Totũ quod dare poſſum, miſerum corpus iſtud eſt. Id ſi minus eſt, addo & corpus ipſius, nam illud de meo eſt, & meum eſt. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt mihi. de re domine ſuppleo quod minus habeo in me O dulciſſima reconciliatio, ô ſatisfactio ſuauiſſima. Hæc ille. Nemo vel primis rudimentis Chriſtianiſmi imbutus, ignorat, non eſſe aliam ſatisfactionẽ pro peccatis, quàm quæ facta eſt in cruce, eãdémque non tantũ pro noſtris, ſed & totius mundi peccatis ſuffi cientiſſimã eſſe, nullãq; ſuppletione egere, neq; requiri vllã aliam hoſtiam, aut vllũ aliud meritum, per quæ ex impiis efficiamur iuſti, & reconciliemur Deo patri, quòd non ſit aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Interim tamen omnes ſcire debent, neminem huius hoſtiæ participem fieri, niſi tantũ credentẽ & obtemperantem Euãgelio Chriſti, quemadmodum Ioannes ait Filium ſuum vnigenitũ dedit Deus, vt omnes qui credunt in illum, non pereant Quũ ergo in Miſſa propemodũ totius Euãgelij ſumma, fide recenſeat, videlicet quòd Chriſtus traditus ſit pro nobis in remiſſionem peccatorum, idq; ea fide, qua confidimus nobis pœnitentibus per hanc hoſtiam, nempe Chriſtum pro nobis oblatum, remitti peccata: quis non videt Deum per talem fidem (quę in huius repręſentatiui ſacrificij celebratione, atq; adeò eiuſdem coporis pro nobis paſſi manducatione vel maximè exercetur) beneficiũ Chriſti dilectiſſimi filij ſui, ſuis fidelib⁹ applicare? Nec enim hanc applicationem ſacerdoti, ſed Deo tribuimus: nõ operi noſtro, ſed Dei beneficio: quod tamen nõ aliter quàm voluntatis noſtræ aſſenſu per fidem accipimus.

Ioan. 3. Roma. 8. Ber. in cãti. ſer. 22. Pſal. 115. in ſerm. 1. de Epiph. domini. Eſaiæ. 9.

Vnica pro peccatis ſatisfactio. 1. Ioan. 2.

Sũma euangelij recẽſetur in Miſſa.

Applicatio beneficij Chriſti.

Philip. 2. Idq́ue etiam vt poſſimus, is facit, qui dat velle & perficere pro ſua bona voluntate

Sacrificiũ altaris cæteris longe præſtat. IAm vide, quanto interuallo hoc ſacroſanctum altaris ſacrificiũ cum fide coniunctũ, cętera ſacrificia noſtra (quę tantũ interna ſeu ſpiritualia dicimus, qualia ſunt omnia opera noſtra bona in fide facta) præcellat, atque adeò cætera omnia roboret ac confirmet. In huius (inquit Cyprianus) veraciſſimi & ſanctiſſimi corporis præſentia, non ſuperuacuè mendicant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocauſtum repulſam. Quoties ergo te in cõſpectu domini video ſuſpirantem, Spiritum ſanctum non dubito aſpirantem: quum intueor flentem, ſentio ignoſcentem. Et paulò poſt: Hierarcha pius quem Spiritus ſanctus cõpungit, excitat, inhabitat & ſanctificat, eleuatione manuum crucis myſterium repræſentans cõfidenter orat pro ſua & populi ignorantia. Hæc ille. *Cypria. be cœna domini.* *Eleuatiò manuũ in Miſſa.*

HAbes itaque nunc explicatum ſatis, quo pacto altaris ſacrificium ex parte corporis Chriſti veri in ſacramento oblati, repræſentatiuum ſit: ſupereſt vt exponamus, quatenus Miſſa, non tantum repræſentatiuum, ſed præſens etiã ac verum, ſpirituale ſacrificiũ ſit, cęteris omnibus ſacrificiis ſpiritualibus vniuerſalius & excellentius. Sacerdos qui ſacrificat, non ſuam, ſed in primis Chriſti, deide totius eccleſiæ perſonam gerit, miniſterióque publico fungitur. Iam quum eccleſia Chriſti ſit corpus, dicente Paulo: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habentes dona ſecundum gratiam quæ data eſt nobis: idcirco eccleſia per ſacerdotem, vti publicum miniſtrum, Chriſti corpus in Miſſa offerens, non tantum hoc agit vt corpus Chriſti verum illiusq́; paſſionẽ, quæ præteriit, Deo repræſentet, ſed & ſeipſam, quę Chriſti capitis myſticum corpus eſt, per Chriſtũ offerat. Hoc (inquit Auguſtinus) ſacrificium Chriſtianorum eſt. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, quod ſacramento altaris fidelibus noto frequẽtat eccleſia, vbi ei demõſtratur, quòd in ea oblatione quam offert, ipſa offeratur. Quemadmodum enim Chriſtus nos omnes in cruce portabat, qui & peccata noſtra portabat, & quemadmodum ille totius eccleſiæ cauſam gerebat, eandem in ſeipſo Deo patri offerẽs, ſic eccleſia tantã oblationem *Cypria ad Cæcil.* *Ephe. 5.* *Rom. 12.* *Augu de ciuit. Dei, cap. 20 libro. 10* *Ephe. 1. 5. lib. 10 c. 6* *1. Cor. 10.* *Cypri. ad Cæci. epi 3. lib. 2.* *1. Petr. 2.* *Augu. in Pſalm. 21.* *Oblatio corporis Chriſti myſtici.*

lationem, tantúmque beneficium pia deuotione recolens, nõ ſeſe diuidit, ſed omnium membrorum ſuorum curam gerens & pro viuis & pro mortuis (quos vna eadémque fides colligauit) deprecatur, ſeque totam per Chriſtum Deo viuo viciſſim dedicat ac conſecrat.

ATque hic vide, quàm nihil eorũ ſpiritualiũ ſacrificiorũ (per quæ fit vt immobiles inhæreamus Deo) prætermittat. In Miſſa primas partes tenet fides, hoc eſt fiducia remiſſionis peccatorũ per Chriſtum, quę vtique ſacrificiũ illud eſt iuſtitiæ, de quo propheta dixit: Sacrificate ſacrificiũ iuſtitię, & ſperate in domino. Deinde cum hac fide neceſſario cõiuncta eſt gratiarum actio pro illo ſummo beneficio, & nobis & vniuerſæ eccleſiæ collato, propter quã reuerẽda & ſalutaria illa myſteria, Euchariſtia appellantur: ſunt enim beneficiorũ recordatio plurimorũ, caputq; diuinæ erga nos charitatis oſtendunt, nóſque faciunt debitas Deo gratias ſemper exoluere. Et qui fieri poteſt, vt nõ accendamur mira quadã charitate erga Deum tãtorum beneficiorũ recordatione? Erga proximos quoque, cum quib⁹ intelligimus, vnũ nos eſſe corpus Chriſto, vt quemadmodum Chriſtus nobis ſe totũ donauit, ita nos quoque vtilitati proximorũ totos expẽdamus? Vnus panis (vt Apoſtolus ait) vnũ corpus multi ſumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Myſterium enim pacis & vnitatis noſtræ Chriſtus in ſua mẽſa conſecrauit, adeò vt qui accipit myſteriũ vnitatis & non ſeruat vinculum pacis, non myſterium accipiat pro ſe, ſed teſtimoniũ contra ſe. Rurſus in hoc ſacrificio fideles ſe totos Deo conſecrant, animus peccato moritur, cor ſurſum ad Deũ erigitur, totúmque ad cogitationem & amorem Dei tam beneficentiſſimi conuertitur, atque adeò anima, propter quam Chriſtus immolatus eſt, reconciliatione per Chriſtũ accepta, ac ſanctificata Deo offertur, vt deinceps homo cum Paulo glorietur & lætetur, dicens: Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Corpus denique & quicquid ſumus, in hoc ſacrificio Deo conſecratur: Nã qui Chriſti corpus manducat, quid aliud proteſtatur, quàm ſe in Chriſto manere, & illũ manentem in ſe habere? Qui ſanguinem bibit, quid conteſtatur aliud, quàm ſe libenter etiam ſanguinem (ſi res ita poſtulet) fuſurum pro Chriſto, qui non tantum pro eo ſanguinem fundere, ſed & eundem ſanguinem ſuum illi in potum propinare non dubitauit?

Fides cũ ſpe coniuncta.
Pſal. 4.
Chryſ. in Mat. c. 8 homi. 16.
Charitas.
1. Cor. 10
Aug. in ſer. ad infan. de ſacra. alt.
Cypri. de cœna domini.
Chryſoſ. tom. 1. homi. 51.
Aug. in Ioan. c. 16 cap. 26.

Præſtantia huius ſacramẽti Qvàm eximium ergo ſit Miſſæ ſacrificium, modò ſecundum Chriſti inſtitutionem & exemplum piè celebretur, quis nõ videt? Hic eſt præſens illa victima, quę ſemel in cruce oblata, nos reconciliauit Deo. Hic eadem illa victima per manum Dei à reconciliatis accepta, rurſus myſticè in recordationem & gratiarum actionem immolatur ac repræſentatur Deo: Hic eccleſia (quæ corpus eſt myſticum) ſe totam Deo conſecrat, adeò vt Cyprianus tale ſacrificium, verum & plenum ſacrificium non dubitauerit appellare. Diligenter ergo hæc omnia nobis intuẽtibus, nihil vel abſurdi vel ſcrupuloſi in toto Miſſæ contextu occurret, ſed omnia) præſertim quæ Canon complectitur) pietatis pleniſſima ac planè reuerenda (vt ſunt) videbuntur. Aut enim eccleſia reſpicit ad corpus & ſanguinem Chriſti, pro ſe in cruce oblata, & vi omnipotentis verbi in altari præſentia, & non veretur hæc appellare hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ ęternæ, & calicem ſalutis perpetuæ: Aut ad oblationem repræſentatiuam & cõmemoratiuam paſſionis ſeu corporis Chriſti veri (quę fide miſericordiã per Chriſtum apprehendente, & redemptionem, quæ eſt in Chriſto, Deo patri opponente) peragitur: & non dubitat hoc ſacrificium laudis offerre pro ſe ſuiſque omnibus, pro redẽptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: nimirum ſpem ſalutis & incolumitatis, ac redemptionẽ animarũ, debita laude & gratiarum actione Deo accepta referens: petitque, vt hanc oblationem ſeruitutis ſuæ Deus placatus accipiat, diéſq; noſtros in ſua pace diſponat, atque ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum ſuorum grege iubeat numerari, nõ quidẽ ex meritis noſtris, aut ex dignitate noſtræ ſeruitutis. ſed per Chriſtum Dominũ noſtrum. Et ne vlla cauillãdi occaſio ęmulis relinquatur, Canõ toties ſeipſum declarat, vt planè calumniari, & eccleſiam mendacio traducere conuincantur, qui aſſerunt orthodoxos iterum offerre Chriſtum pro peccato, iterúmque crucifigere filiũ Dei, veluti nõ ſuffecerit oblatio in cruce ſemel peracta. Non enim eccleſia Chriſtum ad eum modum, quo ſemel in cruce oblatus eſt, offert: nec oblationi ſuę ſeruitutis, remiſſionem peccatorũ aſſcribit, nec hanc applicat vt opus meritoriũ remiſſionis culpæ & pœnæ: ſed apertè, idque non ſemel, pronuntiat ſe hanc oblationem offerre in memoriam paſſionis, reſurrectionis, aſcenſio-

Ephe. 1. 5

Cypri. ad Cæcil.

Pia & germana Canonis expoſitio.

Canon vĩdicatur ab aduerſariis.

Eccleſia nõ rurſus crucifigit filium Dei

Oblatio cõmemoratiua.

aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde, inquit, memor es domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta tā beatæ paſſionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcẽſionis offerimus pręclaræ maieſtati tuę de tuis donis ac datis hoſtiam puram, &c. cui ſanæ hoſtiæ (non ſuo operi operato, vt vocant) vitæ æternæ & ſalutis perpetuæ efficaciam tribuit. Ergo non ſuam oblationem applicat, ſed fructum oblationis Chriſti, quem recolẽdo rememorat, per fidem ſibi applicari petit. Deniq; quatenus eccleſia ſeipſam Deo conſecrat, & per Chriſtum hoſtiam laudis, gratiarum actionis, breuiter fidei, ſpei & charitatis offert, reddit vota ſua æterno Deo, viuo & vero. *Canon.*

NE verò cũ aduerſariis dicas, ſacerdotem, eccleſię perſonam gerentem, nõ poſſe hoc ſacrificiũ laudis pro aliis offerre, ſeu pro aliis gratias agere: Audi quod ſuprà relatum Paulus ad Timotheum habet: Obſecro (inquit) primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnib⁹ hominibus, &c. Quem locũ beatus Auguſtinus ad Paulinum explicans: In his (inquit) verbis, eligo hoc dicere, quod omnis, vel penè omnis frequẽtat eccleſia, vt obſecrationes ſeu precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorũ, antequã illud quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici: orationes, quum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum cõminuitur. Græcus enim textus habet προσευχὰς, id eſt orationes, quas facimus ad votũ. Vouentur autẽ omnia quæcunq; offerũtur Deo maximè ſancti altaris oblatio: quo ſacramẽto prædicatur noſtrũ aliud votũ maximũ, quo nos vouimus in Chriſto eſſe mãſuros, vtiq; in cõpage corporis Chriſti. Ideo (inquit Auguſtinus) in huius ſanctificatiõis & diſtributionis pręparatione exiſtimo Apoſtolũ iuſſiſſe propriè fieri προσευχὰς. i. orationes. Poſtulationes verò ſiue interpellatiões) vt ſubiicit) fiunt quũ populus benedicitur. Tunc enĩ antiſtites velut aduocati, ſuſceptos ſuos per man⁹ impoſitionẽ miſericordiſſimę offerũt poteſtati. Quib⁹ peractis, & participato tãto ſacramento, gratiarũ actio cuncta cõcludit, quæ ob eã cauſam ſe dixiſſe Auguſtin⁹ affirmat, ne putaretur negligẽdum eſſe quod ſequitur in Apoſtoli verbis, nempe pro oĩbus hominibus, pro regib⁹, & iis qui in ſublimitate ſunt, vt tranquillã & quietã vitã agamus in omni pietate & caſtitate, ne quiſquã

Sacrificiũ laudis pro aliis offerri poteſt.
1. Tim. 2.
Aug. ad Paulinum
Poſtulationes.
Gratiarũ actiones.

(ſicut ſe habet humanę cogitationis infirmitas)exiſtimaret, nō iſta facienda pro his à quibus perſecutionem patiebatur eccleſia,quum membra Chriſti ex omni eſſent hominum genere colligēda. Ideo enim adiungit Apoſtolus:Hoc(inquit) bonum,& acceptum eſt coram ſaluatore noſtro Deo,qui omnes homines vult ſaluos fieri,& in agnitionē veritatis venire. Et ne quiſquam diceret poſſe eſſe ſalutis viam in bona conuerſatione & vnius Dei omnipotentis cultu, ſine participatione corporis & ſanguinis Chriſti,idcirco (eodem Auguſtino teſte) Apoſtolus ſubiecit: Vnus enim Deus,& vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus : vt illud quod dixerat,nullo alio modo intelligatur præſtari,niſi per mediatorem hominem Chriſtum Ieſum : quum verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Hæc illæ.

Non relinquitur via ſalutis niſi in communione eccleſiæ.
Ioan. 1.

QVid potuit vir ille ſanctus fortius ꝓ Miſſa atq; adeò ipſo Canone dicere? qui ex Apoſtolo Paulo,& celebrationis & deprecationis,quæ in Miſſa fit,ordinē oſtendit, ac palā diffinit hoc ſacrificiū,quod in Miſſa per obſecrationes,orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones fit,pro tota eccleſia offerri oportere,atque adeò etiā pro his à quibus eccleſia perſecutionem patitur? In quā ſententiā Tertullianus(qui ſub impio Imperatore viuebat)dixit:Sacrificam* pro ſalute Imperatoris,ſed deo noſtro,& ipſius,& id quidē pura prece. Nec hîc aliquid duri aut ſcrupuloſi occurit, ſi oblationū ſpecies teneamus, & ſingula ſingulis referamus.

Tertull.

Hoc enim(vt idem toties repetamus)omnis planè fatetur eccleſia,quòd remiſſio peccatorū ſeu iuſtificatio, ſoli oblationi,qui in cruce facta eſt,tribuatur. Hæc enim ſola eſt pretiū pro peccatis noſtris,imò totius mundi: quæ in adultis tantū his applicatur,qui eandem propria fide percipiunt. Abſit enim vt operi noſtro hoc tribuamus,vt ex dignitate ſua, ſeu ex opere operato aliis,etiā iniuſtis, impœnitentibus,& non reſipiſcentibus,remiſſionē peccatorum(theſaurum illū planè diuinum)mereatur. Nam quantū ad iuſtificationem attinet,omnino verum eſt,quòd iuſtus ex fide ſua viuet:nihilo ſecius tamen,quia ſumus eiuſdem corporis membra,veriſsimū eſt quòd omnia opera noſtra bona quæ per fidem fiunt, impetrent multa communia bona atque adeò in hoc fideliū cœtu omnia eſſe cōmunia,neque quicquam proprium quēquam habere,ſed omnia pia opera,non tantum facienti,ſed & aliis

Peccatorū remiſsio ſoli oblationi ī cruce factæ debetur.
Abac. 2.
Roma. 1.
Roma. 12
Cōmunio ſanctorū.

& aliis credentibus prodeſſe,eoſdemque defendere ac cõfirmare,queadmodum in expoſitione ſymboli in articulum de communione ſanctorum,diximus. Quanq̃ oratio(quam ſcriptura etiã inter ſacrificia ſpiritualia recenſet. Pſal.140. Apocal.8.)hoc peculiare habet,quòd non tantum pro nobis, nec pro credentibus tantum, ſed & pro iniuſtis fiat, non ſuæ dignitati, ſed Dei mãdato, ꝓmiſſioni ac miſericordiæ tota innitens. Vide verò q̃ diligenter in Miſſa proprietas iſta ſeruetur. In Miſſa eſt ſacrificium cõmemoratiuum paſſionis,gratiarum actionis, piorum votorum ac precum. Pro tota enim eccleſia ſecundum Chriſti inſtitutum precatur ſacerdos, vt eam Deus pacificet,cuſtodiat,adiuuet, ac regat. Pro poteſtatibus quoque qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ſecundum Apoſtoli præceptum,orat: Inſuper pro quibuſdã ſpeciatim, & ſubinde pro omnibus circunſtantibus hoc ſacrificium laudis offert, ſed pro iis tantum, quorum Deo fides cognita eſt & nota deuotio,qui & ipſi offerũt hoc ſacrificium laudis pro redemptione animarum ſuarum,hoc eſt qui per fidem recolunt ſe per Chriſti paſſionem,quæ hîc repræſentatur, redemptos eſſe,debitas pro tanto beneficio gratias & laudes agentes. Quid enim eſt aliud offerre ſacrificium laudis,quàm laudem dicere & gratias agere?

Nume. 21.26. Matt.6. Luc.6.23 Acto.7. 12.27.

Offerre pro redẽptione animarum quid.

SEd adhuc malè habet aduerſarios, ꝙ in Miſſa ſanctos (vt dicunt)inuocemus. Quanq̃ ſi totum Miſſæ, & in primis Canonis cõtextum intueamur, inueniemus in Miſſa omnes, ſeu penè omnes orationes ac preces ad ſolum Deum patrem dirigi,qui inuocatur per filium,paucas tantum ad filium nullas ad ſanctorũ aliquem: vt vel hinc deprehendatur, quo affectu illi ad mordendum Canonem accedãt. ſed de inuocatione ſanctorum ſuo loco dicemus. In præſentia oſtendere ſuffecerit,nos id facere in Miſſa, quod Miſſę ratio requirit. Miſſa nõ ſingulare,ſed totius eccleſiæ ſacrificium eſt,in cuius oblatione,eccleſia Chriſti oblationẽ repræſentat, & corpus capitis oblationem imitatur. At ſancti,nobiliſſima eccleſię membra ſunt,quos pater cœleſtis filios agnoſcit ac honorat,filius fratres & cohæredes,ſpiritus ſanctus templa ſua vocat. Deinde,licet ſolus Chriſtus factus ſit nobis a Deo ſapientia, iuſtificatio, ſanctificatio, & redemptio, atque ſolus qui potuit & debuit nos liberare à peccato,morte, & diaboli poteſtate, reconciliare nos Deo, & dare nobis vitam æternam, tamen

De ſanctorum commemoratione in Miſſa quã Miſſæ ratio requirit.

Ioan.1. Ioan.12. Matt.28 Roma. 8. 2.Cor.6. 1. Cor.1.

Cypr. ſer. de lapſis. Eccle. 16. præter hæc gratuita Saluatoris beneficia & diuina opera, quę ſoli Chriſto tribuuntur, nemo ignorat (quod nec aduerſarij negare poſſunt) ſanctis ſua eſſe merita, quæ tamen etiam Dei ſunt dona. Hæc non dubium eſt, viuis eccleſiæ membris cõmunicari. Alioqui quid eſt quod ꝓfitemur in ſymbolo, nos credere ſanctorum communionem? Denique quis dubitat, ſanctos miro deſiderio deſiderare accelerationem pœnitentiæ & ſalutis noſtræ, eoſdemque ſedulo pro nobis orare? Nã ſi angeli, qui non communicauerunt carni & ſanguini, de ſalute noſtra quammaxime ſunt ſoliciti, Luc. 15. ipſiq; pro nobis orare nõ ceſſant, Zacha. 1. quanto magis ſancti pro nobis ſoliciti ſunt, eiuſdem corporis membra? Si glorificatur (inquit Apoſtolus) vnum membrum, congaudent: quòd ſi patitur vnum membrum, compatiũtur omnia membra. Nouerunt illi periculum noſtrum, figmentum noſtrum, ignorantiam noſtram, fragilitatem noſtram nouerũt aduerſariorum dolos, impetus, & inſultus. In eadem tẽtatione fuerunt, eoſdem ſuperarunt conflictus, eoſdem laqueos euaſerunt, & didicerunt ex his, quæ paſſi ſunt, compaſſionem. Nec eſt quod de eorum pia erga nos ſolicitudine dubitemus, quandoquidem non ſunt conſummandi ſine nobis, ſed expectant nos, donec in nouiſſimo die omnia ſimul in virum perfectũ cum ſuo capite membra concurrant, & laudetur cum hæreditate ſua Chriſtus Ieſus in ſecula benedictus.

1. Cor. 12. Bernar. i ſer. vlt. in feſto om̃ ſanctorũ. Hebr. 11.

MEritò ergo eccleſia in eo votiuo ſacrificio, quo vouet ſe in Chriſto menſurã (vtiq; in cõpage corporis Chriſti) piis votis ſanctis communicat, meritò memoriam eorum (quos honorat Deus) veneratur, vel ob id vt per eorum memoriam, fidem in Chriſtũ confirmet, ſpem æternæ ſalutis roboret, & charitatem accẽdat: nimirum quum recogitat illos olim homines ſimiles nobis nõ eſſe amiſſos, ſed pręmiſſos ad vitam venturi ſeculi, ac aliquando fore, vt & nos, qui fratres & conciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſumus, ſuperſtructi, ſuper fundamentũ Apoſtolorum & prophetarum ſummo angulari lapide ipſo Ieſu Chriſto, eos ſequamur, & erepti ex hoc ſeculo nequã, cum ipſis in tuto collocemur. Meritò denique eccleſia in celebratione tanti ſacramenti precatur, vt Deus meritis precibuſque ſanctorum ſuorum concedat, vt in omnibus diuinæ protectionis auxilio muniamur, idque per Chriſtum dominum noſtrum. Quid enim euidẽtius huius

Aug. ad Paulinum. Ioan. 12. Iaco. 5. Ioan. 6. Cypr. ſer. de morta. Ephe. 2. Canon.

ſus diuiniſſimi ſacramẽti participatione ſignificatur ac promittitur, quàm nos in Chriſti & omnium ſanctorum ſuorum conſortium recipi, vt non temerè patres hoc ſacramentum Communionem vocauerint, quòd qui hoc ſacramento dignè communicat, certus ſit ſe in Chriſti corpore eſſe, & ſanctorũ omnium (qui eiuſdem corporis membra ſunt) meritis ac precibus adiuuari, defendi, ac confirmari. Ergo ſynaxeos ratio omnino requirit, vt eccleſia militãs huius ſanctæ communionis (quæ piis hominibus inexſtimabilis theſaurus eſt) ad altare Domini recordetur, pioque deſiderio magis fidem ſuã (quę de hac communione eſt) exerceat, quàm ſanctos alioqui ſemper pro nobis apud Deũ ſolicitos, excitet. Nec poteſt videri recens, quod & eccleſia veteris legis obſeruaſſe legitur. Sic Moyſes pro populo qui vitulum conflatilem adorauerat, intercedens, inter orandum patrum memoriam recolit: Recordare, inquit, Abraham, Iſaac, & Iacob ſeruorum tuorum. Tres item pueri Hebræi in fornace ſuccenſa ſic oraſſe leguntur: Ne auferas à nobis miſericordiam tuã domine Deus noſter, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iacob ſanctum tuum. Certè Cyprianus vetus ille ac verè pius eccleſiæ doctor teſtatur, in eccleſia ſolitas celebrari oblationes, & ſacrificia ob commemorationes martyrum, qui ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſierũt. Et Auguſtinus contra Fauſtum Manich. libro 20. cap. 21. Populus, inquit, Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, ita tamen, vt nulli martyrum, quanuis in memorias martyrum conſtruamus altaria. Et vt alibi ait: Nõ conſtituimus eiſdem martyribus templa, ſacerdotia, ſacra & ſacrificia: quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſanè memorias eorum tanquam ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio falſis religionibus victis atque conuictis. Quis autem audiuit aliquando fidelium, ſtantem ſacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultúmque conſtructum, dicere in precibus, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, quum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & ſanctis ſuis angelis cœleſti honore ſociauit, vt ea celebritate, & Deo vero

Cur a communio dicatur.

Ephe. 1.

Exod. 32.

Danie. 3.

Cypr. lib. epi. 2. epiſtol. 6.

Au. li. 3. cõtra epiſtol. Pela. ad Bonifa. cap. 6.

de illorum victoriis gratias agamus,& nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxiliũ ex eorum memoriæ recordatione adhortentur. Quæcunque igitur adhibentur religioſorum obſequia in martyrum locis, ad ornamenta ſunt memoriarum,non ſacra ſunt vel ſacrificia mortuorum tanquam deorum. Hæc ille.

Latria ſoli deo debetur.
Ephe.2.
1.Cor.4.
Ephe.2.

Ergo non adoramus ſanctos, non facimus eos mediatores, nõ ſeruimus illis cultu,qui latria nuncupatur,quòd hæc ſoli Deo ac Chriſto debeãtur:ſed ad altare Chriſti (cuius ipſi ſancti mẽbra ſunt)eos vt domeſticos Dei amicos,ac pios & ſedulos apud Deum pro nobis interpellatores agnoſcimus,ipſorúmq; meritis(quæ & Dei dona ſunt)per fidem participes fieri petimus. Nec hoc ſentimus,ſanctorum preces(quibus adiuuari petimus)ipſorũ meritis inniti,ſed potius Chriſti,cui iam veluti incorporati exiſtunt: Neq; ignoramus,ſanctos omnes, ſiue ab illo antiquo Abel vſque ad Ioannem Baptiſtam, ſiue ab ipſis apoſtolis, vſque ad hoc tempus, & deinceps vſque ad terminum ſeculi,in domino tantum eſſe laudandos,nõ in ſeipſis:quia illorum vox eſt, gratia Dei ſum id quod ſũm:& ad omnes pertinet,vt qui gloriatur,in Domino glorietur.

Ephe.4.
1.Cor.15.
2.Cor.10

Ratio Miſſę requirit cõmemorationem defunctorum in Chriſto.

Aug. de cura pro mort. gerend.
2.Ma.12

POrrò quum ſynaxeos ratio requirat, ſanctorum commemorationem in Miſſa fieri,quanto magis par eſt,vt & defunctorum in Chriſto ad tãti ſacrificii oblationem memores ſimus? Opponimus autem his qui hanc inſtitutionem veluti ignotã veteri eccleſiæ calumniantur,vniuerſalem cõſenſum eccleſiæ omnium temporum, quæ euidens planè teſtimoniũ eſt quòd hæc ordinatio ſit apoſtolica Beatus Auguſtinus libro quem de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum perſcripſit:Vacare(inquit)non poteſt,quod vniuerſa pro defunctis eccleſia ſupplicare cõſueuit:& ex Machabęis locũ citat,quo oſtẽditur oblatum pro mortuis ſacrificium. Nec hoc contẽtus Auguſtinus adiecit:Sed etſi nuſquam,inquit,in ſcripturis veteribus omnino legeretur,non parua hac cõſuetudine claret authoritas, vbi in precibus ſacerdotis(quæ dño Deo ad eius altare funduntur)locum ſuum habet etiam cõmemoratio animarũ:& non multo pòſt cap 4.Non ſunt,inquit,prętermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum,quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorúmque,ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia, vt quibus ad iſta deſunt parentes,

aut filij, aut quicunq; cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur matre cõmuni. Quin capite vltimo ſatis indicat quenq; diligẽtius hæc facere pro neceſſariis ſuis, deinde generatim pro omnibus. Itidem Chryſoſt. hunc ritum orandi quotidie in ſacrificio laudis (quod iuge vocãt) ꝓ defunctis, in eccleſia Græca ſemper fuiſſe, eundémq; apoſtolicæ traditionis eſſe aſſerere nõ dubitauit. Quibus Ioã. Damaſcenus in ſermone de his qui in fide hinc migrarunt, ſubſcribens, ait: Apoſtoli diſcipuli ſaluatoris in tremendis vitalibusque ſacramentis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam eſſe dixerunt. Et hanc receptam & generalem catholicæ eccleſiæ obſeruationem fuiſſe toto ſermone confirmat. Si quis ex vetuſtioribus plures deſideret, poſt Dionyſium teſtis eſt Tertul. oblationes pro defunctis eccleſiam annua die facere. Teſtis Cyprianus lib. 1. epiſt. 9. Teſtis Gregorius Naziãzenus theologus ad Cæſarcum fratrem de matre ſua, Gregorius itẽ Nyſſænus. Baſilius lib. quæſt. ad Antiochũ principem, quæſt. 34. docet ſanctorum animas ſentire beneficia, quum ſuper illis fiunt conuentus & peractiones bonorum: Nam ſi nõ aliquo, inquit, beneficio participarét, non fieret in cura & exequiis commemoratio. Ambroſius in epiſt. ad Fauſtinum, ob germanę obitum dolentem: Ego enim, inquit, non tam deplorandã, quàm orationibus proſequendam reor: non mæſtificandam lachrymis tuis, ſed magis oblationibus animam eius domino commendandam arbitror. Rurſus de obitu Theodoſij Imperatoris: Dilexi, inquit, virũ, & præſumo de domino, quod ſuſcipiat vocem orationis meæ, qua proſequor animam piam: da requiem ſeruo tuo Theodoſio: illo conuertatur anima eius vnde deſcendit, vbi mortis aculeũ ſentire non poſſit, vbi cognoſcat mortem hanc non hominis finem eſſe, ſed culpæ.

Ibidem. c. vltimo. *Chryſo. 4 hom. i. 69.* *Io. Dama. in ſermo.* *Diony. c. 7. cœl. hierar.* *Tertul. ad vxor.* *Cyp. lib. 1. epiſto. 9.* *Gre. Nyſſæum.* *Baſil. libr. quæſt. ad Antioch.* *Idẽ de obitu Theo.* *Augu. in enchir.*

SEd vt ad Auguſtinum reuertamur, hic in Enchiridio ad Laurentium (in quo opuſculo beatus ille pater exiſtimat ſe diligenter eſſe complexum, quomodo ſit colendus Deus) præterea Dulcitij quæſtionibus reſpondens, denique in eo quem citauimus libro, de cura pro mortuis agenda, hanc rem non obiter, ſed ex profeſſo tractans, ex catholica & orthodoxa traditione diffinit, triplicem eſſe, dũ in hoc corpore viuitur, viuendi modum. Vnum tam bonum, vt hæc poſt mortem non requirit, in quo Apoſtoli & ſancti Dei martyres, quum hinc decederent, inuenti ſunt. Alterum tam malum, vt ei nõ

Li. retr. 2. cap. 63. *Ad dulcitium.* *Lib. de cura pro mor. ger.* *In ench. c. 17.*

proſint iſta poſt mortem,qualis eſt eorum,qui etſi Chriſti la uacro in eccleſia baptizati,nec ab ea vllo ſchiſmate vel hęreſi præciſi ſint,in lethalibus tamen criminibus)quæ nulla pœni tĕtia diluunt)vſq; ad vltimũ huius vitæ diem pertinaciſsimè

Ephe.5. perſeuerant,de quibus Apoſtolus dixit:Quoniã regnũ Dei non poſsidebunt. Tertium verò,veluti medium quendam viuendi modum:nec tam bonum,vt non requirat iſta poſt mor

Aſſert. Augu.de ſtatu animarũ poſt mortem. tem,nec tã malũ, vt ei nõ proſint iſta poſt mortem,qualis eſt eorũ qui pœnitĕtes in fide, & cõfeſsione Chriſti obdormiũt, necdũ tamen peccati reliquiis penitus expurgatis,quos non incredibile eſt per ignem quendam purgatoriũ expiari,certè cõſtat eos quãto magis minúsve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiúſve ſaluari,qui ſanè tales ſunt,vt meritũ ſibi in hac vita cõpararint,vt eis hæc poſt mortĕ prodeſſe poſſint, nimirũ meritũ fidei, quod promiſſionĕ habet cõmunionis ſanctorum, quĕadmodum ſuperius abũdè declaratum eſt.

Reſpondet aduerſari° 2.Cor.5. QVum igitur aduerſarii nobis obiiciũt, nos noſtris tantũ aut ſubleuari actibus aut grauari, Pauli Apoſtoli ſententiam citantes,cùm inquit,Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſque ſecundum ea, quæ per

Auguſt. corpus geſſit,ſiue bonum ſiue malum,reſpõdet Auguſtinus, Ea quæ pro defunctis cõmendandis frequentat eccleſia, huic

Quibus defunctis,viuentiũ pietas proſit. apoſtolicę ſententię nequaquam eſſe aduerſa: Fatemur enim planè hic omne meritum comparari,quo poſt hãc vitam poſſit releuari quiſquam vel grauari, quòd nemo rectè ſperet,ſe id quod hic neglexit,quum obierit, apud Deum promeriturum. Ergo ſi meritum per quod iſta proſunt, nullum comparatum eſt in hac vita, fruſtra quæritur poſt hanc vitam. Sin comparatũ eſt,fit vt aliquid adiuuent iſta defunctos,quę poſt obdormitionĕ pro eis religioſè facta fuerint,ita vt neq; inaniter eccleſia, vel ſuorum cura,pro defunctis,quod potuerit,

Matt.16. Roman.2. religionis impendat, & tamen ferat vnuſquiſque ſecundũ ea quæ geſsit per corpus,ſiue bonum ſiue malum,reddente dño vnicuique ſecundum opera eius:vt enim hoc quod impĕditur,poſſit eis prodeſſe poſt corpus, in ea vita eſt acquiſitum, quam geſſerunt in corpore. Breuiter,genere vitæ quod geſſit quiſque per corpus,efficitur vt poſſint vel non proſint quæcunque pro illo piè fiunt,quum reliquerit corpus.

Oramus pro oĩbus qui in ſigno fidei deceſſerunt. NEc tamen ideo,quia non omnibus proſunt hæc pietatis officia,nõ debemus pro omnibus, qui in ſigno fidei deceſſerunt,

ceſſerunt,orare. Nam(vt idem beatus pater ait)quum ſacrificia ſiue altaris,ſiue quarumcunque eleemoſynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur,pro valde bonis gratiarũ actiones ſunt,pro non valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis, etiam ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunque tamen viuorum conſolationes ſunt. Certè charitas Chriſtiana, virtus eſt mirè efficax & ampla, quæ ſe non cõtinet,quin & pro viuis & defunctis ſit ſolicita,ita vt commembra noſtra ex hoc ſeculo emigrantia, pia prece domino commẽdet: quam noſtram pietatem,charitatis fructum apud Deum,inanem eſſe quis dicere auſit? *Auguſt. ibidem.*

QVòd verò ſynaxeos ratio poſtulet,ĩ Miſſa potiſſimũ, animarum cõmemorationem fieri, Auguſtinus alibi declarat: Piorum,inquit, animæ mortuorum non ſeparantur ab eccleſia,quæ etiã nunc eſt regnũ Chriſti: alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Chriſti,quod tamẽ piè fieri quis dubitet? Rectè enim pro eis offertur corpus Chriſti,qui mẽbra ſunt Chriſti. Et quũ cõuiuium dñi,vnitas ſit corporis Chriſti,quis ab illius participatione animas piorũ excludat,qui membra ſunt corporis eius? *Augu. de anima & eius ori. li. 1. cap. 9. & ſeq. Idẽ ad Bonifa. epiſt 50. Ephe. 4. 5*

Vide verò quàm diligenter pietatem iſtam idem Auguſtinus lib. 9. Confeſſionum commendet, vbi reperies,quemadmodum pro Monica matre ſacrificium pretij noſtri obtulerit,quas preces fuderit,quantis præconiis pia Monicæ deſideria proſequatur. Illa, inquit, imminente die reſolutionis ſuæ,tantummodo memoriã ſui,ad altare tuum,ô Chriſte,fieri deſiderauit,cui nullius diei prætermiſſione ſeruierat, vnde ſciret diſpenſari victimam ſanctam,qua deletum eſt chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra,& quærens quod obiiciat,& nihil inueniens in illo in quo vincimus. Ad cuius pretij noſtri ſacramentum ligauit ancilla tua animam ſuam vinculo fidei: nemo à protectione tua dirumpat eam. Hæc ille. *Coloſſ. 2. Vincimus in Chriſto diabolum.*

Nec contentus, quòd ipſe parentes piis precibus domino cõmendaſſet,orat vt idem perpetuo faciant,qui ſua legerint. Inſpira,inquit,domine Deus meus,inſpira ſeruis tuis,fratribus meis,filiis tuis,dominis meis, quibus & voce & corde & literis ſeruio, vt quotquot hęc legerint,meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam eius cõiuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam: *Ibidem.*

Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce tranſitoria,& patrum meorum,ſub te patre, in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exitu vſque ad reditum, vt quod illa a me popoſcit extremum,vberius illi pręſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones quàm per orationes meas. Hactenus Auguſtinus.

Extrema poſtulatio Monicæ.

Augu. de cura pro mor. ca.4. & ſeq. Item ex animа & eius ori. li. 1. cap.9. et ſeq. Et ad vin. Vict. li.3. cap.11. In ench. c. 109. Canon.

POrrò duo ſunt quæ hic beatus pater requirit,vt ſupplicationes iſtæ ſpiritibus mortuorũ proſint. Primũ,vt fiãt recta fide ac pietate,vt ſcilicet verbis recordãtis & precantis affectus accedat,ſine quo nec externa ſupplicatio, nec exanimorũ corporum in qualibet ſanctis locis depoſitio, vllas ſuppetias animabus ferunt. Secundo, vt tales fuerint defuncti,qui quũ viuerent,vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Quorum,inquit,animas pietate ſuorum viuentium releuari,quum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt,omnino negandum nõ eſt. Quo fit vt in Canone non pro quibuſlibet, ſed tantum pro his qui nos præceſſerunt cũ ſigno fidei,& dormiunt in ſomno pacis,ſacerdos oret:Nam(vt Auguſtinus alibi ait)nec credendum,nec docendum, nec dicendum eſt ſacrificium Chriſtianorum pro iis qui nõ baptizati,de corpore exierunt, offerendum,ſed tantum pro eis qui membra ſunt Chriſti.

Aduerſariorũ calumnia detegitur. Canon explicatur. Canon omnẽ meriti humani præſumptionẽ excludit.

ADuerſarij itaq; iniuria calũniantur ac fingunt,orthodoxos dicere,ſe hoc ſacrificium etiam mortuis applicare, ſéq; illis remiſſionem culpæ & pœnæ,& quidẽ ex opere operato mereri,ſéq; mortuis liberationem à pœnis purgatorij ſuis meritis ac virtute polliceri. Nam in Canone nulla eiuſcemodi applicationis (maximè quæ ſine fide fiat) nulla meriti ſacerdotis,nulla pollicitaitonis humanæ mẽtio fit,ſed tota actio & oratio,ex fide & charitate ꝓficiſcens,ſoli indulgentiæ Dei innititur.& per Chriſtum dñm, omnia quæ petuntur,cõcedi deprecatur. Quin vt Canon omnẽ meriti humani preſumptionẽ excluderet oratione ſtatim ſubſequente (in qua iterũ pia ac religioſa ſanctorum cõmemoratio fit)ſic habet:Intra quorum nos cõſortium nõ æſtimator meriti,ſed veniæ(quæſumus) largitor admitte, per Chriſtum dñm noſtrum. Eccleſia ergo quemadmodũ pro viuis,ita & pro ſpiritibus defunctorũ ſacrificium mediatoris offert, id eſt paſſionem dñi Deo repræſentat,illóſq; pia oratione propitiationi

tanti

tanti ſacrificij ſemel oblati cōmendat, firmiſſimè credens, ꝙ hoc ſacrificiū in cruce oblatum, tum viuis, tum fide defunctis ad relaxationem proſit. Quod Innocentius 3. rectè ac grauiter ſic explicauit: Orat, inquit, pia mater eccleſia, non ſolū pro viuis, ſed etiā ꝓ defunctis, & eos ſacræ oblationis (nimirū in cruce factæ) interceſſioni cōmendat, certiſſimè credēs, ꝙ ſanguis ille precioſus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, non ſolū ad ſalutem viuentium, verumetiā ad abſolutionem valeat mortuorum. Quæ omnia in Concilio Cabilonenſi dubio procul diligentiſſimè expenſa ſunt, in quo inter alia ſic ſtatutū legimus: Viſum præterea nobis eſt, vt in omnibus Miſſarum ſolēnibus pro ſpiritibus defunctorum, loco competenti in eccleſia ad dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus, & pro quibuſlibet neceſſitatibus dominum deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in Miſſarum ſolennibus fundantur. *Inno. 3. de ſacro alt. myſte. ib. 4. cap. 5.* *Concil. Cabilonen. c. viſum. de cōſ. diſt. 1.*

VIdes quātis teſtimoniis, eccleſię vetuſtiſſimus pèrinde ac pientiſſimus ritus aſtruatur, quē ob ſolos abuſus malorum ſacerdotū hoc diuiniſſimum ſacramentū & Miſſæ myſterium ꝓphanantiū, ſugillari nō oportuit, multominus tolli. Fuerunt & diui Auguſtini, imò ſanctorū Apoſtolorū tempore, qui hoc ſacramēto ac ſacrificio abuterentur. Propterea tamen neq; ſacramento, neq; ſacrificio quid detractū eſt, ſed abuſus tantum dānatus eſt. Abuſum Corinthiorum damnat Apoſtolus. 1. Cor. 11. Abuſum ſimilem dānat Auguſtinus ad Aureliū de coercenda temulentia & cōtentione, ſcribēs, vbi ebrietates & luxurioſa conuiuia in templis, ac cœmeteriis, tanq̃ maximā fœditatem ac turpitudinē inſectatur, iubētq; vt oblationes ꝓ ſpiritibus dormientiū (quas verè aliquid adiuuare credēdum eſt) ſuper ipſas memorias nō ſint ſumptuoſæ, ſed omnibus petētibus ſine typo, & cū alacritate præbeantur, neq; vendātur. Sed ſi quis aliquid pecuniæ offerre voluerit, id vt in præſenti pauperibus erogetur. Quod ſi fiat, nec ſuperſtites deſerere videbuntur memorias ſuorum, & id celebrabitur in eccleſia, quod piè & honeſtè celebratur. Interim tamē eccleſię miniſtro, ſuo officio rectè ac piè fungēti, quod ſuum eſt, nō adimimus. Atq; hîc erat tenenda eiuſdem beati patris doctrina, qui in eadem epiſtola ſanctiſſimè conſuluit, eiuſcemodi malū auferendū nō aſperè, ſed (ſicut ſcriptū eſt) *Abuſus corrigendus, nō res pia mutanda.* *Augu. ad Aurel. de coercenda temulētia.* *Sacrificia pro mortuis quomodo offerenda.* *Ibidem.*

Galat. 5. in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis, non duriter, non imperioſo modo, ſed magis docendo quàm iubendo, magis monẽdo quàm minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercẽda eſt in peccato paucorũ. Et ſi quid minamur, id vt cũ dolore fiat, de ſcripturis cõminando vindictam futuram, ne noſipſi in noſtra poteſtate, ſed *Ibidem.* Deus in noſtro ſermone timeatur. Itaque (eodem Auguſtino authore) prius erãt monẽdi ſpirituales, vel ſpiritualibus proximi, quorũ authoritate & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cætera multitudo frangatur. Hæc ille. Cuius doctrinam & nos ſequuti in canonibus Concilij noſtri prouincialis ſub titulo de Euchariſtia, hoſce abuſus paulò latius indicauimus, & quod in nobis eſt correximus

Epilogus. EX his omnibus pius lector facilè deprehẽdet ſacrificij iugis rationem, quod eccleſia ad Apoſtolis acceptũ, toto terrarum orbe religioſe celebrat, non deſitura celebrare, donec Chriſtus redierit iudicare viuos & mortuos: facilè quoq; iudicabit, num aduerſarii rectè faciant qui hoc ſacrificium ab eccleſia auferre, & ſacerrimũ illum canonem diuini plenum myſterii Theonino dente lacerare, atque è medio tollere nitantur. Præterea num Chriſtiana erga orthodoxos charitate vtantur, qui ipſo nihil tale cogitantes, grauiſsimo crimine inſimulant, quaſi ſcilicet Chriſtum denuò crucifigãt, eiuſq; beneficium obſcurent. nimirum quòd (vt illi fingunt) oblationi in cruce factę, ſatisfactionem pro peccatis noſtris detrahant, ac ſuo operi aſſcribãt. Et vt cætera quæ de generali ſacrificij ratione attulimus, omittamus ſaltẽ, id locupletiſsimè nos oſtendiſſe credimus, in hoc eccleſiæ ſacrificio adeò nõ obſcurari beneficiũ Chriſti, vt eo potius quammaximè illuſtretur, ac q̃ latè pateat, pulcherrimè oſtendatur, exponaturque, expoſitũ deniq; & repræſentatũ oculis & auribus, ſumma quadã pietatis dulcedine ingeratur, ac demũ mente, per fidem & charitatem accedente, eximio ac incredibili cũ fructu capiatur. In quo argumẽto etſi vel prolixiores, vel ineptiores fuerimus, quàm ſuſceptæ inſtitutionis modus ferre videatur, ignoſcendum tamen nobis putamus, quibus hoc quammaximè in votis fuit, vt rem cognitu admodum neceſſariam, ſed hac tẽpeſtate ſumma cũ animarũ iactura, ac eccleſiaſticæ vnitatis ac pacis detrimento, mirè cõtrouerſam ac obſcuratam (quod in nobis eſt) expediremus. Quòd ſi aliqua ex parte factũ eſt,

In ſacrificio Miſſæ beneficiũ Chriſti quammaximè illuſtratur.

ſoli

ſoli Deo gratia:ſin ſecus,luculētiorem eccleſiæ diffinitionē (cui hæc omnia libenter ſubmittimus) ex animo optamus.

IAm ad ſuſceptæ inſtitutionis ordinē reuertamur.Cęremoniis itaque quæ circa ſacroſanctęEuchariſtiæ confectionē & diſtributionem totius eccleſię conſenſu adhibētur,aliqua ſaltem ex parte explicatis,nunc de virtute & efficàcia huius ſacramēti dicendum occurrit. Quanquam vero ex ſuperioribus ſatis ſupérque deprehendatur,quæ tāti ſacramenti vis & efficacia ſit, tamē quia hinc tota ſacramēti vtilitas pēdet, vt nō ſolum ſciamus quidnā ſit ipſum ſacramentum, ſed & quæ ſit cauſa inſtitutionis,& qui ſint eius fructus & effectus (Hoc enim ſolum nobis prodeſt, vt ſciamus quem fructum ex ſacramenti ſumptione capere debeamus) Idcirco quambreuiſſimè epilogi in mortem,inſtitutionis huius ſacramenti rationem & virtutem repetemus. *De virtute & efficacia ſacramenti Euchariſtiæ.*

Principalis ergo huius ſacramenti virtus eſt, vt qui ſumit hoc ſacramentū carnis & ſanguinis domini,ita cum ipſo cōiungatur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur, quemadmodum ipſe dixit:Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem,in me manet, & ego in illo. Perceptione enim huius ſacramenti,quæ recta fide fit,ipſum filiū Dei ſuſcipimus,ac Chriſti corpus & membra efficimur. Et quia Chriſtum ſuſcipimus, theſaurum illum percipimus, in quo omnia peccata remittūtur,in quo mors aboletur,in quo vita nobis cōmunicatur. Viuificat quidē Dei verbum,quēadmodum apoſtoli ſenſerunt, Domino dicentes: Domine, quò ibimus?verba vitæ æternæ habes. Sed non minus viuificat Chriſti corpus,omnipotenti verbo (à quo vniuerſa viuificantur)cōiunctum. Caro enim ſaluatoris verbo Dei(quod naturaliter vita eſt)coniuncta,viuifica effecta eſt. Ergo quādo eam in fide &charitate comedimus,tunc vitam habemus in nobis,illi carni cōiuncti,quę vita effecta eſt. Hæc de cauſa Chriſtus in exuſcitandis mortuis,non ſolum modo verbo vt Deus vtebatur,verumetiam carnem ſuam veluti cooperatricem adhibebat, ac tactu mortuos excitabat, vt oſtenderet corpus quoq; ſuū viuificare poſſe. Quòd ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur,quomodo nō viuemus qui carnem illam & guſtamus & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem ſuā participes ſui. Porrò oportuit vt nō ſolū anima per ſpiritū ſanctum in beatam vitam aſcenderet, *Cyril. in Ioan. Ioan. 6. Roma. 3. 1.Cor.1. Ephe.1.2. Ioan.6. Caro Chriſti viuificat. Cyrillus in concil. Epheſi. Matth.8. Marc.1.5 Luc.7.*

verumetiam vt rude atque terreſtre hoc corpus,cognato ſibi guſtu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur:nõ quidem vt qui corpus Chriſti ſumerẽt, iam ſtatim ne temporali quidem morte morerentur,ſed ne morerentur in æternum. Propterea quum dixiſſet Chriſtus. Qui manducat meã carnem & bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam:contiuò ſubiecit,Et ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die:vt habeat interim ſecundũ ſpiritum vitam ęternam in pace & requiæ conſcientiæ,ac tandem caro etiam eius vita æterna nõ fraudetur,nimirum reſuſcitanda in nouiſſimo die.

Augu. in Ioan tracta.26. Ioan.6.

VT autem quis contendat,caput Ioannis ſextũ de ſpirituali manducatione tantum intelligendum,quod tamẽ ſanctiſſimi patres etiam ad ſacramentalem manducationem cum fide coniunctam accommodare nõ dubitarũt, ſaltem is verba Chriſti,quibus hoc ſacramentum inſtituit ac porrigit, intueatur:quæ luce clarius oſtẽdunt quid nobis in hoc ſacramento Chriſtus exhibeat. Hoc(inquit)eſt corpus meũ quod pro nobis tradetur: Hic eſt ſanguis Noui teſtamẽti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Quibus verbis quid aliud Chriſtus teſtatur quàm ſe porrigere corpus ſuum pro nobis in ara crucis immolatũ, & ſanguinẽ in remiſſionẽ & abſolutionẽ peccatorum noſtrorum effuſum? Is ergo quẽ peccatorum ſuorum ex animo pœnitet,ſubindéque cõtrito & humiliato ſpiritu accedit,ſuauitérque recolit ac memoria recõdit,quòd pro ſe Chriſtus corpus ſuum tradiderit,& ſanguinem in remiſſionem peccatorum fuderit,atque ita demũ plena concepta fiducia hoc ſacramẽtum percipit,is(inquam) certum pignus remiſſionis peccatorum,immortalitatis & vitæ æternę,capit. Quo enĩ alio pignore Chriſtus de tãtis donis nos certiores reddere potuit, quàm impertitiõe ſui precioſi corporis,inæſtimabilis vtiq; theſauri, quo nos ſibi tãquam membra adiũgit,vt vbi ipſe ſit,illic& nos ſimus. Quẽadmodum Hilarius dixit, Hęc ſacramenta ſuſcepta facere, vt & Chriſtus in nobis,& nos in Chriſto ſimus. O ineffabilem Dei benignitatem,ô ſuauiſſimum ſummi Dei erga nos amoris pignus & teſtimonium,quod Chriſto nõ fuit ſatis,ſe pro nobis in mortem tradere:niſi & ſe nobis daret in cibum vt in eo ſaluati & innouati,ex eo etiam tanquam ſolido cibo viuamus ac grandeſcamus,atque adeò in eum cõuertamur, ab eo nunquam ſeparãdi,quemadmodum pientiſſimè Auguſtinus in per-

Caput Ioan.6.

Matt.26. Marc.14. 1.Cor.11

Euchariſtia certũ pignus vitæ æternæ Ioan.12.

Hilarius.

in perſona Chriſti: Cibus (inquit) ſum grandium, non tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. *Auguſt.*

Vide vero quãti & quàm mirifici fructus hunc principalem Euchariſtię finẽ conſequantur. Nam in primis, qui per fidem intelligit, quomodo Chriſtus ſe totũ ei impartiat, & ineffabili charitate adiungat, is nõ poteſt non viciſſim ſe totum Chriſto conſecrare. Initio ergo quammaximè cauendum ducet, ne iam factus templum Chriſti, corpus ſuum & animam corpori Chriſti iam coniuncta, rurſus inquinet, polluat, ac peccatis proſtituat. Neſcitis (inquit Apoſtolus) quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo mẽbra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum. Quæ enĩ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem cõuentio Chriſti ad Belial? Deinde curatis, vt cui Chriſtus iam factus eſt cibus, ipſe rurſus cibus Chriſti mundus inueniatur: id eſt, vt voluntati Chriſti ſe totum accõmodet. Sic enim Chriſtus cibatur. Hi vero tam inſignes ſacramenti fructus quammaximè in ſanctis Dei eluxerunt, qui non tantum ab omni pollutione corporis & animę ſe cõtinuerunt, ſed & reciproco amore propter Chriſtum corpora ſua immanibus tormentis tradiderunt, ne mortibus quidem truculentiſſimis ab illo dimobiles. Vt vnum vel alterum exẽplum afferamus, Ignatius ille martyr egregius ad beſtias damnatus, ardore martyrij in hæc verba prorupit: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarũ molar, vt panis Chriſti mundus inueniar. Ignes, cruces, beſtię, diſcerptiones mẽbrorum ac totius corporis pœnæ, & omnia in me vnũ ſupplicia, diaboli arte quęſita, cumulentur, dummodo Ieſum Chriſtum merear adipiſci. Et ne eandem conſtantiam in ſexu fragili deſideres, Agnes virguncula, necdũ tertium decimũ ętatis annum egreſſa, vide quàm ardet & ęſtuat, quàm fortiter de carne, mundo & diabolo triũphat, huius precioſiſſimi theſauri virtute: Diſcede (inquit ad tyrãni filium fœda libidine æſtuantem) à me fomes peccati, nutrimentũ facinoris, pabulum mortis: Diſcede à me, quia iam ab alio amatore pręuẽta ſum. Et poſt pauca: Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi, iã amplexibus eius caſtis aſtricta ſum, iã corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas, cuius odore reuiuiſcunt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cuius opes

Fructus qui hunc Euchariſtiæ finem comitantur.

1. Cor. 6. *1. Cor. 10* *2. Cor. 6.* *Ioan. 4.* *Ignatius.* *S. Agnes* *Amb. in vita Agnetis.*

nunquam deficiunt, cuiuſque diuitiæ nõ decreſcũt,ipſi ſoli
Laurẽt' us ſeruo fidem,ipſi me tota deuotione cõmitto. Quid Lauren-
Aug. in Ioan. tra-ēta.27. tius? Nunquid non is tibi bene ſaginatus fuiſſe videtur hac eſca,& illo calice probè inebriatus? qui pro illius dulcedine immaniſſima tormenta non ſenſit. Mãſit in Chriſto vſq; ad tentationem, mãſit vſque ad tyrannicam interrogationem, manſit vſque ad acerrimam cõminationem,manſit vſque ad peremptionem Parum eſt, vſque ad immanẽ excruciationẽ manſit. Nunquid hic tibi temerè dixiſſe videtur ad Sixtũ iã morti addictum? Quo progrederis ſine filio pater,quò ſacer dos ſancte ſine diacono properas? Tu nũquam ſine miniſtro ſacrificiũ offerre conſueueras. Quid in me igitur diſplicuit paternitati tuæ? nunquid degenerem me probaſti? experire certè vtrũ idoneũ miniſtrum elegeris,cui cõmiſiſti domini-
Cyprian. ci corporis & ſanguinis diſtributionẽ? Certe Cyprianus teſtatur: Ab hoc ſacramento ne eos quidẽ,qui inter illius tẽpeſtatis perſequutionũ procellas lapſi eſſent,ſi tamẽ iam Chriſti nomen fortiter confiterentur,ſecludi,idque propterea,vt quos excitamus(inquit)& exhortamur ad prælium,non inermes & nudos relinquamus,ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus. Et quum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela,quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus,munimẽto dominicæ ſaturitatis armemus.
Ibidem. Et poſt pauca: Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium,qui ab eccleſia non armatur ad prælium, & mens deficit, qui nõ te-
Berna.in Pſal. qui habitat, ſer.3. cepta Euchariſtia erigit & accendit. Hæc ille. Nos ergo martyribus tãto inferiores,ſi tãtum robur de nobis polliceri nõ audemus,ſaltẽ hunc fructum ex Euchariſtię perceptione referre oportet,vt deinceps omnia peccatorum inquinamenta
Cypri. de cœna Domini. horreamus.& omnis ſapor delectamentorum carnalium nobis ſit quaſi rancidum,radénſque palatum acutæ mordacitatis acetum.Solus verò Chriſtus nobis ſapiat, vt ſcilicet nihil aliud ſtudeamus quàm eius paſſionibus communicare , & eam conuerſationem imitari, quam ipſe geſſit in vita.

Aug. de ſacr. fide. ET quo magis huius ſacramenti virtus illuſtretur,ad cæterorum etiam ſacramentorum efficaciam cõferẽda eſt. Sub baptiſmum quum exorcizamur,quaſi molimur:quando baptizamur,quaſi conſpergimur:quando ſpiritus ſanctificationem accipimus(quod in confirmatione fit) quaſi coquimur:at in hoc ſacramẽto Chriſti panis efficimur. Item in baptiſmo

ptiſmo omnis peccati reatus tollitur, chirographum dãnationis noſtræ deletur, & ea gratia nobis cõfertur, ne amodo nobis concupiſcentia, ſi volumus, noceat. In cõfirmatione, aduerſus concupiſcentiam armamur. ſed tamen ipſius cõcupiſcẽtiæ fomes non aufertur. Hic fomes, ſi rurſus (vt ſolet) efferis motibus ebulliat, & vel incogitantes vel non reſiſtentes in peccatum prçcipitet, poſt priora illa duo ſacramenta (quæ nõ iterantur) altera ſupereſt poſt naufragium tabula, nimirum pœnitentia, efficax cõtra peccatum medicina, qua Deus lapſis peccatorib⁹, ad ſe per fiduciã miſericordię (quę eſt in Chriſto Ieſu) ex toto corde conuerſis, peccata iterum cõdonare paratus eſt. Sed nunquid etiamnũ poſt condonata peccata per pœnitentiam infirmitas carnis tota tollitur? Nequaquã, ſed manet adhuc idem ille fomes, manet in carne cõcupiſcentia, quę nos rurſus ad malum incitare pergit, atque adeò nunquã interquieſcens hoc agit, vt & ſi in hoc corpore ſine crimine, non tamen ſine peccato eſſe poſſimus. Interim nec mundus nos deſerit, ſed circunſtans, ad malũ ſolicitare nũquam deſinit: diabolus quoque quo magis nos de vita in melius commutanda ſolicitos videt, tanto acrius contra nos bella parat ac inſtaurat, atque nõ aliter quàm leo rugiẽs circuit, quærens quẽ deuoret. Ergo vt aduerſus perpetuos iſtos ac ſęuiſſimos hoſtes partim domeſticos, partim externos (cũ quibus nobis tota vita belligerandum eſt) fortiter conſiſtamur, noua ſemper ope, nouis ſuppetiis ſubinde eſt opus, quę eſt gratia huius ſacramenti Euchariſtiæ ſacroſanctę. Hæc enim fomitem mirificè temperat ac reſtinguit, & quo minus grauioribus peccatis ſolicitãte carne, mundo, ac diabolo, cõſenſum prębeamus, prohibet, minora verò peccata omnia diluit. Hæc mundum, & quæ in mundo ſunt, omnia pro Chriſto, veluti ſtercora, cõtemptibilia facit. Hæc fortiorem illum athletam, nempe Chriſtum, introducit, qui fortem armatũ, arcem animi noſtri præoccupantem (nimirum diabolũ) ſuperueniens vincit, vniuerſaq; arma in quibus cõfidebat, aufert, & ſpolia diſtribuit. Non inſcitè Bernardus: Si quis (inquit) ex nobis non tam acerbos ſentit iracundiæ, inuidę, luxuriæ, & eiuſcemodi criminũ motus, gratias agat corpori & ſanguini dominico, & gaudeat quòd peſſimum vlcus accedat ad ſanitatem. Ergo per baptiſmum abluimur, per confirmationem roboramur, per pœnitentiam relapſi mundamur.

Confirmatio. *Pœnitẽtia* *Ezech. 33* *Augu. in ench. cap. 64* *1. Ioã. 2. 3* *Luc. 11.* *1. Petr. 5.* *Bernar. i ſer. de cœna Domini.* *Luc. 11.* *Ibidem.*

Euchariſtia animæ medicina efficaciſsima Sed per Euchariſtiam, intus latentis morbi & perpetuę infirmitatis noſtræ cõſcij medicamur, ac dulciter reficimur & cõſummamur, deniq; aduerſus omnes peccati, mundi ac diaboli inſidias roboramur ac ſubſtẽtamur fidei & charitatis augmẽto. Quis ergo nõ videt quàm indigeamus hoc ſacramẽto per totam vitã, qui in carne peccati inter tot mũdi & *3. Reg. 8.* diaboli inſidias cõmemoramur, ab hoſtib⁹ illis nunquã tuti aut ſecuri? Et quis tandẽ ex nobis eſt, qui nõ aliquando peccet, qui non labatur? Iteratur ergo (vt inquit Auguſtinus) quotidie hæc oblatio, quia quotidie peccamus, peccatis, ſiue quibus mortalis infirmitas conſiſtere nõ poteſt. Et quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus myſticè immolatur ꝑ nobis. *Aug. ad Ianuariũ.* dedit enim nobis hoc ſacramẽtum ſalutis, vt (quia nos quotidie peccamus: & ille iam mori non poteſt) per hoc ſacramẽtum remiſſionem conſequamur. Adeamus igitur Chriſtum *Roma. 6.* *Matt. 11.* ſinguli, qui laboramus, qui onerati ſum⁹, qui ægrotamus, q̃ tentationũ ꝓcellis quatimur ac iactamur. Ad præſens illud *Pſal. 54.* remedium nobis propoſitum properemus. Ei (qui & virtus *Coloſſ. 2.* & refugum noſtrũ eſt & adiutor in tribulationibus) nos magna cum fide copulemus, atque adeò virtutem in corpore & ſanguine eius ſitam (qua oẽs poteſtates inimici fortiter debellauit) in viſcera noſtra traiiciamus. Nam ſi qui fimbriam *Luc. 8.* *Chryſoſt. in Matt. homi. 26.* veſtimenti eius tetigerũt, rectè omnes conualuerunt: quanto magis corroborabimur, ſi totum illũ in nobis habeamus? Sedabit ille in nobis ſæuientem membrorum noſtrorum legem, perturbationes animi extinguet, morbos omnes depellet, ab omni caſu nos eriget, & inimici poteſtate deuicta, ad veram pietatem cõcitabit, atque adeo in ſeipſum nos transformabit. Hic eſt ergo prĩcipalis finis huius ſacramẽti, nẽpe vt Chriſto incorporemur, dẽq; remiſſione peccatorum & futura gloria, tanquã pignore quodã certi reddamur, ac veluti viuificatrice quadã medicina ſanemur, reficiamur, erigamur, conſolidemúrque. Atq; hæc omnia Chriſtus ſignificare voluit hiſce verbis: Accipite & cọmedite, hoc eſt corp⁹ meum, quod pro vobis tradetur. Accipite meam carnem, in remiſſionem peccatorum pro vobis traditam, & manducate: manducantes, in me transformamini, & valedictis omnibus terrenis cupiditatibus, in me manete, & ego in vobis.

Principalis finis huius ſacramenti.

Matth. 6 *1. Cor. 11.* *1. Cor. 11.*

Secundus Euchariſtiæ finis. SEd quid ille ſubiungat, videamus: Hoc facite (inquit) in meam commemorationem. Ad hoc, inquit, ſacramentũ iſtud

iſtud vobis relinquo, vt ſcilicet non tantum corpus & ſanguinem meum mãducetis ac bibatis. ſed & vt tanti beneficij (quod veſtri cauſa moriens vobis impetraui) nẽpe remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ ſemper memores ſitis, & ſemper ad gratiarum actionem cõuertamini, prædicantes & annunciantes mortem domini veſtri pro vobis occiſi, idq; tantiſper donec veniat. Hic eſt ergo huius ſacramenti proprius vſus, quod & ſuprà attigimus) vt manducantes & bibentes corpus & ſanguinem domini, in æterno cordis gaudio ſumma cum laude cõmemoremus, annũciemus prædicemus corpus Chriſti pro nobis traditum, & ſanguinem eius in cruce in remiſſionem peccatorum noſtrorum effuſum, vtque confiteamur hoc eſſe vnicum pretium redemptionis animarũ noſtrarum, ſicut Paulus ait: Empti enim eſtis precio magno, exultate & portate Deum in corde & corpore veſtro. Idque facere nos oportet donec veniat, vt rediens ad iudicandum viuos & mortuos, inueniat nos facere, quod ipſe à nobis diſcedens, vt faceremus, inſtituit. *Proprius vſus huius ſacramenti.* *1. Cor. 6.*

POſtremo (quod & ſuperius ſatis declaratum eſt) nemo ignorat hoc ſacramentũ inſtitutum eſſe, vt ſit efficax ſignum eccleſiaſticæ vnitatis & fraternę charitatis, extra quam nemo ritè accipit hoc ſacramentum. Hoc nimirum eſt quod dixit Apoſtolus: Quoniã vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Myſteriũ ergo pacis & vnitatis noſtrę (vt inquit Auguſtinus) Chriſtus in menſa ſua cõſecrauit, & per hunc cibum & potũ ſocietaté ſui corporis & membrorũ ſuorum intelligi voluit, quæ eſt eccleſiæ vnitas. Qui ergo eſt in eius corporis vnitate, id eſt in Chriſtianorum cõpage membrorũ, ipſe verè dicendus eſt manducare corpus Chriſti & bibere ſanguinem Chriſti. Ac per hoc hæretici, & ſchiſmatici ab huius corporis vnitate ſeparati, poſſunt quidé idem percipere ſacramẽtum, ſed nõ ſibi vtile, imò verò ſibi noxium accipiunt enim id in teſtimonium cõtra ſe, qui non ſunt in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur ſacramento: diuiſioné enim quærunt, cũ panis ille cœleſtis indicet vnitatem. Vna méſa omnibus eſt propoſita, idem cibus porrigitur, nõ diuiti amplius, nõ pauperi minus, ꝙ Chriſtus omnes æqualiter vocarit, idq; in ꝓpatulo fit, vt ſcilicet nos vnum corpus agnoſcamus, & mutua charitate complectamur. O ſacramentum pietatis, ô ſignum *Tertius finis huius ſacramentis.* *1. Cor. 10.* *Auguſt. c. quia paſſus. de conſec. diſt. 2.* *Aug. de ciui. Dei. lib. 21. cap. 25.* *Aug. de ſacr. fide.* *Chry. to. 4. ho. 51. in Matt. homil. 33.* *Aug. in Ioan.*

vnitatis,ô vinculum charitatis. Cõmendatur itaq; hoc ſacramentum(quod & ſuprà attigimus)in eiuſmodi rebus,quç ad vnum aliquid rediguntur: ex multis enim granis vnus panis cõficitur,ex multis racemis vinũ confluit, vt participatione huius ſacramenti inter alia admoneremur gratiæ Chriſti, vt & nos vnum ſimus,nos diligendo, vnã tenendo fidem,vnam ſpem,indiuiduã charitatem. Nec dubiũ eſt, quin hoc ſacramétum hac charitaté in nobis efficiat, modò vt debet ſumatur. Vide(inquit Cyprianus)quid agant hoc ſacraméto ſaturati,intellige quæ loquãtur,quàm ſancti odoris ſit quicquid illa eructat gratiæ plenitudo,verbum bonum,mores compoſitos,affectus pudicos,ſenſus pacificos, ita vt poſt odoramenta iſta, gratiæ huius comparticipes, diſcurrant,& mutuis ſe ad inuicem affectibus complectantur. Et quibus vnus eſt panis,vnum eſt corpus,& omnium vnum cor & anima vna,vni Chriſto adhęrés,&c. Certè hi ſunt fructus,quos in nobis Euchariſtiæ perceptio gignere debet: hi fines, propter quos à Chriſto inſtituta,& veluti vltimum memoriale relicta eſt.

Cypri. de cœna Domini.

De affectu accedentium.

DE affectu quo ad altare accedédú eſt,quid attinet plura dicere? Nam quem hunc eſſe oporteat,& in Canonibus concilij noſtri puincialis,licet ſuccinctè,& ſuperius latè docuimus. Paulus Apoſtolus acceſſuros ſic cõmonefacit: Probet (inquit)ſemetipſum homo,& ſic de pane illo edat,& de calice bibat. Acceſſuro itaq; ad hoc cœleſte conuiuium,ad hanc magnã cœnã regis æterni,incumbit,vt ſe primũ excutiat,vt conſcientię ſuæ cõplicatam rationem euoluat,vt infirmitaté & peccatũ ſuum agnoſcat,vt de peccatis pœniteat,ſecũ reputans q̃ graue ſit cõmiſſum ob quod expiandum,ChriſtusDei filius in mortem tradere ſe nõ dubitauit, & ſi quid eſt criminis quod cõſcientiam grauat,id vt ſacerdoti,Chriſti vice patefaciat,atq; ea ſarcina per verbum abſolutionis (quod nõ ſacerdotis,ſed Chriſti eſt)ſe exoneret,vt deniq; voluntaté deinceps peccandi deponat. In primis auté omnem ſimultaté, ſi quam cum proximo habet, animo eximat, atq; etiam cum eo,quantũ in ſe fuerit,in gratiam redeat. Hãc ſanè præparationé præcedere oportet. Quãdiu enim homo peccatũ & infirmitaté ſuam nõ ſentit, ineptus eſt ad participandu hoc ſacramentũ,quod interioris hominis eſuriem quærit. Eſuriem quidé,de qua dictum eſt: Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiã: non quã ſibi facit homo,ſed quã dat Deus. Planè inepti ſunt, qui

1.Cor.11.

Primo requiritur excutio cõſcientiæ.

Roma.3.

In primis omnis ſimultas deponenda.

Præparatio.

Augu.in Ioã. trac. 27.

qui ignorantes Dei iuſtitiã,& ſuam volentès conſtituere,iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti, qualis fuit ille ſuperb⁹ phariſæus, Non enim bene habentibus (hoc eſt ſe iuſtos & ſine peccato præſumentibus)opus eſt medico,ſed male habẽtibus Excluditur ergo ab huius ſacramẽti virtute,& qui de ſe præſumẽs, reſolutus cum nauſea accedit, & qui impœnitens animo impuro & charitate vacuo accedit.indignè certè accepit,qui tũc accipit quum debet agere pœnitẽtiam.ergo prius ſe iudicet, & ſeueritate pœnitentiæ ſe exerçeat,vt à ſeipſo iudicatus,nõ iudicetur à Deo.ceſſat enim vindicta diuina,ſi cõfeſsio præcurrat humana. Nullus Iudas,nullus Simon hanc menſam adeat pacis enim ſacramentum inquiſitioni pecuniarum & ſimoniæ nõ conuenit. nullus immiſericors, & nullus impurus accedat,nullus communicet,niſi ex diſcipulis ſit:alioqui ſibi iudicium manducat & bibit,nõ quia malum accipit,ſed quia bonum malus male accipit. Habentẽ enim adhuc volũtatem peccãdi magis Euchariſtiæ perceptione grauari, quàm purificari cõſtat. Rurſus,ſi mens cuiuſpiam de cætero peccãdi nõ habeat voluntatem,nec mortalibus criminibus prægrauetur (nimirum talibus quæ iudicio ſacerdotis per pœnitentiã vel publicam vel ſecretam prius expiari oportuit)is confidens de domini miſericordia(qui peccata piæ confeſsioni donare cõſueuit)accedat à Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Quòd ſi peccatis quotidianis, non tamen mortiferis, adhuc morderis,antequam ad altare accedas,attende quid dixeris : nempe dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis,dimittetur tibi,ſecurus accede, panis (nimirum cæleſtis)non venenum eſt,ſed vide ſi dimittis:Nã ſi non dimittis,mentiris,& ei mentiris quam non fallis. Mẽtiri Deo potes,Deum fallere non potes,nouit ille quid agas, intus te videt,intus te examinat,intus inſpicit, intus iudicat, intus aut dãnat aut coronat. Breuiter, qui ſpiritualiter manducare vult, videbit ne ſine veſte nuptiali ſe ingerat, ſed innocentiam ad altare portet, euangelicæ parabolæ memor, quam Matthæus cap.22.deſcribit.

Matt.5. Rom.10. Luca.18. Matth.9 Chry. to. 4.hom.6 Auguſt. 1.Cor.11. Chry.ho. 51.ĩ Mt. Aug.tra. 26.ĩ Ioã. 1.Cor.11. Aug. de eccle.dog. cap.53. Pſal.31. Pſal.138.

SEcũdo,vt dignè capias,fides accedere debet. Vt quid(inquit Auguſtinus) paras dentes & ventrem? crede etiam & manducaſti. Credere enim in eum, hoc eſt manducare panem viuum; qui credit in eum,manducat eum. Fide ergo opus eſt, qua ſumens credas, non tantum veritatem corporis

Secũdo accedere debet fides Auguſt. Qua fide opus ſit.

& ſanguinis dñi in Euchariſtia, ſed & credas ac ſentias ꝑ redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu, tibi gratis remitti peccata, qua Chriſtum veluti adhuc in cruce pro te pendentem, téq; ſanguine ſuo in remiſſionem criminum, aſpergẽtem in-
Auguſt. tuearis, & hoc ſacrificium pro te ſemel immolatum ſumma cũ
Chryſoſt. laude ac prædicatione proſequaris, qua intelligas, te veluti è manu Chriſti, corpus eius pro te traditũ, & ſanguinem in remiſſionem peccatorum tuorum effuſum ſumere, vt non aliter ſis affectus, ac ſi dominũ Ieſum præſentem videres, proindéque carnem illam, quam tibi Chriſtus ad ſalutem dat, prius a-
Augu.in dores quàm manduces. Breuiter, ea fide imbutus eris, qua in
Pſal. 98. cauſas inſtitutionis & fines huius ſacramẽti diligenter reſpicias, eadẽmque fide, fructus tam mirificos (quos ſuprà retulimꝰ) capias ac indiſpicaris, adeptis vero rurſus in proximi tui
Ioan.15. commodum vtaris, inſequens & præceptum & exemplum domini tui, qui ait: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inui-
Qui di- cẽ, ſicut dilexi vos. Maiori certè dilectione nos proſequi il-
gnè hoc ſa- le nõ potuit, quàm vt animam ſuam poneret pro nobis. Qua
cramento ergo dilectione & nos oporteat proximos noſtros commem-
cõmunicet bra noſtra cõplecti, videmꝰ. Qui hac viua fide accedit, iis de-
Augu.in mum quotieſcunque corporis dñi communicat, mortem dñi
Ioã.tract. annuntiat, & corpus domini ſecundum apoſtolicam iuſsio-
26. nem diiudicat, referens fructum permanentem in vitam æter-
Grego.li. nam. Qui hac fide vacuus accedit, foris quidem mãducat, nõ
dialog.4. intus: premit dente, nõ capit mente. Sumit quidem is veram
Mãduca- Chriſti carnem & ſanguinem, ſed eſſentia, nõ ſalubri efficiẽ-
re corpus tia: ſacramentum accipit ſed vitam Chriſti non accipit. Ad
domini iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus dñi.
quid. Hoc eſt enim (vt idem ſæpius repetamus) manducare illam e-
Au.i Ioã. ſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum ma-
tract.26. nentem in ſe habere: ac per hoc qui non manet in Chriſto &
Manduca in quo non manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpi-
re ſpiritua ritualiter eiꝰ carnẽ, nec bibit eius ſanguinẽ, licet premat dẽ-
liter. tibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ſed magis
Mãduca- tãtę rei ſacramentũ ad iudicium ſibi manducat & bibit, quia
re ſacra- immũdus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramẽta, quę ne-
mẽtaliter. mo dignè ſumit, niſi qui mundus eſt. Beati enim mundo cor-
Matth.5. de, quoniam ipſi Deum videbunt. Ergo priuſquam accedat,
1.Cor.11. probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Itidẽ poſtquã ederit, & biberit, ꝓbet ſemetipſum an di-

gnè &

gnè & cum fructu hoc ſacramento ſit vſus:id quod hinc intelliget,nimirum ſi ſenſerit cor ſuum hoc cibo viuifico ab operibus mortuis repurgatum, ea charitate inardeſcere, vt & inimicos odiſſe deſinat,atque adeò experiatur ſe nunc ad omnia charitatis officia proximo impẽdenda paratum ac prõptum eſſe, ſeque in rebus primi afflictis non ſecus ac propriis moueri. Nullum enim eſt certius teſtimonium,nos hoc ſacramẽtum dignè ſuſcepiſſe, quàm quum ſentimus poſt ſumptum ſacramentum officia illa charitatis cum magno virtutum prouentu in nobis elucere. Id quod & Petrus Apoſtolus innuit,quum ait: Satagite fratres, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Quòd ſi quis nõ ſentiat hos affectus poſt ſumptam Euchariſtiam, ſed magis contrarios,vel qui non præſto ſunt hæc charitatis officia,adhuc cęcus eſt & manutentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum : cui hoc ſolum ſupereſt, vt ſedulo oret patrem cœleſtem, quo miſerum pectus prauis iſtis affectibus expurget,& panis illius ſuperſubſtãtialis guſtum ingeneret. Tantum de affectu accedentium dixiſſe ſuffecerit. *Certiſſimũ ſignum digni ſacramenti.* *2. Petr. 1.*

MInister huius ſacramenti, vniuerſalis eccleſiæ cõſenſu ſacerdos eſt, qui pro Chriſto legatione fungitur, & à Chriſto miniſterium reconciliationis accepit, qui etſi malus ſit,nihilo ſecius tamen corpus & ſanguinem domini conficit & impertit. Nihil enim à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris: ſiquidem credendum eſt quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur: ſicut ipſe eſt quĩ baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum ſuam efficit carnem & ſanguinem. Non ſacerdos, ſed ſpiritus ſanctus eſt qui viuificat,qui vnus idémque in tota eccleſia inuiſibiliter ea myſteria & operãdo ſanctificat,& ſanctificando benedicit. Ergo diuina ſolummodo eſt hæc virtus ſiue poteſtas, nõ humanæ efficaciæ: vt non ſit mirum, ſacramentum nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliari, nec malorum attenuari quanuis interim malus miniſter ad iudicium & condemnationem ſuam tanto miniſterio fungatur. *Augu. de corp do. contra cathol. 1. q. 1.* *2. Cor. 5.* *Matth. 3.* *Marci. 1.* *Lucæ. 3.* *Ioan. 1.* *Gregor.*

Pœnitere quid.

VT à ratione vocabuli auſpicemur, pœnitere grammaticis ſignificat, diſplicere quod antè placuit, nō ſine interno animi dolore.

Deus quo modo pœnitere dicatur.

Quod autem ſcriptura interdum Deum alicuius rei pœnitere dicit, manifeſtus tropus eſt, quo ſignificatur, Deum non humano quidē more pœnitere, quaſi ſcilicet dolore aliquo tangatur, ipſique, quadam affectus mutatione diſpliceat, quod placuit prius, quum ſcriptum ſit: Ego Deus, & non mutor. *Mala.3.* Sed quemadmodum homines, quos cuiuſpiam rei pœnitet, de re mutanda ſoliciti ſunt, atque etiam quo ad poſſunt, mutant: ſic quum Deus mutat ſemel ſtatuta vel facta, ad humanum morem pœnitere dicitur, quod tale faciat, quale faciũt pœnitentes, quemadmodum Geneſ.6. legimus, Deum pœnituiſſe quòd hominem feciſſet in terra. Nam eo loco Deus iuſto Noë declarat, quo pacto hominem, quem ad incolendum terram plaſmauerat, rurſus de terra ob eius malitiam per diluuium perditurus foret. Itidem 1.Reg. 15. refertur, dominum pœnituiſſe quòd conſtituiſſet Saul regem: quo ſignificatur, Deum velle regnũ, quod ſua diſpoſitione prius Saul regi detulerat, in alium meliorem transferre.

Nō pœnitere Dei.

Econtrario, non pœnitere Dei, eſt ſemel ſtatuta nullo modo mutare, vt eſt illud in Pſalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. *Pſal.109.* Quo declarat, ſacerdotium Chriſti perpetuum & immutabile fore. Sed relicto tropo, de pœnitentia, quæ propriè in hominem cadit, videndum eſt.

Verbũ pœnitere latiſſimè acceptum.

PRincipio itaq; verbum pœnitere, latiſſimè acceptum, ſignificat non tantum propter erratum, ſed propter rem quamcunq; dolere, quam velimus aliter actam eſſe, vel aliter ſe habere, nullo interim habito iuſti aut recti reſpectu. Quēadmodum ſunt, quos pœnitet opes ſuas diuiſiſſe pauperibus, aut eas tumultuario mentis impulſu, nō iudicio perpetuo eccleſiæ contuliſſe, quæ vellēt reuocatas: è quorum numero Ananias & Saphira fuerunt: & generatim ſic pœnitent omnes, qui ſecundum ſeculum triſtantur, quorum triſtitia non pœnitentiam in ſalutem ſtabilem, ſed mortem operatur, de quibus dictum eſt in Euangelio, quòd à ſolicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur.

Ambr. de pœ. lib. 2. cap. 9. *Act.5.* *2.Cor.7.* *Luc.8.*

Secundò

SEcundò, vocabulum pœnitētiæ accipitur ſtrictius, nempe pro dolore qui ob crimē perpetratum aut erratum cōmiſſum cōcipitur. Secundum quam ſignificandi rationē, pœnitentia more ſcripturę in veram & falſam ſeu fictam diuiditur. Vt autem vera à falſa rectè diſcerni poſſet, veteres veræ pœnitentiæ tres partes numerarunt, Cōtritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem. Rurſus veram pœnitentiam duobus ſpeciebus cōtineri conſtat, Interiori & exteriori. Exterior iterum in publicā & priuatam ſcinditur. Sunt qui publicam iterū in ſolennem & ſimpliciter publicā ſecent. Sed hęc vltima publicæ pœnitentiæ diſcriminatio magis rituū publicæ pœnitentiæ differentiā, quàm diuerſas pœnitentiæ ſpecies denotat. Hæ tamen omnes exterioris pœnitētiæ ſpecies vt fructuoſæ ſint, interiorem pœnitentiā præſupponūt. Interim cōſtat illius exterioris pœnitētiæ, quæ propriè ſacramentum eſt, (de qua poſtea dicemus) vim ꝓpemodum totam in abſolutione cōſiſtere. Quę omnia quàm poterimus breuiter exponere conabimur, allaturi, vt ſperamus, haud parū luminis, non tātum ei rei quæ præ manibus eſt, ſed etiam veterum eccleſiæ patrum de pœnitentia ſententiis ac ſcriptis. *Diuiſio.* *Tres partes pœnitentiæ.*

ORdiemur ergo à veræ pœnitētiæ deſcriptione, quę ſanè nihil aliud eſt ꝙ conuerſio hoīs ad Deū, quę tum fit ac peragitur, quum peccata quæ vel in nobis experimur, vel cōmiſimus, ꝓpter Deum, ex animo nō ſine graui animi dolore odimus cum voto ac ꝓpoſito deinceps non peccādi, ſed vitā in melius cōmutandi. Tres autem ſunt huius pœnitētiæ actiones, ſi diuo Auguſtino credimus, in eccleſia viſitatę. Vna eſt, quę nouū hominem parturit, donec per baptiſmū omniū præteritorum ablutio peccatorū fiat: hoc agitur ante baptiſmum. Nullus enim qui ſuæ voluntatis eſt arbiter niſi pœniteat eum veteris vitæ, nouā inchoare poteſt. De hac dixit Apoſtolus Petrus: Agite pœnitentiā, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū in remiſſionem peccatorū. Altera eſt actio pœnitētiæ poſt baptiſmū, quæ fit pro illis peccatis quæ legis decalogus continet, de qua loquutus eſt Apoſtolus Paulus: Timeo ne iterū quum venero ad vos, humiliet me Deus apud vos, & lugeā multos ex his qui antè peccauerūt, & non egerūt pœnitētiā ſuper immūditia & fornicatione & impudicitia quā geſſerūt. Eſt & pœnitentia bonorū & fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita *Deſcriptio veræ pœnitentiæ.* *Augu. ad Seleu. de bap. & pœniten.* *Acto. 2.*

noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Illa vtiq; quæ humanæ fragilitati,quanuis parua,tamen crebra ſubrepunt: quæ ſi collecta cōtra nos fuerint,ita nos grauabunt & opprimentt,ſicut vnum aliquod grāde peccatum.Nihil enim intereſt ad naufragium,vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim, ſubrepens aqua in ſentinam & per neglgentiā derelicta atq; contempta, impleat nauem atq; ſubmergat.In dies itaque orantes,Dimitte nobis debita noſtra,manifeſtamus habere nos, quod nobis dimitti poſtulemus,atque in his verbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non ceſſamus.

Quotidiana pœnitentia.

INuenti ſunt autem hæretici,qui primam tātum pœnitentiæ actionem ante baptiſmum cōcederent: pœnitentiam vero poſt baptiſmū,penitus negaretur: à Nouato authore Nouatiani dicti, qui & Cathari, quorum impietatem noſtris tēporibus phanatici Anabaptiſtæ renouare conati ſunt. Hos nō difficile eſt apertiſſimis ſcripturę teſtimoniis & exemplis innumeris refellere. Quid enim eo teſtimonio fortius, quo Deus apud Ezech.ca.33.addito etiam iureiurando, hos hæreticos impiè mentiri apertiſſimè pronuntiat: Viuo ego,dicit dn̄s,Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt cōuertatur & viuat.Per ſeipſum iurat Deus(per maiorem enim ſe iurare non poteſt)ſe nolle mortem peccatoris,quin potius lapſum conuerti & viuere Faceſcat ergò hæreticus, qui Dei teſtimoniū conuellere non erubeſcit. Itidem Chriſtus apud Matth.cap. 18.Si peccauerit,inquit,in te frater tuus,vade &corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Lucæ quoq; cap.15. ſic ait: Maius gaudium erit ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, q̄ ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Paulus ad Galat.6. inquit: Fratres,ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis,&c. Et quid apertius eo, Memor eſto vnde cecideris,& age pœnitētiam,& prima opera fac. Et quod Petrus ad Simonē Magum iam baptizatum ait: Pœnitentiā age ab hac nequitia tua,&c. Poſſent & alij ſexcenti loci afferri. Quòd ſi exempla ſcripturæ requiras,habes ex pœnitētib. receptis, Dauidem,Manaſſen,Petrum,Magdalenam,Galatarum eccleſiam,Corinthium incæſtū,&pleroſq; alios,de quibus ſcriptura paſſim meminit.Qui vero plura in numerato habere deſiderat,

Nouatiani Anabaptiſtæ.

Hebr.6.

Apoc.2.
Acto.8.

derat,quibus hæreticos illos reuincat,hic ſanctos illos eccleſiæ patres perlegat,præcipuè diuum Ambroſium in duobus, quos de pœnitentia conſcripſit,libris, vbi eoſdē grauiſſimè ac acerrimè confutauit. Quare illos tātum locos quos illi vti præcipuos pro ſua hæreſi tuenda,ex epiſtola ad Hebræos adferunt,attingemus. Prior legitur Hebræorum 6.in hæc verba: Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati (guſtauerut etiam donum cœleſte,& participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerúntq; nihilominus bonum Dei verbum, virtutéſq; ſeculi venturi,& prolapſi ſunt rurſus)renouari ad pœnitentiam,rurſus crucifigentes ſibimetipſis filiū Dei , & oſtentui habentes . Hic locus licet duriuſculus videatur, tamen ſani intellectus adeò pœnitentiam non tollit,vt etiā ſtatuat Veteres de quorum numero ſunt Ambroſius , Chryſoſtomus, Theophylactus,& cæteri fermè omnes hunc locum de baptiſmo intelligunt,ꝙ hunc impoſſibile ſit iterari.Et ſententiam ſuam his verbis Paulinis (nempe renouari ad pœnitentiam, item crucifigētes ſibimetipſi filium Dei, & oſtentui habentes)cōfirmant.Nam qui poſt baptiſmum (in quo cum Chriſto cruci cōfigimur & conſepelimur) labitur, ac putat aliam renouationē baptiſmatis ſupereſſe,is Chriſtū denuò crucifigit.Semel crucifixus eſt Chriſtus,ſemel peccato mortuus eſt: amodo nō moritur . Ergo & vnicum oportet eſſe in eccleſia baptiſma,nō plura. Poteſt etiā ſecundum veterū ſententias de blaſphemis intelligi,vt verbū, Impoſſibile,capiatur pro, admodum difficile. Blaſphemos enim, qui Chriſtum iterum crucifigunt ac ludibrio habent, renouari poſſe ad pœnitentiam,valde difficile atq; adeò apud homines impoſſibile videtur Interim tñ nemo negauerit,id apud Deum nequaquā eſſe impoſſibile,ſi blaſphemo pœnitentiam dare decreuerit. Exemplo ſint in veteri teſtamento Manaſſes,in nouo Paulus,qui quāuis blaſphem' & perſequutores Dei fuerint, cōſequuti tñ ſunt veniam. Cæterum qui hunc locū de finali blaſphemia ſeu impœnitentia aut deſperatione tantum intelligunt, videntur nobis quamproximè ad germanam epiſtolæ intelligentiā accedere,quæ nullā habet abſurditatem. Nam & Euangelium docet,vnum tātum genus eſſe peccati,quod Chriſtus peccatū in Spiritum ſanctum adpellat, neque hîc neq; in futuro ſeculo remiſſibile. Hoc beatus Auguſtinus & cæteri ſancti patres,finalem impœnitētiam ſeu deſperatio-

Ambroſ. *Obiectio.* *Dilutio.* *Roma.6.* *Verbū impoſſibile.* *4.Reg.2.* *1.Para.33* *1.Tim.1.* *Matth.12* *Marc.3.* *Lucæ.12.* *Aug. de peccat.in*

ſpiritū ſanctum. nem vſque ad mortem, interpretantur. Nam hæc ſola non remittitur, quòd propriè cum gratia pugnet. Qui enim fieri poteſt vt obſtinatus & deſperans, gratiam remiſsionis peccatorū accipiat quam repudiat? Cætera omnia, quantumuis grauia crimina, etiam poſt baptiſmū, quamlibet ſæpe iterata, vera pœnitētia dilui tota ſcriptura proclamat. Iam locum illum ad Hebræos ſic rectè intelligi, ſatis indicant præcedētia, quæ *Cap.3.* declarāt ſequentia. Superius enim dixerat: Videte fratres, ne ſit in aliquo veſtrū cor malū incredulitatis diſcedendi à Deo viuo, ſed abhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt nō obduretur quis ex vobis malitia peccati. Hic apoſtolus clarè ſignificat ſe pœnitentiā poſt baptiſmū permittere, qui & obteſtatur fratres, vt ſeſe mutuo cohortantur, donec hæc vita ſuperſtes eſt, ne quis omnino ex ipſis incredulitati obnoxius, obduretur malitia peccati, nimirū ſolos incredulos & finaliter obduratos, nō autem reſipiſcētes & piis cōmonitionibus obediētes, ab illa requiæ excludens. Quibus enim, vt ſubdit, iurauit dominus, non ingreſſuros in requiē, niſi his qui nō obedierunt, quos videmus, quòd nō potuerūt ingredi propter incredulitatem? alioqui remiſsio *Eſaiæ.28.* peccatorū, quod ad credentes attinet, vniuerſalis eſt. Omnis *Roma.10.* enim qui credit in eūm, non confundetur. Item, Sic Deus di-*Ioan.3.* lexit mūdum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, &c. Sic itaq; intelligēdus eſt locus ille ad Hebræos, Impoſſibile eſſe renouari eos qui Chriſtum *Acto.4.* iterū crucifigunt & ludibrio habent, id eſt renouari non poſſunt qui Chriſto increduli ſunt, qui Chriſti fidē deſerūt, qui Chriſtum cōtemnunt, qui Euangelio amplius non obediunt, quòd non ſit in alio quoquam ſalus. Poteſt & ſic enarrari locus, Impoſſibile eſſe eos, qui bonum Dei verbū reliquerunt, ad pœnitentiam renouari, tantiſper ſcilicet, donec ludibrio oſtentui filium Dei habent.

Alter locus duriuſculus. Atque hanc eſſe verè Paulinā ſententiam, ex alterius loci, quē hęretici ex eadē epiſtola cap. 10. obiiciunt interpretatione magis perſpicuū euadit, qui ſic habet: Voluntariè peccātibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam *Dilutio.* nō relinquitur ꝑ peccatis hoſtia, ſed terribilis expectatio iudicij. Quo certè nihil aliud inculcare vult Apoſtolus, quàm Chriſtū eſſe viuam illam pro peccatis noſtris hoſtiā in cruce immolatā, atque hanc veritatem nos retinere oportere. Alioqui ſi

qui ſi poſt notitiam huius veritatis volũtariè peccauerimus, hanc veritatem atq; adeò Chriſtũ ipſum deſerentes, certè nihil ſupereſt, niſi vt in iudicio pœnas demus. Vnde huius loci eadem omnino eſt ſentẽtia, quę eſt illius apud Ioannẽ: Qui non credit in eũ, iam iudicatus eſt, quia nõ credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Et iterum: Qui autẽ incredulus eſt filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eũ. Atque, hoc eſt peccatum illud ad mortem, dę quo in prima epiſtola idem Apoſtolus ait: Eſt peccatum ad mortẽ, pro eo nõ dico vt quis oret. Nõ magis ergo ambo hi loci ex epiſtola ad Hebręos citáti reuertentẽ per pœnitẽtiã ad Chriſtum repellunt, quàm illi apud Ioannẽ. Vtrobiq; enim ſignificatur incredulos iam iudicatos eſſe, iram Dei ſuper eos manere, quamdiu increduli ſunt, quãdiu filium Dei iterũ crucifigũt & oſtentui habẽt, quãdiu volũtariè peccãt, notitia veritatis ſemul accepta, voluntariè relicta ac contẽpta, quãdiu filiũ Dei cõculcauerint, & ſanguinẽ teſtamenti, in quo ſanctificati ſunt, pollutũ duxerint, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerint, hoc eſt gratiã quæ eſt in Chriſto, repudiarint. Nã quiſquis ad Chriſtũ per pœnitentiã & fidem reuertitur, horũ omnium contraria facit, ad quem nõ pertinet hæc Chriſti comminatio: Non remittetur hic neq; in ſeculo futuro: ſed tantũ ad illos qui ſubuerſi ſunt & proprio iudicio condemnati, de quibus ſcriptũ eſt: Dedit illis Deus ſpiritum cõpunctionis, oculos vt nõ videant, aures vt nõ audiãt. Item, obſcurentur oculi eorum ne videãt, & dorſum eorũ ſemper incurua. Iam & totius epiſtolę ſcopus hãc ſententiã manifeſtè aſſerit. Paulus enim tota illa epiſtola ad Hebræos ferè nihil aliud agit, quàm vt diſcernat ſacrificia veteris legis, ab illo vnico ſacrificio propitiatorio, Chriſto, doceatque omnia illa, in hoc vnico iam euacuata & adimpleta eſſe, quo fiat, vt impoſſibile ſit eum qui Chriſtum (quem ſemel amplexus eſt) rurſus cõtempſerit, renouari per aliã hoſtiã, quum non ſit alia pro peccatis hoſtia, quam Chriſtus, quem qui relinquunt, fruſtra ad alias victimas ſeu opera confugiunt. Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam volẽtes cõſtituere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti. Finis enĩ legis Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti. Ex quibus omnibus conſequitur, veriſſimam eſſe hanc ad Hebræos epiſtolam, pœnitentiã poſt baptiſmũ magis ſtatuere quàm tollere, quum Paulus iubeat ac obteſtetur, admoneri fratres per ſingulos dies, donec

Ioan.3.

Peccatum ad mortẽ quod.
1.*Ioan.5.*

Matt.12.
Tit.3.
Eſaiæ.6.
Roma.11.
Pſal.68.

Scopus epiſtolæ ad Hebræos.

Roma.10.

hodie cognominatur, vt nō obduretur quis malitia peccati, ſed vt participes Chriſti effecti, initium ſubſtantiæ eius vſq; ad finem firmū retineamus: per initium ſubſtantiæ initia pietatis ſignificans, ſcilicet baptiſmi & pœnitentiæ doctrinam, quam tenentes non obdurabimus corda noſtra, ſicut illi qui propter incredulitatē à terra promiſſionis ſunt excluſi, quin potius plena fiducia accedamus in introitu ſanctorum, in ſanguine Chriſti, aſperſi corda à conſcientia mala, &c.

Quid per initiū ſubſtātiæ Paulus velit. Hebr. 10.

Pœnitētia ſecūda poſt naufragiū tabula. Hierony. ſuper Daniel.

Confutata itaque ſentētia planè hæretica & plena impietatis, de pœnitētia, quæ poſt baptiſmū in eccleſia agit, paucis diſſerendum eſt. Hāc beatus Hieronymus, Tertullianum ſequutus, ſecūdam poſt naufragiū tabulam tropo haud inelegāti appellat. Qui tropus tā placuit poſteris, vt ferè in omniū de pœnitentia diſſerentium ore verſetur. Prima tabula, qua ſubnixi, ex diluuio peccatorum tam in Adam veluti ſtirpe, quàm poſtea male viuendo, quacunque tādem ratione cōtractorum, enatamus, baptiſmus eſt: poſt quem acceptum, ſi rurſus naufragium fecerimus, nulla pro peccatis noua hoſtia reſtat, ſed tantum ſupereſt hæc ſecunda tabula: Pœnitētia: quā ſi gnauiter (donec vita ſuperſtes eſt) apprehēderim*, ac apprehenſam perſequuti fuerimus, nō dubium quin rurſus ad ſalutis portum pertingemus, quamlibet etiam periculoſi ſint, in quos poſtea incidimus, peccatorum ſcopuli. Remediū ſanè in eccleſia ſummè neceſſariū, quo ſublato, quātula quæſo hominum pars fuerit, quæ poſt baptiſmum, nullius peccati aut etiam criminis ſibi conſcia, vitæ æternæ participationem ſperare queat? vt nulli nobis immaniores hæretici vnquam fuiſſe videantur, quàm Nouatiani, qui tam neceſſarium animæ medicamentum è medio tollere conati ſunt.

Prima tabula baptiſmus. Secūda tabula pœnitentia.

Nouatiani hæreti. omniū im manißimi.

Porrò eccleſiaſtici patres verā pœnitentiam tribus partibus cōſtare (quemadmodū & ſuperius meminimus) nobis tradiderunt, Cōtritione, Cōfeſſione & Satisfactione. Loquimur autem de pœnitentia, non quæ propriè ſacramētum eſt, nam ea vti cætera ſacramenta, ſuo verbo, ſuo itē elemento ſacramentali tanquam partibus ſuis eſſentialibus cōſtat. Sed de pœnitentia loquimur, quæ totam hominis conuerſionem ſeu renouationē complectitur. Ea enim tum demum perfecta, conſummata ac fructuoſa cenſetur, ſi tribus illis partibus abſoluatur. Sūt qui pœnitentiæ duas partes faciant, contritionem & fidem. Sed fides, noſtra quidem ſentētia,

Pœnitētia in genere accepta tribus partibus cōſtat.

tia,non propriè pars,ſed magis radix & fundamentũ eſt,nõ tantum pœnitentiæ, ſed & omnis operis boni. Omne enim quod non eſt ex fide,peccatum eſt. Orthodoxi doctores fidẽ appellant ianuam ad ſalutem,non quòd fides(ſi tamen ſecundum omnem ſuam rationem accipiatur) initium tantum omnis bonæ actionis ſit, & nihil præterea, ſed potius tale ſit initium, quod & perpetuo proſequatur progredientem, & in actionibus pietatis præcipuas agat partes,

Fides an proprie pœnitẽtiæ pars ſit. *Rom.14.* *Fides ad ſalutem. ianua.*

QVæ omnia vt clarius intelligãtur,meminiſſe oportet eorum,quæ in primum articulum Symboli apoſtolici ex Auguſtino retulimus, quæ hic repetiſſe ac illuſtraſſe ſuperuacaneum haud putamus:nempe duplicem aut triplicem etiam eſſe fidei ſeu credendi rationem. Siquidem vna eſt,qua Deum eſſe,ac cætera quæ ſcriptura commemorat,non aliter quàm hiſtorica quadam fide recitata,vera credimus. Vnde & hiſtorica fides appellatur quam nobiſcum dęmones communem habent. Altera,qua Deo credimus,quę perſuaſio & cõſtans opinio eſt,qua fidem & promiſſionibus & cõminationibus diuinis adhibemus,quam habent iniuſti cum iuſtis cõmunem. Nam(vt Apoſtolus ait)reuelatur ira Dei ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent.i.ira Dei reuelatur hominibus etiam iniuſtis,qui veritatem & iuſtitiam Dei (qua ſciũt Deum eſſe, Deum peccatis iraſci, Deum ſcelera punire)in iniuſtitia detinent & contemnunt.

Triplex credendi ratio. *Iacob. 2.* *Rom 1.1.*

Tertia fidei ratio eſt,qua in Deum credimus,ſolis piis peculiaris,quæ certiſſima quędã fiducia eſt qua totos nos Deo ſubmittimus,totique à gratia & miſericordia Dei pẽdemus Hæc & ſpem complectitur & charitatem indiuiduam comitem habet. Eſt enim(vt Auguſtinus ait)fides,qua amando in Deum itur,nimirũ quam Paulus deſcribẽs ait,fides quæ per charitatẽ operatur. Prima credendi ratio,ſeu fides illa hiſtorica,ſi ſolã accipias,informis eſt,& veluti adhuc mortua. Altera verò,qua Deo tantũ credimus,necdum tamẽ erga Deũ religioſa pietate afficimur,manca. Sed tertia,qua in Deum credimus, pioq; affectu in eum tẽdimus, ea demũ viuida atque integra fides eſt. Fides ergo qua perſuaſum habemus, Deũ eſſe,itẽ qua Deo vel promittenti vel cõminanti credimus,ſpiritualis ædificij initiũ eſt. Oportet enĩ accedentẽ ad Deũ credere quia eſt,& quia inquirentibus ſe remunerator,

Galat. 5. *Fides informis.* *Fides imperfecta.* *Viuida fides.* *Hebr.11.*

deſerẽtibus vero grauis impietatis vltor ſit. Fides vero qua
Augu. in Pſal. 31. in Deum credimus, hæc nõ tantum initiũ eſt bonæ actionis, quin potius vt actio quæcunq; bona ſit, facit: & quod actioni noſtræ deeſt, ſupplet non ex ſua dignitate, ſed ex miſericor-
Fides infuſa. dia Dei quam accipit ſeu apprehendit. Hæc fides quatenus homini ad aſſentiendum his quæ credenda ſunt, à Deo infunditur, fides infuſa dicitur: quatenus verò poſt iuſtificationẽ
Acquiſita. vel per auditum verbi, vel per viſa miracula augeſcit, acquiſita. Rurſus, quatenus ſe nõ exerit, habitualis: quatenus verò
Habitualis. ſeſe exerit, & exercet, actualis appellatur. Nec hoc omittendu eſt, fidem ſecundum duas priores credẽdi rationes in in-
Actualis. tellectu conſiſtere, ſecundũ tertiam vero etiam in volunta-
Fides in intellectu Fid: ſ i voluntate. te, quòd actio fidei ſic acceptę (quod eſt credere, fidere, & adhærere Deo) non ſolo intellectu, quem fides illuminat, ſed & voluntate, quã accedente charitate inflammat, perficiatur. Iã etſi fides, ſpes & charitas tria dona ſpirit⁹ ſint, & ſingulas ſuas
Fides iuſtificãs nõ accipitur ſine ſpe & charitate diſtinctas habeant rationes: tamen hoc conſtat, eam fidẽ, qua in Deũ credimus (quę ſola efficax, ſyncera, integra & ſalutifera eſt) nec ĩfundi, nec accipi ſine ſpe & charitate. Vnde etſi tria hæc ratione, nõ tamen tempore ſeparãtur, quia ſimul accipiũtur: quemadmodũ enim radius, illuminatio, & calor ſimul tẽpore ſunt ac fiũt, licet ratione atq; etiã re ipſa diſtĩctæ: ſic in iuſtificatiõe hominis fides, ſpes & charitas ſimul ĩ cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ diffunduntur. Sic ea enĩ Paulus ad Rom. 5. teſtatur iuſtificari nos per fidem, ea ſcilicet in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei: ſpe quidẽ non qualibet, ſed ſpe quæ non cõfundit, hoc eſt nõ pudefacit, quòd charitas Dei effuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Nam quod alibi Apoſtolus
Locus Corin. 13. explicatur. ait, Si habuerao omnẽ fidẽ, ita vt montes transferã, charitatẽ autem non habuero, nihil ſum: non ſic accipiendum eſt, quaſi integra & ſyncera fides ſine charitate accipiatur, ſed magis
Chryſo. Theoph exaggerandi gratia per hyperbolen dictũ videri debet, atteſtantibus Chryſoſtomo ac Theophylacto, Nam & Baſilius
Baſilius Magnus ĩ epiſtol. ad Neocæſa. Magnus locum hunc citans in epiſtola quadam ad Neocæſarienſes, hæc ſubiicit: Non quòd horum quę commemorauimus, ſingula ſine charitate poſſint inueniri, ſed quod ſanctus Paulus voluerit teſtimoniis cõfirmare quod dixerat, præceptum charitatis infinitis partibus eſſe reliquis omnibus excellentius. Itidem diuus Ambroſius ad Herontianum locũ

hunc

hunc exponẽs: Sed arbitror, inquit, propoſiti gratia hoc dixiſſe Apoſtolũ. Neque enim videtur mihi, qui habeat oẽm fidem ita vt montes transferat, charitatem nõ habere. Hactenus Ambroſius, Interim non negamus, fidẽ donum Dei eſſe ſpeciale, & ſi deſit charitas, certè fuerat in illis fides aliqua qui dicũt, In nomine tuo eiecimus dęmonia. Fuit in Caipha aliquod fidei donũ, quum diceret: Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo. Eſt & in ſceleratiſsimè viuentibus Chriſtianis nonnulla fides reliqua, de qua dixit Apoſtolus Iacobus: Fides ſine operib⁹ mortua eſt. Sed fidei integrę ac ſyncerae (nimirum ſecundum tertiam credendi rationem acceptæ, cui iuſtificatio tribuitur) non poteſt abeſſe charitas. Fruſtra enim credis eſſe Deum, & eſſe Deum vnum, niſi ſic credas Deum eſſe, vt illi omnia accepta referas, omnémque tuæ ſalutis ſpem in illum defigas. At id non facies, niſi fidei adiungas charitatẽ, ac poſtea piis operibu s teſteris, & quod credas & quod ames.

Amb. ad Herontia. epiſto. 74
Fides donũ ſpeciale etiã ſine charitate.
Ioan. 11.
Iacobi. 2.

QVibus repetitis ac præmiſsis, iã ad pœnitentiæ partes veniendum eſt. Prima itaque pars contritio eſt, quam eccleſia vocat vehementem animi amaritudinem ac intimũ dolorem conſcientiæ, quę Deum peccatis iraſci ſentit, & ſe peccaſſe grauiter dolet cum voto vitam in melius cõmutandi. Hæc incipit quidem & concipitur vt plurimũ fide hiſtorica & timore ſeruili, ſed non perficitur niſi fide ſyncera & timore filiali. Principio enim fides illa ſecũdum primam & ſecundã credendi rationem, qua Deum eſſe, eundemq; iuſtũ ac veracem credimus, timorem ſeruilẽ parit, peccãtes metu pœnæ terrentem. De quo dictũ eſt Ambroſio & Auguſtino teſtibus: Initiũ ſapientiæ timor Domini. Hic in nobis augeſcit, quũ notitia legis diuinę, notitiæ legis naturę animis inſculptæ accedit. Nã quũ peccatũ nihil aliud ſit, quàm factũ, dictum, aut concupitũ contra legem, cõſequitur, vt per legẽ cognitio peccati fiat: & quo magis in notitiam legis penetramur, tanto perſpicacius peccata & delicta noſtra cernamus, quamq; procul ſimus ab obſeruatiõe legis, veluti in ſpeculo quodam intueamur. Ergo quum lex veluti digito oſtẽdat ac cõmonſtret peccatum, nõ tantum quod opere, ſed etiã quod affectu committitur: præterea doceat, Deum peccata noſtra ſeueriſsimè tam in hoc quàm in futuro ſeculo puniturũ, ac ſubinde huic notitię cõſcientia noſtra per fidem aſſentiat: ſit

Contritio quid.
Timor ſeruilis.
Ambr. li. 2. de voc. gent.
Augu. in epiſt. Ioã.
Prouer. 1.
Eccle. 1.
Roma. 3.
Deute. 5.

Fides hiſtorica cũ timore ſeruili terrorem incutit cõſcientiæ.

vt hæc fides cũ timore ſeruili coniuncta, grauem animi cõcuſſionem, terrorẽ & amaritudinẽ pariat, quibus cordis noſtri ſuperbia frãgitur, ac veteris hominis affectus veluti conteruntur cõminuunturque. Ab incuſſione huius timoris, doctrinam pœnitentię Baptiſta exorſus eſt: Progenies, inquit, viperarũ, quis vos docuit fugere à ventura ira? Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructum bonũ, excidetur & in ignẽ mittetur. Nec aliter Chriſtus docet: Niſi, inquit, pœnitentiã habueritis, omnes ſimul peribitis. Et alibi: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autẽ non poſſunt occidere: ſed potius timete eũ qui poteſt & corpus & animã perdere in gehennam. Itidẽ apoſtolus Petrus prima concione poſt acceptũ ſpiritum ſanctũ, Iudæis hunc timorem ingerit, ex prophetis arguens & conteſtans, quòd Ieſum, quem & Dominum & Chriſtum fecit Deus per manus iniquorũ affigentes crucifixerũt ac interfecerunt. Sequitur enim: His autem auditis, compuncti ſunt corde. Idem docendi genus admodũ frequens eſt in prophetis. Concipitur itaque contritio fermè ex hoc timore, quum ſcilicet peccator in legem diuinã intuẽs, conſiderat interiorem animi ſui immunditiẽ legi Dei repugnantẽ, ſimul cum magnitudine, turpitudine, ac fœditate criminũ ſuorũ, repetens, quoties in ea relapſus, & quãdiu in ſuis tenebris ac ſordibus verſatus ſit, quantiſq; bonis ſeipſum interea priuauerit, à cõmunione totius corporis Chriſti ſeparatus, obnoxius æternæ gehennæ ſupplicio, ex quarum rerũ attenta cõſideratione naſcitur horror peccatorũ. Qui hunc horrorem nõ ſentiũt, nec dolore vllo aut metu iræ Dei afficiũtur, ſed ſecuri indulgẽt ſuis cupiditatibus, vel quaſi nihil habeãt vitij ſibi blandiuntur hypocritæ, longe à pœnitẽtia ſunt, de quibus Propheta ait: Non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Matth.3. Luc.13. Matt.10 Acto.2. Pſal.78. Eſaia.1.5 Chryſ. de compun. cordis. Itẽ homi. 15. ſuper epiſtolam ad Timo. Roma.7. Pſal.13.

Solus timor ſeruilis parum vtilis.

Neque tamen putandum eſt, hũc timorem ſeruilem, qui ex metu ſupplicij ducit originẽ, & horrorẽ incutit peccatorum, pœnitentiam totam abſoluere. Quin potius ſolus adeò non ſuffecerit, vt & exitialis ſit, quòd deſperationẽ gignat, niſi proficiat ad ſpem veniæ, per contemplationẽ miſericordiæ diuinæ, & ſuccedat fides illa ſecundũ tertiam credendi rationem, quę accedens demũ facit, vt timorem ſeruilem comitetur timor filio dignus, cui cõmiſſa diſplicent, nõ iam quòd pertrahant in gehennam, ſed quòd patrẽ optimũ

Timor filialis.

ac ſi

ac ſic de nobis meritum offendunt, quale videre eſt in filiis qui grauiter in parentes deliquerũt. Primum enim metu pœnæ ſeu plagarum peccatum oderunt, deinde paternæ pietatis memoria ſubeunte, vbi fiduciã reditus in gratiam cœperint, etiam ex amore præterita commiſſa deteſtantur, ſic, vt etſi nullus deinceps immineat pœnæ metus, tamen ſcientes rurſus admittere nolint, quod parentes illorum offendat.

HAec ergo fides cum timore filiali coniuncta, veram pœnitentiam à falſa pœnitentia ſeparat. & diſcrimẽ facit inter contritionẽ impij & verè pœnitentis. Impius enim cõcepto timore ſeruili ex metu ſupplicij, atq; ibi conſiſtens, in deſperationem adigitur, quod videre eſt in Cain, Pharaone, Saul, Achab, & Iuda traditore. Sed quos in hoc dolore conſtitutos Deus cleměter reſpicit, hi quum ex timore per fiduciã miſericordię ad timorẽ filialem gradum fecerint, tum demũ ad veram pœnitentiam cõtriſtantur, quales fuerunt Dauid, Niniuitæ, & Magdalena, & quotquot illorum exẽplum imitantur, qui nõ vt impij illi obdurant, ſed ſcindunt corda ſua, Deo ante oſtiũ ſtanti ac pulſanti aperientes ac locum dãtes, cum deſiderio illi deinceps adhærefcendi. Atque hæc tãdem eſt vera illa interior pœnitentia, ad quã omnis ſcriptura paſſim nos prouocat & verbis & exẽplis: Scindite (inquit Iohel) corda veſtra, & nõ veſtimẽta veſtra. Et Eſaias: Vbi habitabit dñs? in ſpiritu contrito & humiliato. Sacrificium enim Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nõ deſpiciet. Item: Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. *Fides in Deũ cum timore filiali verã contritionem parit* *Apoc. 3.* *Iohel. 2.* *Pſal. 50.* *Matth. 5.*

VIdes ergo, queadmodum conſideratio iuſtitiæ ac iudicij diuini, accedẽte fide hiſtorica, pœnitentiã inchoet, conſideratio verò bonitatis diuinæ ex amoris affectu procedens cum fiducia miſericordiæ, pœnitentiã formet, quamobrem hęc duo ſcriptura paſſim cõiungit. Beneplacitũ (inquit Dauid) eſt Dño ſuper timentes eum, & in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius. Et Paulus Apoſtolus, quum reuelari iram Dei ſuper omnem impietatem aſſeruiſſet, ſubiecit: An neſcis homo, ꝙ Dei benignitas ad pœnitẽtiam te adducit? Haud inficiamur, ſanctiorem eſſe pœnitentiã, quam timor filialis in bonitatem Dei reſpiciens & inchoat & format. Sed quoniã hæc eſt fragilitas & imperfectio noſtra, vt nõ facilè ad bonitatem Dei oculos noſtros attollamus, niſi prius irã ſenſerimus, quemadmodum Pſaltes ait: Quum occideret eos, quæ- *Timor fiduciæ coniunctus.* *Pſal. 146* *Roma. 2.* *Pnĩa ſanctior, quã timor filialis inchoat* *Pſal. 106*

rebant eum,& reuertebantur, & clamauerunt ad dñm quum tribularentur: idcirco ſanctis patribus rectè placuit,pœnitētiæ doctrinam à timore ſeruili nō ineptè ordiri. Hinc beatus Auguſtinus haud inelegāti tropo hunc timorē ſetæ & medici ferramēto cōparat. Vt enim per ſetam linū introducitur, ſic per hunc timorē charitati locus præparatur: ſeta prius intrat,ſed niſi exeat,nō ſuccedit linū. Sic timor primò occupat mentē,ſed ſuccedēte charitate,nō remanet timor. Et quò illa plus creſcit,tāto hic decreſcit magis: & quò fit illa intus fa-

1.Ioan.4. miliarior,tāto magis timor cedit,donec perfecta charitas illū foras mittat. At vbi nullus eſt timor, ibi nō eſt quà intret charitas. Rurſus,quēadmodum medici ferramentū putredinem tollit, & vulnus quod minus dolebat, plus dolere facit, atq; adeò principio auget,donec accedēte medicina, ſuccedat tandē ſanitas. Sic timor pungit ac vulnerat mentem,ſed ſuccedens charitas,vulneri ſanato cicatricē obducit. Nec mi-

Baſilius. nus elegāter beatus Baſilius hūc timorem iſagogicū, hoc eſt introductoriū & pædagogicū,appellauit ad pietatē. Exercet enim timor,quē occupat,memoria veteris vitę,perhorreſcētia & execratione peccati,& ignis æterni pauore, vt exercitatū iam per timorem charitas plena fiduciæ ſuſcipiēs perfi-

Amb.de voca.gen. lib.2. ciat. Nō enim hoc timore vel ratio vel intellectus aufertur, ſed illa potius quę mentē prǣmebat,caligo diſcutitur,vt voluntas deprauata prius atq; captiua,recta efficiatur. Eundē ti-

Grego. in Iob.c.29. morē Gregorius, Hieronymus ſequutus, primū incipientiū gradū eſſe ſtatuit, vt qui neſcit,ꝓximū ſicut ſe diligere, iam tñ incipiat ſuperna iudicia formidare. Atq; alibi duo cōpun-

Duo compūctionis genera. ctionis genera pulcherrimè deſcribit. Primùm(inquit) anima timore compungitur,pòſt amore. Prius enim ſeſe lachrymis afficit,quia dum malorū ſuorum recolit,pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At verò quum longa mœroris anxietate fuerit cōſumpta,quædā iam præſumptione veniæ ſecuritas naſcitur,& in amore cœleſtium gaudiorum animus inflāmatur: & qui prius flebat,ne perduceretur ad ſuppliciū, pòſt amariſſimè flere incipit,quia differtur à regno. Caſſiodorus in pſalmum centeſimum decimum, Metum iudicij ia-

Prædicatio verbi Dei vnde ordienda. nuam cōuerſionis appellat, modò tamē diſcretio dilectionis addatur. Breuiter,in hanc ſententiam omnes pij diſcedunt.

HAec eò dicta ſunt,vt itelligāt verbi dei miniſtri,vnde verbū prædicationis ſuæ ordiri debeāt. Nam tum rectiſſimè

ctiſſimè ſuo funguntur officio, ſi primùm animos ad plangẽda peccata commoueant, ſi ſpiritualibus increpationibus ex lege diuina deſumptis, populum peccantem arguãt, vitam futuram & ęterna ſupplicia in memoriam reducant. Hoc vnum vero quammaximè caueãt, ne peccantes ſtatim ſecuros reddant, ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluãt, alioqui alienorum criminum participes futuri. Vbi vero hunc primum pœnitentiæ gradum ſtrenuè iecerint, tum ſupereſt, vt ei ſecundus protinus ſubiiciatur ac addatur, quo fiducia miſericordiæ in Chriſtũ arripitur, quem ordinem videre eſt in prima illa Petri concione. Poſtquam enim vehementi oratione ad intimum dolorem Iudæos concitaſſet, atque illi compuncti corde, dicere inciperent: Quid faciemus viri fratres? nõ cunctandum ratus, protinus eo prouectis per veræ pœnitẽtiæ remedium, remiſſionem peccatorũ in Chriſto Ieſu denunciat ac oſtendit. Eoſdem gradus velut ob oculos nobis poſitos, in beatiſſimi Pauli Apoſtoli conuerſione cernere nobis licebit: Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos domini, quum proficiſceretur in Damaſcũ, primum durè increpatus, ac metu penè exanimatus, in terram proſternitur: ac poſtquam tremens ac ſtupẽs dixiſſet, Domine quid me vis facere? ſtatim Dñi iuſſu in ciuitatem introducitur, vt ad eum Ananias (qui interpretatur gratia ſeu miſericordia Domini) accedat ac dicat: Saule frater, Dominus Ieſus miſit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis ſpiritu ſancto.

Nycephorus ad Theodo. *Quid cauendum.* *Pœnitẽtiæ gradus.* *Acto. 2.* *Acto. 9.*

ET vel hoc exẽplo diſcimus, q̃ nõ ſit in poteſtate noſtra, vt nobiſipſis hos pœnitẽtiæ affectus largiamur. Nã Chriſtus eſt qui Paulũ ſtrauit. Rurſus, Chriſtus eſt qui Paulum erexit. Paulus verò trahenti, vocãti, ac ſananti tantũ aſſenſum præbuit. Quicquid ergo horũ in nobis agitur, merũ Chriſti beneficiũ eſt, quia nõ ſumus ſufficientes, ne cogitare quidẽ aliquid ex nobis, quaſi ex nobis: ſed Deus eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere pro ſua bona volũtate. Ipſe ſtat ſemp ad oſtiũ, & pulſat, vt & initiũ ſalutis noſtrę ipſo inſpirãte habeamus. Ipſe eſt qui per verbũ ſuum & ſpiritũ ſanctum arguit peccata. Ipſe qui horrorem peccati nobis incutit, qui amaritudinem & dolorem mẽtibus noſtris immittit. Ipſe qui eodem terrore (modò vocantem ſequamur) ad filiũ trahit. Breuiter, ipſe eſt qui & pœnitẽtiã in nobis inchoat, & format: quod nõ

Affectus pœnitẽtiæ donũ Dei *Acto. 9.* *Philip. 2.* *Apoc. 3.* *Ioan. 16.* *Phili. 36.*

2.Tim.2 ſiluit Apoſtolus,quum ait:Ne fortè det illis Deus pœnitentiam,vt reſipiſcant à diaboli laqueis,à quo captiui tenentur. Ergo quũ pœnitentia,Dei gratuitũ donũ ſit,ab illo & precibus & lachrymis,animi ſaltem,aliiſque piis ſtudiis expetẽda eſt.Quòd ſi non ſtatim cõtingit quod ambitur,non eſt tamẽ deſiſtendum à bene cœptis. Proinde qui ex conſideratione vitæ turpiter actæ ac metu gehẽnæ,iam cõcepit aliquã deteſtationẽ criminũ, hoc eſt timorẽ ſeruilem, ac necdum ſentit timorẽ filio dignũ:perſeueret in lachrymis ac precibus,quærat,petat,pulſet, donec & hũc timorẽ ſenſerit,cum voto certo mutandæ vitæ,cúmque amore bene ſperante coniunctum.

Pœnitẽtia à Deo poſtulanda, idque ſedulo.

Gradus pœnitẽtiæ.

Roma.8. *Galat.4.* Vbi verò & hũc ſpiritum ſenſerit,quem Apoſtolus vocat filiorũ,in quo clamamus, Abba pater, caueat ne quid hinc ſibi tribuat,agnoſcat gratuitũ Dei munus,ac abiectus ad pedes illius,gratias agat eius benignitati,rogans vt quod gratis largitus eſt pro ſua bonitate,perpetuũ eſſe velit,ac ſemper in maius augere:nec ſuo voto ſeu propoſito deinceps non peccãdi *Pſal.67.* ſic fidat,vt exiſtimet ſe ſuis virib' poſſe à peccatis abſtinere, ſed cum magno tremore imploret opem diuinã,vt idẽ cõfirmet & adiuuet votũ qui dedit.Sic enim eccleſia Deum orat, nempe vt actiones noſtras adſpirando prę ueniat,& adiuuando proſequatur, vt cuncta noſtra operatio ab eo ſemper incipiat,& per eũ incepta,finiatur per Chriſtũ dominũ noſtrum.

Salutẽ noſtrã cũ tremore operabimur.

SEd interim impii,impœnitentes,& præfracti qui excuſationem in peccatis quærunt,peccatum peccato cumulantes,ſuæ damnationis cauſam blaſphema voce in Deũ transferunt, cauſantes(idque ex Paulinis verbis perperam detortis) quòd reſipiſcere ab iniquitate,non ſit neque volentis, neque *Rom.9.* currentis hominis,ſed ſolius Dei miſerẽtis. Atq; hinc inferre moliuntur,omnem hominis curã in hac re planè ſuperuacaneã eſſe,aſſerere non verentes,arbitrij libertatẽ in homine ad bonũ prorſus nihil valere. Quę ſententia planè impia,hac deploratiſſima tẽpeſtate innumerabilẽ Chriſtiani gregis turbam miſerè deceptã,in æternę dãnationis barathrũ pręcipitauit. Quamobrem pios aduerſus tale venenũ præſenti antidoto præmunire oportet. De liberi arbitrii poteſtate multis diſputare huius libelli anguſtia nõ fert,nec eſt neceſſe,quòd hęc res locupletiſſimè à veterib',maximè ab Auguſtino)qui arbitrij libertatẽ & meritum ſimul cum gratia tuetur)tractata ſit,ſummatim indicaſſe ſuffecerit, quid de viribus noſtræ volun-

Impii ſuæ damnatio nis cauſã in Deum trãſfert.

Quid de virib' noſtræ volũtatis ad bonũ ſentiẽdũ ſit.

voluntatis ad bonum ſentire oporteat.

Initiò, quod non ſemel ſuperius dictum eſt, retinere oportet ſententiam quæ Eccleſiaſtici decimoquinto legitur, quòd Deus conſtituerit hominé, & reliquerit eum (quemadmodum & angelicam creaturam) in manu conſilij ſui: hoc eſt quod Deus cóſtituerit hominé talem, qui gratia creatoris ſibi deſuper collata potuiſſet, niſi liberæ ſuæ voluntatis arbitrio malè fuiſſet vſus, legi Dei perfectè obedire ac ſatisfacere: rurſus, qui poſſet deſerta gratia Dei legé præuaricari, peccare, & in mortem (peccati ſtipendium) incidere. *Augu. de correp. & gra. cap. 2* *Roma. 6.*

Secundò retinendum eſt, quòd Deus nõ ſit cauſa mali ſeu peccati. Nam Geneſis primo dicitur: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. proinde hominem ad peccandum neq; incitauit, neque coëgit. Nam vti Pſalmiſta ait: Nó Deus volens iniquitatem tu es. Et Sapientię primo ſcribitur: Fidelis eſt dominus, qui mortem nõ fecit, nec lætatur in perditione animarũ. Et alibi: Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatiũ peccandi. Nõ enim cócupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutiliũ. Sed homo ſuapte ſponte lege Dei contépta, ſerpenti credens, Deum deſeruit: deſerens, deſertus eſt: peccauit, & in morté præcipitatus eſt: deſertus quidem à Deo, non per diſtantiam localem, quòd Deus ſubſtantialiter vbiq; ſit præſens, res creatas (alioqui ſtatim perituras) indeſinenter ſuſtentãs ac gubernãs. Sed deſertus eſt per gratię interioris & ſpiritualis ſubtractionem. Ergo mali ſeu peccati cauſa, nihil aliud eſt, quàm liberũ volũtatis arbitriũ diaboli & hominis. Vnde Chriſtus, inquit, diabolum patrem eſſe mendacij, & ex propriis loqui mẽdacium. Itidem primæ Ioãnis tertio: Qui facit peccatũ, ex diabolo eſt, quoniã ab initio diabolus peccat. Omnis verò qui natus eſt ex Deo, nõ peccat. Et iterum primæ Ioannis ſecundo: Omne quod eſt in mũdo, cõcupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et in eãdem ſententiã ad Romanos quinto legimus: Per vnum hominem peccatũ in hunc mundum intrauit. Diſcernere ergo oportet naturam à vitio. Natura à Deo ornata eſt, & cõſeruatur, vitiũ à volũtate diaboli & hominis, quæ potuit abuti libertate ſua, & ſe à Deo auertere, & ſic fieri cauſa peccati. *Dãnantur Manichæi* *Pſal. 5.* *Eccle. 15.* *Quomodo Deus hominẽ deſerat.* *Colo. 1.* *Hebr. 1.* *Ioan. 8.*

Tertiò retinere debemus (quod & ſuperius docuimus) primam illam naturam, quæ in primis parentibus tota & integra

erat totam eſſe corruptam, proinde totam iuſtitiã ac immortalitatẽ perdidiſſe. Vnde conſequens erat, vt nec alios poſteros, quàm corruptos, iniuſtos & mortales, generare potuerit. Quod quęritur Dauid Pſalmo quinquageſimo: Ecce (inquit) in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis cócepit me mater mea. Significans ſtatim quum formaretur, in ipſo extitiſſe
Roman.5. peccatum illud originis. Vnius enim delicto propagatum eſt malum in omnes homines ad cõdemnationẽ, cuius mali magnitudinẽ Paulus Epheſiorũ ſecundo deſcribit, vbi dicit diabolum per hoc peccatũ efficacẽ eſſe in incredulis. Huc pertinet quod Geneſis octauo ſcribitur: Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia: hoc eſt naſcimur omnes cũ praua concupiſcentia, quæ nos ab ineunte ætate veluti hæreditarius quidã morbus, totos occupat & comitatur, quo conuincitur omnes immundos eſſe quos nõ mun-
Iob.4.14 dat fides Chriſti, ſicut ſcriptum eſt: Quoniam nemo mũdus à
15.25. peccato corã te, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper ter-
Iob.34. ram. Quæ quum ita ſint, ſequitur, neminem, etiam vnius diei infantem, ſi in hac corruptione peccati decedat, cõtra Deum quęri poſſe quòd damnetur, quòd reatum ſeu morbum illum damnatione dignum, non ex Deo, ſed ex volũtario vitio primorum parentum contraxerit, quem etiam in infantibus ſuo
Cõfeſ. lib. modo efficacem oſtendit Auguſtinus, docens imbecillitatem
1.cap.7. membrorũ infantium innocentem eſſe, non animum infantiũ. Nam & zelum, & amaritudinem atq; inuidentiam quandam in paruulis lactentibus ac nondum loqui valentibus nos
Augu.de experiri conſtat. Rurſus liquet, quotquot hãc damnationem
verb.apo. euaſerunt, Deo gratulari oportere. mortem enim debitã eua-
ſer.11. ſerũt, & vitã nõ debitam repererunt, liberatis indebita exhibetur miſericordia. vnde gratias Deo agãt: dãnatis verò debita exhibetur iuſtitia, vt in Deo nihil reprehendant, vt nec illi dignos ſe glorientur, nec hi ſe indignos pœna quęrantur. In
Roman.9. quam ſententiam dixit Apoſtolus: Nunquid dicit figmẽtum
Explicatur ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem
locus Pau- figulus luti, vt eadem maſſa facere aliud quidem vas in hono-
linus. rẽ, aliud verò in contumeliam? Vna erat maſſa perditionis ex
Roman.9. Adã, cui nõ niſi ſuppliciũ debebatur: ſed facit Deus ex maſ-
Roman.3. ſa, quæ iam perierat, vas in honorem, quum hominem per re-
Epheſ.1. demptionem quę eſt in Chriſto Ieſu, reſtituit. Faciat Deus vas in contumeliam, quũ hominem vel peccato originali oppreſ-

ſum

ſum derelinquit, vel quũ peccatorem in peccatis obdureſcere permittit, idque iuſtiſſimo iudicio nobis inſcrutabili, niſi quod certum habemus, Deum iuſtum eſſe & abſq; omni iniquitate, nec vllũ hominem etiam vnius diei infantem, dãnare, niſi quem præuiderit merito dãnandam, id eſt quem ſibi vocãti non aſſenſurũ ſeu crediturum pręſciuerit. Hoc cõtentus, noli vltra diſputare vel quærere, Me quare fecit in honorem, & alium in contumeliã? Imò mirare & exclama cũ Paulo: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? quis enim cognouit ſenſum dñi, aut quis conſiliarius eius fuit? tantum qui liberaris & iuſtificaris, ſedulò recogita, quantũ gratiæ & beneficij in te cõferatur, quum alter ex ſimili corrupta maſſa procreatus, in damnatione relinquatur ac iuſtè puniatur.

In deo nulla eſt iniquitas. Deute 32. Auguſt. lib. retrac. cap. 23. Roma. 11.

Quartò, quũ in præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatẽ & innocentiã perdiderint, idcirco nemiñem de pfundo illius ruinæ per liberũ arbitrium poſſe cõſurgere, niſi eũ gratia Dei miſerentis erexerit, & idcirco nemo ſuis ſolius viribus ad iuſtificationem, vitam bonam ac beatã pertingere poterit. Fatemur quidẽ, hominem per liberũ arbitrium, ſuiſq; viribus citra renouationẽ aliquo modo externa opera bona agere, vt colere agros, domos ædificare, atq; adeò in ipſa impietate vitæ ſuæ aliqua legis & ſapere & facere, ciuilẽmq; aliquã iuſtitiã pręſtare poſſe, quã Paulus appellat iuſtitiã carnis, ſeu iuſtitiã quę in lege eſt, in qua ſe in Iudaiſmo cõuerſatum dicit ſine querela: quæ nihil aliud eſt q̃ iuſtitia quædã externa, quam poteſt homo implere, vt nullus hominum quæratur de eo, licet intus in affectionibus prauis præuaricator ſit legis. Lex dicit: Non cõcupiſces. Si concupiſcis, reus es legis in oculis Dei, ſed ſi nõ rapis alienum, nulla de te (etſi intus concupiſcas) erit querela hominũ. Aliud eſt enim cõſpicua opera legis implere, vel timore hominũ vel ipſius dei, vel pœnę formidine: aliud, bene agere dilectione & amore iuſtitiæ, vt tãetſi impune permitteretur male agere, male tamen agere omnino nolis. De externa illa & phariſaica iuſtitia alibi dicit Apoſtolus: Volentes ſuã iuſtitiam cõſtituere, hoc eſt ſuis externis operibus in ſpeciem bonis (etſi mens praua ſit) fidere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Nã quum vires hominis nõ ſint penitus extinctæ, ſed vitiatæ, reliquũ eſt in natura hominis naturale iudiciũ, & delectus quidã rerum,

Vide epiſt. Aurelij & aliorũ epiſcoporum, inter quos Augu ad Inno. to. 2. nu. 95. Augu. ad Sixtũ. Itẽ de ſpiritu & lite. c. 28. Philip. 2. Augu. de tempo. ſer. 49. Idẽ ad Bonif. contra Pelag. Exod. 20. Roma. 10. Ambr. de voca. gen. lib. 1. c. 3.

quæ ſunt ſubiectæ ſenſui & rationi operum externorũ: quo fit, vt eadem ſuis viribus aliquo modo efficere poſſit. Sed interiores motus, hoc eſt bonos affectus, ſeu quæ Deus requirit (quam vocamus iuſtitiã ſpiritualem) per ſe ſine Deo efficere nõ poteſt. Sed vt hos motus concipiat, Dei & mediatoris

1. Cor. 2. gratia ac Spiritu ſancto eſt opus. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Sed hi tandem qui ſpiritu

Roma. 8. Dei ducũtur, ſunt filij Dei, & ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, is non eſt Chriſti. Quamobrem Chriſtus Ioan. 3 dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ poteſt videre regnum Dei. Et iterum Ioannis 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus, qui miſit me, traxerit eum. Iti-

Pſal. 68. dem Ioannis 15. Sine me nihil poteſtis facere. Nam homo in

Bernar. in ſer. de cœna domini. peccatum lapſus, nõ ineptè confertur homini, in profundiſſimam ac ſpurciſſimam foueam præcipitato, ac grauiter vulnerato, vnde ſe erigere non poſſit, niſi deſuper quiſpiam fune demiſſo delapſum extrahat, & extractũ inſuper diligenti curatione acceptorum vulnerum proſequatur.

Quintò ſtatuendũ eſt, ꝙ Deus tam eſt benignus ac miſericors, vt nõ tantum voluerit hominem nõ peccare, ſed & velit hominẽ lapſum, atq; adeò quantumlibet criminoſum, re-

Ezech. 33. ſurgere ac reſipiſcere. Nã apud Ezechielẽ ſic loquitur: Viuo ego, dicit dñs, Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & viuat. Et Chriſtus indifferenter omnes ad ſe ꝓuocat:

Matt. 11. Venite (inquit) ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Et in hanc ſententiã dixit Apoſtolus Pau-

1. Tim. 2. lus: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem

Obiectio. veritatis venire. Quòd ſi obiiciat quis, Dei volũtati quis reſi

Roma. 6. ſtit? cur igitur non omnes ſaluantur, quos Deus ſaluari vult?

Dilutio. Reſpondemus, hic ad duplicem voluntatẽ Dei (dicendi cauſa) reſpicere oportere, antecedentẽ & conſequentem. Res au-

Simile. tem exẽplo fiet dilucidior: Legiſlator legem ferens, omnes ciues ſuos vult eſſe bonos & pacificos, nec vult vt crimina ab eis patrentur pœnis luenda, idq; voluntate antecedente. Interim tamẽ filij ſui alioqui chariſſimi, latæ legis trãgreſſoris mortem vult, quem vellet nõ peccaſſe, vt nihil plectendũ in eo poſſet inuenire, idq; voluntate conſequente, qua mortem filij vult, ꝓpter aliquid iam factũ. Itidem hortulanus plãtat

Lucæ. 13. arborem, nõ ea mente vt excidatur & in ignẽ mittatur: attamen dum poſt longã expectationem eam nullum fructũ producentem

ducentem videt, & terra excidit, & in ignē mittit. Non ſecus miſericors Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quod ad ſe attinet, voluntate antecedente. Quòd verò reprobos dānat, fit voluntate cōſequente, q̄ iuſtum ſit eos quibus præbita eſt omnis occaſio conſequendæ ſalutis, nec apprehēdere voluerunt, damnare. De infantibus alia ratio eſt, vt iam diximus. Sextò, quòd Deus adeò vult omnes homines ſaluos fieri, vt nemini quantumlibet ſcelerato, gratiam ſuam ſubtrahat.

Septimò retinendū eſt, ſitum eſſe in hominis voluntate, vt gratiā Dei oblatam vel accipiat vel repudiet. Quæ ambo, vt penitius intelligant, fortaſſe retulerit de gratia Dei, & quotuplex ea ſit, ſimul & de hominis volūtate paucis dicere. Gratia ergo generaliter & ſpecialiter accipitur. Gratia generaliter accepta appellatur, quicquid nō præcedentium aliquorū operū meritis, ſed gratuita bonitate Dei donatur: & ſic accepto vocabulo, gratia non improbāda ratione dicitur natura, in qua conditi ſumus, vt nōnihil eſſemus: nec ita eſſemus aliquid, vt cadauer quod non viuit, & arbor quæ non ſentit, aut pecus quod non intelligit: ſed hoīes, qui & eſſemus & viueremus & ſentiremus & intelligeremus, & de hoc tāto beneficio creatori noſtro gratias agere deberemus. Hāc gratiā quā quidā donum naturæ appellant, habent impij nobiſcū communem. Gratia verò ſpecialiter accepta, quam doctrina Chriſtiana & demonſtrat, & prædicat eſſe propriā Chriſtianorū, non eſt natura, ſed eſt occulta miſericordia Dei, qua p̄ ſubminiſtrationem ſpiritus, ſanatur ac ſaluatur natura, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, ſanamur, & glorificamur, vt dicere poſſimus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio ſuo p̄prio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illū. Hæc eſt illa gratia, quam diuinæ literæ vbique prędicant, de qua dixit Apoſtolus: Non irritā facio gratiā Dei. Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, nimirū gratiā intelligēs qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſaluamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum propria voluntate. Hæc gratia diſtinguitur in gratia operantem, & cooperantem, ſeu in præuenientē & ſubſequentem. Vtranq; in ſanctis eloquiis expreſſam legimus Pſaltes ait: Et miſericordia eius præueniet me, & miſericordia Dei ſubſequetur me. Deus enim nolentem præuenit vt bene velit, & volentem ſubſequitur ne fruſtrà velit, ſed vt perficere valeat. Operās ergo gra-

Gratia de biſariā accipitur.
Vide dictā epiſto. Aurel. ad Innoc.
Eccle.17.
Gratia propria Chriſtianorū.
Vide dictā epiſto. ad Innoc. contra Pelag.
Roma.8.
Galat.2.
Gratia duplex.
Pſal.58.
Pſal.22.
Augu. in Ench.c.32
Operās gratia quæ

tia eſt,quæ præuenit ac præparat voluntatem,non vt fiat vo-
Cooperãs gratia quę Augu. in Enchir. c. 30. luntas, quia & ante hãc gratiam voluntas erat,ſed vt volũtas bona fiat,& quæ prius erat ſerua peccati,liberetur. Cooperãs verò gratia, & voluntatem iam bona factam ſubſequitur, vt quod iam vult bonũ,perficere poſſit. Nam (vt iam ſæpe antè diximus) voluntas hominis quam naturaliter habet,non valet
Román.9. erigi ad bonũ efficaciter volendum,vel opere adimplendum,
Philipp.2. niſi per gratiam liberetur,& adiuuetur,ſecundum Paulinam ſententiã,quam impij pro ſua impietate detorquent.Non eſt (inquit)volẽtis,nec currentis,ſed miſerentis Dei:hoc eſt nõ
Aug. contra Iulia. hæret. eſt volentis bene velle,neque currẽtis currere,ſed miſerẽtis Dei,qui operatur in nobis velle,id eſt vt aſſentiamur vocanti:& currere, hoc eſt operari pro ſua bona voluntate. Itaque nõ ideo miſeretur Deus hominis,quia ipſe homo voluit & cucurrit,ſed iã homo voluit & cucurrit,quia miſertus eſt Deus.
Hier. 10. Quamobrem Hieremias propheta ait:Scio dñe,quia non eſt hoĩs via eius, nec viri eſt,vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Præparatur enim (teſte Salomone)voluntas hominis à Deo,
Gratia præueniẽs duplex. & à Domino greſſus hominis diriguntur.Gratia præueniens plurimos habet gradus, & vt ſummatim dicamus,duplex eſt. Vna,qua Deus præuenit peccatorem vt reſurgat.Altera,qua peccator præuenienti Deo aſſentiens iam reſurgit. Vtraque voluntatem noſtram præuenit Deus,ſed priorẽ ſubminiſtrãdo ſolus operatur,in altera voluntas noſtra Deum præueniẽtem ſubſequens, ei per velle ſeu aſſenſum, remiſſionem peccatorum accipiendo,cooperatur.

Prior gratia,qua Deus hominem præuenit,ac incitat vt reſurgat,iterum duplex eſt. Vna generalior,quæ eſt bonus motus,bonáque cogitatio,veluti quum peccator,Deo inſpirãte, agnoſcit peccatum ſuum,quum terrore gehennæ concutitur. quum de amittenda æterna beatitudinis dolet. Altera ſpecialior eſt, tot habẽs ſpecies, quot ſunt ſpeciales boni motus ad
Pſal.106. reſipiſcendum,veluti ſunt auditio verbi Dei,immiſſio aduer
Deus nulli hominũ gratiã funditus ſubtrahit. ſitatis(quæ ferocientis hominis animum deiicit,& ad Deum reſpicere facit)remotio occaſionis peccãdi,ablatio ſeu debilitatio tentationis,& id genus alia.Iam cõſtat Deũ nulli hominũ gratia illa generalius accepta,deeſſe,adeò vt nullus ſit peccator tam ſceleſtus,cui Deus,quoad in hac vita ſuperſtes
Apoc.3. fuerit hanc gratiã penitus ſubtrahat. Nam per hanc ſtans ad oſtium ſedulo pulſat,initiũ noſtræ ſalutis(quę eſt peccati cognitio

gnitio)in nobis operari deſiderans Et quis tandé eſt homi-
num, qui non ſentiat ſe hac gratia præueniri, quòd & gétes *Roma. 9.*
oſtendant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimoniũ
illis reddente conſcientia eorũ? Et vel Pharao vel Iudas tra- *Exo.5.6.*
ditor exéplo eſſe poſſunt, quàm liberalis ſit Deus in hac gra *7.8.9.10.*
tia ſubminiſtranda. Certe prophetæ teſtantur, Deú non ſolũ *11.*
à conuerſis non auerti, ſed etiam ad auerſos conuerti, & ad *Matt.26.*
cõuerſionem cohortari. Nam Hieremiæ tertio ſic legimus: *Marc.14*
Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & illa recedens, duxerit virũ *Luc.22.*
alium, nunquid reuertetur ad eum vltra? nũquid non pollu- *Ioan.13.*
ta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cũ *Hiere.3.*
amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me, dicit domi-
nus. Itidé Eſaiæ quadrageſimonono legimus: Nunquid obli
uiſci poteſt mater infanté ſuum, dicit dominus, vt non miſe
reatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamé nõ obli
uiſcar tui. Et Ezechielis decimooctauo: Quare moriemini
(inquit dominus) domus Iſraël? Quia nolo morté moriétis,
dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite Quòd aué A- *Obiectio.*
ctorum 14. legimus, dicente Paulo ad viros Lyſtrios, Deum
in præteritis generationibus dimiſiſſe omnes gétes ingredi
vias ſuas, nõ ſic intelligendũ, quaſi Deus gentibus ſua gratia
defuerit. Quinimo ipſe Paulus ſtatim ſubiecit: Et quidé nõ *Dilutio.*
ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciés, de cœlo dãs
pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda
eorum. Itidem Actorum cap. 17 Paulus ad viros Athenien-
ſes ait, Deum feciſſe ex vno omne genus hominũ inhabitare
ſuper vniuerſam facié terræ, definiens ſtatuta tépora & ter-
minos habitationis eorũ, vt quærerent Deum, ſi fortè attre-
ctent eum aut inueniant. Qui enim non reliquit ſe experté *Acto.9.*
teſtimonij, hoc eſt qui beneficiis innumeris (quę in oés ho-
mines abundè effundit) teſtificatur ſe eſſe Deum optimũ ac
maximum, qui omne genus hominum inhabitare facit ſuper *Act. 26.*
terram, vt quęrant eũ, atq; adeò declarat ſe eũ eſſe, qui det o-
mnibus vitam & inſpirationem & omnia, ſéque nõ longe eſ
ſe ab vnoquoq; noſtrum, quòd in ipſo viuamus, moueamur
& ſimus, quemadmodũ & quidam Gręcorũ poëtarum dixe- *Aratus.*
runt, Ipſius enim & genus ſumus: iſne putandus eſt vlli géti
gratiam ſuam præuenienté ſubtraxiſſe? Verum quum gentes
id, quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtũ habuerint, quod *Rom.13.*
Deus illis per gratiam prçuenienté manifeſtauerit, nec tamé

quum cognouiſſent Deũ,ſicut Deum glorificauerũt,au gratias egerunt,ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis:factũ eſt, vt gentes Dei gratiã contẽnentes ac repudiãtes,dimiſſi ſint ingredi vias ſuas. Atq; eadẽ omnino ratiõe fit,vt nõ omnes illos motus gratiæ ſpecialis,omnib⁹ peccatoribus Deus impertiat. In cauſa enim eſt peccatoris obduratio, gratiam illã communem ſeu generalẽ negligentis ac repudiantis. In quã ſententiam dixit Apoſtolus: Et ſicut non probauerunt Deũ habere in notitia,tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, vt faciant ea quæ nõ cõueniunt,repletos omni iniquitate. Tradidit,inquam,id eſt permiſit,vt per cupiditates cordiũ ſuorum,in omnem iniquitatem & immunditiam ruerent. Atque ita fit,vt peccatũ ſit alterius peccati cauſa,quinimò vt idem ſit ſimul peccatũ & peccati pœna. nam gratiæ contẽptus grauiſſimum peccatum eſt; & peccati cauſa, nẽpe omnis iniquitatis & immunditiæ,in quam Dei contemptor ruit. At omnis illa iniquitas & immũditia hominum impiorum,qua fit, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis,& peccatum eſt & peccati pœna. Et hęc peccati retaliatio ſeu pœna, quæ per peccatum fit,omnia grauiſſima eſt.

Cur Deus gratiã ſpecialem impijs ſubtrahit.
Roma.1.
Tradere, pro permittere.
Pſalm.13.
Roma.1.
Pſal.118.

Gratia ergo præueniens,qua Deus hominem incitat vt iuſtificetur,gratia quidem Dei eſt eximia:ſed nõ ſufficit,niſi accedat gratia iuſtificans,quę voluntatẽ ſanat,& ſola facit vt rectè viuatur. Ad hanc enim gradibus quibuſdam peruenitur. In primis enim quum non ſimus ſufficientes,ne cogitare quidem aliquid quaſi ex nobis, Deus initio bonam cogitationem nobis inſpirat,qua ad Deũ reſpicere & peccatum noſtrum agnoſcere incipimus, quã ſolus Deus in nobis operatur,nec nobiſcum,quia ad eã habendam nihil facimus, ſed eam merè gratis nobis immitti, dum peccatum noſtrum oculis noſtris opponit. Hæc cogitatio magis intellectu quã affectu perficitur: pręuolat intellectus,ſed frequenter tardus aut nullus ſequitur affectus: ratione & intellectu ſæpè apprehendimus, q̃ vtilis ſit Dei iuſtificatio, ſed infirmitate præpediti,nondum rem tantam ex animo deſideramus,ſed adiuuante ſenſim gratia cupimus vt deſideremus, ſcimus bonũ, nec delectat agere: ſenſim verò proficiente gratia, cupimus vt delectet. Hoc autẽ votũ,quo cupimus deſiderare,quędam voluntatis præparatio eſt,quæ fidẽ iuſtificantẽ pręcedit: nullus quippe credit, niſi prius cogitauerit eſſe credendũ, & vt credat,

Gratia incitans non ſufficit.
Augu.de prædeſti. ſanct.
1.Cor.3.
Aug.contra duas epiſ. Pela. ad Bon.li.2.c.8.
Aug.in Pſal.108.
Augu.de præd ſti. Sanct.

credat, à Deo expetat & accipiat. Hæc ergo voluntatis prę-
paratio, ſua quidem opera habet, quæ tamẽ ſunt mera Dei do *Opera*
na, iuſtificationem antecedentia. Nam homo quum agnoſcit *gratiæ an*
peccatum ſuum, quum grauitatem pœnæ ſecum mente volu *te iuſtifi-*
tat, incipit temperare a malitia, gemere, lachrymari, tundere *cationem*
pectus, reſtituere alienum, facere eleemoſynam de proprio,
ſitire iuſtitiam (hoc eſt, remiſſionem peccatorum) eandem-
que precibus apud Deum ambire ſatagit. Has cordis prępa-
rationes, & voluntatis conatus ac ſtudia ad pietatem, videre
licet in Cornelio illo Centurione, Actorum decimo: quæ ta
men ſine aliqua ſaltem fide, quæ donum eſt Dei, non facie-
bat. De eiuſcemodi ſtudiis dicitur: Si in toto corde veſtro *1. Reg. 7.*
reuertimini ad dominum, auferte Deos alienos de medio ve
ſtri, & pręparate corda veſtra domino. Item Actorum tertio:
Pœnitemini & conuertimini. Et apud Eſaiam: Omnes ſitiẽ- *Eſaiæ 55*
tes venite ad aquas. Et Chriſtus ait: Si quis ſitit, veniat ad me *Ioan. 7.*
& bibat. Et iterum apud Lucam cap. vndecimo: Si vos quum
ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quãto magis pa
ter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Iam vt hãc *Fulgẽ. li. 1*
ſitim, & cætera quæ diximus ſtudia conuerſionis, nemo ne- *ad Mom.*
gauerit bona quædam eſſe, ex Dei gratia voluntati noſtræ *Nõ omnis*
inſita, ob quæ interdum dicimus hominẽ talibus votis ęſtuã- *bona volũ*
tem, bonam habere voluntatem, tamen hæc non eſt illa bona *tas ſuffi-*
voluntas ſeu cogitatio qua bene viuitur. Hæc enim non ac- *cit.*
cipitur niſi per fidem iuſtificantẽ, quę voluntatem ſequitur
præparatã. Nam vt Auguſtinus inquit, Sine ſpiritu non eſt *Aug. ad*
voluntas hominis libera ad bonum, niſi liberata fuerit: non *Anaſta.*
autem liberatur, niſi per ſpiritum ſanctum diffundatur chari *Roma. 5.*
tas in cordibus noſtris: non eſt libera voluntas, niſi eam libe *Galat. 5.*
ret gratia per legem fidei: id eſt, non eſt libera ſine fide ope-
rante per dilectionem.

ERgo quũ peccator peccati horrore pauidꝰ, & pœnæ me-
tu contremiſcens, ac de ſeipſo (ſuæ infirmitatis ſibi cõ-
ſcius) deſperans, per fiduciã miſericordiæ in Chriſto nobis *Roma. 3.*
propoſitę ad Deũ confugit, credens, ſibi pœnitẽti, in Chriſto
Ieſu, qui factus eſt ꝓpitiatio pro peccatis totius mũdi) remiſ
ſum iri peccata per fidẽ, accipit gratiã prępuenientẽ & iuſti *Aug. de*
ficantẽ, qua voluntas ſanatur, vt ſanata Dei adiutorio, legem *ſpiritu &*
impleat, quã nulla merita præcedunt. ipſa eſt enĩ qua iuſti- *litera.*
ficatur impius (hoc eſt, fit iuſtus qui prius fuit impius) meri-

tis autem impij, non gratia, ſed pœna debetur: nec iſta eſſet gratia, niſi gratuitò daretur: Datur autẽ gratuitò, quia nihil boni antè feceramus, vnde hoc mereremur. Nam quæ præcedunt bona, Deo inſpirante præcedunt: nec tamen ea talia ſunt, vt hoc tantum bonum iuſtificationis pro ſua dignitate mereantur. interim nos ante iuſtificationem nihil facimus, niſi quòd bonis inſpirationibus Dei non repugnamus, ſed aſſentimur. Vnde vix hîc cernere eſt vllam ex nobis meriti cauſam, niſi meriti vocabulo per Catachreſim propemodum abutamur, vti dicamus: hominem credentem mereri iuſtificationem, non quidem ex obligatione ſeu ex operibus quę fecimus nos (quum ante iuſtificationem ad peccandum ſolum ex nobis valeamus) ſed tantum ex cõdecentia, quod meritũ congrui appellant. Ex condecentia enim Deus nobis debere videtur, quicquid per prophetas, præcurſorem ſuum, vel ſeipſum, nobis promiſit, dicẽs: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et iterũ: Pœnitemini, & credite Euangelio: appropinquabit enim regnum Dei. Et alibi: Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitã ęternã.

Meritum cõgrui me ritũ ĩpro- priè dictũ

Matth. 3.

Marc. 1.

Ioan. 3.

Quòd ſi Meriti vocabulum propriè accipias, ne fides quidẽ (quam iuſtificare dicimus) iuſtificationẽ meretur, ſed tantũ impetrat & accipit: accipit quidem, quod nemo aliter apprehendat ſibi remitti peccata, niſi credens Deum ſibi propter Chriſtum non imputare peccata. Iuſtificationem ergo aliter mereri nõ videmur, quàm mendicus eleemoſynam meretur accipere, qui oblatam non recuſat, ſed accipit. Nemo itaque dicat: Habeo fidẽ vt merear iuſtificationẽ: alioqui gloriãtem retundet Apoſtolus: Quid habes quod non accepiſti? Fides enĩ qua iuſtificaris, gratis tibi data eſt. Nec fruſtrà Apoſtol[us] vtrunq; dixit: Iuſtificati per fidẽ, & Iuſtificati gratis per gratiã. Gratis enim ideo dixit, ne fides ipſa ſuperba ſit, ne dicat ſibi: Si ex fide iuſtificati, quomodo gratis? ne ſuæ dignitati quid tribuat, ſed hoc tãtum ſuum eſſe agnoſcat, accipere indebitam miſericordiam & iuſtificationem. Hanc gratiã pręuenientem & iuſtificantem, quidã appellant beneficiũ Chriſti, quo liberatur liberum arbitrium, & voluntas præparatur ad faciendum bonum: quidam verò gratuitã imputationem iuſtitię ſeu acceptationem, quòd videlicet iuſti reputemur propter Chriſtũ, & deinde placeat noſtrũ opus ſeu inchoata obedientia, etſi perfectè (donec in hoc corporis tabernaculo degim us)

Rom. 4.

Simile.

Aug. ad Bonifa. cõ tra Pela.

1. Theſ. 2

1. Pet. 1.

Roma. 3.

Rom. 8.

Audi. re tra. ca. 28

Rom. 4.

degimus)legi nõ ſatisfaciat. De hac ſcriptũ eſt: Nam irritã facio gratiã Dei. Nã ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortu⁹ eſt. Et iterũ: Euacuati eſtis in Chriſto: qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. Item, Si autẽ gratia, iam nõ ex operibus: alioqui gratia iã non eſt gratia. Itidem: Ei autẽ qui operatur, merces nõ imputatur ſecundũ gratiã, ſed ſecũdum debitum. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam. *Galat.2.* *Galat.5.* *Roma.11.* *Roma.4.*

HAnc autem gratiam iuſtificantẽ voluntas noſtra (vt ſupra diximus) comitatur, ac veluti pediſſequa ſubſequitur, non quidem tempore, ſed cauſa tantum & natura. Volũtas enim in iuſtificatione noſtra gratiæ quodãmodo cooperatur, ſic, vt iuſtificatiò noſtra ſine volũtate & cõſenſu accipientis non perficiatur. Exẽplo res fiet perſpicacior: Oculus ſolẽ videre non poteſt, niſi ſolis lumen oculũ præueniat vt videat. Interdiu tamẽ ſole lucente (qui ſuper omnes oritur) libera eſt intuitio: hominíque liberum eſt oculos claudere, ne ſolis lumẽ admitta͛, aut aperire, vt recipiat. Haud ſecus ĩpio liberũ eſt, præueniente ſe diuinæ illuminationis gratia à peccato reſurgẽdi, eam accipere vel nõ accipere, Deo præuenienti, & per bonum cogitatũ ad pœnitentiã excitãti, dare vel negare cõſenſum, velle vel nolle pœnitere. Nõ enim (vt ſæpè diximus) in caſu primi hominis, voluntate ſpoliati, ſed volũtatis ſanitate priuati ſumus. Natura quæ erat bona, qualitate facta eſt mala. Et ille animi motus, qui nunquã poteſt ſine aliquo eſſe amore, hoc eſt ſine aliqua voluntate, nõ perdidit appetitũ, ſed mutauit affectum, id recipiens deſiderio, quod debuit refutare iudicio. Quemadmodum in grauiter febricitante vis appetendi non extinguitur, ſed deprauatur, adeò vt febricitans tantũ noxia appetat, ſalutaria autẽ, donec ſanetur, appetere nõ valeat. Quẽ etiã ſanari nõ poſſe cõſtat, niſi medico à noxiis dehortãti obtẽperet, illíq; appetitum ſuũ corrigendũ prębeat, atq; interĩ donec ſanetur, etſi ſalutaria nõdũ appetat, appetere tamẽ ſe poſſe cõcupiſcat. Eodẽ modo, & ſi volũtas hominis ante iuſtificationẽ deprauata ſit, volendi tamen vim nõ amiſit, ꝙ nihil tam ſit in poteſtate volũtatis, quàm ipſa voluntas ſeu ipſum velle. Et quid tãdẽ aliud eſt volũtas, niſi animi motus cogẽte nullo ad aliquid nõ admittendũ vel adipiſcendũ? Ergo etſi niſi à cœleſti medico præuẽta & edocta fuerit bonũ velle, aut etiã Deo *Aug.de ſpiritu & litera.* *Simile.* *Ioan.1.* *Amb.de voc.gent. lib.1.ca.3* *Simile.* *Aug.lib retract.* *Aug.de duabus animabus.*

Vide Bernar. de li. arbitrio. præueniēti, ſine gratia Dei aſſentiri nō poſsit, tamē quis nō videt hoc volūtatis eſſe, vt aſſentiatur? Itaq; velle pœnitere, velle reſipiſcere, velle accipere remiſſionē peccatorū, nō eſt à ſola volūtate, ſed illud nobiſcū operatur Dominus, dū immutando maleuolam voluntatem, eā facit beneuolā & ſuæ voluntati conſentientem. Vnde voluntatem quidem noſtrā Deus immutat, & ſic operatur in nobis velle: ſed tamē quia voluntas inuita mutari nequit. Deo cooperatur dū ei cōſentit. Ex quibus conſequitur, hominem iuſtificari nō poſſe, niſi voluntas noſtra Deo iuſtificāti ac ſananti accedat, & Dei iuſtitiam per fidem accipiat. Quamobrem ſcitè dixit Augu-

Aug. de verb. apoſtol. ſer. 13 ſtinus: Qui fecit te ſine te, non iuſtificat te ſine te. Qui fecit neſcientem (non enim adhibuiſti aliquem cōſenſum, vt te faceret Deus, qui nō eras antequā fieres) nō iuſtificat niſi volentem. Iuſtificat, inquam, ipſe te ſua iuſtitia, nō tu te iuſtificas, & ſi voluntate iuſtificāti accedas. Itaque totum Deo rectè aſſcribitur, qui voluntatem noſtrā (quam creando nobis

Aug. de duab⁹ animabus. Roma. 5. 2. Tim. 4 impertiit) gratia ſua præuenit, & excitat torpeſcentem, vt ipſum ſuum norit: poſtea corrigit nolentem, vt reſurgere velit: poſtremò adiuuat volentē, vt reſurgere poſsit: & ſic ſalus noſtra Dei gratuitum eſt donum. Quia tamen nō fit ſine volūtatis noſtræ aſſenſu, ex gratuita imputatione Dei in nobis inchoat meritū, pro quo repoſita eſt nobis corona iuſtitiæ, nō noſtræ: quia quū bona volūtas noſtra, ex qua omne meritum pendet, nobis principaliter à Deo fit, nos autē ad peccandum tantū ex nobis valeamus, idcirco nullo bono (taceamus,

Auguſti. in prolog. Pſal. 31. cœleſti corona) digni ſumus. Sed repoſita eſt nobis corona iuſtitiæ Dei, qua iuſtū eſt, vt reddat quod reſipiſcentibus promiſit, non quidem ex debito, ſed ex gratia.

De gratia ſubſequente. SVpereſt, vt de gratia ſubſequēte & cooperāte paucis dicamus. De qua dixit Apoſtolus: Plus illis omnib⁹ laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Poſtquam itaque per gratiā iuſtificantem (quę eſt gratia gratis data) hominis

Vide epi. cōcilii Aphrica. ad Innoc. & rurſus in eo. ad eoſdem. volūtas ſanata, & à captiuitate (qua facta eſt ſerua peccati) liberata eſt, abſit vt iam ſecuram ſe putet, & poſthac ſe nō indigere Dei gratia ad cōcupiſcentias tentationesque vitādas & operandum bonum exiſtimet. Quinimò, nemo vel baptiſmatis vel pœnitētiæ gratia renouatus, idoneus eſt ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis cōcupiſcentias, niſi per continuum & quotidianū adiutorium Dei, per-

ſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit. Nam quãuis ho miné à præteritis redemerit ille peccatis; tamẽ ſciẽs hominé iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi multa ſeruauit, quemadmodũ poſſit illum & poſt iſta corrigere, quotidiana illi pręſtans remedia, quibus niſi freti confiſiq; nitamur nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Ergo quicunq; dixerit gratiã Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum, ad ſolã remiſſionem peccatorum valere, non etiam poſtea neceſſariam eſſe ad adiutorium, vt amodo non committantur, anathema ſit. Item, quiſquis dixerit, eandem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad nõ peccandum, quòd per ipſam nobis reueletur & aperiatur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illã nobis & affectum pręſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atq; valeamus, anathema ſit. Vtrunq; enim eſt donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus. Sicut enim de Deo ſcriptum eſt, Quid docet hominem ſcientiam: ita ſcriptum eſt etiam, Charitas ex Deo eſt. Et iterum. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. Item, Quicunque dixerit, ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam etſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiã ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. Nam quum Dominus de fructibus mandatorum loqueretur, non dixit: Sine me difficilius poteſtis facere: ſed, Sine me nihil poteſtis facere.

Item concil. Meleuita.

Ex cõcil. Meleuit. et Carthag.

1. Ioã. 3. 4

Roma. 5.

Ioan. 15.

ADdenda ſunt, vt hæc illuſtriora fiãt, duo diui Hieronymi dicta. Primũ, Anathema ſit, Si quis dixerit Deũ impoſſibilia præcepiſſe. Alterum, Qui dixerit, nos poſſe mãdata Dei implere ſine gratia, anathema ſit. Lex ergo poſſibilis eſt, ſed per gratiam. Vnde & poſt iuſtificationem gratia volũtati accedere debet, vt lex impleatur. Cuius clariſſima teſtificatio in eccleſia, oratio eſt: ad quam reconciliati per ſcripturas veteris & noui teſtamenti, quam maximẽ frequentandam & nunquã intermittendam inuitantur & prouocantur. Quum enim in oratione dominica oramus, Ne nos inducas in tentationem, hoc eſt vt peccatorũ tentationem ſuperare

Hier. contra Pelag. to. 2.

Oratio gratiæ teſtimoniũ.

Luca. 18.

Roma.8. poſſimus,vel vt ſpiritus Dei(vnde pignus accepimus) adiuuet infirmitatem noſtram,quanuis eo ipſo liberum non diffiteamur arbitrium,tamen fatemur eius poteſtatem non ſufficere,niſi adiuuetur infirmitas. Diſtinguéda eſt lex & gratia, *Lex iubet gratia iuuat.* Lex iubere nouit,gratia iuuare. Nec lex iuberet,niſi eſſet voluntas; quis enim ſtatuæ quid iuſſerit? Nec gratia iuuaret, ſi ſat eſſet voluntas. Iubetur vt habeamus intellectum,vbi di- *Pſal.31.* citur:Nolite eſſe ſicut equus & mulus,in quibus non eſt intellectus, & tamen oramus vt habeamus intellectum, quum *Pſal.118.* dicimus, Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Iube- *Pſal.93.* tur vt habeamus ſapientiam quum dicitur: Stulti aliquando ſapite:& tamen oratur,vt ſapientiam habeamus,vbi dicitur: *Iaco.1.* Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo,qui *Exod.20* dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei. Iu- *Leuit.5.* betur vt habeamus continentiam, quum prohibemur concu- *Roma.7.* piſcere:& tamẽ oratur,vt continentiã conſequamur. Quum *Sapien.8* ſcirem(inquit Sapiens)quia nemo poteſt eſſe continens,niſi Deus det,vt hoc ipſum erat ſapientiã,ſcire cuius & heſſoc donum, adij Dominum, & deprecatus ſum eum. Poſtremò,ne nimium ſit longum cuncta percurrere,iubetur vt non facia- *Pſal.36.* mus malum,vbi dicitur: Declina à malo, & tamen oratur vt non faciamus malum,vti apud Apoſtolum legimus,Oramus *2.Cor.13.* autem ad Dominum,ne quid faciatis mali. Iubetur vt facia- *Pſal.36.* mus bonum,vbi dicitur, Declina à malo,& fac bonum:& ta- *Coloſſ.1.* men oratur vt faciamus bonum,quum dicitur,Nõ ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes,vt ambuletis dignè Deo in omni opere & ſermone bono. Sicut ergo agnoſcere debemus libertatem voluntatis,quum hæc nobis præcepta vide- *Gratia nõ tollit liberum arbitrium,ſed magis ſtatuit.* mus:ita agnoſcere debemus gratiam,quum eadem petere debeamus. Atque ideo verum eſt,gratiam non tollere liberum arbitrium,ſed magis ſtatuere, quemadmodum per fidem nõ tollimus legem,ſed magis ſtatuimus:Gratia enim liberum arbitrium(quòd ſanet & adiuuet)præſuppoſit, ſicut medicina ægroti voluntatem,medicinam non auerſantem. Et fides p- *Roma.3.* pterea à Deo datur, vt per fidem, gratiã qua legem imple- *Roma.8.* amus,impetremus:& quod impoſſibile erat legi,per fidem in Chriſtum obtineamus.

Obiectio. *Galat.5.* SEd,dices, Si lex poſſibilis eſt per gratiam, oſtende ergo hominem qui gloriari poſſit,ſe in hac vita(quandiu caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum)perfectè legem implere,ſeque

ſine

ſine peccato eſſe. Reſpōdemus, hęc duo non pugnare, nempe, non inueniri hominem non in hac vita ſine peccato, & tamē fieri poſſe per adiutorium gratiæ & ſpiritus Dei, vt inueniri poſsit quis ſine peccato (quod eccleſia in Virgine matre vſu veniſſe, etiam aſſerere non dubitauit.) Multa enim ſunt quæ fieri poſſent, quæ tamē non fiunt. Oratorem deſcripſit Cicero, qualem nemo hactenus potuit commonſtrare: nec tamen ſic deſcripſit, vt impoſſibile ſit talem fore. Sic etſi nemo ſit in hac vita qui audeat dicere, ſibi non neceſſariam precationem orationis dominicæ: Dimitte nobis debita noſtra: vel ſe non habere peccatum, ne (diuo Ioāne apoſtolo teſte) ſeipſum decipiat, & veritas in eo non ſit: tamen id vt fiat quandiu viuimus, ſedulo conandum atque poſcēdum eſt. Tolerabiliter in id quiſq; fallitur, nec diabolica impietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & optanda affirmare, etiamſi quod affirmat, non poſsit oſtendere. Id enim credit fieri poſſe, quod certè laudabile eſt velle. Quod autem idem Apoſtolus eadem epiſtola dixit, Qui natus eſt ex Deo non peccat, intelligendum eſt, eatenus quatenus ex Deo natus eſt, & in charitate manet, & ſecundum charitatem operatur, non peccat. Charitas enim non agit perperam, ſed auget & perficit eam natiuitatē quæ ex Deo eſt: minuitq; ac conſumit cupiditatem, quæ ex Adam eſt. Interim tamen hæc cupiditas, radix illa peccati, quamdiu eſt in membris noſtris, lege quadam ſua repugnat legi mentis: quo fit, vt nemo (quantuuis pius) ſit qui non cogatur quęri ſe longe à perfectione legis abeſſe, ſuóſque conatus in dies infirmitate carnis remorari, quemadmodum Chriſtus ad tres illos diſcipulos dixit: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Aliud eſt ſine peccato, aliud ſine crimine viuere: aliud, ambulare in omnibus iuſtificationibus dn̄i ſine querela, quod de Zacharia & Eliſabeth legimus: aliud in nullo labi vel infirmari. Vixit Zacharias ſine querela, ſed non vixit ſine peccato. Sacerdos enim erat, at omnes ſacerdotes tunc neceſſe habebant ex lege, primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populo peccati appellatione omnis humanus lapſus, omne vitium venit: ſed quod in querelam venit, non qualecunque etiam tentationis humanæ vitium, ſed graue peccatum eſt. Homines itaque pij etſi ſentiant imperfectionem ſuam, & pugnam illam internam carnis & ſpiritus, qua fit vt ſpiritus per carnem remoratus non adim-

Dilutio. *Nemo in hac vita ſine peccato.* *1. Ioan. 1.* *In epiſto. Aure. ad Innocen.* *Obiectio.* *1. Ioan. 3.* *Dilutio.* *1. Cor. 13.* *1. Ioan. 4.* *Roma. 7.* *Mat. 26.* *Lucæ 1.* *Aure. Aug. ad Innoc.* *Idē de tēpore. ſer. 1 49.* *Heb. 5.* *Peccat in quid ſigni ficet.* *Galat. 3.*

pleat legem, tamen quum carnis deſideriis non obediunt, nec
exhibent membra ſua arma iniquitatis peccato, poſſunt dice-
Roma.7. re: Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me pecca-
tum, hoc eſt ſpiritualis quidē & internus homo ad perfectio-
nem legis contendit, ſed peccatum inhabitans (nimirum inte
ſtina illa cōcupiſcendi vis, quæ perpetuam ſedē in membris
Ibidem. noſtris dū vixerimus habet) perficere nō ſinit. Velle quidem
adiacet mihi perficere autem bonum non inuenio. Nihilo ſe-
cius tamen imperfecta illa obedientia & opera noſtra, adiuta
per gratiam ſubſequentem, etſi legem non adimpleant, tamē
Deo placent, non quidem propter dignitatem voluntatis ſeu
Roma. 8. operis noſtri, ſed imputatiuè per gratiā. Poſtquā enim Deus
per gratiā iuſtificantē nos recipit in filios & cohæredes Chri-
ſti, idq; per fidē, fit vt poſtea opera noſtrā tanquā filiorum &
reconciliatorum in fide & timore filiali facta, licet nō admo-
dum perfecta & abſoluta, Deo placeant, quia iā placent per-
ſonæ per Chriſtum, ex cuius perfectione noſtram imperfe-
Ephe.5. ctione ſupplemus: ſumus enim membra corporis eius ex car-
Ioan.1. ne & oſsibus eius, de plenitudine eius omnes accipientes, &
1.Cor.1. iuſtitiam eius noſtram facientes. In quā ſententiam dixit A-
Roma. 8. poſtolus: Nihil ergo nunc dānationis eſt iis qui ſunt in Chri
Chriſtus ſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Nam vt ſubii-
appella- cit, Deus filium ſuum mittens in carnem, præ ſe ferētem ſimi-
tur pecca- litudinem peccati, de peccato peccatum damnauit. eum enim
tum, id eſt qui peccatum non nouerat, pro nobis fecit peccatū, id eſt ho-
hoſtia pro ſtiam pro peccato, non alia ratione quàm vt iuſtificatio legis,
peccato. id eſt quam lex promiſit, impleretur in nobis, & vt à maledi-
Galat. 3. ctione legis (qua dicitur, Maledictus omnis qui nō perman-
ſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea) li-
beraremur. De maledicto enim legis per Chriſtū redimimur,
qui pro nobis factus eſt maledictum. In Chriſto manentes,
Eſa.53. per Chriſtum (qui ſolus legem impleuit) legem imputatiuè
1.Ioan.3. implemus, ſi tamen non ſecundum carnem ambulauerimus,
1.Petr.2. id eſt etſi plerunque carnis cupiditates & illecebras perſen-
Roma.8. tiſcamus, illis tamen nullum conſenſum præbeamus, nec ſe-
cundum carnis deſideria ambulemus, vt ex reliqua infirmita-
Vbi pec- te, innitentibus nobis ſuper Chriſtum, nihil damnationis ſit
cati per timendum, quòd Chriſtus vim & tyrannidem peccati ener-
Chriſtum uauerit, vt amodo in nobis mortē operari nō poſsit, niſi rur-
euacuata. ſus à Chriſto declinantes, per conſenſum in illud ruamus: In

ſumma

ſumma ſtatuendum eſt, nos per gratiã Saluatoris in hac quidem vita proficere, deficiẽte ſcilicet ſenſim cupiditate, & creſcente charitate, per ſubminiſtrationẽ ſpiritus ſancti: ſed perfici demum in illa vita futura, quum cupiditas tota extinguetur, & charitas complebitur. *1.Cor.13.*

DIcitur autem hęc gratia ſubſequens ſeu cooperãs, comitari voluntatem noſtram, quòd voluntas noſtra ſanata per gratiam iuſtificantem, iam nacta ſit aliquam libertatem repugnandi infirmitati ſuæ & bene operandi, non quidẽ iam timore pœnæ, ſed amore Dei & iuſtitiæ, quum iam adiuuetur à ſpiritu ſancto, quem in iuſtificatione Deus nobis impertit, & per eũdem charitatẽ in cordibus noſtris diffundit. Proinde in reconciliatis ſeu iuſtificatis, voluntas in piis actionibus otioſa non eſt, quod impii Manichæi volebãt, qui voluntati nullam actionem tribuebant, ne quidẽ adiuuante ſpiritu ſancto, perinde atque nihil intereſſet inter voluntatem & ſaxũ. Quæ hæreſis hac tẽpeſtate renouata, multis præcipitio fuit. Quinimo Paulus Apoſtolus, quemadmodũ vbiq; gratiã Dei & ſpiritus ſancti auxilium quammaximẽ amplificat, ita ſimul & acuit diligẽtiã noſtram iubẽs cauere, ne fruſtra vel in vanum gratiam Dei accipiamus, ſed pro noſtra virili adiuuante gratiam in dies proficiamus, & ſemper in anteriora nos extẽdamus. Quod faciẽtib⁹ Deus auget dona ſua in nobis: neglig ẽtibus verò, etiam prius collata dona rurſus adimit, quẽadmodum docet parabola euangelica de negociatoribus. Quãuis autẽ omnia opera piorũ, Dei ſint dona, ex quibus magis Deo debitores ſumus q̃ ipſe nobis, ipſe eſt enim qui operatur in nobis, nõ tantum velle, ſed etiam perficere, pro ſua bonu voluntate, & qui præparauit opera bona vt in illis ambulemus: nihilominus tãta eſt Dei benignitas, vt quod ipſe poſt iuſtificationem operatur in nobis, idipſum nobis propter ſolum illum conſenſum noſtrum & bonam voluntatem quam adhibemus, nõ tamẽ abſque eo in meritũ imputet. Et ad hoc donat nobis (nullis meritis præcedentibus) fidem iuſtificantem, vt principiũ poſſet eſſe meritorum. Datur ſiquidẽ vnicuique ſine merito vnde tendat ad meritum, & datur ante vllũ laborem, vnde quiſque mercedem accipiat ſecũdum laborem, ſicut dicit Apoſtolus: Vnuſquiſque autẽ propriã mercedem accipiet ſecũdum ſuum laborem. Dei enim ſumus adiutores, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Exemplo res

Gratiã ſubſequẽs comitatur voluntatem noſtram.
Roman.5.
Manichæi
Tot.epiſt. ad Rom. et ad Galat.
2.Cor.6.
Philipp.3.
Matt.25.
Marc.4.
Lucæ.8.
Ambr. de voca. gẽt. li.2. ca.2.
Bernar. de annũ. ſer.1
Philip. 2.
Ephe.2.
Ambr. de voca. gen. lib. 1. c. 9.
1.Cor.3.
Simile.

Amb. de voca. gen. lib.2 c. 2. fiet dilucidior: Ex terra ſterili nemo fructũ expectat, ſed terra iam bene culta & imbre fœcunda, habet quod ab ipſa expectetur, iacitúrq; in eam ſemẽ non ob hoc, vt ipſum ſolum maneat, ſed vt fructũ afferendo, mutiplex atque numeroſum ſit.
Ioan.12 Terrã verò iam facientem fructum ſuum, laudamus, atq; illi omnem prouentum propemodum acceptum ferimus. Itidem
Matt. 25. dominus habens ſeruum & inutilem, & frugi, vtriq; pecuniæ pondus credit, vt in eo ambo operentur: Ille deſidioſus recõdit pecuniam domini ſui, & nullũ fert fructum: hic ponit pecuniam domini ſui ad vſuram vt lucretur duplum: Dominus, etſi ſeruo frugi nihil magis debeat quàm alteri, quòd vterque ſit ſeruus & obligatus ex debito operari: Item, licet ſeruus frugi nihil de ſuo, ſed tantum pecuniam domini ſui ad vſurã ponat; nihilo ſecius tamen, quia hic ſeruus volũtati domini, voluntatẽ ſuã accõmodauit, & peculio cõcredito bene vſus fuit dñs eundẽ perinde commẽdat ac collaudat, acſi de eo optime meritus fuiſſet: Euge (inquiens) ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudiũ dñi tui. Habent ergo opera noſtra poſt iuſtificationem meritum ſuum, habent dignitatem ſuam quam mutuantur ex gratia, nõ habẽt ex ſeipſis. Deus enim ex ſumma miſericordia il-
Matth. 5. la opera licet imperfecta, digna reputat, illiſq; ingẽtem mercedem repromittit ac perſoluit. Quemobrem hoc meritum
Meritũ cõdigni cur ita dictũ. quod operibus hominis reconciliati ſeu iuſtificati Deus imputat, recentiores meritum condigni appellarunt. Meritum quidem non ex dignitate operis, ſed ex gratia Dei & meri-
Ioan 1. to Chriſti, quo niſi opera noſtra bona ſuſtentarentur, ne tantillum quidem valerent. De plenitudine enim eius (vt ſæpè
Eſaiæ. 53. 64. diximus) nos oẽs accepimus. Niſi enim ille nobis meruiſſet,
Tit. 3. nos omni merito vacui eſſemus. Condigni verò vocabulum, ex quibuſdam ſcripturę locutionibus & tropis vſurpatum eſt,
Matt. 10. veluti: Dignus eſt operarius mercede ſua. Item, inuenit eos
Lucæ. 10. dignos ſe. Item, ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt,
1. Tim. 5. Apoca. 3. Et Coloſſ. 1. Vt ambuletis dignè Deo. Et iterum: Cum gaudio agentes gratias Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Itaque meritum bono-
Matth. 5. rum operum poſt iuſtificationem non eſt attenuandum, ſed
6. 7. modis omnibus amplificandum quemadmodum vbique facit
Lucæ. 6. Chriſtus & apoſtoli Sed hoc videndum, ne meriti cauſam no-
1. Cor. 3. bis aſſcribamus, ſed Deo. Noſtrum enim eſt tantum aſſentiri,

& Dei ductibus obſequi, ſed hinc ex debito nihil repoſcere
poſſumus, quemadmodum Chriſtus ait: Quum feceritis o- *Lucæ.17.*
mnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus:
quod debuimus facere, fecimus. Et tamen hanc voluntatem
noſtrã Deus(modò omnem boni operis gloriã in eum trãſ-
feramus)tanti facit, vt videatur agnoſcere ſe ex debito tene-
ri: Deus iubet, vt operemur opera digna ſe. Nos verò orare
conuenit, vt Deus & nos & opera noſtra digna faciat pro-
miſſionibus Chriſti. Et vt beatus Auguſtinus ait: Noſtrũ eſt *Aug. lib.*
gratias agere domino & Saluatori noſtro, qui nos nullis præ- *50. homil.*
cedentibus meritis, vulnetatos curauit, & inimicos reconci- *homil. 14.*
liauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem redu-
xit, de morte ad vitam reuocauit, & humiliter confitentes fra-
gilitatem noſtram, illius miſericordiam deprecemur, vt quia
nos ſecundum Pſalmiſtã, miſericordia ſua præuenit, digne- *Pſal.58.*
tur in nobis non ſolum cuſtodire, ſed etiam augere munera
vel beneficia ſua, quæ ipſe dignatus eſt dare.

POſt omnia iſta Dei & Chriſti beneficia, quæ nobis ĩ hac *Corona iu-*
lachrymarũ valle exulibus impertit, quid reſtat niſi co- *ſtitiæ cur*
rona iuſtitiæ? Vita vtiq; poſt hanc vitam ſempiterna & *dicatur.*
beata. Sed ne exiſtimes hanc dici iuſtitiæ coronam, ꝙ tuæ iu *Augu. de*
ſtitiæ, tuis virtutibus ob earum dignitatem debeatur. Sed co *ver. apoſt.*
rona iuſtitiæ appellatur, non noſtræ, ſed Dei. Iuſtitia dei ad *ſer. 2.*
eum modũ dicitur, ſicuti dicimus: Dñi eſt ſalus, non qua ſal-
uus eſt dñs, ſed quam dat eis, quos ſaluos facit. Sic & Dei gra *Pſal.3.*
tia per Chriſtum dñm noſtrum iuſtitia Dei dicitur, non qua
iuſtus eſt dominus, ſed qua iuſtificat eos, quos iuſtos facit.
Huius iuſtitiæ, nempe Dei, nõ ſuæ, coronam repoſcit Paulus,
ſed vide qua præſumptione repoſcat: Scio(inquit) cui credi- *2.Tim.4.*
di, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare.
Quia credidit promittenti, fideliter ꝓmiſſum repetit ſuum *Depoſitũ*
depoſitum, Dei promiſſum appellans, promiſſum quidem ex *Pauli, eſt*
miſericordia, ſed iam ex iuſtitia perſoluẽdum. Iuſtũ quippe *promiſſio*
eſt, vt reddat quod debet, debet autẽ quod pollicitus eſt. Et *Dei.*
hæc eſt iuſtitia(de qua præſumit Apoſtolus) promiſſio Dei.

HAbes(vt ſperamus) ſummatim, quid de gratia Dei, quid *Epilogus.*
de noſtræ voluntatis viribus te ſentire oporteat. Prin-
cipio enim oſtendimus, quid gratiæ appellatione continea-
tur. Deinde docuimus, nos quicquid ſumus, hoc totum gra-
tiæ Dei debere, atque adeò hominem ſe totum bis Deo de-

Homo bis ſe debet Deo. bere:Semel,ꝙ ab eo in creatione,totum eſſe,viuere,ſentire, ſapere,& intelligere,gratis acceperit. Secundò, ꝙ perditus, gratuita Dei beneuolentia requiſitus, ſibi redditus fuerit. Poſt hæc oſtendimus,eam gratiã, id eſt fauorem illum Dei, quem erga genus humanũ perditum exhibet (licet quod ad Deũ attinet,vna ſit)ꝓpter diuerſos tamen effectus,& ſecundum eum modum quo à nobis accipitur, vel non accipitur, *Augu. de ver. apoſt. ſermo. 2.* multiplicem eſſe,nempe incitãtem,iuſtificantem,cooperantem & perficientem:aut,ſi mauis,anteuertentem,liberãtem, adiuuãtem & coronantem. Quas ſpecies Pſaltes recolens,ſeipſum excitat,piantiſſimè canens: *Pſal. 102.* Benedic anima mea dño, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Qui ꝓpitiatur(inquit) omnibus iniquitatibus tuis. Vides gratiã anteuertentem & iuſtificantem, quæ datur in baptiſmo. Quid deinde? Qui ſanat omnes lãguores tuos. Vides gratiam adiuuãtem & medentem infirmitati noſtræ. Deniq; poſt redemptionẽ ab omni corruptione, quid reſtat niſi corona iuſtitiæ? Nec hanc tacet Pſaltes,eandẽ non ſuis meritis, ſed Dei miſericordiæ tribuens: Qui redimit(inquit)de corruptione vitam tuã, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus, quemadmodũ vt Apoſtolus ait: *Roma. 6.* Gratia Dei vita æterna. Rurſus habes:quid viribus voluntatis tuæ,& ante & poſt iuſtificationẽ tribuere debeas: nempe voluntatẽ in externa iuſtitia,quę iſagogica eſt,aliquid poſſe,ſed in interna, *Amb. lib. 2. de voca. gen.* quę ſalutem operatur,omnino neceſſarium eſſe,vt gratiã voluntati nectamus. Nam(vt fuſiſſimè diximus)ipſa gratia hoc in omni genere medendi atq; auxiliandi agit,vt in eo,quem vocat, primã ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet voluntatem,ꝙ virtus nolentium nulla ſit,nec poſſit *Ioan. 1.* aſſeri fides vel ſpes vel charitas eis ineſſe, quorũ bonus conſenſus ab his alienus eſt. Et vt animus nihil virtutis capit,niſi radiũ veri acceperit luminis: ita gratia nihil ei quem vocat, confert,niſi prius oculos in eo aperiat volũtatis. Habes item quid de merito ſentire debeas,& quod ſit illud congrui & cõ *Bern. de libero arbi.* digni meritum. Breuiter,hoc ſolum eſſe liberi arbitrij meritum,ꝙ conſentit,non quidem ꝙ vel ipſe conſenſus(in quo *2. Cor. 3.* omne meritũ conſiſtit)à Deo non ſit,quod ne cogitare qui- *Philip. 2.* dem(quod minus eſt ꝗ̃ conſentire) quid ex nobis poſſimus: ſed ꝙ is conſenſus non fiat ſine nobis,ob quem etiam coadiu *1. Cor. 3.* tores Dei, cooperatores Spiritus ſancti, & promeritores re-

gni,in

gni, in ſcripturis appellamur, nimirum ꝙ per cõſenſum, vtique voluntarium diuinę voluntati coniungamur. Deniq; habes quid nobis, quum hæc gratiæ beneficia intra nos vel nobiſcum agitari ſentimus, cauẽdum ſit: nempe ne hæc noſtræ voluntati tribuamus (quæ infirma eſt) aut Dei neceſſitati (ꝙ Deus nulla neceſſitate teneatur) ſed ſoli gratiæ (qua Deus plenus eſt) ꝙ ipſa ſit, quæ liberum excitat arbitrium, quũ ſeminat cogitatum: ſanat quum immutat affectum: roborat, vt perducat ad actum: ſeruat, ne ſentiat defectũ: & tandem coronat, vt nos glorię ſuæ participes efficiat. Non habes exemplũ illuſtrius, q̃ Virginis glorioſæ, quæ etſi per angelum gratia plena, & futura mater filij altiſſimi pronunciaretur, inde tamen ſe nequaquam extulit, ſed totam ſe Deo ſubmittens, totum diuinæ gratiæ tribuit. Hinc (inquiens) exultat ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: Quia reſpexit humilitatẽ & paruitatẽ ancillæ ſuæ: & ex hoc, non ex meis meritis, beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna qui potens eſt, & quæ ſequuntur. Item, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Matt. 26. *Iob. 9.* *Effectus gratiæ.* *Luca. 1.*

His verò rectè perceptis, facilè eſt occurrere ĩpiis & præfractis illis hominibus, qui vt ſuæ impœnitentiæ & iuſtæ damnationis cauſam in Deum trãſferant verbis ſcripturæ perperàm abutuntur, cauſantes ſe neceſſitate quadã adactos peccare & perire, ꝙ non ſit neque volentis neq; currẽtis, &c. Adeò enim verba iſta apoſtolica eorum impiè ſententiæ nõ ſuffragantur, vt eandem etiam planè refellant. Neque enim Paulus hac ſententia homini vel voluntatẽ, vel illius conatus adimit, neq; nullius eſſe momenti aſtruit, imò vtraque homini quodãmodo permittit, ſed docet volnutatem noſtrã ad bonũ penitus inutilem & imbecillem, & curſum omnino inefficacẽ eſſe ſine gratia Dei miſerentis. Eſſet itaq; impiorum excuſatio longe apparentior, niſi Paulus tantus eſſet in amplificãda gratia. Haberẽt enim impij, quod ſemper quęrerentur de ſua imbecillitate, niſi cõſtaret Deum ſemper paratum eſſe, ad infirmitatem noſtrã per gratiam ſuã ſubleuandum, modò ipſi inſpiranti obedire, ac iuſtificanti ac adiuuanti conſentire & obſequi velimus. Propterea totam percurrentes ſcripturam, duriorem cẽſuram nuſquam reperiemus quàm repudiatæ gratiæ. Pſal. 108. quem diuus Petrus de Iuda traditore exponit, ſic legimus: Et dilexit maledictionem,

Dilutio obiectionũ ex eo loco, Non eſt volẽtis, &c. Roma. 9. *Nulla durior increpatio quã repudiatæ gratiæ.*

Pſal.108. & veniet ei:& noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Act.1. Et Chriſtus deplorans Hieroſolymorum perditionē, ita lo-
Matt.23. quitur: Hieruſalē Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cōgregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Itidē Paulus ad Roma. Et quia non probauerunt
Roman.1. Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū ſenſum. Itē ad Iudęos: Vobis, opportebat primùm loqui verbum
Act. 13. Dei, ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis ęternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Atque hęc eſt illa cēſura in ſcripturis, quę vbique Iudęos grauiſsimè premit, quēadmodum diuus Stephanus dixit, Dura ceruice & incircūci-
Act.7. ſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri, ita & vos. Nihil ergo mirū, ſi ille peccato
Simile. demerſus ſuccūbat, hic reſurgat, hic enim diuinæ gratię dexteram non neglexit, ſed apprehēſæ dexterę ductu & tractu, è peccatorū fęcibus emerſit. Ille verò diuinę gratię dexterā ſedulò oblatā ac nunquā ſubtractā, apprehendere neglexit, & ſic in peccatorū luto defixus remāſit. Ambo in peccati foueā corruerunt, ſed hic funē gratię Dei demiſſum apprehendit & mordicus tenuit, & extractus eſt, ille funē Dei demiſſum apprehendere neglexit. Itaq; miſer in peccati fouea periit, nō necesſitate abſoluta coactus, ſed ſua voluntate, ſuóque malo.

Obiectio. NEc habent impij quod cauillētur ſcriptum eſſe, Indura-
Exod.4. bo cor Pharaonis, &c. item, Tradidit illos Deus in re-
Roman.1. probum ſenſum, &c. & ſi quę ſunt ſimiles in ſcripturis figurę,
Tropus Certum eſt enim, eas Hebraica phraſi ſignificare permiſsionē,
ſcripturæ non voluntatē efficacem ſeu cogentem, quemadmodum ora-
in verbis in- mus, Ne nos inducas in tentationē, id eſt ne ſinas nos induci,
durare & Indurauit Deus cor Pharaonis, quòd permiſerit Pharaonem
tradere. abuti ſua voluntate, idque ſecūdum iuſtiſsimū iudicium ſuū,
Permiſsio qui cor peccatoris reprobum (quod nec patientia, ne longa-
Dei iuſtiſ- nimitate Dei, ad pœnitētiā emollitur, nec cōpūnctione ſcin-
ſima. ditur, nec timore frangitur, nec emollitur amore) in obdura-
Rom.1.2. tione ſua perſeuerare permittit, atque hæc permiſsio ſeu Dei patiētia magis accuſat, quàm excuſat, impiū. Vides enim quot miraculis Deus Pharaonem ad pœnitentiā inuitarit, adeò, vt fractus malis, cœperit reſipiſcere, dū vocauit Moyſen & Aarō dicens ad eos, Peccaui etiam nunc. Dominus iuſtus, & ego
Exod.9. & populus meus impii. Verum vbi eum ſalutaris pœnitētiæ

iterum

iterum pœnituiſſet, ac populum Dei dimittere noluiſſet, nec
tot tantiſque miraculis cōmotus, ab eorū perſequutione de-
ſtitiſſet, ſed vindictæ cupidine cæcus, diuiſo mari ſeſe crede- *Exod.14.*
re eſt auſus, Deus ſumma ſua miſericordia deploratę malitię
finē impoſiturus eū cum ſuo exercitu in mediis oppreſſit flu-
ctibus, vt quādo ſanari nō poſſet, ſaltem citius interiret. At- *Pſal.1.*
que hic diligenter intuenda eſt Dei incomprehenſibilis ſa- *Pſal.32.*
pientia ac benignitas, qui adeò malorū hominum impietatē
non probat, vt non tantū impios illorū conatus penitus fru- *Exod.9.*
ſtretur, ſed eiſdem etiam ad bonum & gloriam nominis ſui
(vt ita dicamus) abutatur, quod non ſiluit ſcriptura: In hoc
(inquiēs excitaui te, id eſt, permiſi te tua voluntate impia
abuti, vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuntietur
nomen meum in vniuerſa terra. Quis enim ignorat, quàm
fuerit gloria Dei ex illo memorabili facinore, non tantum
apud Iudęos, ſed & gentes illuſtrata? vt interim Chriſti glo- *1.Cor.10.*
riam & triumphum hoc facinore ſignificatum taceamus.

SVnt qui pleraq; inextricabilia & abſurda colligūt de in- *De præſciē-*
fallibili Dei præſcientia, ac nō ſine graui periculo infir- *tia Dei nō*
morū, curioſè & temerè ſophiſticātur ac diſputant, quomo- *eſt anxiè*
do rerum cōtingentia, & arbitrij libertas, cū certiſſima Dei *diſputan-*
præſcientia ſimul manerę poſſint. Qui ſanè non leuiter pec- *dum.*
cāt, quòd homini, qui mortalis atque adeò terra & cinis eſt,
nō liceat incōprehenſibilium iudiciorū Dei abyſſum diſcu- *Ioan.1.*
tere. Qui enim fiet, vt abſtruſiſſima illa inuiſibilis & incom- *Rom.11.*
prehenſibilis Dei ſecreta comprehēdat, qui animæ proprię,
qua viuit, ſentit, ac intelligit, vim & naturam ſatis aſſequi
non poteſt, quemadmodum Hieremias ait, cor hominis eſſe
prauū & inſcrutabile: Iudicia ergo Dei non diſcutienda ſed *Prou.25.*
adoranda: non diſputanda, ſed iuſtiſſima credēda ſunt, alio-
qui ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria.

PAucis tantū indicabimus, præſcientiā Dei, rerū cōtingē- *Præſciētia*
tiæ non obſtare. Superius oſtendimus Deum peccati cau- *Dei nō ob-*
ſam non eſſe, ſed diaboli ac noſtram volūtatem. Ergo ſi *ſtat rerū cō-*
Deo nec approbante, nec cogente voluntatem primorum pa- *tingentiæ.*
rentum, peccatum factum eſt; ſequitur neceſſariò peccatum
non eſſe factum neceſſitate abſoluta, ſed voluntariè. Opor- *Eccle.15.*
tet enim in hac quęſtione hoc memori ſemper mente tenere
Deū ſicut vniuerſam naturam condidit, ita etiam inter cęte-
ra condidiſſe hanc naturalem voluntatis vī, quæ eſt arbitrij

Dono liberi arb. nullum præſtantius.
Præſciẽtia Dei nõ ligat hominis voluntatem.
Pſal. 40. *Acto.1.* *Matt.26.* *Obiectio.* *Acto.1.* *Dilutio.* *Duplex neceſſitas.*

libertas,quo dono naturæ non eſt aliud maius excogitabile. Quum ergo volũtas noſtra ante peccatũ verè libera fuerit, ſequitur quòd hæc libertas eſt cauſa cõtingentiæ humanarũ actionũ. Licet ergo Deus præſciuerit hominẽ caſurũ, non tamẽ per hanc præſciẽtiam,homini naturale illud donũ (quòd creando impertiit)ademit,aut vt ſic ageret coëgit ſeu impulit. Deus enim ita præuidet ac determinat cõtingenria,vt nõ tollat modũ agẽdi naturæ inditum,ſed determinat actiones, ſicut fiunt. Præuidit Deus Iudæ malã voluntatẽ,permiſit vt proderet Chriſtum,non coactus,ſed voluntariè, & decreuit quomodo Iudam ſic voluntariè peccantẽ perderet. Nõ ergo Iudas peccauit neceſſario. Quòd ſi obiicias,Oportebat impleri ſcripturam quã prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda.&c. Reſpõdeo,diſtĩctione opus eſſe. Duplex enim eſt neceſſitas: Abſoluta,quã vocamus neceſſitatẽ conſequẽtis,veluti neceſſe eſt Deum eſſe,Deum vnũ eſſe, hominẽ eſſe animal ratione,mortale:nã hæc aliter ſe habere nequaquã poſſunt. Alia eſt neceſſitas cõſequentię,qua neceſſario euenire dicimus,nõ quę ſua natura neceſſaria ſunt,ſed neceſſariò ſequuntur,propter præcedẽtes cauſas,vt,oportebat Chriſtum pati,non neceſſitate abſoluta,ſed quia lapſus erat homo,neç aliter reſtitui poterat,niſi Chriſtus pateretur,quòd ita vt fieret. Deus decreuiſſet,&quãmaximè cõgruũ iudicaſſet. Proinde neceſſario cõſequebatur,vt Chriſtus pateretur. Oportebat impleri ſcripturam de Iuda. Nam quum Deus prçuidiſſet malam Iudę volũtatem hoc impium facinus patraturam, idcirco hoc ipſum per prophetam futurum prædixit.

Luc 24. *Acto.1.* *Pſal.40.*

Ex cõſeruatiõe hominis poſt peccatũ ſumma dei benignitas oſtẽditur.
Eccle.15.

Vide autem ſummam Dei benignitatem erga hominem. Nam quum homo volũtariè peccaſſet,mortique ſe obnoxium reddidiſſet,tamẽ Deus talem naturam ſic(non Dei, ſed ſua culpa &vitio)corruptã nõ perdidit,ſed conſeruauit: ſtatimque decreuit,quo remedio corruptionẽ hãc tolleret, & quã cõdidit naturam in melius rẽſtauraret,vt non habeãt impij quod dicant,Cur Deus nõ perdidit Adam,&condidit hominẽ nouum innocentem,ex quo omnes naſceremur?hoc enim ſummæ Dei miſericordiæ & benignitati minime congruebat, ſed magis quod creauerat, reſeruare ac reſtaurare. Habes ergo vnde gratias agas,non quod incuſes.

Ad populum ſe moderandum de præſciẽtia dei.

De cæteris,quæ in hac planè inexplicabili materia magis ſubtiliter q̃ piè, diſputantur,ad populum cõcionari non

ri non

ri non cōuenerit,perturbāt enim imbecilliū animos ac conſcientias. Quanquā hoc noſſe oportet,vt nihil eſt quod impiorū mentes magis terret,quàm Dei pręſcientia,ita rurſus nihil eſt quod piorum animos tam cōſolatur ac lætificat. Nō enim oportet ſic cogitare: Si Deus me præſciuit beatum,beatus efficiar: ſin ſecus,cōdemnabor,indormiſciturus interim in vtranque aurem & expectaturus quid de me faciet Deus. Sed potius ſic cogitare debemus, Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Inſuper vult, vt omnes qui credunt in Chriſtū, non pereant,ſed habeāt vitam æternam. Ergo optime Deus, tibi gratias ago,qui dederis mihi ī corde meo certiſſimū indicium,quòd ſim ex numero eorū quos præſciuiſti,nimirū fidem in vnigenitū filium tuū. Quòd ſi nondum viuidā hāc fidē in cordibus noſtris ſentiamus,reſtat vt auſcultemus vocanti & dicēti: Crede tandē,& ſaluus eris: & quib⁹ erat præſcīētia Dei ante hanc viuificam fidem terribilis,ea accedēte, fiet omni melle ſuauior. Propterea Apoſtolus quum præſciētię Dei meminit,mirū quàm exultat: Scimus(inquit)quoniā diligētibus Deum,omnia cooperantur in bonū,his qui ſecūdum propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit,& prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui,vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autē prędeſtinauit,hos & vocauit,& quos vocauit,hoſ & iuſtificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis,quis contra nos.

Nihil magis lætificat piorū animos quàm Dei præſciētia. *1. Tim 2.* *Ioan.3.* *Si non es prædeſtinatus,fac vt prædeſtineris.* *Acto.16* *Roma.8.*

VT verò tandē his explicatis vnde digreſſi ſumus,reuertamur, Non habet peccator quod dicat: pœnitere,conteri,de peccato dolere,de vita in melius cōmutanda ſtatuere,veniam ſperare non poſſum. Nam(vt diximus)Deus nulli gratiam ſuam ſubtrahit,ſed & non petentes ac ne cogitantes quidem gratia ſua anteuertit,petentes verò prouehit,ſanat,adiuuat ac cōfirmat. Imputet ergo ęger,cui medicus prę ſto eſt,ſibiipſi, non medico,ſi eius oblatam medelam recuſans morbo prægrauatus extinguatur.

Peccator nullam habet contra Deūexcuſationem. *Au.li.10 confeſ.c.2*

CAeterùm vt hunc articulū,qui de contritione eſt,ſemel abſoluamus, Multa ſunt(vt ex prędictis manifeſtū euadit)quæ ad verā contritionē requirūtur. Primo neceſſe eſt, vt homo concipiat odium peccatorū, non huius vel illius, ſed omniū quæ Deū offendunt. Falſam enim pœnitentiā eſſe cōſtat,quū pluribus contēptis,de vno ſolo pœnitētia agitur: vel quū ſic agitur devno,vt nō diſcedatur ab alio. Quid

Ad verā cōtritionē multa requirūtur. *Inno.2.de pœ.diſt.5.* *Grego.de pœn. diſt. 3.c. pœnitentia.*

enim prodeſt,ſi peccata luxuriæ quis defleat,&tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelet? In quam ſententiã dixit Apoſto-
Iacobi. 2. lus: Si quis totam legem ſeruauerit,offendat autem in vno,fa
Chryſ. in ctus eſt omnium reus. Hoc odiũ,quum peccati fœditas,tum
Mat. c. 12 diuini iudicij feruens contemplatio ſubminiſtrant.

Secundò, contritionem amarulentã ac gemebundam eſſe
Pſal. 37. oportet,qualis fuit pœnitẽtia Dauid,dicẽtis: Poculum meũ cum fletu miſcebam. Item, Non eſt ſanitas in carne mea,non
Ibidem. eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Et deinde, Miſer factus ſum,& curatus ſum vſque in finẽ,tota die contriſtatus ingrediebar. Ex ſtatim pòſt, Rugiebã à gemitu cor-
Iohel. 2. dis mei,&gemitus meus à te nõ eſt abſcõditus. Et apud prophetam(quem ſuprà citamus)ait dominus: Cõuertimini ad me in toto corde veſtro,in ieiunio,fletu,ac plãctu,ac ſcĩdite corda veſtra,& nõ veſtimẽta veſtra. Huc item reſpicit quod
Matt. 5. Chriſtus ait: Beati qui lugent,quoniã ipſi cõſolabũtur. Væ
Luc. 6. autem vobis qui ridetis nũc,quia lugebitis& flebitis. De hac triſtitia dixit Apoſtolus 2. Corin. 7. Gaudeo quia cõtriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundũ Deum. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt,pœnitentiã in ſalutem ſtabilem operatur. Hos ergo dolores non fictos aut ſimulatos,ſed veros eſſe & in conſcientia ſentiri neceſſe eſt:alioqui non perficietur contritio:quod & ipſius vocabuli ratio ſatis oſtẽdit,nec dominus aliter accedet,niſi nobis interno dolore & terrore verè affectis,territis,pauidis ac contritis. Nã & propheta ait: Vbi habitabit dominus?in ſpiritu contrito&
Pſal. 50 humiliato. Et Pſaltes: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Fiunt au-
Roma. 1. tem hi terrores(vt ſuprà diximus)in nobis Dei beneficio,qui
Roma. 3. ad hoc vtiẽ miniſterio& legis naturalis(nã ira Dei in omnẽ animam hominis operantis malum)& legis ſcriptæ:quia per legem cognitio peccati. Et quia hæc lex non tantum arguit
Exod. 20 externa delicta factorum ac dictorum,ſed etiam interiorem cõcupiſcentiæ impuritatem, idcirco vtraque agnoſcere debemus. Paulus etiam concupiſcentiæ æſtum, etſi lex mentis repugnet,peccatique ſtimulus haud aſſentiatur,grauiter de-
Roma. 7. plorat: Video (inquit) aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?gratia Dei,&c.

Tertiò

Tertiò, non oportet leuiter tranſmittere peccata præterita, ſed eadẽ agnoſcere, & memoriã eorum perſeuerãter retinere, queẽadmodum Pſaltes ait: Quoniã iniquitatem meã ego cognoſco, & peccatum meũ cõtra me eſt ſemper. Vix eſt enim quod tã ſegnem reddit hominem ad perpetrandã nequitiam, rurſus quod tam facilem facit ad remittendũ malũ aduerſus proximũ, quàm peccatorũ continuata memoria. Quamobrẽ nõ ſufficit ſola lingua pronũtiare peccaſſe nos, ſed id & intima conſcientia pronuntiare, & nobis perſuaſũ eſſe oportet, vt nõ tantum peccatores nos eſſe dicamus, ſed etiam ipſa peccata ſpecialiter ſingula computemus. *Chryſo. in epiſtol. ad Hebr. ho. 31. cap. 12* *Pſal. 50.* *Nõ ſufficit ſola lingua pronũtiare nos peccatores.*

Quartò, ad cõtritionem pertinet votũ vitæ in melius commutandæ, queẽadmodũ propheta monet: Quieſcite peruerſẽ agere, diſcite bene facere. Et diuinus ille Pſaltes: Declina à malo, & fac bonũ: inquire pacẽ, & perſequere eam. Debet ergo affectũ illũ in ſe recipere, quem gerebat ille qui dixit: Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum, & quæ in ſexageſimo ſexto Pſalmo & in aliis q̃ plurimus ſcripta ſunt. Sed & illa quæ Apoſtolus dixit ad illos, qui ſecũdum Deũ cõtriſtati fuerũt: Quãtam (inquit) hoc ipſum cõtriſtari ſecundũ Deũ operatur in vobis ſolicitudinẽ, ſed indignationẽ, ſed æmulationẽ, ſed vindictã. Interea auferẽdæ ſunt omnes occaſiões, quæ cauſam præbere poſſunt relabẽdi in peccatũ, & ſtudiũ opera contraria peccatis præteritis faciendi capiendũ. Nam qui verbo ſe pœnitere dicit, & peccãdi occaſionẽ nõ deuitat, ſed ſe rurſus peccato implicãdũ offert, is eſt veluti canis ad vomitũ ſuũ reuertens. Et in primis neceſſe eſt vt habeamus voluntatẽ efficacẽ reſtituendi alienũ. Reſtitutio enim ciuilis (qua ſatisfacimus his quorũ res occupatas tenemus) ad cõtritionẽ pertinet. Nõ enim licet nobis ex alieno vel edere, vel cõtingere: quinimo nõ ſolum retẽtio, ſed & cõcupiſcẽtia alieni lege vetita eſt. Quãobrem ſi res aliena, propter quã peccatum eſt, reddi poſſit, & nõ redditur, pœnitẽtia nõ agitur, ſed ſimulatur: ſi autẽ veraciter agitur, nõ dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatũ. Deinde omnino neceſſariũ eſt, vt acceptã offenſam ſeu iniuriã proximo ex animo remittamus. Nã vt Chriſtus inquit: Si nõ dimiſeritis hominib⁹, nec pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Et iterũ: Quũ ſtatis ad orandũ, dimitte ſi quid habetis in cordibus veſtris. Quãdiu enim diſcordiã habes cũ proximo, nullũ boni operis fructũ *Eſaiæ. 1.* *Pſal. 33.* *Baſilius in reg. mon. cap. 21.* *Pſal. 118.* *Pſal. 66.* *2. Cor. 7.* *Chryſ. ad theo. lap. lib. 1. circa finem.* *2. Pet. 2* *Satisfactio multũ neceſſaria* *Exod. 20.* *Tobiæ. 2.* *Auguſt.* *Matth. 6* *Marc. 11.*

Matth.5. facere poteris. ſcriptum eſt enim: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altere, & vade prius recõciliare fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum. Vt autem hunc affectum ignoſcendi capias, diligenter tibi rememoranda eſt parabola euangelica, qua legimus Matthæi.18. de duobus ſeruis debitoribus, quæ infrà latius explicata reperietur.

Quintò poſtquam de omnibus peccatis tuis grauiter & ex animo indolueris, diéſq; tuos in amaritudine animæ tuę recogitaueris ac firmiter in corde tuo ſtatueris deſinere à malo *Eſa.38.* & facere bonum, tũ fides accedere debet contritioni, qua fiducia miſericordię Dei rurſus erigaris, & conſolationẽ accipias, confiſus tibi ſic affecto peccata tua propter Chriſtum remiſſum iri. Nam hęc fides (vt & ſuprà diximus) cõtritionẽ perficit, atque diſcrimẽ facit inter cõtritionem pij & impij, Petri & Iudę. Ideo enim non profuit Iudę pœnitentia, quia *Mat.27.28.* hac fide caruit: ideo Petro profuit contritio, qua hæc fides acceſſit, qua miſericordiam apprehendit. Hæc eſt illa fides qua iuſtificati, pacem habemus erga Deum, quemadmodum *Roma.5.* ſuprà copioſius tractatum eſt, & infrà latius exponemus. Iam ad reliquas pœnitentiæ partes, Confeſſionem, & Satiſfactionem, properamus.

DE CONFESSIONE.

Vocabulũ cõfeſſionis varie accipitur. Hilarius ĩ Pſal.66.

VERBVM Confeſſionis, in ſcripturis variè accipitur. Nam ſępe eſt laudare ſeu gratias agere, vt Pſal.61. Confiteantur tibi populi Deus. Et ꝙ Chriſtus ait Matt.11. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abſcõdiſti hęc à ſapiẽtibus & reuelaſti ea paruulis. Hæc igitur confeſſio nihil aliud eſt ꝙ agnitio cum laude, ſeu laus & ſanctificatio nominis Dei qua ſolius Dei gloriã pręedicamus, nobis nihil tribuentes, de qua dictũ eſt: Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, qua totam fiduciam in Deum reiicientes, quæ Dei ſunt, & verbis *Pſal 95.* & factis profitemur, non tantũ in proſperis, ſed & in aduerſitatum totius mundi conſpectu conſtituti. 1. Ioan.4. Quiſquis cõfeſſus fuerit, ꝙ Ieſus Chriſtus eſt filius Dei, &c. Item,

Qui

Qui me confeſſus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Qui autem negauerit me corã hominibus, negabo & ego ipſum corã patre meo qui in cœlis eſt. Ad hanc confeſſionem, vbi res poſtulat, nõ ſufficit ſolus animus ſiue voluntas, hoc eſt interior quædam confeſſio, verũ etiam oris confeſſio flagitatur, quæ libera & inuicta eſſe debet. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem, Roma. 10. Hinc dicti ſunt confeſſores, qui à confeſſione nominis Chriſti nullis tormentis potuerunt dimoueri. Qui dum viuerẽt, martyres dici nolebant, ſed optabãt, vt ſaltem in eis permaneret tuta confeſſio, de qua dixit Apoſtolus. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus confeſſionem bonam coram multis teſtibus. Hi opponuntur lapſi, ac etiã hi qui verbis quidem Deum confitentur, factis autem negant.

Confeſſores vnde dicti. *Vide Euſeb. in eccleſ. hiſto. lib. 5. c. 3.* *1. Tim. 6* *Lapſi qui ſint.*

Secundò, cõfiteri, eſt ſimpliciter agnoſcere quod vel intus in animo latet, vel alicui obiicitur, aut cuius incuſatur. ſecundum quam ſignificationem ſcriptura verbo confeſſionis pro agnitione nõ cuiuſlibet rei, ſed magis peccatorũ, frequentiſſimè vtitur. Eſt autẽ triplex peccatorum confeſſio. Vna interior, qua ſoli Deo peccata noſtra confitemur, hoc eſt qua corã Deo peccata ex animo agnoſcimus, noſtra opera mala cũ ingenti cordis dolore dãnantes, ac Dei miſericordiã quçrentes, de qua dicitur Pſal. 31. Dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam Dño, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Item Pſal. 50. Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Hãc interiorem confeſſionem gẽtes & infideles nobiſcum ex parte communem habuerũt, quod ſcilicet ad dãnationem & profeſſionem peccati attinet. Nam quis tandem eſt hominũ, quem (quum turpitudinem ſuã perpendit) ſui non pudeat, qui ſe nõ accuſet? nimirũ id operante lege naturali omniũ cordibus inſcripta, quæ parit cogitationes accuſantes ac defendẽtes. Sed quum ad verum ſcopum non reſpexerint, periit illis omnis huius mentalis confeſſionis fructus, etſi Ouidius, confeſſis numen quoddã patere dicat. Nam in primis nemo rectè erratus ſuos corã Deo confitebitur, niſi qui proponat in poſterum à peccatis diſcedere. Quid enim aliud eſt confeſſio erroris, quàm profeſſio deſinendi ab errore? Proinde gentes quæ affictabant conſcientias ſuas abſque voto vitam in melius cõmu-

Alia vocabuli acceptio. *Triplex peccatorũ confeſſio.* *Chryſo. in parænе. ad Theo. lap. circa finem.* *Roma. 1.* *Ouidius.* *Hylarius Pſal. 135.*

tandi,confeſsionem fructu ſuo fruſtrabantur. Deſinendum enim à peccato eſt,ob quod peccati cœpta confeſſio eſt, atq; ideo extra veniam erant gentiles, qui peccatum quidem agnouerunt,ſed agnitum non confitebātur. Deinde agnouerunt quidem illi peccatum, ſed præter ſpem veniæ & miſericordiæ. Quamobrem nulla inde ad eos redibat vtilitas. Nam quid proderūt lachrymæ & confeſſio, ſi nulla adſit abolitionis fiducia? Et quis poteſt à peccatis abſtinere,detētus adhuc malo incredulitatis? Quemadmodum enim agricola ille qui deſperato fructuum prouentu,ſegetes deuaſtantia non arcebit: ita & ille qui confeſſionem quidem ſeminat, nihil lucri expectans,neutiquam dimouere ſtudebit ea,quæ reſipiſcentiam corrumpunt. Ethnicis ergo hęc confeſſio nihil profuit, quòd de vlla expiatione culpę adeò nullam ſpem habuerunt, vt de ea ne cogitarent quidem: ſed eis pœna tantum fuit omnium grauiſſima,criminū admiſſorum recordatio, quemadmodum idem ipſe Ouidius teſtatur lib. j. de Ponto:

Chryſo. in loco iam citato.

Simile.

Ethnici tradebāt culpā expiari non poſſe.

Pœnitet (inquit) ô,ſi quid miſerorum creditur vlli,
Pœnitet,& facto torqueor ipſe meo.
Quumque ſit exilium,magis eſt mihi culpa dolori,
Eſtque pati pœnam quàm meruiſſe minus.
Vt mihi dij faueant,quibus eſt manifeſtior ipſe,
Pœna poteſt demi,culpa perennis erit.
Mors faciet certè,ne ſim (quum venerit) exul
Ne non peccarim,mors quoque non faciet.

Idem quæritur Iuuenalis,quum ait:

Exemplo quodcunque malo committitur ipſo,
Diſplicet authori. prima eſt hæc vltio,quòd ſe
Iudice,nemo nocens abſoluitur, improba quanuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Et iterum:

Euaſiſſe putas quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos,& ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiens,animo tortore,flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multò ſæuior illis,
Quas & Seditius grauis inuenit & Radamanthus,
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Mens ſibi cōſcia mali, omniū miſerrima.

Itaq; ea interior confeſsio, quæ cū amarulenta agnitione peccatorū ac veris doloribus, votum reſipiſcédi & ſpem indulgentiæ cōiuncta habet, propriè piorū eſt, potiſſima vtiq; contritionis

Cōfeſſio interior propria Chriſtianorū.

cõtritionis pars,atq; adeò veræ contritionis formatrix & effigiatrix:à qua tam ſecernuntur illi,qui neq; cum animę compunctione & amaritudine, neq; cũ peccatorum abolitione & ſpe indulgentię ſuam malitiã agnoſcunt,quàm qui nimia deſperatione obſtupeſcunt,& bene & male viuere, iuxta ponẽtes,atq; adeò de ſuis malis gloriãtes,qui nullo dolore aut metus iræ Dei afficiũtur, ſed ſecuri ſuis voluptatibus indulgẽt, ſicut irrationalia pecora,natura genita in capturam & perniciem,voluptatem exiſtimantes diei delicias.Sic enim Petrus Apoſtolus homines illos impiè ſecuros deſcribit,quorum hodie plenus eſt orbis. Quanti enim ſunt peccatores ſecurè degentes?quanti rapiunt,& non volunt intelligere,quoniã iniquè agunt? quanti deuaſtant viduas, & diripiunt pupillorum facultates? quanti circunueniunt aliena matrimonia? quanti tribulant orphanos, & agnoſcere nolunt ſuperuenturam ſibi calamitatem?Inſuper fiducialiter,quæ mala ſunt,agunt:& ſic nec ingemiſcũt,nec lachrymarũ proferunt;neq; confitentur, quos ſaluari eſt impoſſibile, quòd nec agnoſcãt facinora ſua, nec Dei iudicium præ oculis habeant.

Chryſ.in loco citato. *2. Pet.2.* *Chryſo.in Pſal.50.* *Roma.1.* *Galat.5.*

OPortebat autẽ & neceſsitatem & vtilitatem huius mentalis confeſſionis,inſuper & confitendi rationem,populo nunquam non inculcare, quòd veteres illi patres ſummo ſtudio fecerunt.In primis diuus ille Chryſoſtomus, qui confeſsionem eiuſmodi, modò piè ac ſedulò fiat,tanti fecit,vt quibuſdam anſam ſubdubitandi, num præterea confeſſio illa ſacramentalis ſeu ſecreta,quæ ſacerdoti fit,neceſſaria ſit,prębuiſſe videatur. Certè tã eſt hæc cõfeſsio neceſſaria,vt Deus non aliter non iuſtificet quàm confeſſos. Deus eſt qui gratis quidem iuſtificat.Ego(inquit apud Eſaiam)ſum,ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorum tuorum non recordabor.Sed quia talis eſt miſericordia domini, quà nolit nos abuti Deus,vt ſcilicet hanc conſequuti,remiſſiores ſiamus:idcirco quærit & à nobis quiddam, nõ vt pretium iuſtificationis, ſed vt adminiculum , quod tamen ipſe quoque nobis per conſenſum cooperantibus, largitur,nimirum fidelem mentis cõfeſſionem.Siquidem apud eundem prophetam ſequitur : Reduc me in memoriam,& iudicemur ſimul:narra ſi quid habes,vel, (vt Septuaginta tranſtulerunt) dic tu iniquitates tuas,vt iuſtificeris. Huius cõfeſsionis fiducia fidelis ille rex Dauid repoſcit,vt Deus eum ab iniquitate ſua lauet:

Admonendus populus ad iugem cõfeſsionem interiorẽ. *Chryſo.in Pſal.50.* *Eſa.43.* *Ibidem.*

Pſal. 50. Secundum (inquit) multitudinem miſerationum tuarum dele
iniquitatem meam. Vnde verò tantum beneficium præſumat,
ſtatim ſubiecit: Quoniam, inquiēs, iniquitatē meam ego co
Cur deus, gnoſco. Requirit autem Deus hāc confeſsionem peccatorum
qui nihil noſtrorum, nō quòd ignoret ea, quamuis non confeſſa: quum
ignorat, faciebas ea, præſto erat, quum admitteres, nouerat: ſed, quod
cōfeſsionē aliter homo ſentire non poſſit quid Deus per miſericordiam
noſtrā re- illi cōceſſerit. Qui enim memor eſt cumuli peccatorum ſuo-
quirat. rū, erit & memor magnitudinis miſericordię Dei. Qui verò
morborum ſuorum, velùti lathargo occupatus, obliuiſcitur,
quo tandem pacto miſericordiæ medicinam fideliter requi-
ret aut accipiet? Quemobrem Prouerbiorum 18. legimus: Iu-
ſtus prior accuſator eſt ſui. Et cap. 28. Qui abſcondit ſcelera
ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea,
Eccle. 4. miſericordiam conſequetur. Non demoreris (inquit Ieſus Si-
rach) in errore impiorum: ante mortem confitere: à mortuo
quaſi nihil perit confeſſio. Cōfiteberis viuens viuens & ſanus
Chryſo. in confiteberis, & gloriaberis in miſerationibus illius. Atque a-
pſal. 50. deò ſanctis ac piis viris curæ erat hæc interior ad Deum cō-
Itē de cō- feſſio, vt etiam ea quæ iam credebant remiſſa, in memoriam
pūct. cor. reducerent, hoc ſcientes, quòd etſi culapm dę præſentibus nō
haberēt, recordationes tamen præteritorū peccatorū & luctū
animabus ſuis plurimū prodeſſe, vel ob id quòd animæ vere-
cundiā incutere, eamque ad amorem eius, qui tā multa & tam
magna conceſſit, prouocare poſſent, conſiderantes quia niſi
miſeratio eius ſubueniſſet, tantum illud peccatorum pondus
Pſal. 31. eos inferni ſuppliciis mancipaſſet. Proinde Dauid rex, quan-
uis remiſſum iam ſibi peccatum eſſet nihilo ſecius tamen ille
in conſcientia ſua tanquam in imagine adulterium & homi-
cidium depicta habebat. Et per ſingulos dies præteritam illā
Pſal. 50. putredinem intuens, dicebat: Iniquitatem meam ego cogno-
Eſaiæ. 38. ſco, & peccatū meū cōtra me eſt ſemper. Hinc illud Ezechię.
Recogitabo tibi (domine) omnes annos meos in amaritudine
1. *Tim.* 1. animæ meæ. Ad eundem modum Paulus Apoſtolus, etiam illa
commemorat, quæ per ignorantiam commiſſa, gratia bapti-
ſmi & cōfeſſio fidei aboleuerat: Chriſtus Ieſus (inquit) venit
Galat. 1. in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus e-
1. *Cor.* 15. go ſum. Et iterum: Et fidelem me exiſtimauit, ponens in mi-
niſterio, qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contume-
lioſus, ſupra modum perſequens eccleſiam Dei & expugnans

cam

eã,& qui nõ ſum dignus vocari apoſtolus. Paulus ergo etiã illorũ meminit,quorũ erat veniã cõſecutus. Nos verò nec iſta recordamur,quæ poſt baptiſmũ cõmiſsimus:cęterum etſi aliquando ad recordationem venerimus,ſtatim effugit cogitatio,& tranſimus ad alia, & nec integra quidem hora patimur animã noſtram afflictione mœroris huius aſtringi. Hæc igitur cauſa eſt,quòd malis addimus mala. Quid enim prohibet vbi nihil metuiť,vbi mihi verecudiæ,nihil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis foueas demergamur? Quas ne incidamus,dominus apud Ezechielem ſaluberrima admonitione nos præmunit:Recordamini(inquit)viarum veſtrarum & omnium ſcelerum veſtrorum quibus polluti eratis, & diſplicebit vobis in cõſpectu veſtro in cunctis malitiis quas feciſtis,& ſcietis quia ego dominus, quum benefecero vobis propter nomen meum,non ſęcundum vias veſtras malas,neque ſecundum ſcelera veſtra peſſima. *Noſtra ſocordia.* *Ezech. 20*

DEbet itaque hæc confeſſio,quæ mentalis eſt,ſine intermiſſione fieri. Nam haud multum differt ab illa tertia pœnitentiæ in eccleſia actione, quæ quotidiana eſt(de qua ſuprà diximus)niſi quòd latius ſe porrigit, nempe ad quælibet,non tantum leuia & quotidiana peccata. Porrò ſi oratio noſtra ad Deũ perpetua eſſe debet,orationis autem, præſertim illius quam nos docuit Chriſtus,vis tota in eo cõſiſtit vt Dei bonitati omnia,nobis nihil tribuamus, Dei nomen ſanctificemus,nos verò noſtráque opera corã Deo accuſemus ac damnemus,ad miſericordiam eius perpetuo reſpicientes: cõſequens eſt, vt & hæc confeſſio nunquã intermittenda ſit, ꝗ hæc confeſsio omnino ſit aut oratio illa quam à nobis requirit Deus, aut ſaltem orationis eius ipſiſſima medulla. Quid enim aliud eſt cõfiteri Deo, quàm diſplicere nobis,illius verò omnipotentiam,ſapientiam & bonitatem ſemper & vbiq; prædicare? Pulchra paræneſi vſus eſt Auguſtinus in Pſal. 66. Confiteantur (inquit) tibi populi Deus, inuenerunt viam tuã:Confiteantur,ipſa cantatio, cõfeſsio eſt, cõfeſsio peccatorum tuorum,eſt virtutis Dei.tuam iniquitatem confitere, gratiam Dei confitere.te accuſa,illum glorifica:te reprehende,illum lauda:vt & ipſe veniẽs, inueniat te punitorem tuũ, vt exhibeat ſe tibi ſaluatorem tuum. *Confeſſio mẽtalis debet ſine intermiſſione fieri.* *Orationis vis in mẽtali confeſſione ſita.* *Confiteri Deo quid.* *Aug. lib. 10. confeſ. cap. 2.*

HAec eſt autem Deo confitendi ratio ac modus. Peccata noſtra Chriſtus debita appellat. Nos, Dei villicos cum *Ratio confitẽdi deo.*

Matth.6. quibus Deus ſit poſiturus rationem. Ergo codex rationũ nobis conſcribẽdus eſt. Codicem habemus cõſcientiam noſtrã: in hac peccata noſtra & maiora & minora tãquã in libro ſcribere oportet, deinde confiteri, non tãtum quia multa in nobis delicta ſunt, verùm & peccata ſigillatim, idque frequentius, recenſere, atque ante oculos ponere, & hæc tanquã nuper admiſſa lugere. Ita enim & animæ arrogantiam frangemus, frequentius eam de malis ſuis & vitiis commonentes, & cautela nobis (ne vltra in eadẽ delicta incidamus) acrior naſcetur, vt interim taceamus hac confeſſione fidem quammaximè acui & exerceri, ſine qua nõ accipimus remiſſionẽ peccatorum. Non habes autẽ quo te à quotidiana iſta cõfeſſione excuſes. Nam ſi omnino per diem nõ habuiſti tempus excutiendi rationes tuas, ſaltem quando accubueris ſuper ſtratũ, & neminem habueris infeſtum, antequã veniat tibi ſomnus, profer in medium codicem, conſcientiã tuam, & reminiſcere peccata tua: ſiquid in verbo ſeu in facto vel in cogitatione peccaſti, dicito in corde tuo & in anima tua: expendimus diem, ô anima, quid boni fecimus aut quid mali operati ſumus? Tum ſi boni cuiuſpiam facti tibi conſcius fueris, totum Dei benignitati tribue, illi gratias age. At peccatorũ reminiſcens, funde ſaltẽ cordis lachrymas, recenſe peccata ſigillatim, facito tibimetipſi rationem, Deum tuũ roga, ora miſericordiam, & inuenies requiem. Sic enĩ poteris in lectulo tuo poſitus, peccata tua delere. Hoc vbi feceris, tum demum permitte animam tuã ſoporari. Iraſcimini (inquit propheta) & nolite peccare, qui dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compũgimini. Et alibi: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. Cur, quæſo, graue aut moleſtũ videbitur, poſitum in lecto quotidiana defleat peccata, vnde tanta promanat vtilitas?

Chryſo. in pſal. 50.

Peccatum niſi agnitũ ſeu confeſſum nõ dimittetur.

Pſal. 4.

Pſal. 5.

Confeſſio generalis apud Iudæos.

Leuit. 16.

VT autem populus Dei ad hanc mentalem confeſſionem modis omnibus inuitaretur, lege veteri cauit Deus, vt põtifex quũ offerret ſacrificiũ pro delicto, generalem totius populi peccatorum confeſſionem ad Deum faceret. Poſtquã (inquit) emundauerit ſanctuarium & altare, tunc offerat hircum viuentem: & poſita vtraque manu ſuper caput eius cõfiteatur omnes iniquitates filiorũ Iſraël, & vniuerſa delicta & peccata eorũ. Sic cõfeſſus eſt populi delicta Neemias in Zuſis, Neemię 4. Itidẽ populus præſente ſacerdote, Neemię 9.

Nec alia

Nec alia ratione ſancti patres generalem hanc confeſſionem tam frequentē in eccleſia eſſe,& per ſacerdotes totius populi nomine,ac ipſum etiam populum ſacerdotem verbis comitantem, pronuntiari voluerunt. Hinc ſacerdos Miſſæ ſacra myſteria à confeſſione (quam viciſſim cum aſtantibus recenſet)orditur. Hinc finita concione,generalē hanc & publicam confeſſionem ad populum prōũtiat, ac monet, vt ſe pronũciātem populus eiſdem verbis proſequatur : hinc in horariis precibus,& mane, nempe in Primis, & veſpere,nimirum in Completorio,h c cōfeſſio replicitur, ídque ne rei tã neceſſariæ vnquã obliuiſcamur,aut fructibus tã eximiis quid hinc nobis proueniunt,careamus,Quæ de mentali cōfeſſione dixiſſe ſuffecerit. *Confeſſio generalis in eccleſia frequens.*

SEcũda confeſſio fraterna dicitur,de qua legimus Matth. 5.Si ergo offers munus tuũ ad altare,& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid aduerſus te,relinque ibi munus tuũ ante altare,& vade,prius recōciliare fratri tuo,& tũc veniens offeres munus tuum.Ne autem frater tuus ſic à te offenſus, te noxã tuam agnoſcentem,ad veniam ab eo petentē auerſari,aut confeſſionem tuam aſpernari impunè poſſet,Dominus præceptum dedit,quod & ſuprà retulimus,Marc.11.in hæc verba:Dimittite,ſi quid habetis aduerſus aliquē,vt & pater veſter qui ĩ cœlis eſt,dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos nō dimiſeritis,nec pater veſter qui ĩ cœlis eſt,dimittet vobis peccata veſtra,Et rurſus Matth.18.Petro interrogãti, Dñe,quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei?vſque ſepties?Reſpondit,Nō dico tibi vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuagies ſepties.Idque ſubſequente illic parabola magis inculcat, qua declarat,eũ vana ſpe Deum precari,qui fratri errata non dignatur condonare. Nã vt Ambroſius ſcitè ait:Si dimiſeris, bene conuenit vt dimittat tibi: ſi non dimittis,quomodo eũ cōuenis vt dimittat tibi?Et vt diuus Hieronymus ait,Nō rectè delicti ſui veniam poſtulat,qui nō prius,quod in eum delinquitur,relaxat.Hæc autem cōfeſſio,ſignificata eſt in Euãgelio per pedum lotionem.Hac ſiquidem poſt cœnã peracta, Chriſtus rationē operis ſui diſcipulis ſuis expoſuit,dicēs:Si ego laui veſtros pedes,dominus & magiſter:& vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quēadmodũ ego feci vobis,ita & vos faciatis. Quo ſignificat, vbi proximum læſerimus,id nos coram eo agnoſcere, veniam *Confeſſio fraterna quæ.* *Ioan.13.*

Confeſſio fraterna neceſſaria. petere, & viciſsim vbi offenſi fuerimus, remittere, mutuis cæ ratis condolere, & pro nobis inuicē orare oportere. Et quanuis hæc confeſſio propriè ſacramentalis nō ſit, de qua ſtatim dicemus, eādem tamen, vt remiſſionem peccatorū conſequamur, neceſſariā eſſe, atque adeò ſacramenti appellatione (largè accepto vocabulo) contineri conſtat, vel Beda & Bernardo teſtibus. *Beda i verba apoſtoli Iacobi.* *Bernar. in ſermo. de cœna domi. et lot. pedum.* Beda certè nō dubitauit, eum epiſtolæ diui Iacobi locum, nempe, Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini, non tantum de ſacramentali, quæ ſacerdoti fit, ſed etiā de hac fraterna confeſsione intelligere, quanuis cum ea diſcretione, vt quotidiana leuiáq. peccata alterutrum coæqualibus confiteamur, eorūq; credamus quotidiana oratione ſaluari. *Iacobi. 5.* Porrò grauioris lepræ immunditiem iuxta legem ſacerdoti pandamus, atque ad illius arbitrium, qualiter & quāto tempore iuſſerit, purificari curemus: *Beda i paulum ad Coloſſen.* Alibi Beda lotionem pedū ex hoc diui Iacobi loco interpretatur: Nouerimus (inquit) nos in huius dominici operis (nimirum lotionis pedum) altitudine admonitos, vt confeſsi inuicem delicta noſtra, oremus pro nobis, ſicut Christus interpellat pro nobis. *Vide Auguſtin. in Ioan. trac. 56.* Audiamus (inquit Beda) Apoſtolū Iacobū, hoc ipſum euidenter ſimè præcipientem atque dicentem: Cōfitemini inuicē delicta veſtra, & orate pro vobis, quia ad hoc *Iacobi. 5.* dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille (vt ſubiicit) qui *1. Petri. 2.* vllum peccatū nec habuit, nec habebit, orat pro peccatis noſtris, quanto magis nos inuicem pro noſtris orare debemus? *1. Ioan. 1.* Et ſi dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus inuicem nobis, qui ſine peccato hic viuere non valemus? Nam quid (inquit idem ille) in hac altitudine ſacramenti dominus ſignificare videtur, quum *Ioan. 13.* dicit, Exemplū enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis: niſi quod apertiſſimè dicit Apoſtolus, *Coloſſ. 3.* Donātes inuicem, ſi quis aduerſus aliquē habet querelā, ſicut & dñs donauit vobis, ita & vos inuicem. Itaque nobis delicta donemus, & pro noſtris delictis inuicē oremus, atq; ita quodāmodo inuicem pedes noſtros lauemus. Noſtrū eſt, donante ipſo, miniſterium charitatis & humilitatis exhibere, illius eſt exaudire, ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Chriſtum, & in Chriſto, vt quod etiam aliis dimittimus, hoc eſt in terra ſoluimus, ſoluatur in cœlo. Hæc ille. videtur aūt Beda his verbis teſtari, nō tantū publicè in ſa-

cramento

craméto pœnitétię,ſed etiã priuatī in hac cõfeſſione fraterna peccata per homines remitti,& Euangelij beneficium nobis applicari,quanuis alia atque alia ratione.Nec ab hac ſententia alienus eſt Theophylactus in eũ locum Matt.18.Amen dico vobis,quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. Si tu (inquit)offenſus,habes eũ qui te iniuria affecit ſicut publicanum & gentilem,erit ille & in cœlo talis:ſi autem ſolueris eum,hoc eſt confitenti & deprecanti ignoueris,erit ei &in cœlo condonatum.Non ſolum enim(vt ſubdit)quę ſoluunt ſacerdotes,ſunt ſoluta: ſed quęcunque & nos iniuria affecti, vel ligamus vel ſoluimus,& ipſa erunt ligata vel ſoluta.Prętere a ſub hæc ſpecie fraternæ confeſſionis,continetur etiã ea confeſſio quæ p fraternã correptionem à delinquéte(quí ſuapte ſponte culpam agnoſcere & veniam à fratre petere negligit)elicitur,per quã fratris animam lucramur,vt Chriſtus ait Matt.18.Habet enim & hæc ſuam priuatã remiſſionem,de qua dictum eſt:Quoties in me peccabit frater meus & remittam ei.&c.de qua poſtea latius differẽdum erit.Retinendum tamé eſt,quòd paulo ante diximus,népe,ſacerdotes lõge alia ratione ſoluere vel remittere peccata cõfitentibus,quàm fratres ſeu priuati inuicem remittunt. Nam illi publica authoritate & vice Chriſti(cuius perſonã in eccleſia repræſentant)virtute clauiũ ab eo acceptarum,ab omnibus paſſim peccatis pœnitentes abſoluunt,verè cõtrito& cõfeſſo nihil minus præſtantes,quàm ſi Chriſtus pręſens abſolueret,ac diceret:Remittuntur tibi peccata tua. Quamobrẽ diuus Paulus 2.Corint.5.dixit:Omnia ex Deo,qui nos recõciliauit ſibi per Chriſtũ, & dedit nobis miniſteriũ reconciliationis.Quoniam quidé Deus erat in Chriſto,mundũ recõcilians ſibi,non reputans illis delicta ipſorũ,& poſuit in nobis verbũ recõciliationis.Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tãquam Deo exhortãte per nos.Sed relaxatio illa ſeu remiſſio fraterna non fit(vt ita dicamus)authoritatiuè,nec frater eatenus fungitur vice Chriſti abſoluẽtis, ſed tantũ remittit priuatim,quod in ſe peccatũ eſt. Vnde magis priuatæ iniuriæ cõdonatio,quàm peccati remiſſio eſt,quam tamen Deus tam habet grata, vt remittenti offenſam fratri,idq; ex animo viciſſim remiſſioné peccatorũ polliceatur,ſic, vt is qui hunc affectũ condonationis à ſe fratri factæ verè in cõſcientia ſua ſentit,ſibi hoc ipſo veluti certo,ſed inuiſibili,ſigno perſuade-

Theophy. in Mat.c. 18.

Confeſſio quæ per fraternam correptionem elicitur.

Lucæ.7.

Sacerdotes Chriſti legatione fũguntur.

Remiſſio priuata.

Condonatio iniuriæ, ſignũ eſt remiſſionis peccatorum.

Matth. 6. Marc. 11.

re poſſit,ſe viciſſim à Deo remiſsionem peccatorum ſuorũ (quorum tamẽ eum verè pœnitet)aſſequutũ eſſe. Nam Chriſti verbũ eſt:Dimittite,& dimittemini. Itẽ,Si dimiſeritis hominib⁹ peccata eorũ,dimittet & vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra. Nihilo ſecius quia homo nõ facilè ſtatuit,nũ penitus & ex animo totam iniuriam remiſerit(quòd cõcepti odij malum altas habeat radices)adeũdus ipſi præterea eſt ſacerdos,à quo tanquam ab ipſo Chriſto,verbũ abſolutionis& certiſſimæ conſolationis accipiat. Breuiter,miniſteriũ quod exhibet ſacerdos,eſt miniſterium Chriſti. Quod exhibet frater,eſt miniſterium charitatis & humilitatis,cuius typum videre eſt Math.9. Quanuis ergo hæc fraterna confeſſio tanti momenti ſit,non eſt tamen de numero illorũ ſacramentorũ, quorum eccleſia ſeptem tãtum numerauit Nam illa talia eſſe oportet,vt ſigna ſint viſibilia inuiſibilis gratiæ Dei,quam Dęus per ea,quum in eccleſia publicè adminiſtrantur, in nõ indignè recipiẽtibus certò operatur, eiuſdẽ gratiæ ſimilitudinem extrinſecus gerentiá,quę omnia in hac cõfeſſione fraterna & priuata propriè reperire nõ eſt. Vnde cum clauium poteſtate confundi non debet,ſed magis ad pœnitentiæ ſacramentum præparatoria & præambula eſt.

Nõ ſolum remiſſio fraterna, ſed & abſolutio ſacerdotalis quærenda.

Confeſſio fraterna, non eſt de numero ſeptẽ ſacramẽtorum.

Tertia cõfeſſionis ſpecies,quæ fit presbyteris.

Eius diuiſio.

TErtia itaq; confeſſio ea eſt,quæ fit eccleſiæ præpoſitis, hoc eſt epiſcopis & ſacerdotibus,quibus à Chriſto facta eſt remittendorum & retinendorum peccatorũ poteſtas. Hęc in vſu veteris eccleſię multiplex fuit:Vna publica,altera ſecreta. Rurſum publica duplex: Quædã coacta,quędã voluntaria. Secreta quoque ſecundũ diuerſos ritus& eccleſiarum & temporum,in alias ſpecies ſcindi ac diſcerni poſſet.

QVæ omnia vt dilucidiora fiãt,in primis noſſe oportet, veterem eccleſiam admodum ſeueram fuiſſe in criminibus publicis vindicandis: tum ne eccleſia ob quoſdam maniſeſtarios delinquentes male audiret inter gentes,quemadmodum Romanorum 2.ſcribitur: Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes:tum ne contagio totum gregem inficeret,néve res peſſimi exẽpli infirmioribus offendiculo foret,quod Chriſtus vt diligẽtiſſimè caueretur iuſſit:denique vt alij admoniti cauęrent, ne laberẽtur ; vtq; animus ipſorũ qui ad eccleſiã redibant,exploraretur,an ſcilicet ſerio reſipiſcerent. Olĩ ergo his qui in criminibus publicis eſſent deprehenſi,publicè erat confitendũ,hoc eſt crimẽ erat apud paſto-

1.Cor.5. Matth.5. 1. Timo.5 2.cor.2.7

Volũtaria confeſſio publica grauior.

rem

rem & eccleſiā agnoſcendum,& petenda ab epiſcopis ſeu paſtoribus publicæ pœnitentiæ conceſſio. Hæc confeſſio quū fiebat volūtariè,nimirū criminoſis ſeipſos apud eccleſię prę-ſides ſponte prodentibus,deferentibus ac publicantibus,lōgè gratior erat& venia dignior,quàm coacta. Ad eum modū voluntariè confeſſa eſt mulier illa euāgelica,publica in ciuitate peccatrix,quæ ſuper cōuiuantes ingreſſa eſt,nō iuſſa venit,inter epulas lachrymas obtulit:ac Chriſti pedibus aduoluta,pedes eius lachrymis lotos,capillis terſit,imitabile pœnitentibus exemplum præbens,vt ſua ſponte ad Dei miſericordiam per pœnitentiæ ſemitam accedāt. Ad hāc voluntariam publicorum criminum confeſſionem ſancti patres populum non indiligenter hortabantur ac incitabant. Verum quū is ſit humanæ vanitatis prępoſter⁹ pudor,vt quę publicè patrare crimina non pudeat,publicè tamen agnoſcere &confiteri pudeat:viſum eſt eccleſiæ veteri,publicè peccantes,&tamen crimen ſuū cōfiteri nolētes, ad publicam exomologeſim cōpellere, idque non vno remedio. Nam ſi crimen tam fuiſſet vulgatū,quod totam eccleſiam ſeu ciuitatē cōmouiſſet,epiſcopus ſeu paſtor eccleſiæ peccantē corā omnibus arguebat, quemadmodum Paulus Timotheo præcipit dicens:Peccātes coram omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant. Correptum verò,& confiteri ſeu agnoſcere crimē recuſantem,excommunicabat:nec recipiebat reum, niſi primū confeſſum: Cuius pulcherrimū exemplum habes. 1.Corinth.5.vbi vides quanta cum ſeueritate Apoſtolus Corinthios increpet,quòd publicum incæſtū illius Corinthij fratris,necdum agnoſcētis crimen,diſſimulaſſent, quòd eundem è medio non remouiſſent. Quem etiā quia de reſipiſcentia nōdum cogitabat, excōmunicat, ac ſatanæ tradit in interitum carnis, id eſt in afflictionē corporis. Poſtea verò crimē(concepta iam ex inflicta pœna triſtitia,quę ſecundū deum eſt)publicè agnoſcētem ac confitentē abſoluit,eccleſiæ recōciliat,& cōmunioni reſtituit. 2.Corint.2.&.7. Præterea Chriſtus modū,diſciplināque prodēdi ac indicādi peccatū cōſtituit, qua delinquēs ad exomologeſim tandē perueniret, Si peccauerit,inquit,in te frater tuus,vade & corripe eum inter te & ipſum ſolū:ſi te audierit,lucratus eris fratrē tuū. Si autē te nō audierit,adhibe tecū vnū vel duos,vt in ore duorū vel triū teſtiū ſtet omne verbum. Quòd ſi nō audierit eos,dic eccleſiæ. Si autē eccle-

Lucæ.11.
Gregorius in homil.

Olim patres ad publicā confeſſionem incitabāt.

Tradere in interitū carnis.
Origen.in Nume.homil.15.

Matth.18

Origen.in eũ locum. homil.3. ſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus& publicanus. Cui nõ multũ abſimile eſt, quod Leuit.5. ſcribitur, ſic referẽte Origene: Si autẽ anima peccauerit, & audierit vocẽ iuramẽti, & hic teſtis ſit & viderit, aut cõſcius fuerit, ſi nõ indicauerit, & *1.Timo.5.* ipſa accipiet peccatũ eius. Quo quid aliud docemur, quã ne vnquã in peccatis alienis polluamus cõſciẽtias noſtras, ne cõſenſum male agentibus præbeamus? Cõſenſum quidẽ, non ſolũ pariter agẽdo, ſed etiã quæ illicitè geſta ſunt, reticẽdo. *Euangelici præcepti perfectio & ordo corrigendi.* Euãgelicum verò præceptũ in eo pefectius datum eſt, quod & ordinem indicandi peccatum demonſtrat. Non enim vult te, ſi fortè videris peccatum fratris tui (quod nondum toti ecclesiæ manifeſtariũ eſt) continuò euolare ad publicũ, & paſſim proclamare ac diuulgare aliena peccata, quod eſſet vtiq; non corrigentis, ſed potius infamãtis. Solus, inquit, inter te *Matt.18.* & ipſum ſolum corripe eum. Vbi enim ſeruari ſibi myſteriũ viderit ille qui peccauerit, ſeruabit & ipſe emẽdationis pudorẽ. Si verò diffamari ſe viderit, ilico ad denegãdi impuden- *Matt.18.* tiam conuertetur: & non ſolum non emendaueris peccatum *Ob quam rationẽ ordo iſte neceſſarius.* ſed & duplicaueris. Primo igitur ſolus inter te& ipſum: ſecũdo adhibe tecũ alios duos vel tres. In ore enim duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Et quoniã tertio ſeu poſtremo mandat correptionẽ ad eccleſiam deferri, par erit, vt prius (hoc eſt ſecundo) iuberet adhiberi duos vel tres teſtes, quibus præſentibus correptus, ſi peccatum agnoſcere, & emẽdare non velit, poſſet duobus teſtibus adhibitis (quum ad eccleſiam delatum fuerit eius peccatum) confutari, idq; admodum prudenter, nempe, ne quis volens euãgelicum implere *Aug.contra epiſto. parmenia. li.3.ca.2.* mandatum, calumniator videatur, ſi crimen deferat ad eccleſiam & deficiat teſtibus. Vides quò correptio euangelica tẽdat, nempe vt peccator ad confeſſionem& agnitionem criminum non clàm aut internè, ſed externè in fratrem ſeu mani- *In correptione fraterna duo neceſſaria* feſtè commiſſorum, adigatur: quam ſi recuſet, neque ſe agnoſcens, neque pœnitendo corrigens excommunicetur.

Augu.ad Felic.& Fuf.epiſ. 87.& in epiſto.ad Galat. Verum hic ad duo reſpicendum eſt. Primũ vt correptio fraterna ex dilectione & charitate, nõ autem ex odio aut amarulentia procedat, verum in eum modum fiat, vt ſentiat correptus ſuam ſalutem quæri. Alioqui compertum eſt plures qui arguẽte nullo, peccatores ſe eſſe confitentur, vbi de vera culpa fuerint fortaſſe correpti, defẽſionis patrociniũ quærere, ne peccatores eſſe videantur: quod omnino cauendum

dum eſt. Secundò, vt excommunicatio infligatur non aliter, quàm vt ſalubris eccleſiæ medicina, quæ ſalutem omniũ materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æſtuat. Quemobrem poſt excõmunicationem nõ deſiſtẽdum, non contẽnenda ſalus èxcõmunicati, ſed velutĩ cũ phreneticis & lethargicis agitur, qui ligari & excitari nolunt, & tamẽ caſtigantur ac ſtimulãtur, ita debet erga excõmunicatos pſeuerare diligentia charitatis. Viciſſim qui corripitur, etſi acerbè, ita vt à conuentu abſcindatur eccleſię, ar guentẽ odio habere non debet, ſed animaduerſionẽ patiẽter accipere & fortiter ferre, quemadmodum ille à Paulo correptus, maiorem etiam affectum concepit erga Paulum atq; erga omnes qui ſtatutis Pauli ĩ eius animaduerſione paruerãt. quo fit, vt Paulus ſententiam reuocãs, & eiectũ recõcilians, eccleſiæ præcipiat, dicens: Confirmate in eum charitatẽ. Atque vtinã parochi populum frequẽter de hac fraterna correptione admoneant, ac ad eãdem quamdiligentiſſimè cohortentur, quã Chriſtus ipſe pręcepit, ac tam lucroſam oſtẽdit. Certè oĩbus perſuaſum eſſe conuenit, vt ſi quis ea quę videt in delicto proximi ſui, vel non indicauerit ſecundum regulam ſuperius datam, vel in teſtimonum vocatus, nõ quę vera ſunt, dixerit: peccatum quod cõmiſit ille quem celat, ipſe ſuſcipiet, & pœna commiſſi reuoluetur ad cõſcium. Putandum tamen non eſt, hanc confeſſionem quam frater corripiens à correpto elicit, ſacramentalem eſſe. Nam ea tandẽ ſacramentalis eſt, quæ ſacerdoti vice Chriſti fit, habens abſolutionem peccatorum annexam, ad quam per correptionem fraternam tandem deuenitur: nempe quum correptus ob contumaciã, eccleſiæ, hoc eſt (ſi tamẽ Chryſoſtomo ac aliis orthodoxis credimus) præſidibus eccleſiæ denuntiatus, ad cor reuertitur, & eiſdẽ præſidibus ſua ſcelera confitetur, abſolutionis deſiderio æſtuãs. Nã & paulò ante diximus, remiſſionẽ peccatorũ, quæ à fratre fratri fit. non eſſe cũ poteſtate clauiũ confundendam. Quàm ſalubris ergo res ſit correptio illa fraterna, ſatis (vt putamus) vides: quam etiam in primitiua eccleſia, ni mirum charitate verè Chriſtiana magis adhuc inardeſcente, frequentiſſimam fuiſſe non dubium eſt.

Greg. lib. moral. 2. cap. 16.

Aug. ad Feſt. epiſ. 166.

Salus excommunicati nõ negligenda.

Ori. ĩ Pſ. domine ne in furore, hom. 1

Populus frequẽter admonendus de fraterna correptione.

Matt. 18

Pœna celantis peccatum.

Chryſoſt. in Matt.

Correptio fraterna ĩ primitiua eccleſia frequẽter

ATquũ poſtea charitas refrigeſceret, & tã ſalubre Chriſti pręceptũ ſenſim negligeretur, tũ quod rari inueniren tur alios correpturi, qui nõ eiſdẽ vel paribus criminibꝰ

correptio fraterna ĩ diſſuetudinem abijt

obſtricti tenerentur, tum quòd correpti correctionem æquo animo & patienter ferre nolent, obliti eius quod Pſaltes ait: *Pſal. 140* Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ne ergo tam ſalubre remedium agnoſcendorum ac confitendorum criminum publicè cõmiſſorum deperiret, plurimis eccleſiaſticis regulis ac canonibus cautum & mandatum eſt de huiuſmodi delictis prodendis, atque adeò nos ſaluberrimus introductus *Teſtes ſynodales.* eſt, vt in viſitationibus parochiarum, aliquot ex plebe maturiores, honeſtiores ac veraciores viri in medium euocarẽtur, ac ſacramento conſtringerentur, dicere quicquid contra rectam fidem & ſanctam Chriſtianitatem in parochia noſſent vel audiſſent factum eſſe, omni affectu humano longè ſe poſito, additis hiſce verbis: Videte fratres, vt domino reddatis iuramenta veſtra. Non enim homini iuraſtis, ſed Deo creatori veſtro: Nos autem qui eius miniſtri ſumus, nõ terrenã veſtrã ſubſtantiã cõcupiſcimus, ſed ſalutem animarum veſtrarũ re- *2. Cor. 12* quirimus. Cauete ne aliquid abſcõdatis, & ex alterius peccato veſtra fiat dãnatio. Nec patres temerè huc moti ſunt. Neq; enim illis negligendæ videbantur diuinæ illæ ſententiæ, næ- *2. Cor. 5.* pe. Nolite cõmunicare operibus tenebrarũ. Itẽ, Auferte malũ de medio veſtrum. Itẽ, Exite de medio eorũ, & immundũ *Formula inquirẽdorum criminum.* ne tetigeritis. Itẽ, Separamini qui fertis vaſa domini. Huius inquiſitionis formulã quandam antiquiſſimã, canonibus cõcilij noſtri prouincialis annexuimus. Porrò poſt hãc inquiſitionẽ, qui publicè peccaſſe cõperiebatur, ad publicã cõfeſſio- *Vide conci. Cabilonẽ. ca. 38.* nem & pœnitentiã adigebatur, & ſecundũ Canonum ordinẽ pro merito ſuo excommunicabatur. Poſtea expleta pœnitentia recõciliabatur, quemadmodũ infra latius declarabimus.

Cõfeſſio ſecreta & priuata. Reſtat, vt de confeſſione priuata dicamus. Hanc olim & in Romana & in Græca eccleſia epiſcopi, & ſacerdotes priuatim audiebant ac admittebant, ſed cum quodam peccatorum diſcrimine. Nam ſi crimẽ aliquod manifeſtũ, aut tale (vnde læſa eſſet eccleſia) offendiſſent, erat in eorum poteſta- *Origenes in pſa. 37* te, non tamẽ ſine magna diſcretione ac deliberatione (vt Origenes ait) hoc crimen in conuentu totius eccleſiæ exponere & publicare, aut ſaltem publicam delinquenti pœnitẽtiam iniungere, qua etſi qui deliquit, non proderet ſpeciatim crimen ſuum, tamen ipſo facto confitebatur ac declarabat eccleſiæ, ſe grauiter peccaſſe. Cauẽdum tamen erat epiſcopis & ſacerdotibus

cerdotibus,ne crimen publicarent,aut publica etiã pœnitētia ſeu excommunicatione mulctarēt,quod cōmiſſum eſſe, aliter quàm ſua aſſeueratione factæ cōfeſſionis, probare nō poſſent. quamobrem in Concil.Carthaginen.3.(cui beatus Auguſtinus interfuit) canō.5.ſic legimus:Item placuit,vt ſi quãdo epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli propriũ crimē fuiſſe confeſſum,atque ille neget,nō putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere,quòd illi ſoli non creditur.Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dixit neganti nolle cōmunicare, quandiu excommunicato non communicauerit ſuus epiſcopus,eidem epiſcopò ab aliis non cōmunicetur epiſcopis,vt magis caueat epiſcopus,ne dicat in quenquam,quod aliis documentis conuincere non poteſt.Quin temporum illorum ſeueritas eo proceſſit,vt quidam ſacerdotes (quanuis regula apoſtolica non ſatis perpēſa(omnino vellent,vt non tantum crimina manifeſtè facta,ſed etiam reatus cōſcientiarũ ſcripta profeſſione publicè recitarētur.Vnde libellatici dicti videntur.Sed hũc abuſum magnus ille Leo damnauit ac remouit,epiſtola.57.ad vniuerſos epiſcopos per Campaniam,Sãnium & Picenum ſcribens,quòd reatus conſcientiarũ ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicare confeſſione ſecreta.Quãuis enim plenitudo fidei(vt idem ipſe ait)videatur eſſe laudabilis,quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere nō veretur,tamen quia non omniũ huiuſmodi ſunt peccata,vt ea qui pœnitentiam poſcunt,non timeant publicare,remouenda erat improbabilis conſuetudo,ne multi à pœnitentiæ remediis arcerentur,dũ aut erubeſcunt,aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſunt legum cōſtitutionibus percelli.Sufficit ergo (vt ſubiicit)illa cōfeſſio,quę primum Deo offertur,tunc etiã ſacerdoti,qui pro delictis pœnitentium precator accedit:quod tũ demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari,ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

Cyp. Iſermo. de la. Oliquid cauēdum epiſcopis.
Ex concil. Carthagi. 3.cap.5
Leo epiſt. 57.
Prima moderatio, quę toti eccleſiæ placuit.

VErùm poſtea nouiſſimis iſtis temporibus,quũ magis ac magis hominum malitia ſuccreſceret,& peccatores omnē ſeueritatem iam penitus abhorrerent,ac citius omnem pœnitentiam ſpernere,quàm vllam pœnitentię acerbitatem ferre potius ducerēt:Eccleſia veluti pientiſsima mater(quę non eadem diſciplina & pręfractis & morigeris filiis medetur) remiſsiore diſciplina peccatores in officio, quippe

Alia moderatio eccleſiæ circa pœnitētes.

Decr. Gregorii. ad pœnitétiæ remedium capiendū, retinere ſtuduit. Quamobrē vetuit, ne omnino ſacerdos quæcunque crimina ipſi in pœnitentiali iudicio detecta, vel verbo vel ſigno alio quouis modo reuelare, aut peccatorē prodere præſumat: ac contrarium facientem, non ſolum à ſacerdotali officio deponendum, verumetiam ad agendam perpetuam pœnitentiā in arctum monaſterium detrudendū decreuit. Secundo, remiſſa eſt ea ſeueritas, qua olim cōfitētes etiā ſecretò ac priuatim, peccata haud clàm commiſſa, non abſoluebantur, nec ad cōmunionem ſacramentorum per ianuā recōciliationis admittebātur, niſi ſalubri primum ſatisfactione purgati, quemadmodum diuus Cyprianus ſermone de lapſis. & idē ille Leo Epiſt. 69. quam ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum perſcripſit, teſtātur. Et tripartita hiſtoria planè indicat, eūdem morē in Græca eccleſia fuiſſe. Hodie pro crimine, quātumlibet enormi, occulto, nolenti nō imponitur publica pœnitentia. Nam volenti, adhuc eam imponi poſſe vetus eccleſiæ, præſertim Romanæ cōſuetudo teſtis eſt. Nudātur enim etiam hoc tempore Romæ quibuſdam ſcapulæ, & extra tēplum cæduntur interdum vſque ad ſanguinem, idque numeroſiſſima populi multitudinē ſpectante, ſolus tamē pœnitentiarius nouit quid admiſſum ſit, niſi quòd omnes atrox facinus admiſſum ſuſpicantur. Præterea hoc tēpore ante abſolutionem non exigitur, ſed tantum imponitur ſatisfactio poſt abſolutionem & recōciliationem explenda, niſi tamen Cōfeſſarius crimen tā enorme compererit, vt neceſſariū ac vtile ducat peccatorem à cōmunione altaris, ad tempus ſaltem citra tamen criminis vllam publicationē, ſequeſtrare, aut ſe maiores & doctiores cōſulere, priuſquam manum imponat. Vbi enim prudentiori cōſilio Confeſſarius indiguerit, iubet Cōciliū generale, vt illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat, quæ eſt caſuum reſeruatorū radix & origo. Nam & in veteri eccleſia ad epiſcopos magnitudo culpæ & criminis referebatur. Porrò etſi nunc ex eccleſiæ remiſſiōe peccator (qui neque apud eccleſiam accuſatur, neque denunciatur aut defertur) à publica pœnitentia, quāuis manifeſtè deliquerit, excuſetur: videbit tamen is, vt ſaltem bono exēplo publicè offenſos doceat, peccata bonis operibus emēdāda, vt quantū offendit publica malitia, tantum bonis operibus publicè reædificet eccleſiā Dei. Euadit autē ex his perſpicuum

[Margin notes:] *Decr. Gregorii.* — *Ex cōcil. generali, ca. omnes vtriuſque. de pœn. et remiſſ.* — *Leo epiſto. 69.* — *Tripartita hiſt. lib. 11. ca. 35.* — *Veſtigiū publicæ pœnitētiæ in eccleſia Rom.* — *Ex concil. generali. ca. omnes vtriuſque &c.* — *Radix & origo caſuū reſeruatorum.* — *Quid publice peccātibus hodie incūbat.*

ſpicuum, quoſdam cõtra Romanam eccleſiam iniuria quærit quaſi ea ex pœnitentia,conſcientiarũ quandã carnificinã fecerit,quum diſciplina pœnitentiæ nunquã remiſſior in eccleſia fuerit,quàm núnc eſt,modò tamen rectè doceatur ac tradatur.

SEd hic iam neceſſariò incidimus in eam rem,quę in præſentiarum maximo cum animarum diſpẽdio in quæſtionem trahitur ac cõtrouertitur:nempe,ſit ne cõfeſſio illa ſecreta,quæ ſacerdoti priuati fit,iuris diuini,an potius humani? Qui rebus nouãdis hactenus ſtuduerunt,aſſerere nõ formidarunt hanc cõfeſſionem,maxime cum illa enumeratione delictorum,neque habere mandatum,neque teſtimoniũ aut exẽplũ in ſcripturis,quinimo quandoque penitus abolitam fuiſſe:vnde cõſequens ſit,eam iuris diuini nõ eſſe. *An cõfeſſio ſecreta,quæ & ſacramentalis,iuris diuini ſit. Sententia nouatorũ.* Sunt alij, qui de hac cõfeſſione modeſtius ſentiunt.Nam etſi nõ dum perſuaſum habeant efficacibus ſcripturam teſtimoniis & argumẽtis irrefutabilibus,à pertinacib[9] facilè euinci poſſe,hãc cõfeſſionem à Chriſto aut etiam Apoſtolis fuiſſe inſtitutam,eã tamen ita piis omnibus religioſè ſeruandã cenſent,veluti ſaltem ab eccleſiæ proceribus nõ ſine afflatu diuini ſpiritus inductum ad hanc vſque cõditionem. *Aliorum ſententia.* Vt autẽ hæc quæſtio penitius percipiatur,noſſe oportet,longè aliud eſſe quũ quæritur. Nũ cõfeſſio,qualis nunc in vſu eſt,hoc eſt cum omnibus illis ritibus quibus in præſentiarũ peragitur,iuris diuini ſit vel humani:quàm quum quæritur,ſit ne confeſſio peccatorum,etiã occultorũ,quæ ſoli ſacerdoti fit, inſtructionis,cõſolationis & abſolutionis cõſequendæ gratia,à Chriſto inſtituta, aut ſaltẽ indicata,oſtenſa & inſinuata. *Quæſtionis explicatio & diſcriminatio.* Nam quod ad primum attinet,planè fatemur, Cõfeſſionem,qualis nũc agitur in eccleſia(hoc eſt,omnem illum cõfitendi modũ & ritum,qualis in eccleſia Romana obſeruatur)non eſſe omni ex parte à Chriſto inſtitutam. *Dilutio primæ.* Nam quis neſcit plures ritus circa confeſſionẽ,iuris eſſe poſitiui? quẽadmodum inter alia ſunt cõfitendi tempus,caſuum reſeruatio,& pleraque alia quæ nõ ſunt de ſubſtantia confeſſionis, ſed magis ad decorem & accuratiorem peractionem cõfeſſionis,quemadmodũ in omni ſacramento multos ritus ab eccleſia inſtitutos videre eſt,qui nõ ſunt ex ipſius Chriſti inſtitutione. *Totus cõfitendi ritus non eſt iuris diuini,ſed partim iuris poſitiui.* Vnde cõſequens eſt eos qui argutãtur,cõfeſſionem idcirco iuris diuini non eſſe,quòd non vno eodẽmque ritu

in vniuerſis eccleſiis & omni tempore ſit obſeruata, noſtra quidẽ ſententia haud leuiter falli. Rituũ enim aduerſitas nõ mutat rei ſubſtantiã. Et vt Cyprianus ait in epiſtola ad Antonianum, Manente concordiæ vinculo, & perſeuerante catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramento, actum ſuum diſponit & dirigit vnuſquiſque epiſcopus, rationem propoſiti ſui domino redditurus.

Cypria. in epiſtol. ad Antonia.

Dilutio. 2 quæſt.

VErùm quum quæritur, Nũ confeſſio abſolutè accepta, nempe pro agnitione ac enarratione peccatorum, quæ apud ſacerdotem per eum qui grauatã habet conſcientiã, ad eos (quos diximus) fides fit, iuris diuini ſit & an neceſſaria: nobis certè reſpondendum videtur, hanc confeſſionem, etſi diſertè à Chriſto inſtituta non ſit, eandem tamẽ, veluti quẽdam inæſtimabilem theſaurum, nobis per Chriſtum in Euãgelio oſtenſam ac indicatam, eadémque non aliter peccatoribus criminum pauore cõſternatis opus eſſe, quàm ęgrotis, & malè habẽtibus opus eſt medicina: proindéque rectè dici, eam, etſi nõ expreſſim, re tamen ipſa à Chriſto præceptam, nõ quidem paſſim omnibus, ſed his hominibus, qui lethalibus vitiis, etſi occultis, contaminati ſunt, à quorũ remorſu ſe extricare non poſſint. Deinde credimus, hanc confeſſionem teſtimonium ac exẽplum in ſcripturis habere. Denique eãdem nunquam penitus abolitam fuiſſe, nõ ſolum in Romana, ſed ne in Græca quidem eccleſia, quinimo vniuerſalẽ cõſenſum eccleſiæ omnium temporum pro ſe habere, quod eſt teſtimonium in eccleſia omnium maximum: quę omnia pro noſtri ingenij modulo oſtẽdere conabimur, plenius iudiciũ de hac re ſedi apoſtolicæ deferentes.

Matth. 9.

Habet exẽplum ſcripturæ.

Habet pro ſe vniuerſalẽ totius eccleſiæ cõſenſum.

PRincipio itaque nobis explicandus & illuſtrãdus eſt locus Euangelij, in quo cardo totius rei vertitur, qui Ioãnis 20. habetur in hũc modũ: Hęc quũ dixiſſet Ieſus, inſufflauit & dixit eis (nimirum apoſtolis:) Accipite ſpiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. His verbis omnium orthodoxorũ ſentẽtia Chriſtus apoſtolis & eorum in eccleſia ſucceſſoribus, claues regni cœleſtis tradidit, poteſtatémque remittendorum & retinendorum peccatorum conceſſit, ac pœnitẽtię ſacramentũ inſtituit. Quòd vt omnes clarè & expeditè intelligant, operæpretiũ eſt, vt in primis exponamus quęnã ſint claues, quas Chriſtus eccleſię ſuę tradidit. Clauis in ſcripturis

Explicatur locus Euangelii Ioan 20.

Claues apoſtolis traditæ.

Clauis in ſcripturis quid.

ris ſummam quādam authoritatem,poteſtatem,gubernationem, & domeſticam adminiſtrationem deſignat. Nam & in prophanis ac ciuilibus rebus clauium traditio, tranſlationē dominij ac poſſeſſionis ſignificat,atque etiam operatur. Nec ab re,quod habenti claues, non ſolùm omnia quæ in domo ſunt,pateāt:ſed & ei poteſtas ſit quoſlibet vel admittendi vel ſecludendi,atque etiam quæque ſecretiſſima cubicula reſerādi vel occludendi. Quum itaque Chriſtus in domo Dei non tanquam ſeruus(quemadmodum Moyſes, quē ſcriptura vti fidelem famulum in domo Dei verſatum eſſe dicit) ſed tanquam filius in domo ſua fuerit, ſumma eadémque æterna authoritate adminiſtrationis à patre accepta, quemadmodum ipſe apud Matthęum ait:Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,& terra. Item apud Ioannem, Pater omne iudicium dedit filio. & vt Apoſtolus ait, Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam,quę eſt corpus ipſius & plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur: idcirco apud Eſaiam de eo legimus: Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius,& aperiet, & non erit qui claudat:& claudet,& non erit qui aperiat, quod in Apocalypſi repetitur in hæc verba: Hæc dicit ſanctus& verus,qui habet clauem Dauid, qui aperit,& nemo claudit: claudit,& nemo aperit. Atque eodem libro Ioannes Chriſtum loquentem faciens: Noli(inquit)timere,ego ſum primus & nouiſſimus & viuus,& fui mortuus,& ecce ſum viuens in ſecula ſeculorū, & habeo claues mortis & inferni. Quo nihil aliud ſignificatur,quàm Chriſtum eſſe ſummū caput ſuper vniuerſam eccleſiam,atque adeò accepiſſe eum à patre authoritatē ſuper omnem principatum, poteſtatem & virtutem,& dominationem,& omne nomē quod nominatur,non ſolum in hoc ſeculo,ſed & in futuro,vt ei omne genu flectatur,cœleſtium, terreſtriū & infernorum. Iacebat genus humanū ex primorum parentum vitio craſſiſſimis ignorantiæ tenebris obrutum:iacebat in duriſſima diaboli ſeruitute captiuū: prodierunt patriarchæ & prophetæ,quibus Deus quidem ſuā miſericordiam veluti per tranſennam oſtēdit: Claues tamē,quibus,remotis ſpiritualium tenebrarum repagulis,mēs humāna in perſpicuam Dei voluntatis cognitionē aſſurgeret, vel diabolicæ captiuitatis vinculis diruptis, in libertatem vindicaretur,haud conceſſit:tantùm fideles ſeruos eſſe voluit,

Hebræ.3
Mat.vlt.
Ioan.8.
Heb.1.2.
Ephe.1.
Eſa.22.
Apoc.3.
Apoc.1.
Ephe.2.
Philip.2.
Patriarchæ&prophetæ non habuerūt claues remittēdorum criminum.

qui teſtimonium ferrēt de futuro illo clauigero Chriſto, qui
Eſaiæ.49 tenebroſum illū carcerē, in quo omnes vincti eramus & clauſi
tenebamur, aperturus, & quandoque dicturus eſſet, Exite, &
Pſal.2. his qui erant in tenebris, reuelamini: Qui à patre rex ſuper
Lucæ.1. Sion montem ſanctum eius, & ſuper ſedem Dauid patris ſui
Matth.3. conſtitutus, & in domo Iacob regnaturus in æternum, in manu
ſua ventilabrum ferret, quo permundaret aream ſuam, &
congregaret triticum in horreum ſuum, paleas autem combureret
igni inextinguibili. Qui properātes ad ſe per veteris vitæ
pœnitentiā peccatorū vinculis abſolueret, abſolutóſque
in regnum ſuum intromitteret: auerſos verò & ad ſua deſide-
Matt.4. ria conuerſos, à regni cœleſtis ingreſſu repelleret, ligatiſque
Lucæ.24 manibus ac pedibus in tenebras mitteret exteriores. Deniq;
Ioā.15.17 qui ſcripturas nobis aperiret, voluntatem Dei patefaceret, &
quęcunque à patre audiuiſſet, nobis manifeſtaret. Vides quot
Quas claues Chriſtus apoſtolis tradiderit. & quantas claues Chriſtus in orbem terrarum deſtinatus à patre
acceperit. Sed quas claues hinc diſcedens, apoſtolis illorúmque
ſucceſſoribus in eccleſia reliquerit, id verò explicandum
eſt. Et quidem conſtat Chriſtum eaſdem, hoc eſt ſuas,
nō alias claues apoſtolis cōmiſiſſe, nimirum claues regni cœlorum,
quemadmodum ipſe Petro dixit: Quodcunq; ligaue-
Matt.16 ris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis: & quodcunque ſolueris
ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis. Nam quod eadem
Ioan.20. poteſtate qua ipſe à patre miſſus eſt, eoſdem in orbem terrarū
2.Cor.5. deſtinauerit, planè teſtatur apud Ioannem: Sicut (inquit) mi-
Ephe.4. ſit me pater, & ego mitto vos: non tamē vt dominos, ſed vt miniſtros,
legatione pro eo fungentes, in ædificationē corporis
eius, quæ eſt eccleſia, quod intra latius confirmabimus.

Diuiſio clauium. QVę vt magis perſpicua facerent patres, partiti ſunt claues
in clauem ordinis & clauem iuriſdictionis. Rurſus
vtranque clauem in clauem ſcientiæ, quam & diſcretionis
appellant, & clauem poteſtatis. Clauis ordinis eſt poteſtas vocationis,
functionis, ſeu miniſterij ſacerdotalis, qua qui fungitur,
Chriſti perſonā in eccleſia repræſentat, omniaque non
ſuo, ſed Chriſti nomine & authoritate agit: quæ cōplectitur
poteſtatem prædicandi verbi, ſeu annuntiandi Euangelij, cōſecrandi
corpus Chriſti, remittēdi & retinēdi peccata, & impertiendi
ſeu adminiſtrandi ſacramenta. Clauis iuriſdictionis
eſt poteſtas coercendi criminoſos ſine vi corporali, quæ
adhibetur, non vt homines, ſed vt error ipſe tollatur, vt homines

mines non lædantur, ſed corrigantur:non vt perdantur. ſed corripiantur & inſtruantur. Hæc eſt illa poteſtas excommunicandi publicè delinquentes,& rurſus eoſdem abſoluēdi ac reconciliandi,ſi conuerſi abſolutionem petāt. Clauis ordinis ſolis ſacerdotibus,qui hac parte in apoſtolorum vices ſucceſſerunt,peculiaris eſt. Nam ſolis apoſtolis dictum eſt, Quorū remiſeritis peccata,&c. eadémq; propriè clauis regni cœlorum appellatur. Clauis verò iuriſdictionis, qua quiſpiam vel excluditur vel admittitur ad externum eccleſię conſortium, etiā ad alios de eccleſia pertinere poteſt. Nam hæc clauis per Chriſtum eccleſiæ data eſt hiſce verbis:Si eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus:quam non propriè clauem regni cœlorum dixeris,niſi tamen regnum cœlorum pro eccleſia ipſa militante accipias.

Aug. lib. epiſ. epiſt. 68.

Poteſtas excommunicādi, iuris diuini.

Ioan. 20.

Matth. 18

DIximus autē vtranque clauem & ordinis & iuriſdictionis duplicē eſſe:nempe ſcientiæ & poteſtatis. Ne hanc partitionem mirabere quòd ſimiles(licet non eiuſdem poteſtatis ac dignitatis claues)etiam ſynagogæ diſertè ac expreſſim tribuat Chriſtus, ſed interim ſcribis ac phariſæis abuſum illarum exprobrans. De clauibus ſciētiæ habes Dominum legiſperitos grauiſſimè increpantem, Lucæ 11. Væ vobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ,ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. De claue poteſtatis, Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quęcunque dixerint vobis,ſeruate & facite. Clauē item iuriſdictionis habuerunt ſed vt aliis, ita & hac claue perperam abuſi ſunt,eiicientes extra ſynagogam nomen Ieſu cōfitentes. Quòd ſi in ſynagoga has claues coniunctas eſſe oportebat,quanto magis in eccleſia eaſdem coniunctas eſſe oportet? quod non tantum concors veterum ſententia, ſed & res ipſa planè conuincit. Neque enim Chriſtus poteſtatem quam dedit apoſtolis, indiſcretā eſſe voluit, qua liceret eis pro ſuo arbitratu peccata remittere vel retinere, ligare vel ſoluere, nullo habito inter ligandos vel ſolueſidos diſcrimine, alioqui alibi non dixiſſet:Si cæcus cæco ducatum præſtet,ambo in foueam cadunt:quin ipſa vocabula remittendi & retinendi,ligandi & ſoluendi, claudendi & aperiendi, indicant non ſolum authoritatem illam & poteſtatem, qua remittimus ac retinemus, ſed etiam inter ligandos ac ſoluendos diſcretionem, claues eſſe, quæ ſcientiæ appellantur. Reperias autem

Diuiſio vtriuſque clauis.

Clauē ſciētiæ oportet ī eccleſia claui poteſtatis eſſe cōiunctam.

Matt. 10.

Luc. 6.

& in Chriſto ambas haſce claues copulatas. Ipſe eſt enim in
In Chriſto claues ſciētiæ. quo omnes theſauri ſapientiæ Dei ſunt abſconditi, qui ſolus
docet hominem ſcientiam, qui ſolus dignus inuentus eſt aperire librum & ſoluere ſeptē ſignacula eius, ipſe cui dedit pa-
Apoca. 5 ter iudiciū facere, & diſcernere inter paleam & triticum: ipſe
Ioan. 8. de quo dixit Deus apud Eſaiam: Dedit ſpiritum meum ſuper
Matth. 3. eum, iudicium gentibus proferet: calamum quaſſatum nō cō-
Eſaiæ. 42 teret, & linū fumigans non extinguet, in veritate educet iu-
Matt. 12. diciū. Quare cōſequens eſt, vt & Chriſtus apoſtolos (quos ſua
Ioan. 20. poteſtate ornauit, ac pro ſe legatione fungi voluit) ambabus
2. Cor. 6. illis clauibus inſtructos eſſe voluerit, nēpe iudicij & poteſta-
tis. Quod patres acutè viderūt, qui superni iudicij principa-
Gregor. tum ſacerdotibus eſſe commiſſum, ac pœnitentiæ ſacramen-
tum, in quo remittuntur ac retinentur peccata, iudicij inſtar
ſe habere dixerunt. Porrò clauis ſcientiæ erudit ad ſalutem,
Ambr. in ſer. de natali ſanctorū Petri et Pauli. clauis poteſtatis ſuſcipit ad quietem: clauis ſcientiæ doctrina
verborum corda patefacit: clauis poteſtatis animabus aperit
regna cœlorum. Illa ſcientiæ theſauros largitur, hæc diuitias
immortalitatis diſpenſat. Quamobrem rectè dixit Hierony-
mus, Eos qui iudicij clauem à poteſtate ſeparant, aliquid ſibi
Hieron. in Mat. c. 16 de phariſæorum ſupercilio aſſumere, vt vel damnent innocē-
tes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur, quū apud Deū non ſen-
tētia ſacerdotis, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leui-
Leuit. 14. tico de leproſis, vbi iubentur vt oſtendant ſe ſacerdotibus: &
ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote immundi fiant, nō quo
ſacerdotes leproſos faciāt & immundos, ſed quo habeant no-
Iudicat criminum enarrationem ſacerdotis faciēdam. titiam leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere, qui mūdus
quiue immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos
mūdum vel immundum facit, ſic & hic alligat vel ſoluit epi-
ſcopus & presbyter, non eos qui inſontes ſunt vel noxij, ſed
pro officio ſuo, quum peccatorum audierit varietates, ſcit qui
ligandus ſit quiue ſoluendus. Hactenus ille.

EX his ad germanam intelligentiam eius loci Ioan. 20.
quē ſuprà citauimus, facilè pertingemus. Chriſtus enim
ſpiritum ſanctū apoſtolis impertiens, ac dicens: Quorum re-
miſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, re-
tenta ſunt: apoſtolis claues (quas ordinis vocamus) tradidit,
Hieron. in Eſaiam. c. 14. poteſtatémque remittēdorum ac retinendorum peccatorum
conceſſit, poteſtatem planè diuinam. Nam (vt diuus Hiero-
nymus in Eſaiam ait) dominus ſoluit compeditos, qui libe-

rati

rati ab eo gratias referunt, dicentes: Tu diſſoluiſti vincula *Pſal.143.*
mea. Funibus enim peccatorũ ſuorum vnuſquiſq; cõſtringi- *Prouer.5.*
tur. At(vt ſubiicit)eos funes atq; vincula ſoluere poſſunt &
apoſtoli,imitantes magiſtrũ ſuum,qui eis dixerat: Quæcũq; *Matt.18.*
ſolueritis ſuper terrã,erunt ſoluta & in cœlo. Soluunt autem *Quomodo*
eos apoſtoli ſermone Dei, teſtimoniis ſcripturarum& exhor *ſoluantur*
tatione virtutum. Hanc poteſtatem veluti omnium maximã *peccata cla*
diuus Ioannes Chryſoſtomus celebrat: Intellige, inquiens, *ue ſcietiæ.*
quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate, Spiritus ſancti *Io. Chry*
gratia dignata fuerit. Etenim qui terram incolunt, atq; in ea *ſo.lib.3.de*
verſantur,his cõmiſſum eſt,vt ea quæ ĩ cœlis ſunt diſpẽſent: *ſacerdotio.*
his datum eſt,vt poteſtatem habeant, quam Deus Opt. Max.
neq; angelis,neque archãgelis datam eſſe voluit. Neq; enim
illis dictum eſt, Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt *Matt. 18.*
ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terrã,erunt
ſoluta & in cœlo. Habẽt quidem & terreſtres principes vin-
culi poteſtatem,verum corporũ ſolum. Id autem quod dico *Nota ſen-*
ſacerdotum vinculum,ipſam etiam animam contingit,atque *tentia ſer-*
ad cœlos vſque pertingit, vſque adeò, vt quæcunq; operati *uorũ,quæ*
fuerint ſacerdotes infernè,illa eadem Deus ſupernè rata ha- *clauem iu-*
beat,ac ſeruorum ſententiam dñs cõfirmet. Iam quid ipſum *dicij præ-*
hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerũ cœleſtium poteſtatem *ſupponit.*
illis à Deo conceſſam? Quorũcunque enim(ait)peccata re- *Ioan.20.*
miſeritis,remittuntur: quorumcunque retinueritis,retenta *Ioan.8.*
ſunt. Cedo,quænam poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater
omne iudicium dedit filio: At hoc video à filio totum ſacer-
dotibus eſſe commiſſum. & poſt pauca: Rex aliquis ſi cui ex *Simile.*
ſubditis ſuis honorem hunc impertitus fuerit,vt poteſtatem
habeat,quoſcunque velit in carcerem coniiciendi,eoſdẽmq;
rurſus relaxãdi, is nimirum beatus & admirandus iudicio o-
mnium fuerit: at vero qui à Deo tanto maiorem accepit po-
teſtatem,quanto cœlum terra precioſius eſt,quanto etiã ani-
mæ corporibus præſtãt,num is contemnendum miniſterium
accepiſſe putãdus eſt? Certè inſania manifeſtaria eſt, tantum
deſpicere principatum,ſine quo neque ſalutis, neq; promiſ-
ſorum bonorum compotes fieri poſſumus: nam & præter ba-
ptiſmum & ſacroſanctã Euchariſtiam,quæ manibus ſacerdo-
tum perficiuntur,condonãdorum etiam nobis peccatorũ fa-
cultatẽ obtinent. Hæc ille. Certè vulgaris res eſſe nõ poteſt,
quam Chriſtus tanto verborum ſerio promittit, inquiens:

Claues ſūma empha ſi per Chriſtum traditæ et promiſſæ. Ego dico tibi (attende verborum emphaſim) quia tu es Petrus,& ſuper hāc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam: Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcūque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū & in cœlis. Rurſus, vide quanta cum maieſtate Chri- *Matt. 16.* ſtus hinc diſceſſurus, apoſtolis haſce claues tradiderit, idque ipſo ſuæ glorioſæ reſurrectionis die. Inſufflauit (inquit Euā- *Ioan. 20.* geliſta) & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, re- *Cur Chriſtus in diſcipulos inſufflauerit.* tenta ſunt. Tantum donum non aliter quàm ſpiritu oris ſui, hoc eſt viſibili quodā ſigno impartitionis Spiritus ſancti (cuius ſolius virtute in eccleſia Dei peccata remittuntur) conferre voluit, vt omnes ad illius magnitudinis contemplationem prouocaret, & ad expendendum quàm foret hoc beneficium in eccleſia neceſſarium, incitaret.

SEd quorſum hæc, inquies? Nimirum vt oſtēdamus hoc lo co confeſsionem, quæ propriè ſacerdoti fit, etiā criminū *Confeßio ſacramentalis per Chriſtum inſinuata.* occultorum, veluti inæſtimabilem quendā Euangelij theſaurum per Chriſtum indicatam, atq; vt remedium neceſſarium (quo mētes peccato oppreſſæ, & à peccatorū pondere ac remorſu propè deſperātes, rurſus ad certā ſpem ſalutis erigantur) inſinuatam eſſe. Nam quum claues illæ ordinis (quas hic *Cypr. ſermo. de lapſis.* Chriſtus cōfert) abſque omni cōtrouerſia animæ liberationem reſpiciant, anima vero nō minus occultis q̃ manifeſtis criminibus opprimatur, quin interdum occulta manifeſtis grauiora & periculoſiora ſint: planè inſanus eſt, qui nō videt hoc remedium non minus ad occulta q̃ ad manifeſta peccata pertinere. Rurſus, qui videt neceſſariū eſſe ac rem ipſam poſtulare, vt ſcientiæ ac diſcretionis clauis, claui poteſtatis co- *Sacerdos aliter peccata nō remittit, niſi concesſa.* hæreat: qui item cū veteribus cōſiderat hiſce dominicis verbis: Quorū remiſeritis peccata, &c. ſacerdotibus iudicij principatū, ac dignoſcēdi & diſcernēdi inter inſontes ac noxios facultatem, necnō ſententiæ ferendæ poteſtatē, cōceſſa eſse, is neceſſariò fatebitur, ſacerdotē peccata aliter remittere vel *Remißio ac retētio diſcretionem requirunt.* retinere non poſſe, niſi ſibi prius per confeſsionem cognita. Neque memoria trāſmittendum eſt, Chriſtum apoſtolis nō tātum poteſtatē remittendorū, ſed etiam retinendorū criminū feciſse. At qui diſcernet ſacerdos, ſint ne peccata remittenda vel retinēda, niſi prius eorū audierit varietates? Quo

pacto,

pacto,quæſo, is(qui euangelicus ille ſtabularius eſt)vulneribus ægroti vinum & oleum veluti prudēs medicus infundet, ac accuratam eius curam habebit,niſi prius vulnus diligenter inſpexerit ac morbi radices inueſtigauerit? Quomodo per cōtraria contrariis medebitur,niſi nouerit vtraque? Neq; enim ineptiunt,qui quod à Boethio dictū eſt, ſimilitudine quadam huc transferunt:nempe,Si operam medicātis expectas,oportet vt vulnus detegas tuū. Quòd ſcilicet hac ſimilitudine nō tantum Chriſtus,ſed & ſcriptura paſſim vtatur,medicos animæ ad medicos corporis cōferens,qui per fidele miniſterium opitulentur ſaluti medicinam adhibentes,nimirum fomenta verborum. Rurſus,qua ratione preoccupatum in aliquo delicto presbyter inſtruet in ſpiritu lenitatis,niſi delicti ſpeciem (quod diuina inſtructione amputādum eſt)perceperit prius? Quo tādem pacto,ſermone Dei & teſtimoniis ſcripturarum & exhortatione virtutū ſoluet ligatos, niſi vitiorum nodos, quibus(vti funibus peccatores conſtringuntur)arte quadam non vulgari,enodari,explicare ac diſſoluere curauerit? Quāobrem rectè Gregorius in Ioan.cap.20. Videndum(inquit) quæ culpa,aut quæ pœnitētia ſit ſequuta poſt culpam: vt quos omnipotēs Deus per compunctionis gratiam viſitat illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis,quum etiam ſequitur arbitrium iudicis. *Luca.10.* *Boethius.* *Augu. in Pſa.87.et in Pſa.66* *Galat.6.* *Hieron.in Eſa.ca.14* *Prouer.5.* *Gregor.in Io.ca. 20.*

QVod ſi nobis dicas,Nō aſſentior veteribus,qui verba ligādi & ſoluendi,remittendi & retinendi,diſquiſitionem quandā criminum exigere exiſtimauerunt.Sed ipſe hæc verba ad fidem tantum refero,vt is ſoluendus ſit, qui dicat ſe tantū credere,ſibi per Chriſtum remiſſa eſſe peccata,etſi non confiteatur eadem ſpeciatim:is verò ſolus ligandus ſit,qui Euangelij promiſsionē reſpuit,verbum Dei auerſatur aut contemnit In ſumma, qui ſibi peccata remitti non credit. Reſpondebimus,nos nequaquam inficiari,fidē remiſsionis peccatorū,quam in nobis efficit Spiritus ſanctus,omnino neceſſariam eſſe in pœnitēte,qui velit clauium fructum percipere. Nam vt clauis nō aperit ſeram,niſi ſera ad recipiendum clauem ſit diſpoſita:ſic virtute clauium ſpiritualiū non ſoluitur peccator,niſi mentem habeat hac fide preparatam. Quo fit,vt patres interdum hanc fidem & Spiritū ſanctū qui fide datur, clauem regni cœleſtis appellent,quòd ſine fide præambula & Spiritu ſancto,nec ſacerdos clauibus dignè vtatur,nec claues *Obiectio.* *Dilutio.* *Orig.ho.1 in Matth. quem lege caute.* *Ambr.in ſer.de natali Petri & Pauli.*

Claues aliud ſunt quàm fides. in peccatorũ cordibus aperiẽdis ſint efficaces, ſed claues nihil aliud eſſe, q̃ fidem aut Spiritum ſanctũ, id planè negamus. Nã apoſtoli & fidem & Spiritus ſancti reuelationẽ habuerũt, priuſquã Chriſtus ipſis claues vel ꝑmitteret, vel daret: ergo claues eſſe oportet quid præter fidem, hoc eſt poteſtatẽ quandam qua in eccleſia pœnitentes quum accedunt per fidem ac confitentur, & confeſſi per tenentes eccleſiæ nomine claues correpti ſoluũtur & ligantur. In quam ſententiã diuusAuguſtinus dixit, Chriſtũ has claues ligãdi ac ſoluẽdi eccleſiæ dediſſe, ſcilicet vt quiſquis in eccleſia eius, dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quiſquis autẽ crederet, ſeq; ab his, correptus, auerteret, in eiuſdem eccleſiæ gremio conſtitutus, eadẽ fide ac correctione ſanaretur. Quiſquis enĩ (vt ſubdit) non credit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperãdo, quaſi nihil illi melius q̃ malum eſſe remaneat, vbi de fructu ſuæ conuerſionis infidus eſt. Hæc ille. Neque enim fruſtrà dixit Auguſtinus, vt quiſquis in eccleſia correptus ſe à peccatis auerteret, quemadmodum idẽ alibi dixit, Pœnitẽtiã tunc peccatori prodeſſe, ſi eã in eccleſia catholica gerat, cui Deus in perſona beati Petri ligãdi ſoluendiq́; tribuit poteſtatẽ, dicens: Quæ alligaueris ſuper terrã, &c. Quãto ergo rectius & veteres recentiores catholici patres locũ illum Ioã. 20. de tali poteſtate remittendi & retinendi peccata (quę confeſſionem præambulã requireret) intellexerunt? Inter recentiores Hugo Victorinus non contemnendus author, ſic ait: Deus homo, homines, qui puri homines erãt, participes fecit poteſtatis ſuæ, vt officium eius implerent, pœnitentium confeſſionem ſuſcipiendo, vt poteſtatem eius exercerent, pœnitentibus & confitentibus peccata remittendo, quum inquit: Accipite Spiritum ſanctũ, &c. Iam quis eſt tam ſtupidus, qui non potius ducat patrum, imò totius eccleſiæ conſenſum in interpretandis ſcripturis, ſingularibus quorundã atq; exoticis ſententiis anteponere? præſertim quum patrum ſententia Chriſti verbis quãmaximẽ conſentanea ſit, pręſertim ſi fines abſolutionis & clauium in eccleſia relictarum intuearis?

Matt. 16. 18. Ioan. 20.

Augu. de doc. Chriſ. lib. 1. c. 17. & 18.

Nota verbum, correptus.

De fide ad Pet. cap. 3.

Matt. 16.

Hugo Victorinum.

Ioan 20.

Quid per verbũ remittendi peccata intelligatur

Diſcrimẽ locorum.

Nobis certè plurimũ hallucinari videntur, qui per verbum (retinere peccata) nihil aliud intelligunt, q̃ relinquere eum, qui verbum Dei auerſatur ſuo errori exiſtimantes locos euãgelicos, qui de clauibus ſunt, quod ad retentionem, ſeu ligationem attinet, nihil aliud continere aut velle,

quàm

quàm quod Chriſtus Matt.10.tradidit: Quicunq; nõ recepe rit vos,neq; audierit ſermones veſtros,exeuntes foras de do mo vel ciuitate,excutite puluerẽ de pedibus veſtris,&c. Nã quis non videt claues ad ſoluẽdos vel ligandos fratres qui de eccleſia ſunt eccleſiæ traditas eſſe? Locus autẽ ille Matth.10 de his qui foris ſunt,loquitur,fidem in Chriſtum & Euange lium repudiantibus vel corrumpentibus,qui non clauiũ vir tute, ſed infidelitate ſua & proprio iudicio condemnantur, quos tanquam deploratos,niſi reſipuerint,relinquẽdos Eu- angelium & Apoſtoli tradiderunt De quibus Paulus dixit: Quid enim mihi de his qui foris ſunt,iudicare? *Matt.10. &Ioan.20* *1.Cor.5.*

QVòd ſit iam tandẽ hoc euicimus,quod ipſa verba Chri ſti(Ioan.20.)planè euincunt, nẽpe ſacerdotibus (qui hac parte apoſtolorũ in eccleſia ſucceſſores ſunt)poteſtatẽ & retinendi & remittendi peccata,ſeu ſoluendi atque ligandi traditã eſſe: conſequens eſt, & illic pœnitentiæ ſacramentũ (quippe viſibile in eccleſia ſignũ inuiſibilis gratiæ, hoc eſt remiſſionis peccatorum) inſtitutũ,quod neceſſariò præce- dit confeſſio. Quamobrem etſi Chriſtus illic expreſſim con feſſionem non præceperit,tacitè tamen indicauit,veluti rẽ neceſſariam,ſine qua ad abſolutionem ſacramentalẽ perueni ri nõ poteſt. Quid enim ſoluet aut ligabit,quid remittet aut retinebit ſacerdos,ſi nihil ei cõfeſſum erit? Quomodo labo rãtes & oneratos vice Chriſti reficiet,qui neſcit qua ex par- te premantur ac vrgeantur? Chriſtus ſcrutator renũ & cor- diũ,& qui nouerat omnia,interrogat cæcum: Quid vis vt fa- ciam tibi?& ſacerdos homo mortalis,alterius conſcientiæ pe nitus ignarus non rogabit? Quibus morbis vis ſuccurã? Di- uus Ioannes Chryſoſtomus,quem ſuprà retulimus,requirit, vt confitẽtes Deo(quem nihil latet) non ſolũ non fateamur peccatores eſse,ſed & ſingula delicta computemus ac recen ſeamus,quòd aliter homo morborũ ſuorũ oblitus,miſericor diæ medicinã nunquã fideliter ac rectè petierit. Quanto ma gis homini ſacerdoti enarranda eſt peccatorũ varietas,eorũ ſaltẽ,quę conſcientiã detinẽt alligatã, nõ quidẽ ſacerdotis, ſed confitẽtis gratia,vt dignam percipere poſsit medicinã? *Pœnitentiæ ſacramentum, per Chriſtum inſtitutum.* *Ioan.20* *Chryſoſt.*

ARgutantur quidã, Chriſtũ nullibi confeſsionẽ præce- piſse,proinde homines Chriſtianos ad eã non eſse alli- gãdos. Sed hi noſtro ſanè iudicio verbis tantũ inanibus ſophiſticãtur. Chriſtus ægrotis medicum,oneratis ac laborã- *Obiectio* *Dilutio.*

tibus refectorem & cõſolatorem oſtẽdit. Ergo ne tibi videtur is ęgroto(qui recõualeſcere volet(ſatis pręcepiſſe, vt medicum adeat, qui medicinã oſtendit? Quin ęgrotis vt ad medicũ properent, pręceptis non eſt opus: ſed morbus ipſe ſatis interpellat infirmum, qui docet nõ bene habentibus, ſed male habentibus opus eſſe medico. Tacemus interim ꝙ Chriſtus non coactos, ſed voluntarios nos ad ſalutem perducit: libera eſt fides, libera ſunt ſacramenta, adeò vt nemo vel ad baptiſmum capiendũ cogendus ſit. Quis tamen ob id neget baptiſmum non eſſe neceſſarium aut præceptum, volenti regnum Dei videre? Ad eundem modum nemo delinquentem abſolutè cogit vt confiteatur, attamẽ ſi velit certum teſtimonium remiſſionis peccatorum(quę eũ angunt)accipere, neceſſe eſt, vt abſolutioni confeſſionẽ præmittat. Et vt pertinaciſſimè negent, hãc confeſſionẽ quæ ſacerdoti fit, in ſcripturis non habere mandatum, nunquam tamen cõmonſtrabunt abſolutionem (diuinum illud beneficium) vlli hominum vnquã in eccleſia fuiſſe impenſum, niſi primum cõfeſſo. Quãobrem quum & ipſi fateantur abſolutionem ſacerdotis eſſe liberalẽ promiſſionem, & precioſiſſimum theſaurum gratiæ Dei, in quo Deus nobis exhibeat & proponat ſuam miſericordiam & remiſſionem peccatorum, proĩdéque Chriſtiano etiã nomine eum indignum eſſe, qui hunc tã precioſum theſaurum cõtemnat, imò qui nõ ſummo deſiderio eundẽ quærat & amplectatur: conſequens eſt, vt cogãtur, velint nolint, fateri hanc confeſſionem haud eſſe de numero eorum, quæ Chriſtiano homini criminibus obruto liberum ſit vel facere vel omittere. Nam ſi omnino liberum facis Chriſtiano, vt cõfiteatur vel non confiteatur, vt ſibi dicat, occultè ago, apud Deũ ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcit quę in corde ago: ergo (quẽadmodũ inquit quidã vir pius) ſine cauſa dictũ eſt, Quæ ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cœlo? Ergo ſine cauſa claues datæ ſunt eccleſię? fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus verbum Chriſti, ſi promittimus vobis quod ille negat, nónne vos decipimus? Quanto rectius ergo idẽ ille colligit, agẽdam eſſe pœnitẽtiam, qualis in eccleſia Dei agitur, vt pro nobis & eccleſia oret, quàm iſti, qui peccatores à cõfeſſionis neceſſitate abſoluũt? Pręterea etſi liberã faciãt iſti confeſſionem auricularem(vt vocant) fatentur tamẽ & ipſi retinẽdam eſſe eam in eccleſia, ne prorſus inexplorati cõtra præce-

Matt. 9. *2. Cor. 9.*

Auguſti. De pœnit. diſt. 1. cap. agite.

Inexplorati ad communionem non admittendi.

præceptum Paulinum ad cõmunionem admittantur,in quo partibus accedunt,qui teſtãtur in omni eccleſia ſacerdotib⁹ ſe verè præceptum fuiſſe,vt viderent,ne indignos ad cõmunioné admitterent,& vt cæteros ſileamus,vehemens eſt hic beatus Cyprianus martyr ſermone de lapſis,vbi inter cętera ignauos ſacerdotes increpans,ait,contra Euãgelij vigorem, cõtra domini ac Dei legem temeritate quorũdam laxari incautam cõmunicationem: Irrita(inquit) & falſa pax periculoſa dantibus,& nihil accipientibus profutura.Et poſt pauca ait: Ante expiata delicta,ante exomologeſim factã criminis, ante purgatã conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis,ante offenſam placatam indignantis domini & minantis, pacẽ putant eſſe,quam quidã verbis fallacibus venditant.Nõ eſt pax illa,ſed bellum: nec eccleſiæ iũgitur,qui ab Euãgelio ſeparatur.Ne verò tergiuerſeris,ac neges Cyprianũ de exomologeſi,quæ ſacerdoti ſecretò fit,loqui,audi quid idẽ ille ſanctus martyr paulò ante dixerit: Imperitus(inquit)eſt medicus qui tumentes vulnerũ ſinus manu parcente contrectat,& in altis receſſibus viſcerũ virus incluſum dũ ſeruat,exaggerat,aperiẽdum vulnus eſt & ſecandũ,& putredinibus amputatis,medela fortione curãdum.Quin Cyprianus poſtea eodem ſermone ſecretæ confeſſionis manifeſtiſſimus locupletiſſimúſque aſſertor eſt,cuius teſtimoniũ infrà adducemus copioſius.Quæ quũ ita ſe habeant,nec inficientur illi,eũ hominem qui vel negligit vel cõtemnit tam precioſum abſolutionis theſaurũ(non hominis,ſed Dei verbũ & munus)hũc ne quidam Chriſtianũ dicendum,ſed à communione arcendum,quòd cõtemnat id quod Chriſtiano contẽnere non licet,eoq; contemptu committat, ne remiſſionem peccatorũ accipiat, ac certum de ſe ſignum præbeat, quòd Euangelij contemptor ſit.Quum,inquã,hæc illi multis exaggerẽt,non videmus cur tam ſint iniqui huic cõfeſſioni ſecretę,qua ſine is theſaurus nõ percipitur,&tam grauis cenſura incurritur.

1.Cor.11.

Cypri. in ſer. de la.

Ibidem.

Cypri. de cõfeſſione ſecreta loquitur.

QVòd generalis Cõcilij conſtitutioné, quę incipit,Omnes vtriuſq; ſexus, &c.ſuggillẽt,id nobis ſuo more agere videntur.Certè vt,quod ſentimus,dicamus,verbis tãtum pugnãt,re ipſa nihil efficiunt.Quid enim aliud ſtatuit Conciliũ,quàm quòd illi ipſi eccleſiæ diſciplinã exigere,& plenum eſſe pietatis,perſuadent? Concilium nõ aliter cogit fideles (quũ ad annos diſcretionis peruenerit, ſaltem ſemel

Canon Cõcily generalis, qui incipit, Omnes vtriuſque ſexus &c. defenditur ac explicatur.

Quomodo cogat cōcilū ad cōfitendū. in anno omnia ſua delicta proprio ſacerdoti confiteri,& Euchariſtiæ ſacramentū(ſaltem in Paſchate)reuerenter recipere,quàm vt cōtemnentes idipſum facere,ab ingreſsu eccleſię arceat:&vita defunctos,eccleſiaſtica ſepultura prohibeat. At illi abſolutionis theſauri(vt verè dicunt)nō ęſtimādi cōtemptores,nō ſolum à ſacramētis depellūt,ſed & Chriſtiani nominis nomēclatura indignos decernūt. Vide verò,quorū coërcitio ſeuerior,eccleſię ne,an eorū qui eccleſiā inſectātur. Cęterū habet & Euangeliū legem ſuā,habet& ſuā diſciplinam. *Coacta ſeruitia Deo non placere* Atq; interim tamen verum eſt, coacta ſeruitia Deo non placere. Lex bene volentē inſtruit,quid ſequatur:maleuolentem terret,donec iuſta cenſura volentem faciat:pędagogus eſt enim ad Chriſtum. *2.Cor.9.* Quòd aiunt Concilium pręcepiſſe quod impoſsibile eſt,nempe omniū peccatorum cōfeſſionem, *Obiectio.* quum Dauid dicat: Delicta quis intelligit?ab occultis meis mūda me. *Pſal. 18.* Et iterum:Comprehenderunt me iniquitates meę,&nō potui vt viderem,multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei,&c. *Dilutio.* Certè ſic argutando non ſatis cādidè interpretantur Canonem Concilij, qui omnium peccatorū appellatione,tantū intelligi voluit peccata cōfitenti cognita. *Quomodo cōfitendū,& de quibus peccatis.* Nec alio conſilio Canon omnia peccata confiteri voluit, quàm vt omnes(ſecundum diui Chryſoſt.ſententiam)admoneret,vt acceſsuri Confeſſarium,cōſciētiam ſuam prius per interiorem confeſsionem diſcutiant,& delicta ſua in memoriam etiam ſigillatim reuocēt,ac tandē eiuſcemodi diſcutione(qualem ſolemus in reb' arduis adhibere)pręuia,ſacerdoti omnia peccata cognita ſigillatim,cætera verò quæ nō magnopere angunt & cruciant cōſcientiam, oblita item ac neglecta,generatim cōfiteantur,atq; eatenus Canon nō alligat confeſſurum ad certum tēpus,liberum relinquens quo anni tempore cōfiteatur. *Canon nō ligat peccatorē vt certo tēpore cōfiteatur ſacramētaliter* Quòd autem canon vnumquenq; fidelē aſtringit ad percipiendum (ſaltem in Paſchate)Euchariſtiā nouum videri non debet,quum & Fabianus martyr & pontifex non multo poſt apoſtolorum tempora & Agathen.& Elibertanum Concilium decreuerūt,ne inter catholicos quidem eos connumerandos, *Fabianus. Ex cōcil. Agathē. & Elibert.* qui ſaltē in Paſcha, Pentecoſte & Natali domini nō communicauerint,niſi fortè quis maioribus criminibus quibuſlibet impediatur. *Oli'ter ī āno cōmunicandū.* Quæ diſciplina, vt alia multa,nimirū refrigeſcente hominū charitate, in Cōcilio generali per eccleſiā facta remiſſior eſt,ſic tamē,vt Canō non

non cogat indignos & nauſeantes ad ſacerrimam illam com munionem, quinimo tales de proprij ſacerdotis conſilio tantiſper à cõmunione abſtinere vult, donec bonã voluntatem participandi ſacramenti accipiãt, ſeu ea quæ à communione pœnitetem abſtinere ſuadent, expient. Quòd verò proprio ſacerdoti cõfitendum eſſe, Canon præcipit, id vetuſtiſſimis canonibus, & antiquiſſimorum conciliorum decretis quàm maximè conſentaneum eſt, quæ prohibent, ne quiſquã epiſcoporum aut ſacerdotum ſe in alterius parochiam ingerat, niſi id vel de conſenſu alterius, vel neceſſitate ita ſuadente fiat. Atque huc non parum facit quod Paulus iubet Tito, vt cõſtituat oppidatim presbyteros, & quod ex libro Prouerb. cap. 27. hoc per allegoriam nõ ineptè deflectitur: Diligenter (inquit) agnoſce vultum pecoris tui, tuóſque greges cõſidera, &c. Non erat ergo cur Canon ille tanti Concilij cui non ſolum primores eccleſiæ Latinæ, ſed & Græcæ, maximo certè numero interfuerunt, tam acerbè tractaretur.

cap. omnis vtriuſq;. Quatenus canon cogat anno ſemel communicari. Cur proprio ſacer doti confitendum. Ad Ti. 1

VT tandem eo vnde digreſſi ſumus, reuertamur, habes iam (vt ſperamus) explicatum ſatis, q̃ faciat locus ille in Ioan. 20. Quorumcunq; remiſeritis, &c. ad aſtruendã confeſſionẽ quæ ſacerdotibus fit: habes, q̃ magnificas claues, hoc eſt quantã poteſtatem Chriſtus vicariis ſuis in terra reliquerit, ob quam Deo (qui talem dedit poteſtatem hominibus) ſummas gratias ex toto corde agere oporteat: habes, quãtum huic poteſtati, quæ eſt vnica peccatorum & infelicium conſcientiarum conſolatio, tribuendum ſit: quam contempſiſſe, Chriſtum ſpreuiſſe ſit, ꝙ hic idem ſit forum Dei & forum ſacerdotis, adeò vt non putemus pręterea opus eſſe alios locos adferre, ex quibus catholici doctores hãc confeſſionem aſſerunt, ꝙ vnus ille quem tractamus, noſtra ſententia ſuffecerit, ad cõmonſtrandum id quod intendimus. Interim non ignoramus, id quod Iaco. 5. legimus, nempe, Cõfitemini alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini, videri non tantũ ſcholaſticis penè omnibus, ſed & veterioribus doctoribus de confeſſione ſacramentali mãdatum, ſic, vt Chriſtus hanc confeſſionem inſinuaſſe, diuus verò Iacobus promulgaſſe videatur: nec habet hæc ſententia quid abſurdi. Nã etſi locus is, etiam ad fraternã confeſſionem trahi poſſit, quis tamen negauerit, eundem de ſacramentali confeſſione potiſſimum intelligendum? ſi enim tanta eſt abſolutionis virtus &

Epilogus. Hic eſt idem forũ Dei & forum ſacerdotis. Sic ſentiũt Theophi. & Beda.

dignitas,quemadmodum ſuprà oſtendimus, atq; hæc præter confeſſionem,quæ ſacerdoti fit,obtineri nõ poſſit: nemo iure dubitauerit, diuum Iacobum velle vt confiteatur homo mortalis mortali,idq; potiſſimum ſacerdotibus,qui certã conſolationem conſcientiis noſtris in verbo abſolutionis adferre poſſunt. Neque enim opus erat vt Apoſtolus expreſſim diceret, Confitemini ſacerdotibus, ꝙ Chriſtus alibi commonſtrauerit,quinam ſint qui poteſtatem habeant remittendi,& retinẽdi peccata. Vt interim taceamus ipſum Apoſtolum eodem penè contextu ſermonis presbyterorũ meminiſſe,quos iubet induci ſuper ægrotos,vt orent ſuper eos, vngẽtes eos, oleo in nomine Domini, non ſine promiſſione ſalutis, alleuiationis & remiſſionis peccatorum,cui ſtatim prędicta verba ſubnectit in hunc modum. Cõfitemini ergo alterutrum. Quòd ſi fateris Iacobum præcepiſſe (nimirũ ex Chriſti inſtitutione) vt confiteamur inuicẽ delicta,frater fratri, à quo tanta conſcientiæ conſolatio non ſperatur: quanto magis fatebere ex eiuſdem ſententia fuiſſe, vt grauatã habentes cõſcientiam,cui priuatus,poteſtate clauium carens,mederi nõ poteſt,cõfiteremur ſacerdotibus, Chriſti vice fungentibus, in quorum manus Chriſtus ſalutem noſtram quodãmodo poſuiſſe videtur: neque enim verbum, Alterutrum, ſacerdotes excludit. Nam& qui pręcipit vt medeamur alterutrũ,omnino vult vt pro ratione morbi medicus deligatur. Ex prædictis itaque iudicabis, num hæc confeſſio mandatum habeat in ſcripturis,quod primum diſcutiendum ſuſcepimus.

Iaco.5. *Chry.li.3 de ſacerd.* *Verbum, Alterutrum.*

Hanc confeſſionẽ in ſcript. exẽplũ & teſtimonũ habere probatur.

SEquitur vt doceamus hanc confeſſionem exemplum ac teſtimonium habere in ſcripturis. Hic nullis certabimus argumentis cum cõtentioſis,ſed tantum opponemus eis authoritatem magni illius Baſilii, quæ apud omnes catholicos hactenus fuit ſacroſancta: is cùm ſacerdotibus confitendum eſſe aſſeruiſſet,aſſertionem ſuam exẽplis & teſtimonio ſcripturę confirmat. Sic,inquit,& hi qui antiquitus pœnitebãt, inueniuntur,apud ſanctos cõfeſſi eſſe peccata ſua. Scriptum eſt enim in Euangelio, Quia Ioanni Baptiſtæ cõfitebuntur populi peccata ſua:& in Actibus apoſtolorum, apoſtolis hi qui baptizabantur. Hæc ille.

Baſil. in reg.monа.c.21. *Matth.3.* *Act.19.*

Hãc confeſſionẽ totius eccleſiæ conſenſu confirmari.

REſtat vt doceamus hanc cõfeſſionem,vniuerſalem conſenſum eccleſiæ omnium temporũ pro ſe habere, nec oſtẽdi poſſe eandem vel in eccleſia Græca,quoad eadem eccleſia

cleſia in catholica vnitate perſtiſtit,penitus abolitã fuiſſe.

POſt apoſtolos primi numerantur,Clemens Petri ſucceſſor,& Dionyſi' Areopagita Pauli diſcipul',vterq; martyr. Ille ſatis perſpicuè hãc confeſſionem(qua conſcientiam apud ſacerdotem exoneramus)hiſce verbis aſſerit,Si fortaſſis,inquit,ĩ alicuius cor vel liuor,vel infidelitas,vel aliquod malum latenter irrepſerit,non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit,cõfiteri hæc ei qui præeſt,vt ab ipſo per verbũ & cõſiliũ ſalubre curetur,quo poſsit fide integra & bonis operib' pœnas æterni ignis euadere,& ad perpetua vitę pręmia peruenire. Et iterum: Quod in nauigationi pelagi humanæ vitæ ferendi ſunt vomitus & ſuccuſſationes & agitationes, quum ex confeſſione peccatorum & reiectione criminũ velut malè cõgregati in viſceribus fellis eiectio faciẽda eſt, & abiicienda prorſus à corde,intrinſecus latẽs amaritudo peccati,ſi qua fortè ex deſideriis iniqua,velut ex cibis noxiis cõgregata eſt, quam vtique quum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen poſt vomitum,quæ ad ſanitatem pertinent,ſumat.

Clemens Petri ſucceſſor.
Ei qui præeſt mirum ſacerdoti.
Satisfactio.

ALter,nẽpe Dionyſius,Demophilum monachũ acriter increpat,ꝙ impium ad pedes ſacerdotis procidentem, ac confitentem, verecundè ſe ad peccatorum remedia quærẽda veniſſe,calce reiecerat,& vſurpato ſacerdotali officio,ſacerdotem communionem dantem lapſo,conuitiis lacerauerat:Subindeq́;(vir ille ſacer)diffinit omni ratione carere,Dei cauſa peruertere diuinitus traditum ordinũ,quòd diſtinctiones ordineſque confundere,ſacratiſſimas Dei ſanctiones & iura tranſgredi ſit,nimirum indicans,hanc confitendi rationem ex iure diuino promanare ac deſcendere.

Dionyſius Areo. ad Demophilum.
Confeſſio.
Satisfactio

VT autem quidam cõtendant,opera Clementis apocrypha eſſe,ac negent hunc Dionyſium eundem eſſe quẽ Paulus Athenis conuertit,nihil(quod ad pręſentem rem attinet)refert. Nam id ſaltem diffiteri nequaquam poſſunt,vtroſque illos authores,quales nunc in eccleſia extant vetuſtiſsimos eſſe, quod vel ſatis eſt ad euincendum hanc confeſſionem eſſe longe vetuſtiſsimam:nec interim quęcunque apocrypha ſunt,falſa ſunt.

Obiectio.
Dilutio.

TErtullianus vicinus apoſtolicorũ temporum, teſtatur non facti ſolum,verùm & volũtatis delicta vitanda, & pœnitentia purganda eſſe,ſic vt non ſola cõſcientia proferatur,

Tertul.de pœnitent.

Exomologeſis quid ratur, ſed aliquo etiã actu adminiſtretur, qui magis Græco vocabulo, nẽpe (exomologeſis) exprimatur, quẽ proſternẽdi & humiliandi hominis diſciplinam vocat, conuerſationẽ iniungentem miſericordiæ illicẽ: & poſtea inter opera pœnitentiæ recenſet, presbyteris aduolui: atque arguit eos qui hoc opus ac publicationẽ ſui aut ſuffugiũt, aut de die in diẽ differre præſumũt, pudoris magis memores quàm ſalutis: ve luti illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conſcientiam medentiũ vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereũt: quem pudorẽ ſubinde intollerãdũ pronuntiat, modis omnibus perſuadẽs, vt peccator in exomologeſi, ſecunda ſubſidia ſtatuat, ſuam ſalutem ne deſerat, aggredique ne ceſſet id quod ſciat mederi ſibi. Atque alibi ait, Deum Adam ad cõfeſſionem peccati prouocaſſe, vt ſcilicet conderentur nobis exempla confitendorum potius delictorũ quàm negandorũ, vt iam tunc initiaretur euãgelica doctrina: Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.

Satisfactio

Pudor intollerãdus occulta nolle confiteri.

Secunda ſubſidia poſt lapſum in cõfeſſione

Matt. 12.

Origen. in Pſa. 37

ORigenes, eccleſiarum poſt apoſtolos magiſter (vt diuus Hieronymus ait) ĩ pſalmo trigeſimo ſeptimo, verba ac ſententiam Clementis (vt videtur) imitatus, ſic habet: Vide quid nos edoceat ſcriptura diuina, quia oportet peccatũ nõ celare intrinſecus: fortaſsis enĩ ſicut hi qui habẽt intus clauſam eſcam indigeſtã, aut humoris vel phlegmatis ſtomacho grauiter imminẽtia, ſi vomuerint, releuantur: ita etiã hi qui peccauerunt, ſiquidẽ occultant & retinent intra ſe peccatũ intrinſecus vrgentur, & propemodũ ſuffocãtur, à phlegmate vel humore peccati. Si aũt ipſe ſui accuſator fiat: dum accuſat ſeipſum & cõfitetur, ſimul euomit delictum, atque omnem morbi digerit cauſam. Tantummodo (vt ſubiicit) circunſpice diligentius, cui debeas cõfiteri peccatum tuũ. proba prius medicũ, cui debeas languoris cauſas exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cũ flente, qui condolẽdi ac compatiendi nouerit diſciplinam, vt ita demum, ſi quid ille dixerit, qui ſe prius eruditum medicũ oſtenderit & miſericordem, ſi quid cõſilij dederit, facias, & ſequaris, ſi intellexerit & præuiderit talem eſſe languorem tuum, qui in cõuẽtu toti⁹ eccleſiæ, exponi debeat & curari, ex quo fortaſsis & cæteri ædificari poterũt, & tu ipſe facile ſanari: multa hoc de liberatione, & ſatis periti medici illius cõſilio procurandum eſt. Idẽ in Homilia, cap. 2. Leuitici, opponens ſacrificiis veteris

Medicus, hoc eſt, cõfeſſarius ſacerdos, qualis deligendus.

veteris legis pro peccatis,expiationes euangelicas,poſt ſeptē remiſsiones,hoc eſt peccatorum expiationes,octauā eſſe dicit eam,quæ fit per pœnitentiam,duram quidem & laborioſam. Quum(inquit)lauat peccator in lachrymis ſtratū ſuum, & fiunt ei lachrymæ panes die ac nocte,& quū non erubeſcit ſacerdoti domini iudicare peccatū ſuum,& quærere medicinam ſecundum eum qui ait: Dixi,pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam dño,& tu remiſiſti iniquitatem cordis mei. Alibi idem Origenes id,quod ſupra diximus(nempe,oſtēdi non poſſe,vllum vnquam abſolutum,niſi prius confeſſum)cō firmat,dicens: Qui non prius animæ ſuæ vitia & peccatorum ſuorum cognouerit mala, & proprij oris confeſſione prodider't,purgari atque abſolui non poterit.

Orige. in homi.2.c. Leuitici.

Cofeſſio, vt vocant, auricularis.

Pſal.31.

Orig.lib. 3.periarc. cap.1.

ORigeni Græco Cyprianum Latinum,illuſtrem eccleſię doctorem & martyrem, annectamus. Is in ſermone de lapſis(quem & ſupra citauimus)modis omnibus cohortatur, vt non modò manifeſta, ſed & latentia peccatorum vulnera detegamus,& occulta ſoláque cogitatione perpetrata delicta confiteamur. Et vt planè videas,eum cōfeſsionem ſecretam, quæ ſacerdoti fit,admodum probaſſe,eandémque tum in vſu fuiſſe,ſic ait: Deniq; quando & fide maiori,& timore meliore ſunt,qui quāuis nullo ſacrificij aut libelli facinore cōſtricti, quoniā tamen de hoc vel cogitauerūt,hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentur,exomologeſim cōſcientiæ faciunt,animi ſui pondus exponunt,ſalutaré medelam paruis,licet & modicis vulneribus exquirunt,ſcientes ſcriptum eſſe, Deus nō irridetur. Et poſt pauca: Cōfiteantur, inquit,ſinguli,queſo vos fratres,delictū ſuum dū adhuc, qui deliquit,in ſeculo eſt,dū admitti cōfeſſio eius poteſt,dum ſatisfactio & remiſsio facta per ſacerdotes apud dominum grata eſt. Alibi hunc rectè agere pœnitentiā ait,qui diuinis prę ceptis mitis & patiens,& ſacerdotibus Dei obtemperans,obſequiis ſuis & operibus iuſtis dominum promeretur.

Cyp.īſer. de lapſ.

Occultorum confeſsio.

Ibidem.

Satiſfactio Cyp. ad clerum ac modo agēdi pœnitētiam.

HVic iungendus eſt Nicephorus Carthophylax, qui ad Theodoſium monachum ſic ſcribit: Ligandi ſoluendiq; prouincia pontificibus ipſis à clemētiſsimo Deo noſtro demandata eſt. Siquidem ad Petrum ait. Quæcunque ligaueritis,ligata: & quęcūque ſolueritis,ſoluta erunt. Vnde(vt ſubiicit)olim omnes oportebat ad ipſos pontifices accedere,ſuaq; illis occulta prodere,& ſic vel reconciliationé vel repudium

Nicephorus ad Theodo.

Matt.16.

Occultorū ſecreta cōfeſsio antiquisſima

ferre. Ignoro autem (inquit) quî factum ſit, quur hæc minus obſeruentur, quanuis exiſtimem pontifices negotij tædio, frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id operæ ad monachos trāſmiſiſſe, ad eos ſcilicet, qui verè probati ſunt aliiſque valeant eſſe vtiles. Ecce quàm perſpicuè vir ille pius morē cōfitendi ſacerdotibus, ex diuinis literis aſſerit ac cōprobat, quanuis ſuis temporibus id vſu veniſſe dicat, quod & noſtris, nempe per pontifices & ſacerdotes, vt otioſius viuerent, onus audiendarum confeſsionum ſecretarū tum in monachos, veluti nunc in fratres mendicantes, eſſe reiectum, nō ſublatū. Et quid clarius eo quod ſequitur: Porrò ſi quis expertus ſit & frugi, & quum hoc ſacerdotio fungatur, ad illū in primis accedendū: nam poterit indigno prodeſſe, accedētem ſe diligentius curare, reconciliare item & corrigere. Ac paulò poſt, ſacerdotem officij ſui commonens: Lapſos, inquit, ſpiritalibus increpationibus admonebit, vtiliter conſulet, vitam futuram & æterna ſupplicia in memoriā reducet. Vnum cauebit, ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluat, fiatque alienorum criminum particeps.

Ibidem
Expertus & frugi ſacerdos deligendus.
Ibidem.
Officium cōfeſſarii.
Quid cauendum.

Baſil. in reg. monach. cap. 21.

NOn obſcurius magnus ille Baſilius, & ipſe Græcus, hanc confeſsionem ſecretam teſtatur. Locus eſt ex dialogo, qui Regulę monachorum inſcribitur, per Ruffinum ſynchronon diui Hieronymi, verſo. Cap. 21. quærit monachus: Qui vult pœnitere, peccata ſua an omnibus debet cōfiteri & quibuſlibet, an ſacerdotibus tantum, an cæteris quibuſque? Reſpondet Baſilius: Clementia Dei erga eos qui deliquerūt manifeſta eſt, ſecundum quod ſcriptū eſt: Qui nō vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Quia ergo confeſsionis modus ad hoc aptus eſt, & conuertens ſe à peccato, fructus dignos oſtendere debet pœnitentiæ, ſecundum quod ſcriptum eſt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: neceſſariū videtur his quibus diſpenſatio myſteriorū Dei commiſſa eſt, cōfitenda eſſe peccata. Demonſtraturus quoque hanc confeſsionem habere in ſcripturis teſtimonium, & exemplum, ambo illa loca ex Euāgelio Matthæi & Actis apoſtolorum ſuprà citata, affert. Ne verò putares non confitenda parua delicta, eodem libro, capite decimooctauo monet, Nihil oportere contemni tanquam paruum, quod de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, de eo rationé in die iudicij reddituri ſint. Rurſus cap.

Ezec. 18.
Mat. 3. 7.
Neceſſaria cōfeſſio ſacramentalis.
Matth. 3.
Act. 19.
Idem cap. 18.
Matt. 12.

98. rogat monachus, an doceat, quum ſoror aliqua confitetur quodcunque delictum ſuum presbytero, etiam matrem monaſterii adeſſe? Reſpondet Baſilius. Honeſtius mihi videtur eſſe & religioſius, vt per ſeniorem matrem presbyter, ſi quid illi videtur, ſibi ſtatuat, & modum & tempus pœnitentię imponat ad emendationem eius quam corrigi deſiderat à peccato: nimirum ſignificans magis conuenire, ne ſoror matris imperio ſubiecta, non aliter oneretur ſatisfactione pœnitentiæ, quàm ex matris conſilio, quæ omnibus ſororibus proſpicit. Nec ceſſat rogare monachus, Vtrũ decet geſta turpia cõfitentis, vel obſcœna inuerecundius annuntiare omnibus aut certis quibuſlibet aut quibuſcunque? Reſpõdet Baſilius. Cõfeſſio peccatorum hanc habet rationem, quam vulnus habet aliquod corporis, vel paſſio quæ medico demonſtranda eſt. Sicut ergo nõ omnibus quis vitia vel vulnera corporis ſui reuelat, nec quibuſlibet, ſed his tantum qui ſummæ peritiæ teſtimonium habent, & curæ ac medelæ diſciplinam: ita cõfeſſio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc præualent & emendare, ſecundum quod ſcriptu eſt, Vos qui fortiores eſtis, infirmitatem infirmorum portate, hoc eſt auferte & exportate per curationẽ. Vide vero quàm pulchrè tres illi inſignes Gręcię magiſtri ac egregia luminaria, nempe Origenes, Nicephorus, & Baſilius in hac re confeſſionaria concinant, & quod comprobandum recepimus, luce clarius affirment.

Satisfactio.

An reuelenda confeſsio.

Simile.

1. Theſ. 5.

IAm rurſus aliud par duorum (omniũ ſententia) celebratiſſimorum eccleſiæ Latinæ doctorum copulabimus, nempe diuos Hieronymum & Auguſtinum. Nam Ambroſium Latinum Chryſoſtomo Græco conferendum ſeruabimus. Diuus itaq; Hieronymus primùm eo loco quẽ ſuprà citauimes, nẽpe in commentariis ſupra Matthæum, huius cõfeſsionis meminit, quũ epiſcopum vel presbyterum, aliter ligare vel ſoluere peccatorẽ prohibeat, niſi primum peccatorum audierit varietates, & iam hinc ſciat quis ligandus ſit, quíve ſoluẽdus. Qui locus apertè cõuincit, & diui Hieronymi tẽpore, cõfeſſionem ſacerdotibus cum enumeratione delictorum factam fuiſſe. Deinde perſpicuũ teſtimonium eius habes in cõmẽtariis ſuper Eccleſiaſt. cap. 10. Si quẽ (inquit) ſerpẽs diabolus occultè momorderit, & nullo cõſcio, eum peccati veneno infecerit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & nõ egerit pœnitẽtiam,

Hieron. in Mat c. 16

Enarrãda peccata in confeſsione ſingulatim.

Hier. ĩ Eccleſia. c. 10

Alludit ad locũ la. 5. fratrem magiſtrũ, hoc eſt ſacerdotem.

potiſsimū intelligens Vide cap. mēſurā. de pæ. diſ. 1. nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui habet linguam ad curandū facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus ſuum medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Vt interim ſileamus pleroſque alios locos, vbi in laude confeſsionis multus eſt Hieronymus.

Augu. in Pſal. 66. HVic ſententiæ ſubſcribit Auguſtinus in pſal. ſexageſimū ſextum Lætentur, inquit, & exultent gentes Vnde? per ipſam confeſsionē. Quare? quia bonus eſt cui confitentur. ad hoc exigit confeſſionem, vt liberet humilem: ad hoc damnat non cōfitentem, vt puniat ſuperbū. Ergo triſtis eſto antequā *Pſal. 105.* confitearis: confeſſus exulta, iam ſanaberis. Non confitentis conſcientia ſaniem collegerat, apoſtema tumuerat, cruciabat te, requieſcere non ſinebat. Adhibet medicus fomēta verborum, & aliquando ſecat medicinale ferrum tribulationis. Tu agnoſce medici manum, cōfitere, exeat in confeſsione & de*Idē in caput Ioā. 5.* fluat omnis ſanies. Idē in cap. Ioā. quintū ſic habet: Vox ſaluatoris rumpit duritiem lapidis, & cor tuum ita durum eſt, vt nōdum illā vox diuina te rumpat: ſurge in corde tuo, proce*Cōfitēdum eccleſiæ miniſtris vt ſoluant cōfitentem.* de de ſepulchro tuo, etenim mortuus in corde tuo tanquam in ſepulchro tuo iacebas, & tanquam ſaxo malæ cōſuetudinis grauabaris: ſurge & procede, & crede & confitere. Qui enim credit ſurrexit: qui cōfitetur, proceſsit. Quare proceſsiſſe dicimus cōfitentem? quia antequam cōfiteretur, occultus erat: *Ioan. 11.* quum autem cōfitetur, procedit de tenebris ad lucem: & quū *Augu. de vera et fal pænitentia.* confeſſus fuerit, quid dicetur miniſtris? Quod dictum eſt ad funus Lazari, Soluite illū, & ſinite abire. Quomodo dictum eſt miniſtris apoſtolis: Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlis. Vt interim prætereamus quæ toto libro de vera & falſa pœnitentia (quem quidem tanquam nothum ex libris eius quidā ſecernunt, quanquam interim catholicæ doctrinæ *Erubeſcētia deteſtabilis.* ſit) vbi modis omnibus cohortatur, vt pœnitētes vitam noſtrā Deo per ſacerdotē repræſentemus, huc deflectens, ꝙ dn̄s mūdatis præcepit, vt oſtenderent ſe ſacerdotibus, iubet vt quæ*Erubeſcētia laudabilis.* ramus ſacerdotem ſcientem ligare atque ſoluere, ac omnino erubeſcentiam deteſtatur, quæ confeſſionem vincit: erubeſcentiam verò, quæ confeſſionem comitatur, laudat, quòd illa *Augu. li. de ſalutari docu.* partem habeat remiſſionis. Libro de ſalutaribus documentis iubet iuſſioni ſacerdotis Deū timentis obſequi, qui vt ſapiēs & perfectus medicus, primū ſciat curare ſua peccata, & poſtea aliena

aliena vulnera detergere & ſanare,& non publicare.Hunc enim perquirendum,& cum eo cõſilium ſalutis noſtræ ineundum eſſe ſuadet. Præterea libro de viſitatione infirmorũ, ex profeſſo cõfutantur, qui ſufficere arbitrãtur ſi ſoli Deo (cui nihil eſt occultum)quam nullius latet conſcientia,ſua crimina cõfiteantur,vel nolentes vel erubeſcentes vel dedignãtes oſtendere ſe ſacerdotibus, quos tamen inter leprã & lepram per legiſlatorẽ dominus cõſtituerit. Sed nolo,inquit,vt ipſa decipiaris opinione, vt confundaris confiteri coram dñi vicario,tabeſcẽs præ rubore,vel ceruicoſus præ indignatione. Nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium,quem dñs ſibi non dedignatur vicarium.Ergo,inquit,ad te venire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarũ penitus participem,nõ te ſeducat illa ſuperſtitio,quæ in viſitando confirmat,quia ſaluet,ſacerdote inconſulto ad Deum peccatorũ confeſsio.Nõ enim(vt ſubiicit) abnegamus, quin ſit ad Deũ frequenter referenda peccatorum confeſsio.Eges enim & ſacerdotis,qui mediator ſit ad Deum tuum,ſalubri in iudicio. Item cap.5.Aſtantem(inquit)corã te ſacerdotem angelũ Dei exiſtima:aperi ei penetralium tuorũ abditiſſima latibula,cõſcientiarum verecundarum penitiora reuela repagula, &c. Nec moratur nos,quòd libri iſti de vera & falſa pœnitentia, item de ſalutaribus documentis,denique de viſitatione infirmorum,quibuſdã non videantur eſſe Auguſtini,quum conſtet Auguſtinũ in libris minimè dubiis eandem tueri ſententiam. Et vt hi libri non ſint illius Auguſtini Hipponenſis epiſcopi,vetuſti tamen ſunt,& tanquam pij ab eccleſia recepti,vt vel hinc probetur hãc confeſsionem non eſſe rem nouam,ſed iam olim vt rem neceſſariam in eccleſia vſitatam.

Augu de viſit.infirmo. *Typus poteſtatis ſacerdotalis vetus ſacerdotium* *Nõ ſufficere mentalem confeſsionem.* *Ibidẽ.c.5.* *Occurritur obiectionis.* *Augu.in comment. in Pſal.5.*

IAm ad Ambroſium & Chryſoſtomũ pergamus, quos ideo coniunximus,vt oſtendamus eos nõ tantum non abolere hanc confeſsionem (quod tamen illis aduerſarij impingunt) ſed eãdem tueri magis. Scimus ex Ambroſio, citari locum de pœnitentia Petri in hęc verba:Ergo,inquit,Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus: inuenio enim ꝙ fleuerit, nõ inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego,ſatisfactionẽ non lego.rectè planè Petrus fleuit & tacuit,quia quòd defleri ſolet,excuſari nõ ſolet:& quod defendi nõ poteſt,ablui poteſt.Lauat enim lachryma delictum,quod pudor eſt confiteri. Lachrymæ ergo verecundiæ conſulunt pariter & ſaluti.

Obiectio ex Amb. in ſer.de pœnitẽtia Petri.

Obiectio ex Chryſ. in epiſt. ad Hebræ. Hactenus ille. Scimus ex Chryſoſtomo in epiſtolam ad Hebræos citari, Non dico tibi vt te prodas in publicum, neq; te vt apud alios accuſes: ſed obedire te volo prophetæ: Reuela dño viam tuã apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua, ſed conſcientiæ tuæ memoria, & tum demum ſpera te miſericordiam poſſe conſequi. Et alibi: Peccata tua diſcito vt deleas. Illa ſi confunderis dicere quia peccaſti, dicito illa quotidie in anima tua. nõ dico vt cõfitearis ea ſeruo vt exprobret, dic Deo qui curet ea: nam licet nõ dixeris, nõ ignorat Deus. Et quæ in eandem ſententiam ſcribit Homilia 31. 40. 80. & homil. 2. in Pſalmũ quinquageſimum. Item ſermone nuper verſo de pœnitentia & cõfeſſione. Scimus denique locum qui ex Tripartita hiſtoria contra hanc confeſſionem affertur, Sozomene authore, in hæc verba: *Obiectio ex hiſt. tripar. lib. 9. cap. 36.*

SOZOMENES.

QVoniam omnino non peccare, diuinũ & vltra humanam naturã eſſe cognoſcitur, peccantibus autem & pœnitentiam agẽtibus, veniam Deus dari præcepit, qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorũ onus acquirũt: propterea viſum eſt antiquis põtificibus, vt velut in theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi delicta pandantur. Et ad hãc rem presbyterum bonæ conuerſationis, ſeruantẽmq; ſecretũ ac ſapientem virũ ſtatuerunt, ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille ſecũdum vniuſcuiuſq; culpam indicebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in occidentalibus ſeruatur eccleſiis, & maximè apud Romam, vbi etiam eſt locus certus pœnitentium. Stant enim rei, & velut in lamentationibus cõſtituti. Quum enim ſacra celebratio fuerit adimpleta, illi cõmunionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione ſeipſos in terrã proſternunt. Ad quos cõcurrens epiſcopus, & ipſe cũ lachrymis & gemitu ſpirituali pſternitur, & omnis eccleſiæ plebs fletibus inundatur. Poſt hoc autẽ prior ſurgit epiſcopus, & eleuat iacentes à terra. Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus ſponte vacantes, aut ieiuniis, aut abſtinẽtia lauacri, aut ſuſpenſione ciborum, aut rebus aliis quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit epiſcopus. Cõſtituto vero tempore, velut quoddam debitum exoluentes afflictione de peccato curati, cum populo cõmunione participãtur. Hæc ergo antiquitus *Diaconi tanquã oculi epiſco*

Romani pontificis vſq; ad noſtrũ conſeruarunt tempus. Porrò Conſtantinopoli presbyter ſuper pœnitentes fuit vſq; ad illud tempus, quo quædã mulier nobiliſsima, quum peccata ſua eſſet cõfeſſa,& ei à presbytero fuiſſet præceptum, vt ieiunaret,& Deo operibus piis ſupplicaret, quũ hoc obſeruaret, crebrius in eccleſia cum diacono ſe concubuiſse cõfeſſa eſt. Hoc quum populus cognouiſſet,ſæuiebat in ſacerdotes,quaſi per eos facta fuiſſet iniuria eccleſiæ. Tum Nectarius epiſcopus remouit diaconũ ſceleratum,& quibuſdam ſuadentibus, vt ſingulos ad communicandũ iudicio conſcientiæ ſuæ relinqueret,etiam presbyterum nequaquã ſuper pœnitentes eſſe præcepit. Et ex illo antiquitatis cõſuetudo ſublata eſt, quum (vt arbitror) minora peccata pro pudore cõfeſsionis,& ſubtilitate exanimantium patrarentur. Hactenus Sozomenes.

pi actus totius eccleſiæ perſcrutabãtur, referebántque ad epiſcopũ, vbi correctiõe aut admonitiõe opus eſſe cernebant. vide Clemẽ. epiſto. 1. ad Iacob.

SEd qui prædictos locos cõtra confeſsionem ſecretã adferunt, nõ videntur nobis ſatis ſententiam authorum quos pro ſua ſentẽtia citant, excuſsiſſe. Vt incipiamus à Tripartita hiſtoria, manifeſtũ eſt eum locũ confeſsioni ſecretæ multum tribuere. Principio enim adfirmat eos qui confiteri refugiunt, maius peccatorũ onus acquirere: Dein teſtatur cõfeſſionem ſecretam in Græca eccleſia fuiſſe, quum referat antiquos põtifices ad hanc rem presbyterũ bonæ conuerſationis ſeruantémq; ſecretum, ac ſapientem virũ, ſtatuiſſe: ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria faterentur. Quod autem ſubinde teſtatur presbyterũ (qui vſq; ad illud tempus Conſtãtinopoli ſuper pœnitẽtes fuit) ſub Nectario, qui proximè Ioannem Chryſoſtomum præceſsit, ob crimen diaconi remotum, & ex illo antiquitatis cõſuetudinem ſublatam eſſe, ex eo quidem (noſtra ſententia) non conuincitur, confeſsionem ſecretã omnino abolitam fuiſse, ſed tantũ ritum illum publicè in eccleſia ob occulta peccata pœnitẽdi. Nã (vt ſuprà diximus) ea erat veteris eccleſiæ ſeueritas, vt & pro occultis delictis pœnitentiã & mulctam publicã indiceret, ac cõfeſſum in locum pœnitentiã relegaret, cui rei præerat presbyter, qui ſuper pœnitentes vocabatur. Dicebãtur enim tunc pœnitentes hi ſoli qui publicam pœnitentiam, id eſt ſatisfactionem in eccleſia facerẽt, quemadmodum canonibus diuerſorum Conciliorum, atq; adeò ex capitulis Græcarum ſynodorũ per Martinum Bracharacenſem epiſcopum recollectis liquet cap. 23. Is ergo presbyter qui ſuper tales

Dilutio prædictorũ locorũ.

Locus tripartitæ hiſtoriæ explicatur.

Confeſsio ſecreta ĩ eccleſia Græca ab initio fuit.

Vide collect. Græcarum ſynodorum. cap. 23.

pœnitentes fuit,& qui publicam mulctam indicebat,remotus eſt,& ea ſeueritas ſublata,ne confeſsi de occultis,publica ſatisfactione grauarentur, quin Nectarius eam ſeueritatem non in totum ſuſtulit,ſed(vt habet hiſtoria)ſingulos ad communicandū iudicio conſcientiæ ſuæ reliquit,ſic ſcilicet, vt his qui adhuc putarent,ipſis ante communionem publica ſatisfactione opus eſſe,eadem petentibus daretur:cæteri vero ſuæ conſcientiæ relinquerentur,vt ſcilicet ad communionem admitterentur,nulla ſatisfactione publicè expleta. At confeſſionem ſecretā ex toto ſublatam eſſe,nobis non ſit veriſimile; quum diuus Chryſoſtomus Nectarij ſucceſſor, eius non vno in loco meminerit,ex quibus vnum ſupra retulimus. Alium habes libro ſecundo de ſacerdotio, vbi ait, Multa arte opus eſſe, vt qui laborant Chriſtiani, vltro ſibiipſi perſuadeant, ſacerdotū curationibus ſeſe ſubmittere oportere:neque id ſolum,ſed vt etiam curationis ac medicinæ nomine gratiam illis habeant. Et poſt pauca: Quocirca,inquit,multa quidē opus eſt paſtori prudentia,ſexcentis etiam(vt ſic dicam)oculis,vt rectè vndique humani animi habitum circūſpicere poſſit. Poſtea eodem libro,præſtantiam ſacerdotalem ex loco Ioannis vigeſimo, Quorumcunque remiſeritis peccata, &c.in cœlum vehens,inſaniam eſſe manifeſtariam dicit,deſpicere tātum principatum,ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorum bonorū compotes fieri poſſumus,quòd neque baptiſmus,neque caro & ſanguis domini aliter quàm per ſanctas ſacerdotum manus perficiantur:neque ſacerdotes ſolum nos regenerent ſed poſtmodum etiam cōdonandorum nobis peccatorum facultatem obtineant. Atque eodem loco,noſtros,Iudæorum ſacerdotibus longe præfert, quòd his corporis leprā purgare ſeu (vt verius dicamus)haud purgare.ſed purgatos probare:at noſtris non corporis lepram, verum animæ ſordes, non tantum purgatas probare, ſed purgare prorſus(vt ait)conceſſum ſit. Quæ omnia ſatis demonſtrant, longe aliud eſſe remouiſſe presbyterum ſuper pœnitentes, hoc eſt ſuſtuliſſe illam acerbitatem confeſſum etiam de occultis in ordinem publicè pœnitentium relegandi:quod per Nectarium in Græca eccleſia, poſtea etiam per pontifices in Latina factum eſſe non negamus. Aliud verò, confeſsionem ſecretam penitus abolere, quod in vlla catholica eccleſia hactenus vnquam factum fuiſſe,nobis non facilè perſuaderi patiemur. Atque hoc noſtrum

Chryſoſt. Nectarii ſucceſſor meminit confeſsionis ſecretæ.lib.2. de ſacerd.

Locus Io. 20.explicatur per Chryſoſt.

Sacerdotii noſtri neceſsitas.

Ibidem.

Quid fecerit Nectarius.

Confeſsio ſecreta in nulla eccleſia penitus ſublata.

ſtrum commentum non eſſe vanum,totus contextus prędicti loci hiſtoriæ tripartitæ,ſi modo ad viuum excutiatur,palàm oſtendit, ſiue antecedentia ſiue conſequentia inſpicias: atque adeò finis declarat,tantum pudori conſultum eſſe, quo pœnitentes publicè grauabantur.

ERgo & quæcunque aduerſarij contra hanc cõfeſſionem ex Chryſoſtomo cõtorquent, ei omnino nihil derogat. Nam quid aliud eſt dicere,non dico tibi vt te prodas in publicum,neque te vt apud alios accuſes,vel,Nõ dico vt confitearis ea ſeruo vt exprobret.Itẽ neceſſe non eſt præſentibus teſtibus confiteri,quàm,Libero te publica illa ſatisfactione, qua etſi verbis peccata tua haud expreſſim,re tamẽ ipſa in publicum prodis,ac ea conſeruis tuis,qui & teſtes cõtra te eſſe, & peccata exprobrare poſſint,confiteris. At longè alia ratio eſt confeſſionis ſacramentalis,qua crimen non profertur in publicum,nec præſentibus teſtibus euulgatur,nec exprobrationem timet,ſed ſoli ſacerdoti Dei vicem gerenti,atque adeò magis Deo quàm ſacerdoti(cui publicatio iam interdicta eſt)dicitur,quòd hic amodo non ſit vllum diſcrimen inter forum Dei & forum ſacerdotis. *Loci ex Chryſo. citati explicantur. Cypria. in ſer. de lap.*

EIuſdem omnino ſententiæ diuum Ambroſium fuiſſe,nulli dubiũ eſt,qui tamen tanti viri libros diligenter euoluerit. Nam quod aduerſarij ex eo de pœnitentia Petri attulerũt,& ſingulare eſt,& publicam pœnitentiam reſpicit,quod ea verba indicãt,(Quod pudor eſt confiteri)ad quam tamen idem vir ille ſanctus alibi quàmaximè cohortatur,quemadmodum videre eſt libro primo de pœnitentia,cap.86.& lib. ſecundo,cap.primo;& cap.decimo, vbi Petro quidem ſtatim dimiſſa peccata dicit,quia amariſſimè fleuit, & nihilo ſecius quemlibet ex nobis monet in hęc verba:Fleat,inquit,pro te mater eccleſia,& culpam tuã lachrymis lauet. Item,Volo veniam reus ſperet,petat eam lachrymis petat gemitibus,petat populi totius fletibus,vt agnoſcatur obſecret,& cùm ſecũdò & tertiò fuerit dilata eius cõmunio,credat remiſſius ſe ſupplicaſſe,fletus augeat miſerabilior. Poſteà reuertatur,teneat pedes brachiis,oſculetur oſculis,lauet fletibus,nec dimittat,vt de ipſo dicat dominus Ieſus:Remiſſa ſunt peccata eius multa,quoniã dilexit multum. Cognoui,inquit,quoſdã in pœnitentia ſulcaſſe vultũ lachrymis,exaraſſe cõtinuis fletibus genas,ſtrauiſſe corpus ſuum calcandum omnibus, ieiuno ore *Ambroſ. dictum excutitur. Amb. de pœn. lib. 1. cap. 16. & lib. 2. ca. 1 & ca. 10. Alius olì in pœnitẽtibus ardor quàm nunc eſt.*

Amb. nō tollit priuatam cōfeßionem, ſed ſtatuit

ſemper & pallido mortis ſpeciem ſpiranti in corpore prætu liſſe. Adeò autem Ambroſius nō tollit rationē priuati quærendi conſilij, & abſolutionis, vt ex profeſſo doceat, quę moderatio erga peccatores, ab his qui illorū morbos curare debent, habenda ſit. Nec facile inuenies quēquam ex patribus, qui poteſtatē ſacerdotalē magis illuſtret. Sed aiunt (inquit) nimirum Nouatiani, ſe domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminū poteſtatē reſeruent imò nulli maiorem iniuriā faciunt, quàm qui eius volunt mādata reſcindere, commiſſum munus cōfundere. Nam quum ipſe (vt ſubiicit) in Euangelio ſuo dixerit dominus Ieſus: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt: quis eſt qui magis honorat, vtrum qui mādatis obtemperat, quàm qui reſiſtit? Eccleſia in vtroque obſeruat obediētiam, vt peccatum & alliget, & relaxet. Dominus enim par ius eſſe voluit & ligandi & ſoluēdi, qui vtrunque pari cōditione permiſit. Quomodo igitur poteſt alterū licere, alterū non licere? Hactenus ille. Quibus verbis refutantur, qui aſſerunt poteſtatem obtinendę abſolutionis, non apud ſacerdotem, ſed apud confitētem eſſe quum vir iſte ſanctus vtranque & ligandi & ſoluendi poteſtatē ex Euangelio ſacerdotibus ex ęquo tribuat. Ius, inquit, hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. Rectè igit̃ eccleſia vēdicat, quæ veros ſacerdotes habet: herefis vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei nō habet. Et poſt pauca: Munus ſpiritus ſancti eſt officium ſacerdotis, ius autem ſpiritus ſancti in ſoluendis ligādiſque criminibus eſt: docētque eodem capite, habendā eſſe criminum differentiam. Et quid, quæſo, aliud faciūt, qui huius confeſſionis ſacramentalis dignitatem eleuant, quàm quod idem Ambroſius cap. 5. ait? Quid (inquit) aliud dicunt, niſi hoc: Nemo de vulneratis noſtrum ingrediatur hoſpitiū, nemo ſanetur in noſtra eccleſia, Apud nos non curātur ęgroti, ſani ſumus, medicum non habemus neceſſarium, quia ipſe ait, Non eſt opus ſanis medicus, ſed his qui male habēt? Item capite ſequenti: Denique (inquit, ad Chriſtum verba faciēs, Ambroſius) eccleſiæ tuæ ſpecies eſt illa quæ acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti tui, dicens intra ſe: Quia ſi tetigero veſtimentum eius, ſalua ero. Hæc ergo eccleſia confitetur vulnera ſua, hæc curari cupit. Rurſus cap. 7. Pœnitentiæ ſacramentū apertiſſimè ſtatuit: Quid, inquit, intereſt, vtrum

Ioan. 20.

Nō magis eſt mandata ſacerdoti abſolutio quàm ligatio.

Ibidem.

Officium ſacerdotis munus ſpiritus ſcti.

Confeſſionis priuatæ cōtēptores quid faciant.

Matth. 9.

per

per pœnitentiam,an per lauacrũ(nimirum baptiſmatis)hoc
ius,remittendorum ſcilicet peccatorũ omnium,ſibi datũ ſa-
cerdotes vendicent?vnum in vtroque miniſteriũ eſt.Sed di- *Amb.li.*
ces,inquit,quia ĩ lauacro operatur myſteriorũ gratia. Quid *2.de pœn.*
in pœnitentia?nónne nomen Dei operatur? Itidẽ libr.2.cap. *cap.7.*
ſeptimo:Poterat,inquit,Chriſtus tacita vi operationis occul *Matt.27*
tæ transferre ſaxũ ſepulchri, in cuius paſſione remotis lapi- *Ioan.11.*
dibus plurima defunctorum ſepulchra patuerunt:ſed homi- *Solutio li*
nibus iuſſit vt remouerent lapidem.In veritate quidem, vt *gati typus*
increduli crederent,quod videbant, & aſpicerẽt reſurgentẽ *abſolutio*
mortuum:in typo autem, quòd nobis donaret, vt leuaremus *nis ſacer-*
delictorum onera, moles quaſdam reorum:noſtrũ eſt onera *dotalis.*
remouere,illius eſt reſuſcitare,illius educere de ſepulchris *Ioan. 11.*
exutos vinculis.Videns itaque(vt ſubiicit)graue onus pecca *Roma.10*
toris,illachrymat dominus Ieſus,ſolam enim flere non pati- *Amb.lo*
tur eccleſiam,compatitur dilectæ ſuæ,& dicit defuncto,Ve- *quitur de*
ni foras:hoc eſt,quid iaces in tenebris conſciẽtiæ & delicto- *cõfeſſione*
rum tuorum ſordibus,quodam reorum carcere?exi foras,de- *oris.*
lictum proprium prode vt iuſtificeris:ore cõfeſſio fit ad ſalu *Ambro.*
tem.ſi confeſſus,fuerit à Chriſto vocatus,clauſtra rũpentur, *àconfeſſio*
& omnia ſoluentur vincula,etſi corruptelę corporeæ fœtor, *nibus ſuæ*
grauis ſit. Hactenus ille.Et ne tergiuerſeris Ambroſium hęc *eccleſiæ*
vel de interiori cõfeſſione quę ad Deum fit,tantum dixiſſe, *fuit.*
audis confeſſionem oris:vel de publica tantũ,audis cõſcien- *Paulinus i*
tiæ tenebras confeſſione prodendas.Quin diuũ Ambroſium *vita Am-*
confeſsiones pœnitẽtium ſecretas priuatim audiſſe,vel locu *bro.*
pletiſſimus teſtis eſt Paulinus,qui vitã eius cõſcripſit.Quo- *Ambro.*
tieſcunque,inquit,illi aliquis ob percipiendam pœnitentiã *pietas &*
lapſus ſuos confeſſus eſſet,ita flebat,vt & illum flere compel *feruor.*
leret.Videbatur etiam ſibi cum iacẽte iacere,cauſas autẽ cri- *Confeſſio*
minum,quas illi confitebantur,nulli niſi Domino ſoli(apud *ſecreta tẽ*
quem intercedebat)loquebatur,bonum relinquens ſacerdo *pore Am*
tibus poſteris exẽplum,vt interceſſores apud Deum ſint ma *broſii.*
gis,quàm accuſatores apud homines.Et vt Paulino non cre- *Amb.in*
das,quid apertius eo, quod ipſe Ambroſius in exhortatione *exhorta-*
ad pœnitentiam ait?Non ſolum,inquit,poſt pœnitentiã ab *tione ad*
iſtis(nimirũ peccatis)itus homo obſeruare ſe debet,ſed an- *pœniten.*
te pœnitentiã dũ ſanus eſt:quia neſcit ſi poſſit ipſam pœni- *Sacerdoti*
tentiam accipere,& confiteri Deo & ſacerdoti peccata ſua.Ex *peccata cõ*
his itaque omnibus iudicandũ relinquimus,num Ambroſius *fitenda.*

talem attinet, ſubſequutum eſt illud magnum Conciliũ generale, ex quo Canõ, Omnis vtriuſque ſexus, ſuperius declaratus, ac à calũnia vindicatus citatur, cui Innocẽtius tertius vir & pius & doctus præfuit, eidémque & tam Græca quàm Latina eccleſia maximo prælatorũ totius orbis conuẽtu interfuit. Qui autem veriſimile eſt, Chriſtũ paſſum eſſe, tantũ Concilium, ſua cauſa coactũ, errare, qui promiſit, quum etiã vel duo vel tres cõgregati fuerint in nomine ſuo, ſe futurum in medio illorum? Quamobrem qui poſt hoc Cõcilium aliter ſenſerunt, in Concilio Conſtantienſi damnati ſunt. *Cõcilium generale. ca. omnis vtriuſque &c. Innocẽ. 3. præſidens cõcilii generalis.*

ET reuera præter hęc omnia nõ leue ducimus argumentum, quo Theologi cõfeſſionem hanc non ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto fuiſſe inſtitutam cõprobant. Neque enim veriſimile eſt, homines hominibꝰ hoc cõfeſſiõis onus imponere potuiſſe, quod ſolũ plus habet ſarcinæ quàm vniuerſa lex Moſaica, cuius cęremoniis beatus Petrus nõ putauit onerandas gentes, ac Iudæos etiam exonerauit. *Ratio pro cõfeſſione admodũ valida. Acto. 15*

VT ergo ſemel de hac re finem faciemus, expendẽdum relinquimus, ſatiſne apertis oſtenderimus teſtimoniis, hanc confeſſionem ſacramentalem & à Chriſto inſinuatã, à viris apoſtolicis promulgatam, & ab eccleſia receptam, eandem quoque & exemplũ in ſcripturis, & vniuerſalem totius eccleſiæ conſenſum pro ſe habere. Nõ aliter tamen facimus hanc cõfeſſionem neceſſariam, quàm fecerũt veteres illi patres, hoc eſt neceſſariam illis qui habent grauatam cõſcientiam, nimirum quibus cõſilio, conſolatione & abſolutione eſt opus: pauciſſimos autẽ reperias qui ex iſtorum albo non ſint: alioqui ne Scotus quidẽ dubitauit, homini qui ſibi nulliꝰ peccati mortalis cõſcius eſt, ſufficere, vt ſe ſacerdoti oſtẽdat, ac dicat: Ego nõ ſum mihi cõſcius alicuius peccati mortalis. Nec ineptè nobis dixiſſe videtur Theodorus Canthuarien. epiſcopus: Interiorem confeſſionem, quæ ſoli Deo fit, perfectorum & iuſtorũ eſſe: nobis vero apoſtoli inſtitutionem ſequendam, vt confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro inuicem vt ſaluemur. Interim tamẽ non probamus, hanc exomologeſim hominũ ſpinis & ſcrupis ſic impediri, vt vix quiſquam à ſacerdote diſcedat tranquilla conſcientia, quam magis veterum exẽplo expediri conuenerat, quod & nos conati ſumus in Canonibus Cõcilij noſtri prouincialis, ac latius, quum ad tractationẽ ſacramẽti pœnitẽtię *Quatenꝰ hæc cõfeſſio ſacramentalis neceſſaria. Scotus. Theodorus Canthuarien. epiſcopus. ca. quidã de pœnit. diſt. 1.*

ventũ erit,non neceſſarias difficultates oſtendere ac remouere annitemur. Tunc ad tertiã pœnitentiæ partem,quę ſatisfactio eſt, properabimus.

DE SATISFACTIONE

Tertia pœnitentiæ pars ſatisfactio.

RESTAT ex pœnitentiæ partibus tertia,nempe ſatisfactio.Principio dubium non eſt,vocabulum ſatisfactionis ex publico eccleſiæ vſu frequentari cœptũ eſſe,pro caſtigatione ſeu pœna,quę ſecundum vniuſcuiuſque pœnitẽtis & confitentis culpam ab epiſcopo vel ſacerdote indicitur, quãuis nũc hoc vocabulũ latius vſurpemus. Quæ oĩa vt dilucidiora fiãt,duplex omnino eſt in eccleſia ſatisfactio.

Duplex in eccleſia ſatisfactio.
Tit.2.
1.Ioan.2.

Vna,meritoria remiſſiõis peccatorũ & abolitoria mortis æternæ:hæc ſoli Chriſto tribuitur, qui dedit ſemetipſum pro nobis vt redimeret nos ab omni iniquitate,factus ꝓpitiatio pro peccatis noſtris,& nõ tãtũ pro noſtris,ſed & pro totius mundi,vtiq; quod ad ſufficientiã attinet,licet nõ quantum ad efficientiã,quòd non omnes ſibi hunc ſatisfactionis Chriſti fructũ applicari curẽt.

Remiſſio peccatorũ quomodo applicatur per Chriſtum.

Applicaĩ ſiquidẽ hæc ſatisfactio à Deo per verã contritionẽ & fidẽ,cuius certũ teſtimoniũ eſt,abſolutio ſacramẽtalis ſacerdotis,quæ docet nos hãc tribuere debere deo,nõ noſtris operibꝰ. Nã nullus omnino hominũ poterit vel pro culpa vnius peccati mortalis ſatisfacere,& pœnam æternã ſuis meritis abolere.Ergo nõ in merito cõfitentis,ſed in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti ſacerdos confitentẽ abſoluit.

1.Cor.15.
Poſt remiſſa peccata remanent quædã reliquiæ peccati.
Item,non remittitur ſemper omnis pœna temporaria,ſed æterna tãtum.

Pręterea de abolitione æternę mortis legimus: Aculeus mortis,peccatum.Deo autẽ gratia qui dedit nobis victoriam per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum . Verùm quum ex diuinis literis cõpertũ ſit, poſt remiſſionem peccati(quę ſolius Chriſti beneficio nobis cõtingit)adhuc quaſdam præteritorũ peccatorum reliquias in anima hęrere:deinde remiſſa culpa,nõ ſtatim omnem remitti pœnam,ſed tantum pœnã æternæ mortisquam etſi Deus in iuſtificatione hominis cõdonet,eius tamen loco temporariam pœnã frequenter ſubſtituit:idcirco patres viderunt alia quadã purgatiõe (culpa etiamnum remiſſa) & ad expiãdas pręteriti peccati reliquias, & ad mitigandas ſeu tollẽdas temporarias illas pœnas,nobis adhuc imminẽtes,opus eſſe, quam

quam pœnitentiæ ſatisfactionem appellarunt. Poſt remiſſum peccatũ, peccati reliquias remanere. quas deleri oporteat, Dauid teſtis eſt. Nã etſi Natham remiſſionem peccatorum Dauid annuntiaſſet, dicẽs: Dominus dimiſit peccatum tuum, nihilo ſecius tamen Dauid adhuc orat, vt Dominus ſecundum multitudinẽ miſerationũ ſuarũ deleat iniquitatem eius: vtq; amplius lauet eum ab iniquitate, & à peccato mundet, hoc eſt vt non tantũm remittat culpã, ſed & decorem priſtinum reſtituat. Atque eadem omnino ratio eſſe videtur in diluẽdo peccato actuali, quę eſt in diluendo originali. Originalis peccati reatus in baptiſmo remittitur, attamẽ reliquiæ eius, nimirum fomes ille manet, quẽ tota vita piis exercitiis mortificare & eradicare oportet. Sic actuale peccatũ per fidẽ quidẽ in Chriſtum, merito paſſionis eius remittitur, attamẽ adhuc quidam veluti fomes ſeu quædã reliquię in anima manẽt, quas ſalubri ſatisfactione purgare neceſſe eſt, præſertim quum pręteritum peccatũ in cõſuetudinem quandam abierit, quæ quum altius radices iecerit, multa ac longa purgatione opus habet. Lauari quidem citò poſſumus, ad ſanandum verò opus eſt curatione multa, quam contrariis oportet adhibere remediis, quemadmodum diuus Paulus apoſtolus ait: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Quod cùm facimus, ſatisfactionẽ pœnitẽtiæ agimus. Satisfactio enim pœnitẽtię (vt beatus Auguſtinus ait) eſt cauſas peccatorum excidere, nec earũ ſuggeſtionibus aditum indulgere. Et vt vir quidam iuxta pius ac doctus monet: Omnis anima Chriſtiana cordis ſui interna diligenter diſcutiat, viderit, ne quid ibi diſcordiæ hæſerit, ne quid cupiditatis inſederit: incontinentiam caſtitas procul pellat, mendacij tenebras lux abigat veritatis, detumeſcat ſuperbia, humilitas aſſumatur, reſipiſcat iracũdia, & obtrectatio linguę fręnetur, ceſſent vindictæ, & obliuioni mandentur iniuriæ: omnis deniq; plãtatio quam non plantauit pater cœleſtis, radicitus auferatur. Atque hoc ipſum eſt, quod Ioannes præcepit, dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Dignos autem fructus pœnitẽtiæ, faciamus, (vt diuus Chryſoſtomus ait) ſi commiſſis peccatis aduerſa faciemus: aliena rapuiſti? incipe donare iã propria: longo es tempore fornicatus? à legitimo quoque vſu ſuſpendere coniungij, ac perpetuam continentiam ſæpius pau-

Chryſoſt. in pſal. 50
2. Reg. 11.
Pſal. 50.
Collatio originalis peccati ad actuale.
Aug. lib. 1. de ſerm. Domini in mont.
Grego. in Iob.
Berna. in ſer. de cœna Domini.
Roma. 6.
Satisfactio pœnitẽtiæ quid
Auguſt.
Leo ſerm. de quadrageſim.
Matt. 15.
Ioan. 15.
Matth. 3.
Chryſoſt.
Digni fructus pœnitẽtiæ qui.

eorum dierum caſtitate meditare: iniuria vel opere quanq; vel ſermone affeciſti? refer benedictionis verba: conuitiis te percutientes, nunc officiis, nunc beneficiis placare cõtende. Neq; enim vulnerato ſufficit tantũmodo ad ſalutem, ſpicula de corpore euellere, ſed etiã remedia adhibere vulneribus oportet: deliciis antè & temulentia diffluebas? ieiunio & aquæ potu vtrunque compenſa, vt famen ſuperes imminentẽ. Vidiſti impudicis alienum decorem oculis? fœminã iam omninò nõ videas, maiori tactus cautione poſt vulnera. Hæc ille. Vocarunt ex recentioribus quidã inter quos eſt Anſelmus, hæc opera indebita, non improbanda prorſus ratione, ſi cãdidè accipiantur. Sũt enim & digni fructus virtutum, qui non ſufficiunt pœnitẽtibus, quòd pœnitentia grauiores expoſtulet, nempe vt pœnitentes non tantum ab illicitis, ſed etiam licitis temperemus: tunc einm virtutum ſemina in nobis bene nutriuntur, quandò ab agro cordis noſtri omne germen externum euellitur. Hæc itaque pœnitentiæ opera, quibus non tantum ab illicitis, ſed etiam à licitis temperatur, ex ſe quidem indebita quis non abſurdè dixerit, licet interim pœnitenti neceſſariò peragenda ſint, veluti voluntariè vel recepta, vel à præſidibus eccleſiæ ex clauium concreditarum poteſtate impoſita: eatenus enim debita efficiuntur.

Opera ſatisfactionis indebita cur dicta.
Anſelm.
Auguſt.
Leo ſer. de quadrag.

CAeterum per remiſsionẽ culpæ peccati actualis, nõ ſtatim etiam aboliri omnem pœnam temporariam, nõ magis abſurdũ eſt, quàm quod abolito peccato originali per baptiſmũ, non ſimul tamen aboleantur eius peccati pœnæ, quæ ſunt omnia corporis incõmoda, atq; adeò mors iſta corporalis. Certè Dauid locupletiſsimus teſtis eſt, omnino diſcerni debere remiſsionẽ culpæ à remiſsione tẽporalium pœnarũ, quod ipſe etiã exemplo ſit, reſtare eam pœnã poſt remiſſam culpam, quemadmodum docet ſecũdus liber Regum.cap.12. & 24. Quin hoc luculenter ſatis Exod.32. & Numer.14. & plurimis aliis in locis comprobatur. Has pœnas quadam pœnitentiæ noſtræ ſatisfactione mitigari ac tolli, diuus Paulus teſtatur, inquiens: Si noſipſos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. nam hîc à domino iudicari, ſignificat caſtigari pro peccato: quod ſubintulit Apoſtolus, quū ait: Dum iudicamur autem à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Et alibi ſcriptũ eſt: Si clauſero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locuſtæ, vt deuoret terram,

Non ſtatim abolita culpa, aboletur omnis pœna.
1.Cor.11.
2.Par. 7

terram,& miſero peſtilentiam in populum meum, conuerſus autem populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomé meum deprecatus me fuerit,& quæſierit faciem meam,& egerit pœnitentiam à viis ſuis peſſimis,& ego exaudiã de cœlo,& propitius ero peccatis eorum,& ſanabo terram eorum. Item:Cõuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. Huc pertinet & illud. Eleemoſynæ liberant à peccatis. Et quod Danielis quarto ſcribitur,vbi legimus Danielem conſuluiſſe Nabuchodonoſori,vt peccata ſua eleemoſynis,& iniquitates ſuas miſericordia in pauperes redimeret. In quibus locis appellatione peccati,pœna peccato debita venit.

Ioel. 2. Tob. 4. Dan. 4. Peccatum pro pœna peccati debita.

PReterea curę ſacerdotũ incumbit,vt explorent pœnitẽtiũ animos, an ſcilicet ex animo reſipuerint,vel tantum ficte,hoc eſt verbis tantum,non autem affectu ac re ipſa. Dolor enim vnius cordis occult⁹ eſt alteri,nec facilè in aliorum notitiam procedit. Ergo ſatisfactione etiã externa opus eſt,vt ſacerdoti animus pœnitentis innoteſcat. Item in eccleſia diſciplinã eſſe oportet,maximè in coërcẽdis publicis delictis,qua fiat etiam ſatis eccleſiæ,in qua remittuntur ipſa peccata:extra eam quippe non remittuntur illa. Denique,vt cæteri à flagitiis dehortentur.

Aliæ ſatisfactionis rationes. Augu. in Enchir.

Vetuſtiſſimus eccleſiæ mos.

QVamobrẽ in eccleſia ſemper obſeruatum eſt,vt epiſcopi ac ſacerdotes eccleſiis præpoſiti,reſipiſcere cupientibus ſecundũ criminum ac delictorum modum, pœnitentiã darent,hoc eſt pœnitendi tempus cõſtituerent,ac caſtigationes & opera quædam pia(quæ ad eluendas preteritorũ peccatorum reliquias & cõmonſtrandum peccatoris animum,quã maximè idonei viderentur)imponerent. Idque non poteſtatem humana vſurpatum eſt,ſed potius diuina,nimirum apoſtolis & eorum ſucceſſoribus per Chriſtum tradita hiſce verbis: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c. quod euidentiſſimè doctiſſimus ille pontifex Leo hiſce verbis(quæ ſupra attulimus)teſtatur: Mediator Dei & hominũ,homo dominus Ieſus Chriſtus,hãc præpoſitis eccleſiæ dedit poteſtatẽ, vt pœnitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent,& eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Quicquid ergo ſeueritatis pœnitens aut voluntarie,aut iniunctum in ſe reciperet,vel pro peccati reliquiis expiandis,vel pœnis temporariis mitigandis vel tollendis, vel ad animum pœni-

Satisfactio imponitur authoritate diuina. Leo magnus. De pœ. d. 1. c. ſufficit. & c. quanuis. Pnīæ ſatisfactio quid patribus. Satiſfactiõe pẽſãtur quo-

quammodo præterita delicta & pœnæ.

Chryſo. in Matthæū

Amb. ad quādā virginē corruptam.

Hiero. in Malachiā

Am. li. 2. de pœ. c. 5.

tente homine dignum declarãdum, vel vt eccleſiæ ſatisfieret, patres pœnitétię ſatisfactioné, atque adeò pœnitentiam vocare non ſunt veriti. Nec dicere dubitarũt, his ſatisfactionibus præterita delicta & pœnas inde imminentes quodammodo compéſari, peccata purgari, tegi ac iudicem (quominus de nobis præteritorum peccatorum vltionem ſumat) placari: nõ quòd opera iſta ſatisfactoria remiſſionem culpæ aut æternæ mortis mereantur, (nam hoc eſt proprium Chriſti meritum ac beneficium, ipſius etiam virtute nobis per fidē & ſacramēta applicandũ) ſed quòd à conuerſis facta, iam placeant Deo, mutuentúrque iam aliquid meriti non ex ſe, ſed ex merito & ſatisfactione Chriſti, ad diluēda peccata, hoc eſt peccatorum reliquias & pœnas. Beatus Ambroſius hæc duo diſertè diſcernit, Remitti iniquitates, & tegi peccata. Vtrumque (inquit) beatum dixit Dauid, & cui remiſſæ ſunt iniquitates, & cuius peccatum tegitur bonis operibus. Qui enim agit pœnitentiam, non ſolum diluere lachrymis debet peccatum, ſed etiam emédatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt nõ ei imputetur peccatum. Hæc ille, reſpiciēs (vt putamus) in id quod diuus Petrus ait: Charitas operit multitudinem peccatorum. Quòd autem veteres interdum futuras gehennæ pœnas perpetuas, per pœnitentiam in hoc paruo vitæ ſpatio compenſari dicunt, id non de merito operum iſtorum, quę ſatisfactoria appellamus, intelligendum eſt. Nam horum meritũ & dignitas ſe eo non porrigunt, vt quod ſolius Chriſti gloriç ac merito aſſcribitur, ipſis ex debito tribuatur. Qui priuſquam incipias hæc opera peragere, iam in interiori pœnitentia culpã remiſit Deus. Illud ergo rectius de tota pœnitentia intelligitur, quæ tropo quodam compenſatoria eſt æternę mortis, eo ſcilicet, quòd niſi pœnituerimus, in ęternum pereamus: non quòd dignitas noſtræ pœnitentię mortem ęternam aboleat, ſed quòd Deus non aliter quàm per pœnitētiam tantum beneficium nobis impartiat. Interim quoque rememorandũ eſt (quod & ſupra dictum meminerimus) in veteri eccleſia canonicis inſtitutis cautum fuiſſe, non aliter reconciliandos, nec ad communionem admittendos pœnitētes, quàm poſt peractam pœnitentiam, niſi tamé neceſſitas coëgiſſet, & periculũ mortis inſtitiſſet. Deinde vt eis, ſi qui poſt baptiſmum omni tépore vitæ ſuæ voluptatibus dediti, in extremo vitæ ſuæ pœnitentiam expoſcerent, pœnitentia ab eccleſiæ

Tropo quodā pœnitētia dicitur compēſare pœnas gehennæ.

Amb. ad virginem corruptā.

Olim non reſtituebatur cõmunio ante expletā ſatiſfactionem.

Vide Cy. de lap. Cõci. Nicæ. et Cartha. 4. ca. 76. 77. & 98. et

cleſiæ antiſtitibus daretur. Ac poſtea placuit,eis etiam communionem ac vltimum illud ac neceſſarium viaticum concedi. Id tamen certa lege agebatur, nempe ſub ea conditione, vt ſi eis dominus vitam donauerit,ſanitatémque reddiderit, ſecundum delicti qualitatem & canonum inſtituta pœniteāt. Hodie lōge remiſsius agitur cum pœnitentibus. Nam exceptis atrociſſimis criminibus,publicè in totius eccleſię ſcādalum commiſſis,(quæ etiamnum publicè expiari conuenerit, antequam criminoſus ad communionem rurſus admittatur) pro cæteris certè delictis ante abſolutionem imponitur quidem,ſed exigitur ſatisfactio,nimirum poſt abſolutionē complēda. Hoc ergo ſolum eccleſia(nos admodum mititer & indulgenter tractans)nunc reſpicit,ſi congruā ſatisfactionem non negligamus,ſed agendam recipiamus,ac curemus:ferēda quidem hæc lenitas,ſed interim videāt ſacerdotes,ne quū in conſideranda ac exploranda vita pœnitentiū poſt abſolutionem omnino incurij fuerint, haud poſtremus ille ſatisfactionis finis,negligatur.

Mogūti.c. 2. & decreta Pii. *Præſentis eccleſiæ indulgentia.* *Hodie poſt recōciliationē ſatis factio expletur.*

Augu. in Enchir. c. 70.

EX prædictis ergo perſpicuū eſt, eccleſiam in pœnitente præter confeſſionem duo requirere: In primis, propoſitum,deinceps non peccandi,quod in contritionem ſuperius incluſimus,quemadmodum Chriſtus ad mulierem in adulterio reprehēſam,dixit: Vade,iam amplius noli peccare. Quod votū ſequi debet bonæ cōſcientiæ iuſtitia ac noua vita,quēadmodum Apoſtolus dixit: Debitores ſumus nō carni vt ſecundum carnem viuamus,&c. Deinde etiam præter hæc exigit ſatisfactionem pro prteritis delictis,ſecundum eum modū,quē in eccleſia Præſidens pœnitenti præſcripſerit. Quāobrem diffinit,non ſufficere mores in melius commutare,& à factis malis recedere,niſi etiam,de his quæ facta ſunt,ſatiſfiat Deo per pœnitentiæ dolorem. Nō enim tantum dictum eſt,Fili,peccaſti? non adiicias iterum: imò adiectum eſt,Sed & de priſtinis deprecare(dominū)vt tibi dimittatur. Qui dicunt hoc Ioannis Baptiſtæ præceptum,Facite fructus dignos pœnitentiæ:tantum de bonis operibus alioqui debitis,nō de ſatisfactoriis & pœnitentibus propriè dignis,intelligi debere,ij nō tantum ſuo more veterum interpretationem ac ſententiam in hunc locum, quem ſupra retulimus, temerè reiiciunt,ſua ſuffecta, ſed etiam verbis eiuſmodi mandati minus conſentanea adferunt, quòd nemo non intelligat, alios eſſe

Eccleſia præter propoſitū non peccandi requirit ſatisfactionē *Ioan. 8.* *Iuſtitia bonæ conſcientiæ.* *Roma. 8.* *Eccle. 21* *Obiectio quorundā.* *Ioan. 3.* *Pœnitenti non ſufficit edere quoſlibet bonorū operum fructus.*

bouorum operum fructus, vnoquoque Chriſtiano dignos, alios verò, pœnitente dignos. Nam illi boni hominis ornamenta ſunt, hi verò etiam remedia pro peccatis. Quamobrẽ Chryſoſtomus homilia octogeſima docet, Nõ à priſtinis tãtùm malis deſiſtere, ſed etiam meliora ſequi officia, rectè pœnitentiam dici: nec ad ſanitatem ſatis eſſe nobis, extraxiſſe tantum ſagittas, verum & medicamenta vulneri eſſe imponenda. Et vt Auguſtinus ait, Non tantum in melius eſt vita mutãda, ſed & per eleemoſynas de peccatis pręteritis eſt deprecandus Deus. Miſerando quidem delet iam facta peccata Deus, ſed ſi ſatisfactio cõgrua non negligatur. Certè Cyprianus hæc opera pœnitentiæ non dubitet redemptiones delictorum & ablutiones vulnerum appellare. Verum quod nouatores illi has ſatisfactiones, ſcholaſticas appellant, & è numero traditionum humanarũ (quibus coli nolit Deus) faciũt, atq; adeò dicunt per eaſdem opera bona verè obrui, præterea, ſatisfactiones quarum meminerunt, Eccleſiaſtici ſcriptores & Concilia, nihil aliud fuiſſe, quàm quendam polliticum morem eccleſiæ, humana authoritate exempli tantum cauſa ad dehortando cæteros à flagitiis, non etiam ad expiationem veterum reliquiarum, aut etiam pœnarũ inſtitutũ. Hæc qua ratione illi dicãt, non videmus. Nam ſupra ſatis oſtendimus, ſacerdotem mandatum habere non tantum remittendi, ſed & ligandi. Et ſi verum eſt, has ſatisfactiones humanitus tantum inuẽtas, quid eſt quod Cyprianus dixit, ſe in remittendis delectis pluſquã oportet penè delinquere? nimirum ſignificãs, ſe leuiori ſatisfactione quàm euangelicum mandatum de remittendis peccatis permittere videatur, confitentes recipere ſolitum, idque ſuggerente prõpta ac plena dilectione. Quid quod euangelium poſtulat, vt euangelij pręco pœnitentibus iniungat, vt faciant fructus dignos pœnitentiæ? Id verò miramur, quomodo illis in mentem venerit vt dicerent ſatisfactionibus eccleſiaſticis obrui opera verè bona, cum patres omnes ſatisfactiones, quas plurimis canonibus (vt vocãt) pœnitentialibus ſunt complexi, tribus operibus quàmaximè euangelicis cõtineri dicant, nẽpe oratione, ieiunio, & eleemoſyna. Et rectè quidem. Nam cũ omne quod in mundo eſt, aut cõcupiſcẽtia carnis, aut oculorũ ſit aut ſuperbia vitę: quis nõ videt concupiſcentiæ carnis, nulla re melius quàm ieiunio, cõcupiſcentiæ oculorum (quæ auaritia eſt) quàm eleemoſyna, &

Cryſoſ. in homil. 80
Augu. in enchi. c. 70
Cypria. in epiſtol. ad Anto.
Refelluntur aduerſarij.
Satisfactiones eccleſiaſticas non eſſe numerandas inter traditiones mere humanas.
Cypria. ad Cornel. papam.
Matth. 3.
Oratio. Ieiunium Eleemoſyna.

1. Ioan. 2.

na.& faſtui vitæ,quàm humili ac pia oratione mederi? Adde quòd omnis ferè peccator,& in Deum & in proximũ & in ſeipſum peccet. Oratione itaque, quod in Deum commiſſum eſt: eleemoſyna,quod in proximum: ieiunio,quod ĩ ſeipſum peccatum eſt,quodammodo expiatur. Quod verò aiunt ſatisfactiones de quibus patres meminerunt, apud Deum nihil valere,vel ad expiationem reliquiarum,vel pœnarum pro delictis debitarum,ſed tantum exempli cauſa imponi ſolitas, in hoc ex diametro cum patribus pugnantia dicunt,quemadmodum ex ſuperioribus liquet. Denique demiramur, ꝙ putant ſatisfactiones(quæ hodie priuatim ac ſecreto imponuntur) nihil habere cum vetuſtis illis commune, perinde atque veteribus nulla ſecreta ſatisfactio cognita fuerit,quum vel ſolus Auguſtinus idoneus teſtis ſit, in eccleſia veteri nõ ſolum publicam, ſed & ſecretam ſatisfactionem in vſu fuiſſe, ſcribens in hæc verba : Quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt,hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari,ſi vult non ad iudicium & condemnationem ſui Euchariſtiam percipere. Sed &(vt ſubiicit) ſecreta ſatiſfactione ſolui mortalia crimina non negamus. Verum mutato prius ſeculari habitu, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem, & iugi, imò perpetuo luctu, miſerante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro his quæ pœnitet, agat. Meminit quoque Leo priuatæ ſucceſſionis ad Ruſticũ Narbonenſem Epiſcopum.

Peccator, in Deum, proximũ, & ſeipſũ peccat.
Patrũ ſententia ſatiſfactiones apud Deũ nonnihil momenti habere.
Veteris noſtræ eccleſiæ conſenſus.
Augu. de eccl. dog. cap. 53.
Secreta ſatisfactio.
Veteri eccleſiæ nota.
Leo ad Ruſti. Narb. epiſcopũ.

NOn ignoramus tamen, apud veteres ſatisfactionem publicam & frequentiorem & patribus gratiorem fuiſſe, quàm priuatam, quòd interna ſatisfactio non facilè innoteſceret eccleſiæ præpoſitis. Proindéque eandem impoſitam etiam iis qui ſecreto eſſent maiora crimina cõfeſſi,quemadmodũ Sozomenes in Tripartita teſtatur hiſtoria,& nos ſupra diximus. At planè abſurdum nobis apparet,ob id quòd eccleſia indulgẽtius agens,ſeueritatem illam publicę ſatisfactionis remiſerit,idcirco etiam omnem ſatisfactionem iam prorſus planè abolitam eſſe oportere. Nam ſi ſacerdos,ſpiritualis medicus cenſendus eſt,ſi apta remedia pro modo & cõditione cuiuſq; morbi adhibere,ſi inter ſoluendos & ligandos diſcernere debet,idq; ex mandato Dei: planè deſipit qui putat eum debere pœnitenti nulla prorſus impoſita ſatisfactione,

Publica ſatisfactio veterib⁹ gratior et frequentior.
Sozomenes in Tripartita hiſto. lib. 9. cap. 35.
Satiſfactio ĩ eccleſia nõ eſt abolita.

Veteres ritus quoad fieri poteſt reuocandi in vſum. præproperè manum imponere. Potius docendum erat, quòd huius tempeſtatis omnium ſcelerum lue corruptiſſimę ratio quammaximè poſtulabat, vt ad præſcripta patrũ (quoad fieri poſsit) regredi anniteremur, q̃ vt magis adhuc laxatis habenis eccleſiaſticæ diſciplinæ, ex pœnitentia rem planè ridiculam faceremus. Certè iucundum eſt videre, q̃ fuerint patres in remediis iſtis imponendis ſoliciti, prudentes, ac diſcreti. *Patrum diligentia ac prudentia.* Non vno collyrio omnium oculos ſanabãt, non eadem ſeueritate quælibet crimina expurgãda putarunt, non eadẽ tempora pœnitendi quibuſlibet ſtatuebant, non omnes qui pœnitentiam recipiebãt, in vnam claſſem relegabant, non eadẽ indulgentia in tempore pœnitentiæ impoſitæ moderando, *Vide cõci. Ancyranum & Nicæ.1.* erga quoſlibet (citra omne diſcrimen affectus pœnitentium) vtebãtur, ſed grauiora crimina, acerbiori, duriori, ac diuturniori, leuiora vero mitiori ac breuiori pœnitentia vindicabant. Qui lapſi fuiſſent, participes idolorum facti, inter audientes cõſtituebantur. *Audiẽtes* Audientes erant, quibus tantum auditioni verbi intereſſe licebat. *Conc. Aphri.4.ca. vt epiſcopus qui eſt 84.* Intereſse autẽ, & eam ob cauſam eccleſiam ingredi, atq; ibi vſque ad Miſſam catechumenorum permanere, quibuſlibet ſiue Gentilibus, ſiue Iudæis, ſiue hæreticis permittebatur. Sed catechumeni, qui & audiẽtes dicebãtur, poſt concionem manebant, donec ſacerdos ad *Catechumeni.* conſecrationẽ Euchariſtiæ pergeret. Ergo ea pars Miſſæ quę canonem antecedit, Miſſa catechumenorũ dicebatur, quemadmodum indicat Conciliũ Carthaginenſe quartum. ca.84. *Cõc. Ancyra.c.16.* Quòd ſi qui in fœdiſsima crimina proruiſſent, veluti qui cũ pecoribus coitu miſcentur, hi tanquam à dæmonibus correpti, in claſſem energumenorum relegabantur. *Energumeni.* Erant autem energumeni, qui prius quidem ſacris participarunt, ſed poſtea in grauiſsimas tentationes incidentes, à dæmonibus vexabãtur: dicti energumeni, quòd terriculamentis ſpirituum *Diony. Areopagita. Cõc. Ancyra c.17.* immundorum, veluti tempeſtate quadam iactarentur. Poſteaquam vero iſti rei tempus conſtitutum, vel inter audientes, vel inter energumenos ſecundum delicti rationem compleſſent, in ordinem pœnitentium (qui ſacris quidem intererant, ſed arcebantur à cõmunione) recipiebantur, oratione *Communicantes, ſed ſine oblatione.* tantum cum eccleſia cõmunicaturi: dein ſacramentis reconciliabantur, & cõmunionem recipiebant, ſed ſine oblatione. *Perfectionem recipientes.* Proſtremo perfectionem pœnitentiæ recipiebãt, & quaſi in integrum per manus impoſitionem reſtituebantur. Idq; non

aliter,

aliter, quàm vita ac conuerſatione eorum toto illo tempore per præpoſitos eccleſiæ diligẽter prius inſpecta, perpenſa ac conſiderata, quemadmo dũ ex antiquiſsimis Conciliis, præſertim illo primo Nicæno ac Ancyrano, videre eſt. Denique in actione pœnitentiæ (vbi tale cri men cõmiſſum erat, vt is qui cõmiſerat, à Chriſti etiam corpore ſepararetur) non tam epiſcopi conſiderabant menſuram temporis q̃ doloris, abbre uiantes interdũ conſtitutæ pœnitentiæ tempus, ſi modò ardorem conuerſionis in pœnitente conſideraſsent. Refrigeſcente quoq; ſubinde charitate, conſtitutus eſt modus redimendi rigorem canonis pœnitentialis, nempe vt ieiuniũ redimeretur eleemoſyna aut oratione, quemadmodũ libri vetuſtiſsimi canonum pœnitentialium (qui apud nos ſeruãtur) declarãt; quæ eſt radix indulgentiarum pontificiarum, quæ nihil aliud ſunt, q̃ canonicarum ſatisfactionum condonationes aut redemptiones, illis temporibus magis congruentes, quũ adhuc pœnitentiæ illæ canonicæ in eccleſia vſitatiores eſſent. Atq; vtinã eiuſcemodi indulgentiis nõ fuiſsent abuſi, qui eas diſpenſandas receperant. Iam eò deuentum eſt, vt vix vllus ſit cõfeſſarius ſacerdos, qui veterum canonũ vllam notitiã habeat: multo minus vt ad earũ normam ſatisfactionis modum imponat, nimirum hominũ malitia veterem ſeueritatẽ non ſuſtinente, ſed magis in omnem licentiã ruente. Vt autem ſeueritatem illã non reuocemus in vſum (quod nec noſtrum eſt, nec an expediat, ſatis compertum habemus) hoc tamen à ſacerdotibus cõfeſſariis requirimus, vt diligenter cõſiderata morbi radice, idoneum adhibeant medicamentum, vel indictionis ieiunij, vel eleemoſynæ, vel orationis, doceántq; ex cap. 5. Matthæi confitentem, quo pacto ipſi ieiunandum, eleemoſyna tam ſpiritualis q̃ corporalis indigenti impertienda ac danda. Deniq; quomodo orãdum ſit. Quod ſi fecerint illi, & viciſsim pœnitentes in ſimplicitate cordis verbo ſacerdotis vice Chriſti fungentis obedierint, non dubium opus eorum futurum Deo bis gratum, tum ꝙ ſit ſuaptè natura pium, tum quòd habeat obedientiam (quæ omnium virtutum mater & fons eſt) ſibi coniunctam. Vnde quoque conſequitur, eos non ſatis ſibi conſtare, qui putant tota pœnitentia pœnas temporales mitigari, his verò ſatisfactionibus eccleſiaſticis nequaquam: quaſi hæ nullam reſipiant pietatem, cum alioqui pietatis plenæ ſint, ſi tamen per expertum

Vide cõci. Nicæ. & Ancy.

Augu. in ench. c. 65

Modus redimẽdi ſatiſfactiones eccleſiaſticas.

Radix indulgentiarum pontificiarum.

Indulgentiarum abuſus.

Imperitia ſacerdotũ.

Admonẽtur ſacerdotes cõfeſſarij officij ſui.

Satiſfactio quæ rite geritur, opus Dei bis gratũ.

Vetus ſatisfactionum vſus retinẽdus eſt. magiſtratum adhibeantur.

NEc minus diſplicent nobis, qui ſatisfactiones iſtas aliò trahunt, aut eis pluſquam oportet, tribuunt, veluti qui in ſatisfactiones iſtas etiam culpæ remiſſionem, aut mortis æternæ abolitionem transferunt, aut earum reſpectu cætera bona opera, quæ Deus præcepit, paruipendũt. Singula enim ſingulis diſertè tribuenda ſunt, ac populus de fine vtriuſque ſatisfactionis planè ac diligenter docendus eſt ac inſtruendus. Satisfactio propitiatoria culpæ, & abolitoria æternæ pœnæ, ſoli Chriſto tribuenda eſt, quam tamen non applicat nobis, niſi per contritionem & fidẽ, & quæ ipſe inſtituit ſacramenta. Satisfactio vero canonica, tantũ medetur peccati reliquiis, & mitigat pœnã temporalem: idque non ex dignitate ſua, ſed ex beneficio Chriſti, qui opus ſuum à ſe præceptũ præſertim obedientiam (quam ſuo vicario in re ſibi mandata præſtamus) coniunctam habens in nobis agnoſcit ac acceptat, ſi tamen non phariſaico more, hoc eſt tantum externè, ſed in ſpiritu & veritate, hoc eſt internè ſecundum regulam euãgelicam peragatur. Dicimus itaq; his ſatisfactionibus mitigari atque etiam purgari pœnas temporarias, modò, tamen ex fide proficiſcantur. Scimus interim pœnarum reſeruationem neminem ad integrum noſſe, niſi cui pater omne iudicium tradidit, Chriſtum Ieſum: quemobrem pœnarũ diſcuſſio, & exactum iudicium Deo relinquendum eſt: noſtrũ autem eſt, citius peccatum emẽdare & pœnitere, præterita lugere, futura cauere, & (vt ille ait) veluti filios maternorũ mẽbrorum, ordine cuſtodito, à præpoſitis ſacramentorum, non ſecus atq; ab ipſo Chriſto, ſatisfactionis modum accipere, & cum bona fiducia expiandæ nos manentis pœnæ exoluere.

Populus clare docẽdus de fine ſatisfactiõis propitiatoriæ & eccleſiaſticæ.

Satisfactio noſtra ex beneficio Chriſti efficax.

Ioan. 4.

Cypria. de lap.

Ioan. 5.

Chryſoſt.

Quæ de ſatisfactione, atque adeò de tribus pœnitẽtiæ partibus dicta, ſuffecerint. Qui plura deſiderauerit, veteres conſulat, quibus hæ tres partes quàm cognitiſsimæ fuerunt: adeò, vt eius demum hominis perfectam pœnitẽtiam pronunciarent, in cuius corde contritio, in ore confeſsio, & in opere tota humilitas eſſet. Admonitum tamen lectorem volumus, ſingulas pœnitentiæ partes interdum generali nomine pœnitentię appellari. Contritionẽ enim, & confeſsionem item, pœnitentiam vocamus, in quibus Deus delet culpam: ſatiſfactionem etiam pœnitentiam vocamus, in qua Deus remittit temporariam pœnam, quanuis interim conſtet, apud ipſos

Singulæ partes pœnitẽtiæ, pœnitẽtia dicuntur.

Vide collecta. Græcarum Synod. c. 23. & Toleta. 1. cap. 2.

ipſos veteres,ſatisfactionẽ illam publicã,paſſim ac ferè tantum,pœnitentiam:& pœnitẽtes,tantum qui publicè pœnitẽrẽt,appellari ſolitos: quod in veterũ lectione retinendũ eſt.

Interior pœnitẽtia ſuo modo tribus partibus conſtat.

IAm ad pœnitẽtiæ ſpecies veniendum.In primis itaq; pœnitẽtia in interiorem & exteriorẽ diuiditur. Interior etſi propriè in cõtritione ſita ſit, tamen docendi cauſa quis haud ineptè dixerit,eandẽ etiam tribus illis partibus ſuo modo cõſtare:nẽpe contritione,nimirũ veris illis internis doloribus, confeſſione,vtiq; nõ externa ſed interna illa agnitione peccati, quæ magna fiducia accipiendæ miſericordiæ erga Deũ peragitur:ſatisfactione verò,nimirum ſyncero illo voto deinceps non peccandi, ſed vitam in melius commutandi. In hac interiori pœnitẽtia,ſi tamen idonea fuerit, iuſtificationem hominis fieri,& per fidem à Deo accipi conſtat.

DE IVSTIFICATIONE HOMINIS.

ET QVANQVAM ſupra ex penitiſſimis,vt ſperamus, fundamẽtis docuerimus, quo ordine ad iuſtificationem perueniatur,quomodo per Deũ in nobis fiat,quo pacto per fidem (non tamẽ ſine ſpe & charitate)accipiatur,& cui tribuenda ſit:nihilominus,quia hæc materia hac tempeſtate maiori cõtentionis quàm pietatis ſtudio controuertitur, idcirco annitemur ipſiſſimam veritatem ex limpidiſſimis ſcripturę fontibus altius eruere,& eccleſiæ ſententiam,quod in nobis eſt illuſtriorem reddere. Arbitramur autem eccleſiæ ſententiam in hac tanta re eam ſolam eſſe cui apoſtolicarum ſcripturarũ patrocinatur authoritas,cui patres ſubſcribunt,quam vniuerſa eccleſia cuiuſlibet tẽporis comprobat, & quam omnes pij non tantum aſſerunt, ſed & mente ſentiunt, ac experiuntur ipſam veritatem eſſe.

Eccleſiæ ſententia quæ exiſtimanda ſit. Iren.li.4. contra hære.cap.63 & 45.

VT autẽ ad rem ipſam accedamus, Iuſtificatio duo propriè complectitur,nempe remiſſionem peccatorum,& interioris mentis renouationem ſeu repurgationẽ. Nec repugnamus,vt quis addat & tertium, nempe donationẽ vitæ æternæ,modò intelligas,eam in nobis per iuſtificationem& gratiam Dei in hac vita magis inchoari,& ſpe accipi,ꝙ perfecte dari,expectandam tandem poſt mortem tẽporalem,cũ Deus gloriam ſuam,quam promiſit,in nobis reuelabit. Qui

Iuſtificatio duo cõplectitur.

Verbũ iuſtificari quid propriè apud Paulum ſignificet. dicunt, verbũ iuſtificari, apud Hebræos verbum eſſe forenſe, & vſurpari apud Paulum Hebraica conſuetudine, pro eo tantum quod eſt acceptum reputari, & non magis ſignificare, impium ſeu iniuſtum gratuito Dei munere nõ ſolum à peccatis abſolui, ſed & intus regenerari, renouari, repurgari, piumque & iuſtum effici, perinde atq; mẽtis ſeu voluntatis innouatio ad iuſtificationis rationem propriè non pertineat, ſed eandẽ potius ſubſequatur: ij nobis neque Pauli ſententiã ſatis aſſecuti, neque patribus cõſentire videntur: vt interim ſileamus rationem vocabuli, modò tamen propriè accipias, aliud poſtulare. *Quorũdã ſentẽtia excutitur.* Quid enim eſt aliud, iuſtificari, quàm iuſtũ effici, ſeu iuſtitia indui ac adornari: & quid iuſtificati aliud, quàm iuſti facti? *Aug. li. de ſpiritu & litera.* Quòd autẽ exiſtimãt illi, Iuſtificari Paulo nihil aliud eſſe, quàm iuſtum pronuntiari ſeu haberi, ac ſi quis dicat, populus Roman⁹ iuſtificauit Scipionẽ accuſatũ à Tribunis plebis, hoc eſt iuſtũ pronuntiauit, abſoluit, approbauit, id nobis necdũ ſatis probatur. *Iuſtificari plus apud Paulum ſignificat, quàm iuſtum pronuntiari.* Quin alia ratione populus Romanus iuſtificauit Scipionem, alia Deus iuſtificat peccatorem, etiã quod ad rationẽ vocabuli attinet. Populus enĩ Romanus iuſtificauit Scipionẽ, quòd Scipionẽ quaſi per calumniã accuſatum ac veluti innocentẽ abſoluerit, iuſtum pronũtiauerit, atque acta eius non tantũ nõ reſciderit, ſed & approbauerit. *Alia ratione abſoluuntur rei in foro iudiciali, aliter in foro Dei.* In quem modum, quotquot in foro per ſententiã abſoluuntur, iuſtificantur. Nam cum rei neque conuicti neque cõfeſſi ſunt, vel per calumniã accuſati comperiuntur: tum pronũtiant iudices, accuſationem iniuſtam fuiſſe, proindéque reos abſoluendos fore. At Deus remittens peccata, lõgè ſecus nobiſcum agit: nõ enim pronuntiat nos innocentes, nec ipſam legẽ accuſantem nos, calumniæ arguit, nec acta noſtra approbat, ſed omnia contraria agit. *Rom. 2. 3.* In primis enim per legem nos de peccato conuincit: conuictos, ad peccati confeſſionẽ adigit: confeſſos, peccatores pronuntiat, & vt tales dãnat, quanuis poſtea conuictos, confeſſos, ac damnatos ad miſericordiã ſuam in Chriſto exhibitam per fidem prouocantes ac recurrentes, contra ſententiam quam paſsi ſumus, gratuita clemẽtia reſtituat, vt peccator reconciliatus, magis ſit conferẽdus ad ſententiam paſſum & reſtitutum, quàm ad abſolutum in foro: quòd abſolutio qua peccator à delictis abſoluitur, nihil ſimile habeat cum abſolutione forenſi. *Ephe. 2. Coloſſ. 2.* *Peccator reconciliatus ad inſtar habet ſententiam paſſi & reſtituti.* Iuſtificatio itaque, noſtra ſententia, non in ſola condonatione ſeu remiſsione peccatorum

catorum cōſiſtit,ſed & iuſtitiam complectitur,qua Deus remiſſis peccatis,inſuper etiam ex malis bonos,hoc eſt ex impiis pios,& ex male volentibus bene volentes facit,idq; per donationem ſpiritus ſancti,mentem & voluntatem noſtram tranſmutantis,renouātis,ac reformantis. Nam quis iuſtificatum dixerit eum,cui tantum ſunt remiſſa peccata,non auté voluntas etiam commutata, nempe ex mala facta bona?quémadmodum nemo ſeruum nequam,ob id tantum, quòd ei indulgens Dominus noxam clementer remiſerit,iuſtificatum dixerit,niſi is bonam quoque voluntatem (qua poſthac ſeruus non inutilis,ſed frugi eſſe cōtendat)ceperit. Quo fit,vt nō ſatis nobis probetur,quòd illi qui diuerſum ſentiunt,doceut iuſtitiam Dei imputatiuam,à iuſtitia bonæ conſcientię diſcernendum eſſe:quū,noſtra ſententia, eadem omnino ſit iuſtitia,qua Deus per ſpiritum ſanctum,cum iuſtificamur,vtrunque,nempe remiſſionem peccatorum & mentis renouationem,per fidem operatur,non alia atque alia. *Iuſtitia ſpiritus.* *Nemo iuſtificatur, niſi per innouationē voluntatis.* *Rom.5.*

Nobis ergo videtur,iuſtitiam Dei imputatiuam à iuſtitia bonæ conſcientiæ,quæ ex fide eſt,nō eſſe diſcernédam. Verùm ſecundum omniū veterum ſententiam, potius diſcernendam eſſe dicimus iuſtitiam Dei à iuſtitia humana, iuſtitiam fidei à iuſtitia legis,iuſtitiam bonæ cōſcientię à iuſtitia carnis ſeu externa. Nouum teſtamentum à Veteri, Euāgelium à lege, legem fidei à lege operum ſeu factorum, legé literæ à lege ſpiritus vitę,legem ſeruitutis à lege libertatis, denique opera fidei ab operibus legis. Tota res in eo conſiſtit,ſi intelligamus quid differant Euangelium à lege,Nouū teſtamentum à veteri. Aiunt quidam,duas omnino eſſe ſcripturæ partes,legem & promiſſionem recōciliationis:Legem eſſe doctrinam requirētem à nobis perfectā obedientiā erga Deum,ſed promiſſionem reconciliationis,quę pollicetur remiſſionem peccatorum gratis propter Chriſtum(etſi obedientia non prę ſtetur)eam propriè ac rectè Euangeliū dici: vocari quoq; legé vbicūq; præcepta legūtur:vel in libris Veteris teſtamēti,vel Noui. Itidem Euangeliū vocari,vbicūq; vel in libris Veteris teſtamenti vel Noui hęc promiſsio repe ritur. Vt autem iſti non improbanda dicant,nobis tamé magis placet veterum patrum,&ſententiam & ipſa propemodū verba ſequi,præſerrim quòd exiſtimemus Euangeliū ſeu Nouum teſtamentum non omnino in promiſſione,ſed magis in *Quid differat Euāgeliū à lege.* *Quorūdā ſententia de ſcripturæ partibus.* *Euāgeliū in exhibitione iuſtitiæ ſpiritalis conſiſtit.*

exhibitione, non ſolum remiſſionis peccatorum, ſed & iuſtitiæ ſpiritalis (qua Deus iuſtificat credentes) conſiſtere.

Aug. de ſpiritu & litera. BEatus Auguſtinus quum alibi ſæpe, tum in libro de ſpiritu & litera ad Marcellinum, Vetus teſtamentum à Nouo ſic diſcernit: Vetus, inquit, teſtamentum eſt doctrina præce-
Vetus teſtamentũ. ptorum ſeu mandatorum, in qua foris docemur, quid Deus à nobis requirat. Lex enim foris extra hominem in tabulis la-
Exod. 24. 32. & 34 pideis ſcripta, per Moyſen populo Iſraëlitico data eſt: quã ſi per ſe ſolam conſideres, docet quidem quæ facere, quæ omit
Deut. 27 tere oporteat, & condemnat hos, qui non ſunt tales quales
Galat. 3. ipſa vult, ſed virtutem faciendi vel omittendi ea quæ præci-
Ro. 2. 3. 4 pit, minime ſubminiſtrat. Quinimo quotquot in eam tantũ
Deut. 6. intuẽtur, accuſat & cõdemnat. Verbi gratia: Lex foris ſcripta
Deut. 27 iubet nos diligere Deum ex toto corde, ex tota animã, ex to
Galat. 4. ta mẽte, ex tota virtute, & ſimul pronunciat maledictum eſſe omnem hominem qui non permanet in omnibus quę ſcripta ſunt in lege. Iam quis tãdem eſt hominum, qui non videt ſe hac lege accuſari & damnari, quòd nemo auſit dicere ſe huic mandato feciſſe ſatis? Vnde conſequens eſt, omnes quotquot in hanc legem & ſuas vires tantum reſpiciunt, ſentire oportere, ſe ſub maledicto legis eſſe, & Dei benedictiõe (quod ad
Exod. 20 ſe attinet) indignos. Itidem lex dicit, Nõ cõcupiſces. ſed da
Deut. 5. quæſo, hominem ſola doctrina ſeu notitia legis adiutum, qui
Roma. 7. hanc legem impleat. Atque adeò nulla prorſus lex eſt, quam homo ſuis tãtum viribus perficere poſſit. Requirit enim lex internam obedientiam: vult non timore pœnæ, ſed amore iu
Aug. de ſpiritu & liter. ca. 8 ſtitię impleri. Iã vt plures reperias, qui manus quidem à crimine contineant, nullos tamen dederis, qui non mallet peccare, ſi poſſint peccatum impune committere, ſaltem antea
Gene. 6. quam ſpiritu Dei intus renouentur. Nec mirum: nam quum
Aug. de ſpiritu & liter. c. 18. hominis voluntas ab ipſa natiuitate ad malum prona atque deprauata, & corrupta ſit, quî fieri poteſt vt ad legem ſuauiter afficiatur, niſi prius ſanetur: Vides ergo Vetus teſtamen-
Vetus teſtamentũ tum eſſe externã illam, Dei mãdatorum ac operũ (quę Deus requirit) doctrinam, extra hominem ſcriptã, quæ foris qui-
Roma. 4. dẽ miniſtratur, ſed intus ex ſe ſola, quoad ſpiritus Dei inno
Lex iram operatur. uatio acceſſerit, nõ iuſtitiam, ſed magis iram operatur, id eſt terret, accuſat, & damnat conſcientiã noſtram: nec tollit, ſed auget peccatum: quia vt ſit magis perſpicuum, & vt planè appareat, facit imò prohibendo hominem carnalem, ad peccan

dum

dum irritatiorẽ facit,ſuopte ingenio in vetitũ nitentem.Propterea & miniſtratio mortis,& miniſtratio damnationis appellata,non quòd legis intentio aut finis ſit, operari mortẽ & cætera quæ diximus(eſt enim lex ſancta & mãdatum ſanctum,iuſtum & bonum)ſed tantum per occaſionem.Lex enim veram iuſtitiam proponit,& huc propriè tendit,vt eam facientes,in ea viuãt.ſed quia nemo illam facit,nec ipſa virtutem faciendi tribuere poteſt,vt ſcilicet impleatur:idcirco dicitur miniſtrare & afferre mortem,nõ ſuo,ſed naturæ noſtræ vitio,quæ per legem cognoſcens peccatũ,& non inueniẽs in lege,hoc eſt in ſola legis doctrina,remediũ quo peccatum aboleat,& abolito peccato,peccare deſinat, & ad bonum afficiatur,idcirco peccato occiditur. Et quoniam ſic ſe habet ratio Teſtamẽti ſeu legis veteris modò per ſe ſumat, facile eſt intelligere cur dicatur lex literę,lex operũ ſeu factorũ,lex ſeruitutis,& quur opera legis dicũtur iuſtitia carnis. Nam litera ſignificat doctrinã,quæ non viuit in corde, & quę nihil aliud eſt(niſi tamen ſpiritus accedat)quàm litera mortua. Itẽ,lex ſeruitutis ſeu timoris dicitur,quòd timore pœnę,non amore iuſtitiæ(quam tamen lex requirit)à peccando coërceat. Et lex operum ſeu factorũ appellatur,quia facta & opera requirit,quorum tamen faciendorũ non pręſtat virtutẽ.Et qui ſuis virib⁹ legi ſatisfacere ſe ſimulãt aut gloriantur,hi dicuntur ſe ex lege operum aut factorũ iuſtificare, & ſibi propriã iuſtitiam cõſtituere velle:quæ tamen neminẽ iuſtificare,nec opera reuera bona producere poteſt. Deniq; iuſtitia carnis dicitur,quia ſpiritu cor innouante ac viuificãte caret. Caro enim in ſcripturis veterem hominem ſignificat,nõdum ſpiritu Dei renouatum,quemadmodũ Ioannis tertio dicitur: Quod natum eſt ex carne,caro eſt. Poſtremo,hæc lex propterea Vetus teſtamentum dicitur,quia veteris hominis noxa per literã iubentem & minantem non ſanatur,quemadmodũ Apoſtolus dixit: Nõ in vetuſtate literæ,ſed in nouitate ſpiritus.

2.Cor.3. — Roma.7. — Leuit.18. — Roma.10 — Philip.3. — Veteris teſtamẽti varia noĩa. — Litera. — Lex ſeruitutis ſeu timoris. — Lex operum ſeu factorũ. — Iuſtificantes ſeipſos — Roma.10 — Iuſtitia carnis — Caro quid — Gene.6. — Ioan.3. — Vetus teſtamẽtum quur.

E Contrario,Nouum teſtamentum duo complectitur. Primo, promiſſionem gratuitæ remiſſionis peccatorũ per Chriſtũ. Secundo,interiorem hominis renouationem,quæ eſt lex,non extrinſecus in tabulis lapideis ſeu chartis papyraceis, ſed diuinitus ſcripta in cordib⁹ per ſpiritum ſanctũ, qui digitus Dei appellatur, atque adeò propè nihil aliud

Nouũ teſtamẽtum duo cõplectitur. — 2.Cor.3. — Aug. de ſpiritu et lit. cap. 21

eſt, quàm ipſa præſentia ſpiritus ſancti. Dicitur autē Euangelium Nouum teſtamentum, quia per doctrinā euangelicam hæc promiſſio remiſſionis peccatorū, & renouationis interioris hominis per Chriſtum credentibus annunciatur: vnde non ab re Paulus Euangelium appellat virtutem & iuſtitiam Dei, ad ſalutem omni credenti, hoc eſt ſalutē omni credenti afferentem. Hæc eſt iuſtitia quæ in Teſtamento veteri velata, in nouo reuelatur: quę ideo iuſtitia Dei dicitur, quòd Deus eam impertiendo iuſtos facit, quemadmodū ſalus Domini apellatur, qua nos ſaluos facit: & charitas Dei, nō qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos. Ergo Teſtamentum vetus non diſtat eoipſo à teſtamento nouo, quòd teſtamentum vetus à Moſe & prophetis, nouū vero ab Euangeliſtis & Apoſtolis ſcriptū accepêrimus. Nā & in libris veteris teſtamēti teſtamentum nouū, licet olim velatum, nūc vero per Chriſtum reuelatum, cōtinetur. Nec eo differt, quòd aliud iubeat lex vetus, aliud poſtulet lex noua: nam idē omnino iubent. Nec eoipſo quòd lex iubeat & minetur, Euangelium vero tantum promittat gratuitam remiſſionem peccatorum per Chriſtum etiā indignis, & legi non ſatisfaciētibus: ſed propriè eo differūt, quòd vetus teſtamētum ſit doctrina extra hominem ſcripta, quæ infirmitatē noſtram nobis tantum oſtendit, non etiam tollit, atque eoipſo indicat nobis neceſſariū eſſe, vt ad gratiam redēptoris per fidem confugiamus: nouum vero teſtamentū ſit doctrina nō foris ſcripta vel pronūtiata, ſed potius interna, & viua, quæ per ſpiritum ſanctum ſcribitur in cordibus noſtris, qua ille menti noſtræ perſuadet, non tantū nos accipere remiſſionē peccatorum per Chriſtum per fidē, ſed ſimul etiam mētem & voluntatem noſtram viuificat & immutat de mala bonā faciendo, vt iā nō timore vel reſpectū legis, ſed magis amore iuſtitię per ſpiritum ſanctum indito, quod bonum eſt faciat, factura etiā poſt hac, etſi nulla lex externa iuberet, quę propriè iuſtitia fidei appellatur. Tum quòd remiſſio peccatorum propter Chriſtum, & renouatio ſpiritus ſancti nō aliter accipiantur, quàm per fidem in Chriſtū, cuius ſpiritu & peccatis abſoluimur, & ſpiritu mentis noſtrę renouamur, vt iam Dei voluntatē adiutore ſpiritu facere incipiamus. Tum quia credimus quicquid boni affectus & operis in nobis ſentimus, id nō ex nobis, ſed ex Dei beneficio propter Chriſtū

Euāgeliū nouum teſtamentū dicitur.
Vide Ambr. in epiſt. ad Ro.c.1
Roma. 1.
Aug. de ſpiritu & lit. cap. 11
Iuſtitia Dei.
Ibid. c. 32
Salus Domini.
Charitas Dei.
Quo diſcernatur teſtamentū vetus à nouo.
Roma. 1.
De ſpiritu & litera. cap. 13.
Ibid. ca. 9
Lex eſt index ſeu vehiculum, quo ad Chriſtum perducamur.
Nouū teſtamē. eſt lex viua hominem immutās.
Iuſtitia fidei cur ſic dicta.

in nos

in nos profectum eſſe, vnde Deo ea pietate (qua ſolus colendus eſt) gratias agamus. Hoc autem veteris & noui teſtamenti diſcrimen nō ſunt patres primùm cōmenti, ſed euidentiſſimè id Hieremias propheta. c. 31. oſtendit. Ecce, inquit, dies veniūt, dicit Dñs, & conſummabo ſup domū Iſraël Teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorū, vt educerem eos de terra Aegypti, quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dñs: Quia hoc teſtamētum eſt, quod ordinabo domui Iſraël, poſt illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum ſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit vnuſquiſque ciuem ſuū, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum, quia omnes cognoſcent me à minore vſque ad maiorem eorū, quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorū non memorabor vltra. Quid apertius dicere potuit propheta ad diſcernendum teſtamentum nouum à veteri? Vetus appellat non ex tempore, ſed ma- *Vetus teſtamentū nō ex tempore vetus vocatur.*
gis ex effectu: nempe quòd etſi voluntatem Dei oſtenderit, non tamen vi ſua veteris hominis noxam abſtulerit, nec hominé ad legis impletionem idoneū fecerit, aut innouauerit. Hoc eſt enim quod dixit propheta: Quia ipſi nō perſeuerauerunt in Teſtamento meo. non enim ſimul cum lege, hoc *Hebr. 8.*
eſt virtute legis, bonam quoque volūtatem (qua ſola lex fit) acceperunt. Et idcirco, inquit, conſummabo ſuper domum Iſraël teſtamentum nouum, teſtamentum vtique conſummatum quo lex impleatur, quod promiſſione & exhibitione propitiationis & remiſſionis peccatorum, necnon viua doctri- *Virtute legis nō accipitur bona volūtas*
na, ſeu (vt Apoſtolus ait) doctrina ſpiritus, per Spiritum ſanctum intus in corde ſcripta, ac mentem & volūtatem illuminante, immutante ac viuificante conſtare dicit. Vide verò *1. Corin. 2*
quàm pulchrè Paulus (hāc prophetiam intuens atque explicans) hoc ipſum doceat 2. Corinth. 3. vbi ſic ait: Manifeſtati quoniam epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Et vt doceat hoc ī nobis agi *Locus prophetæ per Paulū explicatur.* *2. Cor. 3.*
nō viribus noſtris, aut propter noſtram dignitatem, ſed mero Dei beneficio remittentis nobis peccata per Chriſtum, ac bonam inſuper volūtatem ingenerantis per fidem, ſubiungit: Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum, *Ibidem.*

non q̄ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti, nõ litera, ſed ſpiritu. Litera enĩ occidit, ſpiritus autẽ viuificat. Quum itaq; quæritur, quid ſit Euangelium, nõ aliud reſpondendum eſt q̄ quòd ſit propriè nõ illa ſcriptura mortua, quam nobis apoſtoli memoriæ cauſa reliquerũt: (nam & eadem ſi literã tantum ſpectes, mortua eſt) ſed ſit viua illa doctrina quæ menti noſtræ recõciliationem propter Chriſtũ, hoc eſt pacem erga Deum, inſuper bonam voluntatem ex Dei beneficio annunciat, nuntium ſanè longè optimum ac lætiſsimum. In hunc modum angeli natiuitatem dominicã paſtoribus annunciantes, Euãgelium deſcripſerũt: Gloria (inquiunt) in excelſis Deo, & in terris pax hominibus bonæ voluntatis, ſeu vt Græca exemplaria habẽt, in hominibus bona voluntas. In primis gloriam vni Deò tribuunt, idq; in altiſsimis, quòd illi ſoli gloria debeatur, cuius ſolius beneficio natus eſt nobis Saluator mundi. Deinde annunciant hominibus pacem: Nunc, inquiunt, pax in terra facta eſt, quia humana natura recõciliata eſt Deo per Chriſtũ, in quo gratis remittũtur peccata. Et in hominibus bona volũtas, hoc eſt in hominibus facta eſt Dei beneficio bonus affectus, quem prius in hominibus non habuit. Et vt Theophylactus ait, Refocillatus eſt Deus nunc & bene habitus in hominibus, nimirũ quòd per Chriſtum recõciliati & voluntate conglutinati ſumus Deo, & vniti illi verbo incarnato.

Quid ſit euagcliũ propriè. *Luc.2.* *vide Chryſoſt. in epiſ. ad Coloſſ.* *Theoph. ĩ Luc.c.2.* *Theoph. in Luc.*

EX his facilè deprehendi poteſt, cur nouũ teſtamentum ſeu Euãgeliũ, dicatur lex ſpiritus, lex fidei, lex libertatis, iuſtitia Dei, ſeu iuſtitia ſpiritus. Nam ideo lex ſeu iuſtitia ſpiritus dicitur, quia hãc efficaciter ſpiritus gignit ĩ nobis. Lex fidei, quia hæc recõciliatio & renouatio fide in Chriſtũ accipiuntur, non autẽ debentur aut tribuuntur operibus noſtris externis, quæ legis appellãtur: Lex libertatis, quia non ſolum docet nos intus quid faciamus, ſed etiã volũtatem innouando liberat, vt iam non tanquam ſerua legis ex timore, ſed ſuaptè ſpontè ac liberè bonũ operetur. In quam ſententiam dixit Apoſtolus: Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ Dei. Item, Dominus ſpiritus eſt: vbi autẽ ſpiritus, ibi libertas. Et alibi ait, Nos vocatos in libertatem, nõ vt libertatem in occaſionẽ carni demus, ſed vt per charitatẽ inuicem ſeruiamus,

Euãgeliũ habet varia nõia. *Lex ſeu iuſtitia ſpiritus.* *Roma.8.* *Lex fidei.* *Roman.3* *Lex libertatis.* *2.Cor.3.* *Roma.8.* *2.Cor.3.* *Galat.5.*

tuamus. Qui dicunt legem fidei nihil aliud ſignificare, quàm fidem, ac meram fiduciã miſericordiæ propter Chriſtum, nõ etiam hãc internam innouationem, quæ propriè eſt lex ſcripta in cordibus, & lex ſpiritus vitæ, viderint quomodo ipſi ſuam ſententiam tueantur. Ex prædictis etiã cõſequitur, non oportere nos fidem ſeu iuſtitiã fidei ab operibus fidei diſcernere, ſed tantum ab operibus legis, quæ fiunt in non renouatis ſine ſpiritu. Nam quid tandé eſt aliud iuſtitia fidei, quàm ipſiſsima illa & intus in mẽte viuentia fidei opera? nempe fidere de Dei miſericordia per Chriſtũ, remiſsioné peccatorũ propter Chriſtũ per fidé apprehendere, accipere ac velle: ité Deo voluntaté noſtram immutandi aſſentiri, audire, quid in nobis loquatur dominus Deus, hoc eſt ab operibus noſtris ceſſare, & Dei ductibus ſummo conatu obſequi, & quicquid Deus in nobis facit, Deo tribuere. Quæ quidem operã quũ ſpiritus intus in nobis operatur, poſtea etiam prodeũt in externum opus, quod iuſtitiæ fidei internæ teſtimonium eſt.

Lex fidei quid. *Rom. 8.* *Lex fidei ab operibus fidei nõ eſt diſcernẽda.* *Amb. in epi. ad Roma. c. 1. et ca. 3. vtrobiq; i ver bũ iuſtitia &c.* *Pſal. 84.* *Matth. 7.*

His præmiſsis, de Iuſtificatione ſic ſimpliciſſimè ac planiſsimè dicimus: Euangeliũ initio vtitur miniſterio legis, Chriſtus præcurſore Ioãne, arguit enim peccata, terrefacit cõſcientiam, ad pœnitentiam adigit, docet nos de infirmitate noſtra, indicat nobis opus eſſe propitiatore Chriſto, propter quem datur nobis remiſsio peccatorum. Poſtea miniſterio legis velut interquieſcẽte, accedit fiducia, quam mens cõtrita & humiliata capit ex promiſſione Euangelij, & qua ſe erigit credens ſibi remitti peccata gratis propter Chriſtum: quod quum ſit, ſimul donatur ſpiritus ſanctus, per quem diffunditur charitas Dei in cordibus noſtris, qua renouatur voluntas & libera efficitur à legis ſeruitute: ac ita demum iuſtificatur homo, & inchoat vitam nouam atque adeò æternam, idque per fidem in Chriſtum, qua tanquã inſtrumento remiſſio peccatorum & renouatio interioris hominis & vita accipiuntur, habentur ac retinentur. Hæc doctrina eſt planè apoſtolica, quã & patres & tota eccleſia ſemper eſt amplexa: Coniungimus autem in iuſtificatione hæc duo nempe remiſſionem peccatorum, & renouationem interiorem voluntatis, autoritate ſcripturæ freti, quæ hæc duo ſemper copulat. Non enim vt iuſtificeris, tãtum exuẽdus eſt vetus homo, ſed & induendus nouus, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Non tantum vetus Adam eiiciendus eſt,

Sẽtentia catholica de iuſtificatione. *Matth. 3.* *Ioan. 1.* *Act. 10.* *Fiducia.* *Acto. 2.* *Roma. 5.* *Ro. 6. 7. 8* *Roma. 6* *Roma. 3.* *Fides inſtrumentum iuſtificationis.* *Ephe. 4.* *Roma. 6.* *Ro. 7. 8.*

ſed Chriſtus etiam complectẽdus. Non tantum peccato moriendum eſt, ſed noua etiam vita concipienda. Nõ tantum liberari nos oportet à peccato, ſed etiam ſeruos fieri iuſtitiæ
Roma. 6. Deo: Nõ tantũ oportet nos cõmori Chriſto, hoc eſt defungi peccatis, ſed etiam in Chriſto reſurgere. Nec dubium, Paulũ & cęteros apoſtolos, vt oſtenderent, in quibus iuſtificatio hominis ſita eſſet, remiſſionem peccatorũ ad mortem: interiorem autem renouationem, quæ fit per infuſionem charitatis, atque adeò ipſam iuſtificationem, ad reſurrectionem Chriſti
*Rom.*1.4 retuliſſe: Ieſus Chriſtus, inquit traditus eſt propter delicta
1.*Cor.*15 noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Myſte
1.*Petr.*1. rio enim dominicæ mortis, vitę noſtrę veteris occaſus, & ini-
Act. 13. quitatis abolitio: Reſurrectionis vero, exortus vitæ nouæ &
Myſteriũ dominicæ mortis. iuſtitiæ renouatio, demonſtrata ſunt. Vtraque autẽ per fidem in Chriſtum accipiuntur: nam ea nos Chriſto copulat ac cõiungit, noſq́; coniunctos ſpiritus ille fidei, meritorum & bonorũ Chriſti participes facit, vt quod nobis adhuc deeſſe ſenſerimus, à Chriſto per fidem mutuemus, vt dicere ſimul poſſi
*Galat.*6. mus: Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Et: Mihi vi-
Philip. 1. uere Chriſtus eſt. In quam ſententiam apud eundem Apoſto
2.*Cor.*4. lum dictum eſt, Chriſtum habitare in cordibus noſtris per fi-
Galat. 2. dem. Et alibi: Chriſtum nobis factum eſſe ſapientiã à Deo, &
1.*Cor.*1. iuſtitiam & ſanctificationem & redemptionem, quòd Chri-
1.*Cor.*6. ſtus hæc omnia nobis per fidem fiat. Nam quum ſpiritus noſter ſpiritui Chriſti per fidem adhæret, fit vnus ſpiritus cum eo: & quicquid eſt in Chriſto, nobis in Chriſtum credentibus ſecundum fidei noſtræ rationem & modum communicatur.
Roma. 8 Qui enim proprium filium dedit, quomodo non omnia ſimul
2.*Cor.*4. cum illo donauit? Hic eſt theſaurus ille quem habemus in va
& 5. ſis fictilibus, vt ſit eminentia virtutis Dei, & nõ ex nobis: hoc
*Roma.*8. eſt indumentum illud iuſtitiæ, quo nolumus expoliari, ſed
2.*Cor.*5. ſuperueſtiri, vt abſorbeatur, quod mortale eſt, à vita: hoc
*Galat.*4. eſt, pignus illud ſpiritus, quod nobis dedit Deus qui nos in
2.*Cor.* 5. hoc ipſum efficit, & Chriſtũ (qui nõ nouerat peccatum) pro
*Galat.*3. nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.
*Ioan.*3. Denique hæc eſt illa regeneratio, renaſcẽtia & renouatio noſtra, ſine qua nemo poteſt videre regnum Dei.

Patrũ conſenſus. NE vero ſcripturã, vbique duo hæc (nempe remiſſionem peccatorum, & renouationem mentis) in iuſtificatione hominis copulantem, aliò detorqueas, concors patrum ſenſus prohi-

prohibet:qui teſtantur,tunc demũ nos liberari gratia per legem fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quũ diffunditur charitas in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis: tunc viuificari, quum ex illo fonte vitæ(cuius ſolius hauſtu iuſtitia bibitur)bonam vitam(nimirum bene agendi voluntatem)haurimus:tunc illuminari,quum ab illo incommutabili lumine anima noſtra rationalis quodammodo accenditur, vt ſit etiam ipſa factum creatùmque lumen, quemadmodum Ioannes erat lucerna ardens & lucens participatione eius luminis,de cuius plenitudine(vt idé ipſe dixit)nos omnes accepimus:tum iuſtificari, quũ ſpiritus ſanctus operatur in nobis,vt nõ peccare delectet, ſed magis vt condelectemur legi Dei ſecundum interiorem hominem,quum ſcilicet non tantum preceptum iuſtitiæ forinſecus inſonat ſenſibus noſtris, ſed etiam intrinſecus incrementũ dat Deus per charitatis dilargitionem:quum facit,vt iuſtitiam legis,non propterea ꝙ lex iubeat, ſed magis voluntariè ac intimo affectu amplecti adnitamur:quum imago Dei terrenorũ affectuum labe detrita,in méte credentium digito Dei(hoc eſt ſpiritu ſancto) reformatur & adonatur. Denique, quum facit Deus, vt non tãtum credamus,ſed & velimus.Clarè admodum diuus Bernardus dixit,præſumptam indulgentiam delictorum parere animi tranquillitatem ac lętitiam(hoc eſt iuſtificationem)in animo eius,qui ſibi ad iuſtitiam pœnitẽtiæ opera ſeminauit, ſi tamen ipſam præſumptam indulgẽtiam efficacia atteſtetur acceptę gratię ad ſanctius deinde viuẽdum, quod omnis qui hæc intra ſe actitari ſentit,ſciat quid loquatur ſpiritus,cuius vox atque operatio nunquam inter ſe diſſentiũt. Sed quid attinet ſentẽtiam patrum pluribus recẽſcere? quum Apoſtolus Ioãnes planè teſtatur, charitatem Dei (hoc eſt, quam Deus impartitur)tam ſpectare ad iuſtificationem, vt hanc nõ aſſequutũ ſeu habentem, in morte manere dicat? In quam ſententiam,non dubium eſt,dixiſſe Apoſtolum Iacobum,fidem ſine operibus, hoc eſt ſine affectu charitatis, qui paratus ſit ſemper in opus,quum res poſtulet,prodire,mortuam eſſe.

Augu.de ſpiritu & lit.c.5.14. Roman.5. Ioan.4. Bona vita Ioan.1. Augu.de ſpiritu & lit.cap.7. Ioan.1. Ibid.c.16. Roman.7 Aug.ibi. cap.25. Pſal.1.39 Aug.ibi. cap.28. Lucæ.11. Aug.ibi. cap.34. Bernar.in Cãtica.ſermo.37. Pſal.118. 1.Ioan.3. Iacobi.2

Obiectio. SEd dices nobis,Non aſſentior tibi. Ex Euangelio enim in legem relaberis, facisque nos perpetuo dubitantes ac ambigentes,an remiſsionem ſimus aſſequuti,an reconciliati,an iuſtificati:breuiter,an filij dei,hoc eſt an in gratia Dei ſim. Nam ſi interior innouatio,& bonæ voluntatis inſitio,ad iu-

ſtificationem neceſſaria eſt, quis vnquã ſtatuet ſe reconciliatum eſſe? Quẽ enim reperies, qui auſit credere nouitaté mentis ſuæ, qua iam affectus eſt ad implendam legem, tãtam eſſe, vt digna ſit iuſtificatione? hoc eſt quis auſit iudicare ſe iã dono ſpiritus hoc aſſequutũ, vt velit ac poſſit Deũ ex toto corde & tota anima diligere? Atque hinc forſán colliges, nos ſecundum eã rationem núquam pacem habituros erga Deum, quòd lex (vt apparet) quantum ad hanc nouitatem attinet, nos adhuc accuſare non deſinat. Et proinde non oportere hãc nouitatem ad iuſtificationé referri, ſed tãtum gratuitam remiſſionem peccatorũ, quæ accipitur per fidé, vt promiſſio ſit certa quæ ſi penderet ex cõditione noſtræ nouitatis, redderetur incerta: vnde tandem conſequeretur nos in hac dubitatione, neque Deum (de cuius miſericordia adhuc ambigeremus) vt

Roma.10 patrem inuocare poſſe, ſecundũ id quod Paulus ait: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? neque quicquã bo ni poſſe operari. quòd quicquid non eſt ex fide, peccatum ſit.

Roma.14. *Dilutio.* Ad hæc reſpondemus, nos nequaquã in legem relabi, ſed docere quomodo mens noſtra à ſeruitute legis, nõ ſuis viribus, ſed Dei beneficio per interioré innouationé liberetur: quod abundè declaratũ eſt prius. Deinde dicimus, nos omnino non docere iuſtificationem nobis contingere propter hanc nouitatem, maxime quod ad eam parté attinet, quam ea mẽtis noſtrę nouitas ex nobis mutuatur, hoc eſt eatenus, quatenus nos illi renouationi aſſentimur. Quis enim ſatis Deo innouãti aſſentimur ac obſequitur? vt non magis propter dignitatem huius nouitatis, quàm propter dignitaté noſtræ pœnitentiæ aut contritionis (de qua arroganter ſentire non oportet) iuſtificari nos ſtatuere debeamus, non in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in aduocati noſtri defenſione, quẽ apud patrem pro nobis interpellentem habemus, confidentes. Quin nec ipſi fidei eam dignitatẽ tribuimus, vt meritoria ſit remiſsionis peccatorum, quam nulla merita præcedunt. Et quem, quæſo, dabis hominem, qui tãtam ſe habere fidem auſit gloriari, quantam ſibi haberi requirit Deus? Detrahimus itaque & fidei & huic nouitati (quod ad eam parté quã ex nobis ſibi aſciſcunt, attinet) eam dignitatem ſeu cauſam iuſtificationis, quin potius ob id tantum dicimus fidem iuſtificare, non quòd ſit cauſa iuſtificationis ſed quòd nulla alia re miſericordiam & gratiam Dei nos innouantem, quæ propriè cauſa formalis iuſtificationis

Iuſtificationem nõ aſſequimur propter noſtram nouitaté, ſed nouitas, quã Deus operatur in nobis hæc eſt iuſtificatio noſtra.

Greg. in Ezec. li. 1. homil. 7.

Cur fides dicatur iuſtificare.

ficationis eſt,accipiamus. Verùm hoc docemus,nempe iuſtificationem nõ ex lege pendere,ſed eſſe gratuitũ donum Dei, quod conſiſtit in remiſsione peccatorum & renouatione voluntatis, quæ non aliter à Deo gratis donante accipiuntur, quàm per fidem in Chriſtum,fidem quidem,nõ dubitantem aut ambigẽtem,ſed nihil hæſitantẽ. Vt clariſsimè quid velimus,& quo pacto hęc res in nobis geratur,intelligas,repetimus ac dicimus te per fidem donũ iuſtificationis tũc demum accipere, quum & perterrefactus ac cõcuſſus in pœnitentia, rurſus erigeris per fidẽ, credãs tibi remiſſa eſſe peccata propter meritũ Chriſti, qui in ſe credentibus remiſsionem peccatorũ pollicitus eſt:& quum ſimul ſentis te iam alio affectu q̃ prius rapi, hoc eſt eo affectu quo peccata quæ prius delectabant,iam ex animo odis, & ad faciendum bonum, carnis infirmitati fortiter repugnans,intus accẽderis,tametſi is affectus nõdum ſit in bono perfectus & abſolutus. Hanc enĩ imperfectionem, quã viribus tuis ſupplere nõ potes, ſupplebis ex fide in Chriſtum,credẽs iuſtitiã Chriſti(cuius membrum factus es)tuum imperfectum ſuppleturũ; ſi tamen perpetuò pro viribus quas tibi dominus ſuppeditauerit, coneris eam quam accepiſti gratiam promouere,& pręteritorum oblitus, non reſpiciens iterũ retro,in anteriora te extendere annitaris. Pulchrè dixit beatus Auguſtinus: Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato,nec tamẽ ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cùm affectu teneat ſanctitatẽ. Non enim naturæ humanæ viribus,ſed propoſiti argumento per Dei gratiam acquirimus ſanctitatem. Interim ſcimus quandã eſſe plenam & abſolutã iuſtitiam,ſeu charitatem, quam in hac vita nemo aſſequitur, ſed tantũ in futura,quando videbimus facie ad faciem,& cognoſcemus ſicut cogniti ſumus, ſed alia minor eſt huic vitæ cõpetens,qua ex fide viuimus & ambulamus. Hęc etſi omnes motus terrenæ cupiditatis nondũ omnino abſorbeat atq; cõſumat,cõſenſum tamen prohibet ac extinguit, ac inſuper facit,vt magis ac magis in bono proficere pergamus:quę etſi à perfectione iuſtitiæ longè adhuc abſit,ea tamen imperfectio iuſtificationem noſtram non remoratur, nec accuſationi ſeu damnationi legis ſubiacet, ſaltem in iis qui ſunt in Chriſto Ieſu. Nam qui Chriſto(in quo lex quod accuſaret, nihil inuenit)per fidem concorpores facti ſunt legis imperium beneficio Chriſti euaſerunt: adeò,vt ſi lex imperfectionem eorum

Quãdo acci piatur iuſtificatio.
Ioan. 6.
1. Cor. 1.
Philip. 3.
Augu. de diffini. orthod. fide. cap. 49.
Augu. de ſpiritu & lite. c. 37.
2. Cor. 5.
Rom. 7. 8.
1. Petri. 2.

Roma.7. accuſare pergat, reſpondere poſſint: Quid nobis tecũ eſt lex?
Roma.14. Non tui, ſed alterius ſumus. Tu quæ es, quæ iudicas ſeruos a-
Matt.20. lienos? dño noſtro ſtamus aut cadimus. huic ſic viſum eſt ex
gratuita miſericordia nos indignos aſſumere, & quicquid in
Ephe.5. nobis imperfectionis eſt condonare, quid ad te? Quid nobis
Pſal.5. alienum inuides beneficiũ? Recepit nos ille in membra ſua,
1.Corin.1. ſcuto ſuæ bonæ voluntatis protexit nos, ſua iuſtitia nos in-
duit. Quãobrem ſi nos impetere pergas, eũ tibi opponemus,
cui per fidem inhæreſcimus, in eo certè non habes quicquã,
proinde nec in nobis, qui de corpore eius per gratuitã miſe-
Ioan.14. ricordiã facti ſumus. Nónne licet huic facere de nobis quod
Roma.8. ipſi videtur? nõ ignoramus nos ſeductioni expoſitos, ad reſi-
Matt 20. ſtendum fragiles, ad operãdum debiles eſſe, ſed induti Chri-
Roma.8. ſtum, non eſt cur timeamus: Quis accuſabit aduerſus electos
Dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condẽnet? Hæc quidẽ
iuſtificatos in Chriſto, habere quæ legi opponãt, Paulus Ro
ma.7.&.8. locupletiſſimus teſtis eſt, & Ioan.ca.3. qui inquit:
Qui credit in filium Dei, nõ iudicatur: qui autem nõ credit,
iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij
Aug. lib. Dei. Hæc ruminans Auguſtinus lib. Meditationum cap.14.
Medita. ſic Deum alloquitur: Deſperare vtiq; potuiſſem propter ni-
cap.14. mia peccata mea & infinitas negligentias meas, niſi verbum
Ioan.1. tuũ Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed deſperare iam
Roma.8. non audeo, quia cùm inimici eſſemus, recõciliati ſumus per
Certitudo mortem filij tui: quanto magis reconciliati, ſalui erimus per
fiduciæ. eum: omnis nanque ſpes & totius fiduciæ certitudo, mihi eſt
Philip.3. in precioſo ſanguine eius, qui effuſus eſt propter nos & pro-
Lib. Medi pter noſtram ſalutem, in ipſo reſpiro, & in ipſo confiſus, ad te
ta.cap.5. peruenire deſidero, nõ habens meam iuſtitiam, ſed eam quæ
eſt ex filio tuo dño noſtro Ieſu Chriſto. Et capite ſequenti:
Supereminet omnem ſcientiam tuam inæſtimabilis charitas,
Hebr.2. quam oſtendiſti nobis indignis pro ſola bonitate & pietatę
Ibidem. tua, filius nãq; tuus Deus noſter nõ angelos, ſed ſemen Abra-
Omni no- hæ apprehẽdit, aſſimilatus nobis per omnia abſque peccato.
ſtra fidu- & poſt pauca: Hæc nempe mihi tota eſt, ſpes omniſque fidu-
cia ac tota cia: Eſt enim in ipſo Ieſu Chriſto dño noſtro, vniuſcuiuſque
ſpes. noſtrũ portio, caro & ſanguis. Vbi ergo portio mea regnat,
Ephe.2.5. ibi me regnare credo: vbi caro mea glorificatur, ibi glorio-
Imperfe- ſum me eſſe cognoſco: vbi ſanguis meus dominatur, ibi do-
ctio noſtra minari me ſentio, quanuis peccator ſum, de hac cõmunione

gratiæ

gratiæ non diffido. & ſi peccata mea me prohibent, ſubſtantia mea requirit: & ſi delicta mea me excludunt, naturæ communio non repellit. Et ſtatim poſt: Mitis & valde benignus eſt dominus Deus noſter, & diligit carnem ſuã membra ſua, & viſcera ſua in ipſo Deo, & domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo, benigniſſimo & clemétiſſimo, in quo reſurreximus, & iam cœlos aſcendimus, & iam in cœleſtibus conſidemus. Caro noſtra nos diligit, habemus etiã ſanguinis noſtri prærogatiuam in ipſo. Sumus enim membra eius, & caro eius: ipſe deniq; eſt caput noſtrum, ex quo totum corpus, ſicut ſcriptum eſt: Os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed fouet ac diligit eam. Myſterium hoc magnum eſt, ego autem, inquit, dico in Chriſto & eccleſia. Gratias itaque tibi domine Deus noſter ago pro omnibus miſerationibus tuis, quibus miſerabiliter nobis perditis ſubuenire dignatus es per eundem filium tuum ſaluatorem & recuperatorem noſtrum, qui mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã: & nũc viuens ſine fine, ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. Hactenus ille.

gratiã iuſtificãtem non excludit. *Ibidem.* *Ephe. 5.* *Deus diligit nos in Chriſto ſilio ſuo.* *Ephe. 2.* *eph. 3. 4. 5.* *Gene. 2.* *Ephe. 5.* *Roma. 4.* *1. Ioan. 2.*

NOn habes ergo quod dicas, nos Euangelium cum lege confundere, vel Euãgelium in legem trãsformare, vel cauſam iuſtificationis in noſtram dignitatem transferre, vel iubere vt perpetuo de iuſtificatione & acceptatione noſtra dubitemus. Nã omnia contraria docemus. fatemur enim verum eſſe, ad iuſtificationẽ hominis omnino requiri, vt homo certò credat non tantum generaliter, quòd propter Chriſtũ verè pœnitentibus remittantur peccata, ſed & quod ipſimet homini credẽti remiſſa ſint, propter Chriſtũ per fidem. Nam qui dubitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur. Non ergo exiſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Deo. Rectè dixit Hilarius, Deum velle, vt ſine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate ſperemus. quòd alioqui iuſtificatio ex fide nulla ſit, ſi ipſa fides ſit ambigua. Auguſtinus verò cogitationẽ nos ab hac certitudine auocantem, abigendam docet. Murmuret, inquit, quantum voluerit inſipiens cogitatio mea, dicẽs: Quis enim es tu, & quãta eſt gloria illa, quibuſnam meritis illam obtinere ſperas? Ego fiducialiter reſpondeo: Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptiuit me in filium, quia verax eſt in promiſſione, potens

Reſpõdetur aduerſariis. *Ad iuſtificationẽ requiritur, vt ſinguli credant ſibi remiſſa peccata per Chriſtum.* *Iaco. 1.* *Hilari⁹ in Matth. canone. 5.* *Augu. in manuā. ca. 22. & 23.* *2. Cor. 1.* *Roma. 8.* *Roma. 3.* *Titum. 1.* *Matt. 20.*

Mors Chriſti noſtra ſpes. in exhibitione,& licet ei facere quod vult:non poſſum terreri multitudine peccatorum,ſi mors domini in mentem meã venerit. Tota ſpes mea eſt in morte domini mei. Mors eius,meritum meum eſt,refugium meũ,ſalus,vita & reſurrectio mea. Meritum meum,miſeratio domini. Non ſum meriti inops, quandiu ille miſerationum dominus non defuerit. Et ſi miſericordiæ domini multæ,multus ego in meritis. Quanto ille potentior eſt ad ſaluandũ,tanto ego ſecurior. Hactenus ille.

Meritũ noſtrũ in miſeratione domini cõſiſtit.

Bernar. de annun. domini. ſer. 1

Gradus fidei iuſtificantis.

Denique Bernardus apertiſſimè pronuntiat, nõ ſufficere tãtum vt credas,te remiſſionem peccatorum habere non poſſe, niſi per indulgẽtiam Dei: præterea quòd nihil habere queas affectus vel operis boni,niſi & hoc dederit ipſe:Ad hęc,quòd vitã æternam nullis poſſis operibus promereri,niſi gratis detur & illa. Sed præter hęc,inquit,quæ magis initium quoddã & fundamẽtum fidei habẽda ſunt,etiam hoc addendum eſt,vt credas ꝙ per ipſum & tibi peccata condonentur. Hoc enim vt ſubiicit(eſt teſtimoniũ,quod perhibet in corde noſtro Spiritus ſanctus,dicens:Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Et ſic arbitratur Apoſtolus,gratis iuſtificari hominem per fidem.

Teſtimoniũ Spiritus ſancti, quod perhibet cordi noſtro. Roma. 8. Roma. 3.

SEd hic diligenter animaduertendum eſt,longe aliud eſſe dicere,omni homini quicunq; credit ſibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum, illi ſtatim peccata remitti:quàm ſi dicas, Nemini remitti peccata,niſi remiſsionem ſe credas aſſequutũ per Chriſtum:nam hoc verum eſt,illud falſum. Plures enim ex hæreticis inuenias qui ſic credunt, & tamen remiſsionem peccatorum nõ aſſequuntur,quòd extra eccleſiam ſint,& ſpiritu charitatis vacent. Vtrunque ergo requiritur ad iuſtificationem,nempe vt & credas tibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum,& vt te ſpiritu charitatis renouatũ mẽte,& iam ad opus bonũ affectum eſſe per fidem intelligas. Vt alios omittamus, non videtur nobis hic contemnendus Bernardus,in re iuſtificationis haud leuis author vel aduerſariis teſtibus, vir certe doctrina præditus infuſa magis diuinitus, quàm humanitus parta, Is alibi quærit, vnde aut quomodo noſſe poſſimus nos indulgẽtiam à Deo conſecutos eſſe?quòd homini quantumuis ſpirituali etiam vſque ad primũ ſpiritualis exercitij gradum proue cto,tantum deprimi gradus imperfectione relinquatur,vt vix ſibi primum videatur adeptus. At ille reſpondet,nobis non leuiter tranſmittendũ eſſe. quod in Euangelio legimus Ieſum paralytico dixiſſe: Confide fili, remittuntur tibi

Falſum omni homini credenti ſibi remiſſa peccata propter Chriſtum peccata ſtatim remitti.

Verũ memini remitti pecata, niſi credat ſibi pecata remitti.

Bern. ſer. de 4. modis orãdi.

Matth. 9

tibi peccata tua:vtque Phariſæis non credentibus,ſed magis
ſubſanantibus,hanc fiduciam tanti eſſe momenti cõmonſtra
ret,ſigno viſibili inuiſibilem probaſſe poteſtatem. Vt ſciatis
(inquit)quia poteſtatem habet filius hominis in terra dimit-
tendi peccata,tunc ait paralytico:Surge,tolle lectum tuũ &
ambula. Et tu ergo(vt ſubiicit ille)ſi iam ſurgis deſiderio ſu-
pernorum,ſi grabatum tollis,corpus videlicet à terrenis ſub-
leuans cupiditatibus,vt iam non feratur animus concupiſcẽ *Philip.3.*
tiis eius,ſed magis ipſa(vt eſt dignũ)regat illud,& ferat quò *Bernard.*
nõ vult:ſi demum ambulas,quæ retro ſunt obliuiſcens, & ad *Ibidem.*
ea quę ante te ſunt,te extendens deſiderio & propoſito pro-
ficiendi,curatum te eſſe non dubites. Et poſt pauca:Propter-
ea fiducialiter iam poſtulare poteſt qui eiuſcemodi eſt,nimi
rum quòd ſe iam reconciliatum & filium eſſe intelligat(mo
dò tamen caueat,ne fortè poſtulet non poſtulanda, aut quæ
poſtulãda erãt,ritè poſtulare negligat:)alioqui abſq; fiducia *Iacob.4.*
fruſtrà Deum inuocaueris aut poſtulaueris,quòd nemo oret *Berna. ho*
ſeu petat,niſi quod credit & ſperat. In corde, cui hæc fidei *mil. ſu-*
fortitudo deeſt,nõ naſcitur Chriſtus,qui nõ niſi per hãc fidẽ *per eu. ãg.*
habitat in cordibus:nec is dicere poteſt cum Dauid.paratum *Miſſus eſt.*
cor meum Deus,paratum cor meum,cantabo & pſalmum di *Idẽ ſer.6.*
cam,Non eſt enim paratum cor,quod non eſt confirmatum. *in vigi.na*

IAm ſi huic homini ſic affecto occurrat,quod apoſtoli,domi *tiuit.*
no cõcionanti,quàm difficile diues in regnũ cœlorũ ingre *Pſal.107.*
deretur,rogãtes obiecerũt:nempe, Quis poterit ſaluus eſſe?
reſpõdebit tum hæc,fiducia:Apud homines quidẽ impoſſibi *Matt.10.*
le eſt,ſed nõ apud Deũ,in cuius promiſſione & miſericordia *In promiſ*
tota noſtra fiducia atque vnica cõſolatio noſtra,& tota ratio *ſiõe & mi*
ſpei noſtræ conſiſtit:atq; ideo ex fide iuſtificatio,vt ſecundũ *ſericordia.*
gratiã firma ſit promiſſio. Rurſus ſi occurrat, Quis ſcit ſi a- *Dei tota*
more vel odio dignus ſit? item, Quis nouit ſenſum dñi,aut *noſtra fidu*
quis conſiliarius eius fuit? hic iam nõ oportebit in opera no *cia cõſiſtit.*
ſtra reſpicere:nã hæc ſtatim nos faciẽt dubitare,ſed planè fi- *Roma.4.*
dẽ nobis ſubuenire neceſſe eſt,atq; adeò hic oportet ſuccur- *Eccle.9.*
rere veritatẽ,vt quod de nobis latet in corde patris,idipſum *Roma.11*
nobis per ipſius ſpiritum reueletur,& ſpiritus eius teſtificãs *Bernar.in*
ſpiritui noſtro,perſuadeat quòd filij Dei ſumus: perſuadeat *ſermo.de*
autem vocando, & iuſtificando gratis per fidem . Cum ergo *dedica. ec*
ſuggerit mihi infirmitas mea,quinam ſciam me in numero fi *cleſiæ.*
liorum eſſe:tũc maximè memorẽ eſſe me oportet verbi pro- *Roma.8.*

Pſal.118. miſſionis,in quo mihi domine ſpem dediſti:tunc mihi in verba tua Chriſte reſpiciendũ eſt,quibus mulieri adulteræ,nec-
Ioan.8. dum damnatæ,dixiſti:Nec ego te cõdemnabo mulier:vade,
Berna. de anni dom. ſerm.3. & iam amplius noli peccare.O vocem miſericordiæ,ô auditum lætitiæ ſalutaris:Auditam(inquit Pſaltes)fac mihi mane miſericordiam tuam,quia in te ſperaui domine.Sola nimirũ ſpes apud te miſerationis obtinet locũ,nec oleum miſericordiæ,niſi in vaſe fiduciæ reponis:ſed mihi interim videndum ne hæc fiducia ſit affectui ad peccandum procliui coniuncta. Hanc vero fiduciam paſſio tua,ôChriſte,mihi ſubminiſtrat, vltimum quidem refugium,&ſingulare remediũ:deficiẽte enim ſapientia,iuſtitia non ſufficiente,ſanctitatis ſuccumbẽtibus meritis,illa ſuccurrit.

Quomodo occurrendum dubitatiõi,quæ nos de applicatione paſſionis Chriſti ambigere facit.

Quod ſi rurſus in animum meũ ſubeat,ſcio quidem paſſionẽ hanc potentiſſimã eſſe:ſed quî ſciam,an data& applicata ſit mihi?Hic reſpondebit fides, Mihi data eſt,quia alteri dari nõ potuit. Nam Chriſtus meus in ſimilitudinẽ hominũ factus habitu inuentus eſt vt homo,obediens patri vſque ad mortem,vt me mortis filium redimeret ac patri reconciliaret. Rurſus ſi ſurrepat in animũ. Quonam pacto poſſim ſtatuere Deum mihi eſſe propitiũ,qui tãtũ imperfectionis & infirmitatis adhuc in me cernã ac reperiam?tum profectò neq; indignitatẽ fidei,neque operũ meo-
Philip. 2. rum,vt me certum faciam,rectè reſpexero. Quis enim de ſua
2.Cor.3. ſapientia vel iuſtitia vel ſanctitate præſumat ſufficientiã ad ſalutẽ?quòd nec ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis tanquã ex nobis,ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt.Sed in paſſionem tuam,ô Chriſte oculos mẽtis defigã,&cum defecerit virtus mea,non cõturbabor,nõ diffidã,ſcio enim quid faciã,
Pſal.115. Calicem ſalutaris accipiã:quia ſi ſanguis tuus interpellet pro me ſaluus ero. Denique ſi verbum tanti Apoſtoli (qui auſus
2.Cor.13. eſt dicere,an experimentũ quæritis eius qui in me loquitur
1.Cor.4. Chriſtus)me terreat,cum ait:Nihil mihi cõſcius ſum,ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum:tũ viciſſim eiuſdẽ Apoſtoli verbũ me conſolabitur,nam etſi eo ipſo quòd mihi nihil ſim conſcius, iuſtificatus non ſim,hinc tamẽ me iuſtificatum rectè iudico, ſi ſpiritum innouãtem accepero,qui ex Deo proficiſcitur,vt
1.Cor.2. ſciamus quæ à Deo donatã ſunt nobis. Quis enĩ ſcit hominũ quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?Ita& quæ Dei ſunt,nemo cognouit.niſi ſpiritus Dei:nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur,

etiam

etiam profunda Dei. Itaque ſcriptura quę ait, Quis enim co gnouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? nō facit ambigentes Chriſtianos. Nos enim (vt inquit ille) ſenſum Chriſti habemus. Neque ob id ſenſu Chriſti nos vacare iudicabimus, ꝙ perpetuo labimur, & perfectionē iuſtitiæ nunquam aſſequimur, ſi tamen à cōſenſu peccati abſtinentes in Chriſto manſerimus radicati & fundati. Nā ſi diuo Auguſtino credimus, ideo veraciter ſe omnes ſancti pronunciāt peccatores, quia in veritate habēt quod plangant, etſi nō reprehenſione cōſcientię, certè mobilitate & mutabilitate pręuaricatricis naturæ. nec tamē ex hoc ſancti vel iuſti eſſe definūt, ſi affectu ſanctitatē retinētes ī Chriſto eſſe perſeuerāt. Quāobrem Bernardus Chriſtū appellans, ait: Quiſquis ꝑ peccatis cōpunctus eſurit & ſitit iuſtitiā, credat ī te qui iuſtificas impium & ſolam iuſtificatus per fidē, pacem habebit ad Deū: ſolam vtique per fidem, hoc eſt non per merita propria, ſed per miſericordiam, quam ſola fides accipit ac apprehendit.

Roma.11
1.Cor.2.
Aug.de diffini.orthod.fidei cap.41.
Omnes ſancti peccatores.
Ber.ſer.22.inCantica.
Roma.5.

QVòd autem alibi legimus, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Item, In timore incolatus veſtri tēpore conuerſamini. Item, In timore & tremore ſalutem veſtram operamini, &c. nequaquam cum ſuperioribus pugnat. Hęc enim & ſimilia dicta ſcripturæ iuſtificationem non reſpiciunt, nec fiduciam (qua remiſſionem peccatorum accipimus) vacillare faciunt de miſericordia Dei, ſed magis reſpiciunt iam iuſtificatos: hi enim ſi ſentiant ſe Dei beneficio intus innouatos, & fiducia certa erga Deum præditos, abſit vt hinc ſibi iam fidentes ſecuri viuāt: & poſthac ſe ſuis viribus legem implere poſſe cōtendant. Hoc enim eſſet nō Deo, ſed ſibi fidere, quin potius ſuæ infirmitatis ſibi conſcij, toti à gratia pendere per gent, debebúntq; filiali timore ſemper eſſe ſoliciti, ne in vanū gratiam Dei receperīt, néve à gratia percepta, ſua incuria vel arrogātia rurſus cadāt, in priores ſordes reuoluti. In quā ſententiā dixit Apoſtolus: Tu fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time, quia ſi Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vnde poſt iuſtificationē nō debet fides in dormiſcere, ſed magis ac magis exerceri, ac iā (vt ſuprà dixim⁹) fide nō tantum generali, ſed & ſpeciali credere oportet, quòd nihil ipſe prorſus habere poſſis operis boni, niſi hoc Deus dederit. Itidem, quod æternam vitam nullis meritis promereri poſſis, niſi gratis detur & illa, quam tamen non ſis aſſequutus

Sola fide iuſtificari quid.
Prou.28.
1.Petr.1.
Iuſtificati ſemper debent eſſe pauidi & timorati timore filiali.
2.Petr.2
Roma.11
Bern.de annun.domini, ſer.2.
Mat.24.

rus,niſi peſeueraris vſque in finem.

Obiectio. VErum forſan is, quē ex aduerſo dicere fecimus, nobis obiiciet ac dicet: vt largiamur tibi hæc oĩa vera eſſe, *Dilutio.* quidnam tandem eſt quod in noſtra doctrina reprehendendum putas? Cui reſpōdemus, nos putare in primis periculoſè doceri iuſtificationis verbum tantum pro imputatione iuſtitiæ, non etiam pro renouatione interiori apud Apoſtolū Paulū accipi. *Periculoſe docetur* Item, eo ſolo quòd quis credit ſibi gratis remitti peccata propter Chriſtum, hinc ei ſtatim peccata omnia cō donari. Item, quòd ſola fide iuſtificemur, niſi tamē his verbis commoda temperatura ad ſenſum apoſtolicū addatur. Item, quòd iuſtitia bonę cōſcientiæ à iuſtificationis ratione ſecernatur. Denique, diſplicet quòd opera fidei cum operibus legis confunduntur, aut ſaltem plus quàm oportet ab his quæ fides impetrat, diſcernuntur. Nam etſi quæ diximus, commodis interpretationibꝰ adiectis, defendi poſſint, quod & ſciamus veteres ſimilibus interdū loquutionibus vſos eſſe, quēadmodum Origenem & Ambroſium in epiſtolam ad Romanos, & Hilarium in Matthæum, atque his longè recentiorē Bernardum, non ſemel dixiſſe reperias, ſolam fidem iuſtificare: tamen quia hæ & ſimiles propoſitiones alio atque alio modo accipi poſſunt, non conuenit, vt in vulgus indiſcretè ſpargantur, niſi eodem ſale quo apud illos cōdiantur. Nobis enim non licet quibuſlibet verbis ad populum vti, ſed tantū illis quæ ad ædificationem faciunt, hoc eſt claris, planis, & expeditis. Patres in interpretandis ſcripturis in ſcripturarū ſcopum reſpexere, à quo non conueniebat eorum dictionem vel latum vnguē diſcrepare. Nobis quibus ad populū loquēdū eſt, ſic oportet moderari verba ne qui ſcripturarū ſcopos nondum ſatis intueri poſſunt, verba noſtra ſecius quam oportebat intellecta, deprauent ad ſuā ipſorum perditionē, quod epiſtolis Paulinis ob earū difficultatem euenire Petrus teſtatur. Idq; beatus Auguſtinus de epiſtola ad Romanos (in qua Apoſtolus tantus eſt fidei prædicator) quammaximè intelligēdum putat. Porrò cū indocta plebs ad malū alioqui prona, è ſuggeſto ebuccinari audit, eo ſolo ſe iuſtificari, ſi credat Chriſtū pro nobis ſatisfeciſſe, nulla habita ſuæ immunditiei ratione: præterea cū audit renouationē interiorem propriè de ratione iuſtificationis nō eſſe, ſed eam potius ſequi nónne ſtatī efficitur malè ſecura ac ſibi quādam vanā fidei pręſumptionem

In concionibus ad vulgus ſermonē cautū ac quā maximè ſalitū eſſe oportet.

2. Pet. 3.

Au. de fide & operibus.

Vana fdei

ſumptionem facit, qua iá hoc ipſum audaci quadam temeritate ſibi perſuaſum eſſe ac credere gloriatur, iterim nullũ faciẽs interioris renouationis experimentũ, ſine qua tamen iuſtificatio nõ accipitur? Item cũ dicunt hominẽ iuſtificari ſola fide, nec commode interpretãtur: ſtatim plebs peccatis aſſueta, & bonorũ operũ expers putat ſibi non admodũ magnã bonorũ operũ curã habẽdã: tãtum ſufficere, vt ſibi perſuadeat Chriſtũ pro ſe ſatisfeciſſe, atque ita male perſuaſa, iuſtitiam fidei operibus bonis propemodum opponit, quę tamen diſcernenda non erant, ſed omnino copulanda. Dein etiã epiſtola illa Iacobi planè apoſtolica, ex incautis hiſce ad populum loquutionibus in dubium vocatur, atque etiã impiè contemnitur. In qua dixit Apoſtolus: Videtis quoniã ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.

Præſumptio & ſecuritas mala, peſtilẽtiſſima ſunt. Sola fide.

Epiſtola Iacobi.

Iaco. 2.

ET quoniã aliquibus adhuc videri poſſet, Iacobum apoſtolum hanc ſententiã diſertè ac eo conſilio poſuiſſe, vt Pauli ſententiam Rom. 3. qua pronunciat, hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis, corrigeret: idcirco ex his quę ſuprà diximus, breuibus explicãda eſt hæc quæſtio, qua quæritur, an fide tantum, an & ex operibus, vel omnino ſine operibus homo iuſtificetur. Vt autẽ intelligas quid quæratur, in primis noſſe oportet, ambas illas prępoſitiones (ex) & (ſine) dupliciter intelligi poſſe. Primũ, vt reſpiciant cauſam ſubſtantialem maximè efficientem, formalem & finalẽ, cuires ſimpliciter debet quòd ſit. Secũdo, vt denotent tantũ eã cauſam quã vocamus inſtrumentalẽ ſeu adminiculantẽ, ſine qua res nõ fit. Dein opera ĩ opera legis & opera fidei diſtinguẽda ſunt. Deniq;, in operibus fidei ad duo reſpicere oportet, nimirũ ad id quatenus ex Deo ſunt, deinde quatenus ex nobis: nam in cõfeſſo eſt, nos in iuſtificatione non omnino nihil agere, quin potius Deo nos præueniẽte ſaltẽ per aſſenſum & conatum voluntatis præuentæ & adiutæ cooperari, quemadmodum ſuperius abundè declarauimus. Principio itaque, ſi prępoſitio (ex) ad cauſam efficientem, formalem & finalem denotandam referatur, facile eſt videre quid reſpõdeas rogatus, nũ ex operibus iuſtificetur homo: cõſtat enim in vniuerſum operibus noſtris cauſam iuſtificationis detrahi, & rectè ac verè dici nos ſine operibus iuſtificari.

An fide tãtum an & ex operibus iuſtificetur homo.

Cauſa eſſentialis iuſtificationis operibus noſtris detrahitur.

CAuſa enim efficiens iuſtificationis noſtræ, ſolus Deus eſt, nõ noſipſi. Solus enĩ Deus eſt, qui iuſtificat, qui ſo-

Cauſa efficiẽs iuſtificationis.

Eſaiæ. 43 lus peccata remittit, qui apud Eſaiam ait: Ego ſum ego ſum,
Aug. ad ego ipſe ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Qui vt
Bonifaciū nos, quo eſſemus homines, fecit: ita regenerando in ſpem vi
epiſt. 1. uam, fecit vt iuſti ſimus. Abſit autē vt quiſquam noſtrū ita
Aug. de ſe iuſtum dicat, vt velit conſtituere iuſtitiam ſuā, hoc eſt re-
verb. Apo putare quaſi à ſeipſo ſibi datam, cum dicat apoſtolus: Quid
ſtol ſer. 2 enim habes quod nō accepiſti? Phariſaica atque adeò impia
Impiū eſt vox eſt eorū, qui dicunt quod Deus eos fecerit hoīes iuſtos
dicere autem ipſi ſe faciant. contra quos Chriſtus parabolam Luc.
quod noſ- 18. dirigit. Portò cauſa finalis, hoc eſt ea cauſa quā Deus in
ipſos in- remiſſione peccatorum reſpicit, & propter quā & ob cuius
ſtos facia- dignitatem & meritum propriè dictum, ipſe nobis remittit
mus. peccata, Chriſtus eſt, nō quatenus Deus, nam eatenus cū pa-
Lucæ. 18. tre & ſpiritu ſancto efficit iuſtificationē, ſed quaten⁹ homo,
Cauſa fi- nimirū quatenus factus eſt hoſtia pro peccato in ſempiter-
nalis. nū potēs. Rom. 3. Iuſtificamur gratis gratia ipſius per redē-
ptionem quę eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus pro-
pitiatorem. Item Roma. 5. Per hunc habemus acceſſum, &c.
& poſt pauca: Gloriamur in Deo per dominum noſtrum Ie
ſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationē legis accepi-
mus. Et Acto. 10. Huic omnes prophetę teſtimonium perhi-
bent remiſſionem peccatorū accipere per nomē eius omnes
Ioan. 14. qui credunt in eum. Item, Finis legis Chriſtus ad ſalutē o-
Eo ipſo & mni credēti. Et quid aliud eſt, quod Chriſtus apud Ioā. ait,
ob id iuſti Ego ſū vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic
ſum⁹ quia fert fructum multū, quia ſine me nihil poteſtis facere, quàm
Chriſto in propter hoc iuſti eſtis, quia mihi eſtis inſiti Nec hoc latuit
ſiti. patres & prophetas: Abraham in promiſſionē vēturi Chriſti
Ioan. 8. reſpiciens, ſe propter venturum ſemen iuſtificari credidit: vi
dit enim Abraham diem Chriſti, vidit, & gauiſus eſt. Dauid
Pſal. 109 quoque non reperiens iuſtificationē in hoſtiis legalibus, ſa-
Hebr. 10 cerdotem deſcribit Chriſtum: Tu es (inquit) ſacerdos in ęter
Eſaiæ. 53. num, nimirum cuius hoſtia eſſet apud Deum in æternū po-
tens ad abluenda peccata. Et clariſſimè Eſaias cauſam finalē
iuſtificationis in Chriſtū transfert: Omnes, inquit, nos quaſi
oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuā declinauit, & po-
Ibidem. ſuit Dominus in eo iniquitates omniū noſtrum, & poſt pau
ca: Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen lon
gæuū, in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſeruus meus multos, &
iniquitates eorū ipſe portabit. Hanc autem iuſtificationis
cauſam

cauſam Gentes ante obhortam Euangelij lucé non viderunt, proinde iuſtificationem & pacem erga Deum non ſunt aſſequutæ, quia nullam cauſam ſufficientem viderunt, propter quã certo ſtatuere poſſent ſe à peccato ablutos eſſe,& ſe Deũ habere propitium. Iam ſi & formalem cauſam iuſtificationis quis requirat, reſpondebit Apoſtolus hanc iure dici miſericordiam Dei & gratiam, qua animam ad ſe conuertit Deus. Apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei,non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdum miſericordiã ſuam ſaluos nos fecit,vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Item, iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Item,gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Vnde conſequitur, recentiores theologos haud temerè affirmaſſe,charitatem Dei,quæ per ſpiritũ ſanctum in cordibus noſtris diffunditur,in iuſtificatione rationem cauſæ formalis obtinere.ea eſt enim illa gratia qua cor abſq; vllis præcedentibus meritis innouatur,qua timor legis (qui pœnã habet)foris mittuntur:quam qui aſſequutus eſt,is demum ex Deo natus eſt,& cognoſcit Deum. Qui verò aſſequutus nõ eſt,nõ nouit Deum,quia Deus charitas eſt, in qua qui manet,in Deo manet,& Deus in eo. Quin in hoc cognoſcimus,quoniam in eo manemus,& ipſe in nobis,quoniam de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis,nimirum diffundente charitatem in corda noſtra. Dicimus autem disertè charitatem Dei, hoc eſt quatenus Dei donum eſt,& à Deo proficiſcitur, cauſæ formalis rationem in iuſtificatione obtinere, vt meritũ noſtræ voluntatis,qua hæc charitas per fidem accipitur,à ratione cauſæ excludamus. Nam cum noſter conſenſus ad bonum quo Deo charitatem largienti obſequimur,adhuc admodum imperfectus ſit,reſiſtente nimirum,quandiu in hoc corporis tabernaculo ſumus,infirmitate carnis,quo minus ipſam charitatem (quam alioqui Deus perfectam nobis infundere eſſet paratus) perfecte capiamus: idcirco omnino cauendum eſt, ne cauſam iuſtificationis à Dei dono in dignitatem noſtris conſenſus,aut etiam conatus tranferamus.

Gentes nõ viderunt cauſam finalẽ iuſtificationis. *Roma.1.* *Formalis cauſa iuſtificationis.* *Tit.2.* *Roma.5.* *Ephe.2.* *Charitas Dei cauſa formalis iuſtificationis.* *Roma.5.* *Aug. de ſpiritu & litera.* *1.Ioan.4.* *Charitas non quatenus ex nobis, ſed quatenus ex Deo cauſa formalis iuſtificationis.*

NOn refragamur autem,quo minus voluntatem noſtram ſubiectũ iuſtificationis facias. Ipſa ſiquidem eſt,in qua Deus illam operatur per ſpiritum ſanctum, reddentem teſtimonium ſpiritui noſtro,quòd ſimus filij Dei. Itidem non in-

Voluntas noſtra ſubſternicu- lum iuſtificationis.

Roma.8. ficiamur aſſenſu voluntatis noſtræ ad iuſtificationem opus
Aug.de. eſſe, quemadmodum Auguſtinus dixit: Deum qui creauit te
ver.apoſt. ſine te, nō iuſtificare te ſine te. Sed aſſerimus, voluntatem no
ſer. 15. ſtram nō magis ſeipſam iuſtificare poſſe, q̄ hominem natura
Voluntas cęcum, deformē aut incuruum, ſeipſum facere poſſe videntē,
non iuſti- formoſum aut rectum: vt non ſolum impij, ſed planè inſani
ficat ſe- ſint, qui dicere auſint: Volūtatem hominis ſeipſam iuſtifica-
ipſam. re. Et vt cōſenſui noſtro quamplurimum tribuas, nihilo ma-
gis euiceris, ex nobiſipſis iuſtificationem pendere. Nam ſiue
abſolutè accipias cōſenſum, vt videlicet eſt propria actio li-
beri arbitrij, & certè excluſa eſt gloriatio tua. Nā & volunta
tem & liberum arbitriū accepiſti per creationē. Sin accipias
non abſolutè, ſed quatenus ad bonum inclinatur, & eatenus
1.Cor.3. totum eius conatum gratiæ Dei neceſſariò acceptū referes,
Philip.3. ꝙ non ſimus ſufficientes, ne cogitare quidem aliquid à no-
Opera le bis quaſi ex nobis, ſed Deus eſt qui operatur in nobis & velle
gis à cau- & perficere pro ſua bona voluntate. Quæ quum ita ſint, quis
ſa iuſtifi- non videt opera legis, quæ operamur ſine Spiritu ſancto, &
catiōis ex quæ nō viuunt in nobis, ſed quæ operamur tantū reſpectu le
cluditur. gis, aut ob alium finem, q̄ ob Dei amorem, à cauſa eſſentiali
Roman.3 iuſtificationis omnino excludi, & eatenus veriſsimum eſſe,
quod dixit Apoſtolus: Arbitramur enim hominē iuſtificari
per fidē ſine operibus legis? Quin in eā ſententiam non ſolū
Sine operi opera legis, ſed & dignitatē fiduciæ noſtræ à cauſa eſſentiali
ribus legis iuſtificationis excludimus, vti ſuprà docuimus. Secūdo igi-
poteſt fie- tur, ſi dictionē (ex) accipias, vt denotet tantū cauſam inſtru-
ri iuſtifi- mentalē ſeu adminiculātem, talem tamen, ſine qua res nō fit:
catio in & iterum, verū eſt, hominē non iuſtificari ex operibus legis,
nobis. eatenus ſcilicet ſumptis, quatenus ſine Spiritu ſancto in no-
Matth. 2. bis ſeu pro nobis ſeu per nos fiūt. Iuſtificatio enī nulla legis
Luca 23. opera præſupponit. Quinimo, Chriſtus Phariſæis apertè cō-
Locus Ro. teſtatur, ꝙ meretrices & peccatores præcedāt illos in regno
3. propriè Dei. Et latro in cruce teſtis eſt, à iuſtificādo nulla præcedētia
de operi- legis opera requiri. Quamobrem locus ille Romanorum 3.
bus legis, proprie de hiſce operibus legis, quæ ſine bono motu faciētis
quæ & li fiunt, accipi ac intelligi debet. Interim tamen nō negamus,
tera dicū- hæc opera (licet tantum in ſpeciem bona) non eſſe omnino
tur intelli cōtemnenda, ſed dicimus ea ſæpè magnum adminiculum ad
gitur. pietatem præbere, nec ineptè pædagogiam in Chriſtū voca-
Galat. 3. ri poſſe. Nam & externa diſciplina, ac bona inſtitutio & aſ-
ſuefactio

ſuefactio inuitant ad audiendum,& diſcendum verbum Dei & incitant hominẽ ne euangelicam diſciplinam aſpernetur: non ſunt tamen tanti momenti, vt rectè dixeris hominẽ vel ex eis iuſtificari,vel ſine illis iuſtificari non poſſe.

Legis opera pædagogia in Chriſtũ.

VErum cauſa(vt ita dicamus)inſtrumentalis iuſtificationis proxima fides in Chriſtũ eſt, qua credimus, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, nobis remitti peccata. Ea enim,tanquã inſtrumento immediato ad hoc à Deo comparato accipimus, & apprehendimus remiſsionem peccatorum. Et eatenus fides apud Apoſtolum, non facta interdum aperta mẽtione ſpei & charitatis,dicitur iuſtificare, nõ quòd ipſa fides iuſtificans ſine ſpe & charitate exiſtat, quin Paulo teſte,hæc fides iuſtificãs ex hoc ſolo dignoſcitur,q̃ ſtatim efficax eſt per charitatem. Nec ideo quòd ex ſe, hoc eſt ob noſtram illam imbecillem aſſentionem,digna ſit,tãtum donum vt accipiat,ſed quòd non aliter iudicare poſsimus nos eſſe iuſtificatos,niſi hoc per opus ipſi fidei peculiariter propriũ apprehẽdamus. Propria enim fidei ratio eſt,credere,& credẽdo ſe conſequutum quod promiſit Deus, donum iuſtificationis ſumere. Hac enim vel ſola ratione,à ſpe & charitate ſecernitur. Spes enim propriè futurorum eſt,fides præſentiũ. Spes ſe accepturã confidit,fides vero arripit & accipit. Charitas operoſa eſt, ſed non prius operatur, niſi fide pacem erga Deũ te aſſequutum apprehenderis. Ergo cum fidem in Chriſtũ,proximum inſtrumentum iuſtificationis appellamus,charitatem & ſpem à iuſtificatione non excludimus,ſed propriam eſſe fidei rationem,iuſtificationis donum ac pollicitatio nem ſpiritus accipere,cum diuo Paulo ſimul & Ambroſio ac cęteris catholicis patribus docemus. Repetimus quoque toties,ne quis incautus fallatur,nos hic non de qualibet fide loqui:nec enim de ea quæ tantũ hiſtorica eſt,quam diuus Iacobus dæmoniacam vocat:nec de ea quæ impiorũ eſt,quę etſi verbis fateãtur ſe Deum noſſe,factis tamen negant:neq; de fide qua quiſpiam ſibi abſque vllo charitatis affectu perſuadet,per Chriſtum remiſſa eſſe peccata,quam Auguſtinus libro de fide & operibus, etiã fidem in Chriſtum, ſed late ſumpto vocabulo, appellare videtur: Verum de hac fide loquimur,qua proprie in Deũ credimus, hoc eſt credendo in Deũ pio affectu tendimus, quam Apoſtolus Hebræ. 5. fiduciam miſericordiæ & gratiæ Dei,& orthodoxi fidem viuam ſeu fidem gratię appellant. Hęc ergo

Fides eſt immediatũ inſtrumentũ iuſtificationis.
Roma. 3.
Amb. in epiſtol. ad Galat. 5.
Proprium fidei opus.
Amb. in epiſtol. ad Rom. ca. 1.
1. Cor. 15.
Rom. 14.
Galat. 3.
Fides dæmoniaca.
Aug. de fide & operibus.
Fides impiorum.
Aug. de fide & operibus.
Fides propria Chriſtianorũ.
Heb. 5.
Viua fides
Fides gratiæ.

Fides iuſtificās plura adminicula requirit.

2. Tim. 2
Roma. 3.

fides pleraque adminicula, ſine quibus non tantum non exiſtit, ſed nec intelligi poteſt, requirit. In primis enim requirit pœnitentiã, quæ nõ eſt ſimpliciter opus legis, ſed magis Dei ſeu ſpiritus ſancti, quanuis ad efficiendam pœnitentiã, in nobis Deus miniſterio legis initio vtatur, conſcientiam noſtram per legem accuſans, perterrefaciẽs, ac condẽnans, vt vel hinc facilè deprehendas, quàm ſit legis miniſterium ad iuſtificationem ineptũ, niſi Deus ipſe qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, eo tanquã inſtrumento vteretur.

Opera gratiæ præuenientis iuſtificationẽ præcedentia

Poſtea verò perterrefactis mentibus ope ſpiritus quædam opera pœnitentiæ giguntur in nobis, fide illa informi, qua & Deum credimus & Deo, quæ nos ſupra de gratia differentes, præparationes cordis ac ſtudia ad pietatem appellauimus, opera vtique gratiæ præueniẽtis, qualia ſunt temperare à malitia, dolere, conteri, gemere, lachrymari, tundere pectus, reſtituere alienum, facere eleemoſynas, ſitire iuſtitiam (hoc eſt remiſsionẽ peccatorum) & id genus alia, quæ etſi neque mereãtur iuſtificationem, neque accipiant, niſi fides accedat, fides tamen nimirum illa iuſtificans, ea tãquam præambula & adminicula neceſſaria, ſine quibus ad iuſtificationẽ non peruenitur, requirit; imò includit.

Fides iuſtificãs includit pœnitẽtiam.

Nam cum illa fides ſit cum affectu & deſiderio remiſsionis peccatorum cõiuncta, non poteſt delectari peccatis, quorum remiſsionem quærit, item nõ poteſt gaudere in malefactis. Qui enim male agit, odit lucẽ, quũ hæc fides lucem amplecti modis omnibus anhelet. Rurſus, qui peccatum facit, ex diabolo eſt at per hanc fidẽ ſpiritusſanctus (cui nihil cum diabolo cõmune eſſe poteſt) & accipitur, & retinetur. Vnde Paulus monet, vt accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſciẽtia mala, vt manifeſtũ ſit, eos homines qui vitioſis indulgent cupiditatibus, hãc fidem habere vel retinere non poſſe, licet fidẽ habeant, quæ ipſis vel cum dæmonibus vel cum impiis communis eſt, quæ omnem pœnitentiam præcedit, ſed non iuſtificat.

1. Ioan. 3.
2. Cor. 6.
Hebr. 10.
Homines vitioſi nõ habẽt fidẽ iuſtificãtẽ ſeu gratiæ

De hiſce autem operibus pœnitentiæ, quæ ſunt quędam præexercitamenta ſpiritus, non proprie acceperis locum illũ ad Roma. 3. quòd ſine illis pœnitentiæ operibus homo haud iuſtificetur: niſi tamen eum locum ſic velis intelligere, vt apoſtolus iis verbis (Sine Operibus) voluerit generatim oĩbus operibus citra exceptionem, quæ iuſtificationem præcedunt, detrahere meritum iuſtificationis, nõ etiã illa reiicere, quaſi

non

nõ neceſſaria nam omnium orthodoxorum ſententia hoc illic agit Apoſtolus,non vt opera legis cõtemnantur,aut quòd omnino ſine illis,maximè abſque pœnitentiæ operibus(quæ opera ſunt fidei proxima,nec omnino ſine omni fide peragũtur)ad iuſtificationẽ perueniatur: ſed vt ſciamus,quòd gratis iuſtificemur, hoc eſt quod nullis operum præcedentibus meritis iuſtificatio debeatur alioqui gratia iam nõ eſſet gratia,quæ ideo datur,non quia opera bona fecimus,ſed vt ea facere valeamus,id eſt non quia legem impleuimus,ſed vt legẽ implere poſsimus. *Augu.de ſpiritu & lite.* *Roman.3.* *Gratis iuſtificati.*

DEinde hæc fides, quædam opera habet ipſi omnino peculiaria,ſine quibus ne cogitari quidẽ poteſt, imò quæ fere nihil aliud ſunt quàm ipſamet fides. Nã cum de fide iuſtificante loquimur,maximè in adulto,non accipimus fidẽ,quatenus habitus quiſpiam eſt ſed magis quatenus in actu conſiſtit. Quin ipſa actualis fiducia qua cor contritum & humiliatum iam Deo fidere incipit,miſericordiam quærit,ac tãdem aſpiciens in authorem fidei & conſummatorẽ Ieſum,ſibi per eundem peccata remitti credit,ac ſimul ſpiritum ſanctum cor innouantem ac affectu charitatis imbuentem accipit, ea inquam fiducia(quæ opus eſt quod in nobis Deus pręcipuè requirit)iuſtificationẽ impetrat & accipit,de qua Chriſtus dixit:Hoc eſt opus Dei,vt credatis in illũ quem miſit ille. Accipit autem,non meretur:tum quòd & ipſa Dei donum ſit,tũ propter infirmitatem aſſenſus noſtri, qua fit vt nemo dicere poſsit,ſe ſatis fidere Deo,& propterea ſe dignum eſſe & mereri remiſsionem peccatorum. Quin ſemper opus habemus dicere: Domine,adauge nobis fidem. Verum quòd paſſim apud Paulum apoſtolum, fides ſimpliciter iuſtificare dicitur, id rectè demum intelligitur, ſi in correlatiuam trãsformetur oratio, & ex obiecto fidei intelligatur, veluti, fide iuſtificamur,id eſt miſericordia & gratia ſpiritus ſancti propter Chriſti meritum(quæ fide accipiuntur)iuſtificamur, quemadmodum ſi dicamus fiduciam ægroti erga medicum,ægrotum ſeruare:non quòd fiducia propriè ſeruet aut medeatur,ſed quòd libẽs amplectatur medici medelam, quæ propriæ cauſa ſanitatis eſt. Poſtremo poſt acceptam reconciliationem,protinus ſpiritus fidei per charitatem in corda noſtra effuſam, opera bona in nobis ſedulo operatur,quæ B. Apoſtolus Ephe.quinto,fructus ſpiritus appellat. Hęc etſi ſubſequãtur iuſtificatum, *Ipſiſsima fidei opera quæ i ipſa iuſtificatione interueniunt.* *Hebr. 12.* *Ioan.6.* *Fides accipit,nõ meretur.* *1.Cor.4.* *Marci. 9.* *Paulus ad Roma.& Gala.* *Opera fidei poſt iuſtificationem.*

iuſtificatus eſt per gratuitam remiſsionem peccatorum & im- *viuit, magis ac magis iuſtificatur.*
partitionem ſpiritus, dehinc continua & perpetua iuſtifica-
tionis auctione indiget, donec hoc corpore exutus, in æterna
vita glorificetur. Paulus ſpiritum innouantem (quem accipi-
mus quũ in eo iuſtificamur) primitias ſpiritus appellat, qui- *Roma.8.*
bus & ſi certã cõſolationem, atq; etiam experimentũ Chriſti *Primitiæ ſpiritus.*
in nobis habitãtis ſimus aſſequuti, nihilo ſecius tamẽ adhuc
intra nos gemimus adoptionem filiorũ Dei, expectantes re- *Ibidem.*
demptionẽ corporis noſtri. Quãdiu enim in hoc corpore ſu-
mus, quotidie adhuc per infirmitatẽ carnis labimur: eademq; *Ibidem.*
prohibente fit, vt ad iuſtitiæ perfectionẽ pertingere nõ poſ- *Matth.1.*
ſimus. Sed ſpiritus eſt qui adiuuat infirmitatem noſtram, fa- *Augu. de*
citq; vt quandiu ſumus in hoc tabernaculo, viuida illa fides, *ſpiritu &*
etſi iuſtitiæ perfectionem nõ aſſequatur, perpetuò tamẽ eſu- *lit. c.32.36*
riat, ſitiátq; iuſtitiã, vtque de die in diem in interiore homi- *2.Cor.4.*
ne renouemur, obliuiſcendóque quæ retro ſunt, in anteriora *Philip.3.*
nos ſtrenuè extendamus, donec ſcilicet perfectã iuſtitiam in
vita æterna conſequamur: nam tum demum fiet quod Pſaltes
veluti ſummum beneficium domino tribuit, quũ ait: Qui ſa- *Pſal.102.*
tiat in bonis deſiderium tuum: Cæterum quum opera noſtra *Opera noſtra placẽt propter Chriſtum.*
bona (etſi ex fide facta) imperfecta ſint, & niſi in Chriſto fie-
rent, accuſationẽ legis (quæ perfectam obedientiã requirit)
non euaderent: idcirco diligenter retinendum eſt, eis perpe-
tuò fidem accedere debere, qua credamus ipſa, etſi adhuc im- *1.Cor.11.*
perfecta, Deo placere, non propter nos, ſed propter Chriſtum *Iaco.2.*
in quo fiunt, quum iam Chriſti membra & Dei filij facti ſi- *Fides debet cooperari operibus.*
mus. Et propterea apoſtolus Iacobus iuſtificationem Abrahę
deſcribens, pulcherrimè dixit: Vides quoniam fides coopera-
tur operibus illius, & ex operibus fides cõſummata eſt. Qua-
ſi dicat, tunc demum opera noſtra ſunt grata Deo, cum illis
hæc fides cooperatur, & ex fide fiunt tanq̃ accepta à Deo, &
non tanq̃ ex nobis: viciſsim fides placet, quum ex talibus o-
peribus conſummatur. Nam etſi quis dicat ſe Deo fidere, ſi ta- *Titum.1.*
men neque ſibi neque aliis fidem ſuam ex operibus compro-
bet, is verbis quidem Deum confitetur, factis autem negat,
facítque ne iuſtificatio legis (cuius plenitudo eſt dilectio) in *Roma.13.*
ipſo per fidem vnquã impleatur. Quamobrẽ Apoſtolus Paulus
lus nõ ſine cauſa in Galatis, vbi in fidem quammaximè cele-
brat, dixit: In Chriſto Ieſu neq; circũciſionem aliquid vale- *Galat.5*
re, neq; præputium, ſed fidem quæ per charitatem operatur.

Quod enim Iacobus dixit,ſuppletur:Paulus dixit,operatur.

Diuus Iacobus eadē omnino cū diuo Paulo docuit.

QVæ omnia diligenter intuentibus,perſpicuū euadit,
diuum Iacobū nihil diuerſum à Paulo docuiſſe, ſed
eam quæ eſt ad Romanos epiſtolam, eadem omnino propo-
nere,niſi ꝙ quædam quæ illic ſubobſcurius docentur,magis
explicat Iacobus. Liber Actorum docet,in naſcentis eccleſiæ

Scopus epiſt. ad Roma. indicatur.

primordiis graue diſſidium à Iudæis concitatum, qui dice-
rent,Gentes niſi circunciderentur ſecundum legem Moyſi,
non poſſe ſaluari. Nec tātum hoc agebant Iudæi, vt cæremo-
niis legis Moſaicæ per Chriſtū antiquitas gentes grauarent:
ſed hoc agebant potiſſimum,vt cauſam iuſtificationis, in le-

Augu. de ſpiritu & litera.

gis non tantum cæremolialis, ſed etiam moralis obſeruatio-
nem transferrent, putarentq; ſe legem ſua iuſtitia ac viribus
implere poſſe,atq; hinc iuſtificari : gloriabanturque(eatenus

Roma. 2.

tantum in Deo)velut qui ſoli meruiſſent legem eius accipe-
re,ſecundum id quod ſcriptū eſt: Non fecit taliter omni na-

Primus error in eccleſia.

tioni,& iudicia ſua non manifeſtauit eis. Hic error longè pe-
ſtilentiſſimus(qui Iudæis magnū, ſuperbiæ ſupercilium ad-
debat,& gentium cauſam quammaximè deprimebat) acriter
ac fortiter reprehendendus,reuincendus, ac eximendus erat

Augu. de ſpiritu & lite. cap. 7.

omnium mentibus, conueniebatq; hæc docendi prouincia
quāmaximè Paulo Apoſtolo, quòd in illo gratia Dei clarior
ac euidentior apparuerit. Expediebat autem hunc errorem
tanta ſpiritus vehemētia debellari, quòd is vehementer ob-
ſcuraret, imò omnino obrueret Chriſti beneficium. Nam ſi
hoc verum eſt,hominem ſuis viribus legem implere poſſe,le-
gis autem impletionem iuſtitiam eſſe conſequens erat Chri-
ſtum fruſtrà veniſſe,& gratis mortuum eſſe : nempe ſi tātum

Galat. 2.

doctrina & cognitione legis nobis opus eſt,vt legē faciamus,
nec interim voluntas noſtra alio eget adiutorio vt legem im-
pleat,q̄ litera mortua magiſtra,quid erat opus Chriſto redem

Pariſaica iuſtitia fucata & cōſcientiam non tranquillans.

ptore ? Deinde & ſi Iudæi hæc non ſine magno faſtu & fuco
externorum operum(quæ oſtentabāt)pertinaciter tueri per-
gerent, non dubium tamen quin eorum conſcientia fortiter
reclamaret,quòd ſatis in ſeipſis experirētur,ſe tametſi quæ-
dam opera in ſpeciem perſpicua ederent, ea tamen ſe magis
timore pœnæ ſeu vanæ gloriæ obtentu , quàm amore iuſti-

Augu. de ſpiritu & lit.

tiæ facere:proindeq; ex his ſe coram Deo iuſtos cenſeri non
poſſe,quòd coram Deo nō eſſet in eorū voluntate, quod co-
ram hominibus apparebat in opere : quin potius ex illo rei
tenebantur,

tenebantur,quòd eos nouerat Deus malle(ſi fieri poſſet)peccare. Vt interim taceamus,eos ſibi ipſis (vel propria cõſcientia teſte)licet aliud ſimularent,perſuadere nõ potuiſſe, quòd per opera ſua legi perfectè obedirent. Vnde conſequens erat eos nunquam potuiſſe certò ſtatuere ſe coram Deo ex obſertione legis(quæ perfectam obedientiam erga ſe requirit)iuſtificatos fuiſſe:quo iterum fiebat,vt nullum cultum gratum Deo (quem vt durum exactorem timebant, non amabant vt patrem)exhibere poſſent, præſertim quòd is velit in ſpiritu & veritate,non ſimulatione adorari. Apoſtolus ergo quammaximè neceſſarium ratus, duo potiſsimum agit in epiſtola ad Romanos.In primis,vt Iudæos & Gentes,ſua ipſorũ propria cõſcientia cõuincat eſſe peccatores. Occulta enim cordium per Euangelium retegens,Iudæis internam,Gentibus exterternam etiam immunditiem exprobrat:ac grauiſsimè oſtendit,naturam humanam primorum parentum vitio tanta corruptione ac imbecillitate laborare, vt ei impoſsibile ſit, ſuis viribus ad legis impletionem pertingere,& propterea omnes homines ex ſe coram Deo iniuſtos eſſe & peccatores, ideóque ſub legis maledicto conſiſtere, ac proinde opus habere redemptore ac reconciliatore Chriſto. Secundò docet, Chriſtum propterea veniſſe, nõ vt legem(nimirũ moralem) aboleat, ſed vt magis impleat,vtque maledictum legis (quæ in eo non habet quod accuſet) factus pro nobis maledictum, auferat,& pro peccatis noſtris ſatisfaciat.Denique(qui principalis finis eſt)vt redemptis ſpiritum innouãtem per fidem impertiat, quo adiutore legem facere incipiamus,atq; adeò non noſtris quidem viribus,ſed per fiduciam iuſtitię Chriſti nobis communicatæ impleamus,vtque liberati à captiuitate peccati, ac nacti pacem & tranquillitatem conſcientiæ erga Deum ex fide,ſeruiamus illi in ſanctitate& iuſtitia coram eo omnibus diebus noſtris.Atque hic eſt,noſtra ſententia,ipſiſſimus epiſtolæ ad Romanos ſcopus,ac propemodum ſumma. Non ergo apoſtolus bellum indicere bonis operibus, aut ea minus eſſe neceſſaria homini Chriſtiano docere inſtituit:ſed hoc magis docere contendit,quo tandem pacto fiat,vt à peccatis expurgati, Deo reconciliati, ac Spiritu ſancto innouati bona opera facere &legem implere poſsimus:adeò opera bona, quæ poſt iuſtificationem fiunt, à iuſtificatione non diſcernens,vt penè in epiſtolæ veſtibulo palàm pronunciet:

Cur Chriſtus in euã. phariſaica iuſtitia, iuſtitiam noſtram vult eſſe abundãtiorem.

Ioan.4.

Summa epiſtola ad Romanos.

Duo aguntur in epiſtola ad Roma. potiſſimum.

Galat.3.

Lucæ.1.

Paulus nõ vilipendit bona opera,ſed magis docet quomodo opera bona facere poſsimus.

Roma.2. Factores legis iuſti.

Roma.1.

Non auditores legis iuſtos eſſe apud Deum, ſed factores legis iuſtificari: ac planè oſtendit, iuſtificationem cum malis operibus nequaquam conſtare poſſe: Ira (inquiens) & tribulatio in omnem animam hominis operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni animæ operanti bonum. Verum quo pacto lex fieri poſsit, poſtea docet.

Iacob⁹ eadē omnino docet cum Paulo. *Iaco.3.* *Iaco.1.* *Fides viua.* *Ibidem.* *Augu. de ſpiritu & lite. ca. 32.* *Abac.2.* *Roma.1.* *Roma.3.* *Galat.3.* *Iaco.1.*

EAdem omnino docet Iacobus in epiſtola catholica. Facit enim Iacobus perinde ac Paulus, nos omnes reos ac peccatores. In multis inquit, offendimus omnes. docet verã ſapientiam (qua voluntas noſtra corrigitur, vt deinde bene operetur) nobis non noſtris viribus, ſed Dei beneficio per fidem contingere, non quamlibet, ſed eam quam ſuprà deſcripſimus, qua cum deſiderio in Deũ itur, & certa fiducia quod Deus promittit, accipitur. Si quis, inquit, veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & nõ improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Quem locum beatus Auguſtinus renarrans, prudenter ad fidem iuſtificantem refert: Hæc eſt, inquit, fides, ex qua iuſtus viuit, hæc eſt fides qua creditur in eum qui iuſtificat impiũ, hæc eſt fides qua excluditur gloriatio, hæc eſt fides qua impetratur largitas ſpiritus, de qua dicitur: Non enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Hæc ille. Rurſus apoſtolus Iacobus hanc ſententiã cõfirmans: Omne, inquit, datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturę eius. *Ibidem.* Et poſt pauca: Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Ergo quum dicit nos veram ſapientiam ac iuſtitiam à Deo accipere oportere, & verbo veritatis iterum gigni, eodémque nobis inſito animas noſtras ſaluari: quid aliud dixit, *Roma.3.* quàm Apoſtolus Paulus, quum inquit: Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis.

Aug. de fide & operibus. *Iacobus explicat epiſt. ad Ro. cap.2.*

VErum quum ex hac ſententia Paulina non ſatis intellecta, quidam occaſionem acceperint, vt tanquam ſecuri de ſalute (perinde atq; ſola fides ſufficeret, quam ſibi fingebant) bene viuere non curarent, coactus eſt Iacobus fidem ſecare in fidem viuam, & fidem mortuã: ſeu in fidem, quam non veretur dæmoniacam appellare, & fidem rectam ſeu non hæſitantem de promiſsis Dei. Eadem ratione diſcernit legem

Libertatis,

libertatis,à lege ſeruitutis:& opera quæ fidé antecedunt,ab operibus quæ fidei cooperãtur,ſeu fidem iuſtificanté ſequũtur. Quæ omnia etiam apud ipſum Paulum,licet quędã ſubobſcrius,reperias. Iacobus fidei mortuæ,quæ nihil aliud eſt quàm vel hiſtorica fides,vel ſtulta quędã perſuaſio de miſericordia Dei,etiamnum cum affectu peccãdi, ſeu ipſis etiam malis operibus cõiuncta,iuſtificationem detrahit. Idem facit Apoſtolus Paulus,quum ait:Confitētur ſe noſſe Deum,factis autem negant. Iacobus fidei vitam ſeu ſpiritum,opera charitatis appellat. Fides inquit,ſi nõ habeat opera,mortua eſt in ſemetipſa. Idem facit Paulus,quum deſcribit fidẽ per charitaté efficacem. Iacobus aſſerit,quòd fides Abrahæ cooperata ſit operibus illius,& ex operibus fides cõſummata ſit nimirũ quæ fidem eius ſequebãtur. Idẽ alibi teſtatur apoſtolus Paulus: Fide,inquit,qui vocatur Abraham,obediuit. Iacobus ait: Videtis quoniã ex operibus iuſtificatur homo,& nõ ex fide tantum:nimirum illa fide qua impij ſecuritatem quandã ſalutis ſibi vendicant,etſi malè viuant.quos coarguẽs:Eſtote, inquit,factores verbi,& nõ auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Idẽ omnino docet Paulus:Non auditores,inquit, legis iuſti ſunt apud Deũ,ſed factores legis iuſtificabuntur. Et alibi:Nolite errare: Neque fornicarij, &c.regnum Dei poſſidebunt. Et hęc aliquando fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri. Item, Qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt. Vides ergo quàm pulchrè coapoſtolis illis Chriſti (quorum erat vna fides atque vnus ſpiritus)in re iuſtificationis conueniat.

Cõſerũtur Iacobus & Paulus. *Iaco. 2.* *Tit. 1.* *Iaco. 2.* *Galat. 5.* *Iaco. 2.* *Hebræ. 11* *Iaco. 2.* *Roma. 2.* *1. Cor. 6.* *Galat. 5.*

ET vt ſemel hunc articulum finiamus, putamus nos iam perſpicuè ſatis oſtendiſſe,Non opera legis quæ fiũt ante iuſtificationem ſine gratia Dei in nobis,ad iuſtitiam imputari,ſed interĩ opera fidei quæ ſpiritus in nobis operatur, aliã prorſus obtinere rationé,quippe ea à iuſtificatiõe nullo pacto ſecerni oportere,quin cooperationé illam fidei & operum poſt reconciliationem,rectè vocari iuſtitiam,qua debemus cõtinuè iuſtificari,quãdiu in hac vita ſuperſtites ſumus, donec ſcilicet mortale hoc immortalitaté induat, & fiat ſermo qui ſcriptus eſt,Abſorpta eſt mors in victoria,quòd tum demum iuſtitia perficietur in nobis. In eam enim ſententiã dictũ eſt: Qui iuſtus eſt,iuſtificetur adhuc. Vnde nõ mirũ,

Cooperatio fidei & charitatis, eſt iuſtificatio noſtra continuata. *1. Cor. 15.* *Oſee. 13.* *Apoc. 22.*

quòd ſcriptura operibus iſtis fidei in Deo factis,paſſim vitã
etiam æternam,non tantũ alia eximia præmia, vti mercedẽ
Matth.7. polliceatur.nam ſi vita æterna (quæ in iuſtificatione per ani
19.25. mæ ſpiritualem viuificationẽ inchoatur) accipitur fide pro-
Ioan.5. pter miſericordiã in Chriſto promiſſam, nec dubiũ ſit hiſce
Roma.2. operibus fidei nihil aliud agi,quàm quod perpetuo in miſe-
1.Corin 3 ricordiam Dei reſpicimus,non ſolum referentes,ea Deo acce
1.Corin.5 pta,non nobis,ſed etiam ipſa ex Chriſto ſupplẽtes,omném-
que fiduciam noſtram non in noſtris viribus aut etiam in di
1.Ioan.4. gnitate noſtri cõſenſus,ſed in Chriſto meritum collocãtes,
ac reputantes in hoc perfectam charitatem Dei nobiſcum,vt
fiduciam habeamus in die iudicij,quia ſicut ille eſt,& nos ſi-
mus in hoc mundo,quis nõ videt haud abſurdè ac propemo
dũ ſine vllo tropo rectè dici poſſe, Bonis operibus nos vitã
Bona opera ſunt inchoata vita æterna. æternã adipiſci? Quinimo bona opera,quæ ſpiritus in nobis
operatur,eſſe illam inchoatam vitam ęternam olim in nobis
perficiendã,de qua dixit Ioannes apoſtolus:& mandatum e-
ius vita æterna eſt. Et quodnam aliud eſt regnum Dei quod
Ioan.12. nobis aduenire petimus, niſi vt nõ regnet peccatũ in noſtro
Roma.6. mortali corpore,vt obediamus cõcupiſcẽtiis eius,ſed potius
regnet in nobis iuſtitia ſpiritus, vt ſint mẽbra noſtra arma
Lucæ.6. iuſtitię Deo? Neque veretur ſcriptura vitam ęternã,bonorũ
Rom.6.8 operum mercedem appellare,non vt putemus benefacta no-
2.Cor.4. ſtra digna eſſe vita æterna,ſeu deberi illis vitam ęternã pro-
1.Tim.4. pter operũ ipſorum dignitatẽ. Quis enim tam ſtupidus eſt,
1.Petr.1. qui ſic ſentiat? ſed magis quòd Deus fidei noſtræ (quam per
2.Ioan.1. eiuſcemodi opera in nobis exercet) vitam æternam gratuitò
Apo.2.3. ſit pollicitus: De plenitudine enim eius (inquit Ioãnes) nos
Ioan.1. omnes accepimus gratiam pro gratia, gratiam vitæ æternæ
Gratia pro gratia. pro gratia iuſtificationis indebitæ. Ergo merces,quia pollici
ta. Item quia tanta eſt Dei erga nos benignitas,vt opera quę
ipſe in nobis facit verè ſua malit appellare noſtra,idque tan
Deus opera ſua vocat noſtra. tum propter imbecillem illum aſſenſum & conatũ, quem ta-
men non ſine eo adhibemus, idcirco ipſe non indignè feret,
etſi dicamus (modò ad pium ſenſum) bonis operibus noſtris
vitam æternam nos promereri, non quòd aſſenſus noſter tã-
Roma.6. ta mercede dignus ſit,ſed quòd nõ ſine eiuſmodi aſſenſu,at-
Cur Chriſtus tã frequẽter vi- que adeò ſine bonis operibus,modò tamẽ operari valeamus,
vitam æternam (quæ donum Dei eſt,nobis per Chriſtũ pro-
meritum) capiamus Certè nemo dubitat, idcirco Chriſtum

tam

tam ſæpe vitæ æternæ ſub nomine mercedis meminiſſe, vt diligentiam ac conatus noſtros quammaximè acueret, incitaret, ac proueheret. *tam æternam mercedem appellet.*

HAec de iuſtificatione hominis, déque fide & operibus, dicta ſuffecerint, quæ (vt ſperamus) piis multum lucis in lectione ſcripturarum & conſolationis ſunt allatura. Credimus autem hanc, quam defendimus, ſententiã, eſſe verè apoſtolicã & germanam eccleſię doctrinam, tam erudientem quàm conſolantem pias mentes, quæ non ſolum ea docetur, ſed & afficiuntur. Damnantur autem hac doctrina in primis phariſaicæ & Pelagianicæ illæ opiniones plenæ impietatis, quas ſuprà de gratia differentes retulimus. Deinde damnatur eorũ opinio longe peſtilentiſſima, in qua ſceleſtiſſimè turpiſſiméque viuentibus, etiam ſi eo modo viuere perſeuerent, & tantummodo credãt in Chriſtum (hoc eſt ſibi etiam ſine renouatione mentis perſuadeant ſe iuſtificatos eſſe propter Chriſtum) iuſtificatio, ſalus, atque adeò vita æterna promittitur, cõtra apertiſſimam Domini ſententiam, qui deſiderãti vitam æternã, reſpondit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Poſtremo ea aſſeritur, periculoſè doceri iuſtificationé hominis in ſola remiſſione peccatorũ conſiſtere: innouationem autem voluntatis & opera fidei, quæ iuſtificationem ſequuntur, propriè ad iuſtificationem non pertinere. Hoc ení quum docetur, reddũtur homines male ſecuri, qui quum audiunt ſe tum ſtatim iuſtificari, vbi mens perterrefacta, agnitione peccati ſe protinus erigit, & certò ſtatuit ſibi peccata remitti gratis per Chriſtum, fit vt ſolum de hac (vt vocãt) fide ſoliciti ſint, ad interiorem animi renouationem & nouitatem voluntatis, potiſſimam iuſtificationis partem, parum attẽti, iuxtà ponentes, an interiorem animi renouationé & voluntatis nouitatem intus experiantur, foriſque teſtẽtur néc ne, quorum ſanè cauſa (quòd non ignari ſint voluntatis Domini) durior eſt, quàm eorum qui neſcientes, vitam nequiſſimam & iniquiſſimam ducunt. Quare vt cum beato Auguſtino concludamus, omnino cauendum eſt, ne in adiutorio Domini Dei noſtri faciamus homines male ſecuros, nimirũ perſuadendo eis, quòd ſi modò fuerint credentes in Chriſtum, hoc eſt ſi tantum credant quòd Chriſtus ſatisfecerit pro nobis, tũ quomodolibet in ea fide vixerint, ipſos tamen ad ſalutem eſſe venturos. Rurſus, ne ſic faciamus Chriſtianos quo-

Opiniões damnatæ

Matt. 19

Aug. de fide & operibus. ca. vlti.

Ibidem. modo Iudęi proſelytos,quibus Dominus ait: Væ vobis Scri-
Mat.23. bæ & Phariſæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum:& quum fuerit factus,facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos eſtis.ſed potius ſana doctrina Dei magiſtri,in vtroque tenenda eſt, vt ſancto baptiſmo ac fidei conſona ſit vita Chriſtianorum,& ne cuiquam homini,ſi vtrúlibet defuerit promittatur vita æterna. Qui enim
Ioan.3. dixit,Niſi quis renatus fuerit ex aqua& ſpiritu,non intrabit
Matt.5. in regnum cœlorũ:ipſe etiam dixit, Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſęorum(nimirum quorũ iuſtitia erat,dicere & non facere)non intrabitis in regnum cœlorũ. Noſtra ergo iuſtitia erit,dicere & facere,quę ſi non fuerit,non intrabitur in regnum cœlorum.Iam ad intermiſſam ſpecierum pœnitentiæ tractationem redeundum eſt.

DE POENITENTIA EXTERIORI.

POſtquam de interiori pœnitentia,in qua hominis iuſtificatio peragitur,& de partib⁹ eius (quæ ſunt,cordis cõtritio mentis erga Deum cum fiducia accipiendæ miſericordię confeſſio,& votum internum vitæ in melius commutandæ)dictum eſt ſatis:reſtat vt de exteriori pœnitentia & illius ſpeciebus,quæ ſunt,pœnitentia publica & priuata,paucis dicamus.

Quæſtio. PRincipio ergo roget aliquis: Si verũ eſt,peccata in interiori pœnitẽtia remitti ac hominẽ iuſtificari,quid exteriori pœnitentia eſt opus?aut quidnam poſt remiſſionẽ culpæ & abolitionẽ pœnæ æternæ(quę in interiori pœnitẽ
1.Tim.2 tia Deus operatur)facit ſacerdos vel epiſcopus?Hæc quęſtio
Dilutio. ex ſuperiorib⁹ ſatis explicari poteſt,ſed vt res clariſſimè intelligatur,id animo repetẽdũ eſt quod paulò ante diximus, neceſſe eſſe vt remiſſionem peccatorũ accipias,certò crede-
1.Cor.2. re tibi remiſſa eſſe peccata propter Chriſtũ.Iam quũ hęc cer
Roma.3. titudo non iudicio ſenſuũ aut rationis effici in nobis queat, ſed fide tantũ:conſtet autẽ,fidem in pauciſſimis hominibus, præſertim his qui grauioribus criminibus occupati quãdoque fuerunt,ad eam certitudinem(niſi externis ſignis iuuetur)peruenire,vt certò credant aut ſtatuant ſe eſſe in gratia,

nimirum

nimirũ diffidentia ac dubitatione de voluntate Dei,quæ in animis noſtris naturaliter hæret cum fide perpetuò luctãte, quod re ipſa vnũquenque in animo ſuo experiri nõ dubiũ eſt:idcirco Chriſt⁹ huic imbecillitati fidei noſtræ per exter num ſacramentũ ſubueniendũ ratus,pœnitentiæ ſacramen tum inſtituit,Ioan.20.vt quemadmodũ baptiſmum,Eucha riſtiã,& cętera ſacramẽta certa & efficacia ſigna eſſe voluit, quibus doceamur,vt quod foris in ſpecie viſibili geri cerni mus,intus per fidei virtutem in nobis effici certò credamus, ſic & pœnitentię ſacramentũ nobis relinquendum putauit, quo fidẽ noſtrã de remiſſione peccatorum ſtabiliret & confirmaret,atque eam ob rem ſacerdotibus inſignem illam po teſtatem contulit,remittendorũ ſcilicet,peccatorum,hoc eſt poteſtatẽ ſigno viſibili indicandi & oſtẽdendi confitenti ac pœnitenti,peccata per Deũ eſſe remiſſa,adeò vt verè cõtritus ac confeſſus,quũ abſolutionis ſacerdotalis verba perceperit,nõ ſecus affectus eſſe debeat, quàm ſi ipſe Chriſtus ei dixiſſet, Dimittuntur tibi peccata tua. Suã enim poteſtatem Chriſtus(quam & viſibili ſigno adhibito,ad certam fidẽ remiſſionis peccatorũ nobis faciendã confirmaſſe legitur) ſacerdotibus cõceſſit,ne quis putet ſacerdotẽ ſua propria poteſtate abſoluere. ſiquidem ipſe Chriſtus eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui abſoluit, ſic vt de virtute vtriuſq; ſacramenti vnumquenque Chriſtianũ parem atque eandem habere cer titudinem oporteat, quemadmodum ſuo loco latius docebimus. Hęc autem poteſtas ſeu abſolutio ſacramentalis,etſi in vtraque pœnitentia,& priuata & publica,tanquam ſuauiſſimum vtriuſq; condimentum requiratur, ipſum tamẽ ſacramentum pœnitentiæ non eſt propriè pœnitentia vel publica vel priuata. Conſtat ſiquidem,pœnitentiam non ratione abſolutionis ſacramentalis,in qua tota propemodũ vis ſacramenti pœnitentię ſita eſt,ſed magis ex modo vel genere ſatisfactionis publicam vel priuatam appellari. Porò quum Chriſtus & eccleſia vnum ſint corpus,proindéque pœnitẽtem nõ tantum pacem erga Deum,ſed erga eccleſiã(in qua ſola remittuntur ipſa peccata) habere oporteat,ac omnino interſit,vt qui in eccleſia præſident,explorata habeãt pœnitentium conſcientiam ac propoſitum,quæ(vt Chriſtus ait) ex operibus eorũ cognoſcuntur:idcirco Chriſtus ſacerdotibus præter poteſtatem remittendi peccata in ſacramento,

Penitẽtiæ ſacramẽtũ inſtitutũ eſt, vt ſit certũ teſtimoniũ remiſſionis peccatorũ

Vide ſuprà ĩ proœmio de ſacramẽtis.

Matth.9
Marc.2.
Luc.5.

Aliud eſt ſacramentum pœnitẽtiæ,atque aliud pœnitẽtia publica vel priuata.

Eph.1.2 5.

Matth.7
Ioan.20.
Matt.16

Poteſtas ligādi et ſoluēdi quæ, Leo ad Theodor. epiſcopum foroiuliē. epiſt. 69. Matth. 3. Aug. de viſi. infir. ca. 4 & 5 Aug. de pœni. diſ. 1. c. agite.

poteſtatem etiam fecit ligandi atque ſoluendi, hoc eſt cōfitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem dandi, qui tū ligant, cū ſatisfactionem imponūt, & pœnitentes (donec ea purgētur) à communione prohibent: ſoluūt verò cū ſatisfactionem impoſitam vel relaxant, vel ea purgatos, ad ſacramentorū communionem admittūt, in quo etiā Chriſtus imbecillitate noſtræ pientiſſime conſuluit: nam cū pœnitenti non quælibet ſed digna pœnitentiæ opera (vt peccati reliquiæ eluātur, & manentes nos pœnæ, per Dei clementiam dimittantur) peragenda ſint, nemo autē in cauſa ſua idoneus iudex videatur atq; adeò vnuſquiſque ſemper propriam cenſuram ſuſpectā habeat, idcirco Chriſtus vicarium ſuū oſtendit, cuius dicto in hac etiam re ſtaretur, vt Auguſtinus nō temerè dixerit, eū eccleſiæ claues fruſtrari, q̃ volet ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentiā agere. Hæc autem exterior pœnitentia, in verè cōtritis & confeſſis remiſſionem culpę ſequitur: neq; enim ſacerdos aliis hanc pœnitentiā imponit, niſi quos cōtritos credit. Denique duplex iſta poteſtas per Chriſtū ſacerdotibus collata, clauis illa ordinis eſt, de qua ſuprà abundè diximus. Clauis iuriſdictionis alio reſpicit: nam nō propriè ad pœnitentiā ſpectat, niſi vt prouocatoria, quod vt pædagogus, tantiſper impœnitentem flagellet, donec pœnitentiæ ianuā ingredi faciat & quodammodo compellat.

Pœnitētiæ ſatisfactio remiſſionem culpę ſubſequitur. Clauis ordinis. Clauis iuriſdictiōis

Publica. Priuata. Publica duplex. Solennis. Vide Cartha. conci. 3. cap. 23. Agat. cōcil. c. 11. 5 diſt. ca. in capite. Decani, id eſt. archipresbyteri Prebyteri

QVibus rectè perceptis, facile eſt intelligere, quænā ſit pœnitentia publica vel priuata. Publica enim eſt, quę publicā habet ſatisfactionem: Priuata, quæ priuatam. Publicam itetū duplicem faciunt, ſolennem & ſimpliciter publicā. Solennis pœnitētia (quę olim propriè publica vocabat) ea erat, quę ob enorme & vulgatiſſimum crimē (quod multitudinem ſeu totam vrbem commouiſſet) extra eccleſiā in cinere & cicilio publicè peragēda ſuſcipiebatur. Huius pœnitentiæ ritum deſcribit Agathen. Conciliū cap. 11. In capite (inquit) Quadrageſimę, omnes pœnitentes qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperint pœnitentiā, ante fores eccleſię ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terrā proſtratis, reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proclamentes: ibi adeſſe debent Decani, id eſt Archipresbyteri parochiarum, presbyteri pœnitentiū, qui eorum cōuerſationem inſpicere diligēter debent, qui & ſecūdum modū culpæ pœnitentiā per præfixos gradus iniungant. Poſt hæc epiſco-

epiſcopus eos in eccleſiam introducat,& cum omni clero ſeptem pœnitentiæ pſalmos,in terram proſtratus,cum lachrymis pro eorũ abſolutione decantet. Tunc ſurgens ab oratione,iuxta quod Canones iubent, eis manus imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat,& cum gemitu & crebris ſuſpiriis denunciet eis, quod ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo,ita & ipſi pro peccatis ab eccleſia abiiciuntur:poſt hoc iubeat miniſtris, vt eos extra ianuas eccleſiæ expellant, clerus verò proſequatur eos cum reſponſorio : In ſudore vultus tui veſceris pane,&c. vt videntes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atque commotam,non paruipendant pœnitentiam. In ſacra autem domini cœna rurſus ab eorum decanis & eorum presbyteris,eccleſiæ liminibus præſententur. Hactenus canon.Hanc ſolennem pœnitentiã,pœnitentes pro ratione criminũ,interdum breuiorem,interdum longiorem,plures etiam annos duraturam,accipiebant. Iam qui tam longam pœnitentiã pluſquam anno duraturam accepiſſent, interea temporis ab eccleſiæ ingreſſu toto anno, præterquam à cœna domini vſq; ad octauas Paſchæ, abſtinebãt. Qua tandem peracta,à ſolo Epiſcopo(niſi neceſsitas aut periculum mortis immineret)per manus impoſitionem, idque ante ἄψιδα reconciliebantur : vt vel hunc radicem caſuum Epiſcopis ſpeciatim reſeruatorum,facilè ſit intelligere. Talem pœnitentiam cogente Ambroſio, Theodoſius ſuſcepit: talem egit Fabiola,quemadmodũ Hieronymus in Epitaphio eius ad Oceanum ſcribit ac teſtatur,quem iucundũ erit inſpicere,vt intelligas quanta fuerit olim veteris eccleſiæ ſeueritas,ac etiam pœnitentium feruor ad noſtrorum temporũ diſciplinam neutiquam conferendus.

pœniten-tium. *Septẽ pſalmi pœnitentiales.* *Gene.3.* *Matt.18.* *Gene.3.* *Die cœnæ pax dabatur pœnitẽtibus, hoc eſt recõciliabantur eccleſiæ.* *Abſida.* *Ambro.* *Theodoſius impe-rator.* *Hier. in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum.*

HOc autem habebat pœnitentia ſolẽnis (quam humilimam Auguſtinus appellat)peculiare,quòd ſemel in eccleſia dabatur,non temerè reiteranda.Idque(vt idem ille teſtatur)cautè ſalubriterque præuiſum eſt,ne frequẽtius iterata viſeſceret,minúſq; vtilis eſſet medicina vilis ægrotis,quę tanto magis ſalubris eſt,quãto minus contemptibilis fuerit. quemobrem(vt Ambroſius inquit) meritò reprehenduntur, qui ſæpius agendã pœnitentiam putant,quia luxuriantur in Chriſto.Nã (vt ſubiicit)ſi verè agerẽt pœnitẽtiã,iterãdam poſtea nõ putarent:quia ſicut vnum baptiſma,ita vna pœni-

Augu.in 2.epiſ.ad Macedonium. *Ibidem.* *Amb.li.2 de pœn. cap.10.* *1.Tim.4.* *Ephe.4.*

tentia quæ tantum publicè agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc (nimirũ quotidiana pœnitentia) leuiorum, illa grauiorum. Vides quemadmodum Ambroſius diſcernat hãc quæ publicè agitur, hoc eſt ſolenné, à quotidiana. Quin Origenes videtur etiam hãc ſolennem, à ſimpliciter publica, de qua ſtatim diximus, diſcernere. Qui in Leui. homi. 15. ſic ait: Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, nõ in blaſphemia fidei (quę muro eccleſiaſtici & apoſtolici dogmaticis cincta eſt) ſed vel in ſermonibus, vel in morũ vitio cõſiſtat, huiuſmodi culpa ſemper reparari poteſt, nec aliquando tibi interdicitur de commiſsis huiuſmodi pœnitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus ſemel tantum, vel rarò pœnitentiæ conceditur locus. Iſta verò communia, quæ frequenter incurrimus, ſemper pœnitentiam recipiunt, & ſine intermiſsione redimuntur. Verum interim noſſe oportet, eccleſiam veterem etſi hãc ſolennem pœnitentiam in priſtinas ſordes relapſo vel omnino non daret, vel admodum rarò, ipſam tamen nulli ad ſe, quemlibet ſæpè lapſo, ac redeunti, gremium ſuum vnquam penitus ſeu omnino clauſiſſe. Quin potius conſtat, quoties pœnitentes & confeſsi ad eccleſiam matrem reuerterentur, à ſpe remiſſionis peccati nunquã deterritos, ſed magis ad deprecandam Dei clementiam, (cuius miſericordiæ non eſt finis) diligentiſſimè commonitos fuiſſe. Nam hic (vt Auguſtinus ait) quis audeat dicere Deo: Quare huic homini qui poſt primam pœnitentiã rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere, erga illos non agi, quod Apoſtolus ait: Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Quin Auguſtinus ipſe teſtis eſt, quandoque eundé pœnitendi locũ dari poſſe, ſed rarò: vbi verò idé pœnitendi locus nõ dabatur, non omnino repellebãtur, ſed recipiebantur reuertentes, nõ tamen ſine diſciplinæ ſeueritate. Nã etſi non daretur eis locus iterũ in eccleſia publicè pœnitendi, tamen eatenus recipiebãtur, vt intra eccleſiam fidelibus iungerẽtur, ac vt ſacris myſteriorũ celebritatibus intereſſent ſed à dñicę menſæ cõuiuio perpetuò ſegregarẽtur, vt hac diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigarent, & aliis exemplũ tribuerent ſe ab obſcœnis cupiditatibus retrahendi. Eiſdem etiã (quòd carnali fragilitate cecidiſſent) cum ad dominum cœpiſſent proficiſci, per cõmunionis gratiam

Orige. in Leuit. homil. 15.

Eccleſia etſi iterationem ſolennis non cõcederet, gremiũ tamẽ redeũti nunquã clauſit.

Pſal. 144

Aug. ad Macedonium.

Roma. 2.

Quomodo recipiebãtur olim lapſi poſt ſolennem pœnitentiam.

Cõmunio

tiam ſubueniebatur, hoc eſt in extremis cõſtituti, tandem reconciliabantur, vti canones Siricij pontificis cap. 5. & Innocentij primi cap. 2. teſtantur. Præterea qui ſemel publicè pœnituiſſent, non admittebantur ad clerum, quanuis corrişti & boni effeşti eſſent, quòd hæc pœnitentia infamiam quandam ingereret, quum aſciſcẽdos in clerum maximè ad epiſcopatum, ſacerdotium, & diaconatum, oporteret eſſe irreprehẽſibiles, etiam quod attinet ad vitam anteaşam: tãtum ſi neceſſitas aut vſus exegiſſet, iter Oſtiarios aut Leştores deputabãtur. Presbyteris quoque ac diaconibus ne tãtus gradus in eccleſia propter paucorum improbitatẽ vileſceret, hæc publica pœnitentia non imponebatur, niſi prius deponerentur. Sed vt inquit magnus ille Leo in canonibus ad Ruſticũ Narboñ. huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei priuata eſt expetẽda ſeceſsio, vt illis ſi ſatisfaştio fuerit digna, ſit etiam fruştuoſa. Item hæc pœnitentia coniugatis nõ dabatur, niſi ex conſenſu, quemadmodum Arelaten. cõcilium 2. teſtatur cano. 21. Denique conſulebatur iis, qui non ſperarent ſe hanc pœnitentiam explere poſſe, vt eandem differrent, ne (vt Ambroſius ait) ſi ſemel fuerit vſurpata, nec iure celebrata, nec prioris fruştum obtineret, nec vſum poſterioris auferret. Huius pœnitẽtię ritus penè totus in eccleſia abolitus eſt, partim incuria paſtorum, partim quòd delinquentes tãtam ſeueritatem detreştarẽt. Sed quis interim negauerit, inſtitutiones patrum noſtrorum eccleſiæ veteris reştas vias nunquam deſeruiſſe, bis felices, ſi poſteros reperiſſent qui eas alacriter inambulare pergerent?

illis tantũ i extrem. reddebatur.
Siricius c. 5.
Inn. 1. c. 2
Carth. cõcil. 4. c. 68
Tole. 1. c. itẽ placuit
1. Tim. 3.
Tit. 1.
Leo ad Ruſtic. Narbonẽſem.
Cõcil. Arelat. 2. c. 21. ca. ahenũ. 50. diſt.
Am lib. 22. de pœ. c. 11.

POenitentia ſimpliciter publica, at non ſolennis (quantũ ex Origenis, Ambroſij, Auguſtini, & cæterorum patrum diştis colligi poteſt) erat, quæ ꝑ deliştis, etſi mortalibus, tamen leuioribus, in morum vitio conſiſtentibus, quæ totam nõ commouiſſent eccleſiam imponebatur. Quinimo omnem pœnitentiam, quæ ſatisfaştionem publicam popoſciſſet, etſi deliştum ſecreto commiſſum & confeſſum eſſet, ſecundum hãc pœnitentiæ rationem, quis reştè publicam dixerit. Nam vt ex Origene & hiſtoria Tripartita cõſtat, presbyter qui erat ſuper pœnitentes, vir tenax ſecreti (nimirũ pœnitentiũ confeſsiones ſecreto audiens) confeſſos, modo tamen ratio deliştorum requireret, etiã hac pœnitentia grauabat, qua etſi ad populũ ſpeciẽ delişti nõ faterentur ipſi pœnitentes, ſe tamẽ

Pœnitẽtia publica nõ ſolennis.
Orige. in pſal. 37.
Tripar. hiſto. lib. 9. cap. 35.

peccaſſe grauiter, ipſa ſatisfactione publicitus declarabant. Hæc autẽ nõ habebat tantum auſteritatis, quantum ſolennis illa: nec omnino extra eccleſiam fiebat, ſed pœnitẽtes ſacris intereant, à communione tantũ ſeparati, de qua Sozomenes hiſtoriæ Tripartitæ lib. 19. (quem ſuprà in tractatu Cõfeſsionis citauimus) potiſsimum loquutus eſſe videtur. Hanc aiũt ſæpius iterari ſolitam Nec ab hac clericos ſeu ſacerdotes fuiſſe prohibitos, quemadmodum adhuc videmus ſacerdotes ob admiſſa crimina publica, ſuſpenſione à ſacris aut interdictione ingreſſus eccleſiæ, aut pœnam etiam carceris (vt vocant) clauſtralis mulctari. Cæterum & huius pœnitentiæ publicę vix vllum veſtigium in eccleſia reliquum eſt, niſi quòd ſynodorum, vt vocant, presbyteralium ſeu archidiaconalium correctio, in huius locum videtur ſurrogata. Quãquam & id ex veteri vſu relictum videtur, quòd ante initium Quadrageſimę, nempe feria quarta, quam Cinerum vocamus (qua die olim in veteri eccleſia populus per presbyteros conuocari, & pœnitentibus à confeſsis pœnitentia dari conſueuit) adhuc cinere tantum obſignamur: quódque eadem ac aliis quoque Quadrageſimæ diebus, ea reſponſoria ac preces dicimus, quę olim ſuper pœnitentes publicè recitari conſueuerunt, & quę eiuſcemodi pœnitentibus propriè conueniunt, nimirum vt meminerimus nobis pœnitentiam in cinere & cilicio ad maiorum noſtrorum exemplum, merito peragendam eſſe.

c. presbyter. 28. diſ. c. quęſitum. de pœn. & rem. ſ.

Vnde ortũ & relictũ quod in capite ieiunii cinere aſpergimur.

HAbemus itaq; in eccleſia ex omnibus pœnitentiæ ſpeciebus, vix eam quæ priuata dicitur, ſuperſtitem, quæ hodie adhibetur nõ tantum in delictis ſecretũ admiſſis (quibus peculiariter erat deſtinata) ſed & publicis, quanquam interim & hæc ſic paſsim nunc miniſtretur, accipiatúrque, vt potius ludus videatur, quàm pœnitentiæ datio. Atque vtinam vel hæc ſola in ſuum legitimum vſum reſtituatur, & piè in eccleſia geratur: quod tum demum futurum ſpes eſt, vbi pœnitentię ſacramentum (quod in hac priuata pœnitẽtia datur) cœperit & per ſacerdotes ex Dei ac eccleſiæ præſcripto ſyncerè adminiſtrari, & à populo debita cum pietate accipi. Commodum ergo nunc eſt, vt de pœnitentiæ ſacramento breuibus dicamus.

Pœnitentia priuata ſola adhuc ĩ vſu, quæ & quibuſlibet pœnitẽtibus in diſcrimina tim inducitur.

De pœni-

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

Sacramentũ pœnitentię quomodo à tota pœnitentia diſcernatur, initio diximus. Eſt itaq; pœnitentiæ ſacramentum, externum & viſibile ſignum pœnitentiæ interioris, & remiſſionis peccatorum ſeu gratiæ Dei, quam ipſe Deus efficaciter & certo (modò ritè accipias) in eo ſacramento operatur. Habet autem vt cætera ſacramẽta, ſuas partes, verbum & elementum. *Pœnitẽtiæ ſacramentum quid.*

Verbum huius ſacramenti, verbum abſolutionis eſt, quod ſacerdos vice Dei ad confeſſum peccata ſua pronũciat: Ego (inquiens) abſoluo te à peccatis tuis, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: quod huic diuinæ promiſſioni innixum eſt. Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Sunt qui hiſce verbis abſolutoriis pleraque alia addunt. Sed vt Ioannes Gerſonus rectè (noſtra quidem ſententia) dixit, erat hæc quam iam retulimus, verborum abſolutionis & breuitas & ſimplicitas retinenda, nec abſolutio verbis additis vel reſtringẽda vel inuoluenda. Nam ſacerdoti qui Chriſti vice fungitur, formula domini ſui non immerito imitanda eſt. Is abſoluens peccatores, ſimpliciſſimè dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Et cũ propterea hoc ſacramentum capiatur, vt conſcientia pauida & perterrefacta auditis verbis abſolutionis, certa conſolatione remiſsionis peccatorum adepta, læta à ſacerdote diſcedat, quis non videt ea omnia rectè omitti, quæ confeſſum adhuc hæſitantem ac dubitãtem, relinquere poſſint? Cæterum olim ſacerdotes antequam confeſſum abſoluerent, largiter pro eo dominum exorabant, ac etiam confitentem hortabantur, vt viciſſim pro eis precaretur, idque ex inſtituto Apoſtolico. Nunc tantum ſub abſolutionem precationes illæ, nempe: Miſereatur tui omnipotens Deus. Item, Indugentiam ac remiſsionem, &c. (id quod non negamus) piè & ſanctè recenſentur: abſolutionis autem verba in longum protrahuntur, quod non erat neceſſe, nec vt nobis videtur multum vtile. Quæ ſit autem huius verbi vis, & quis intellectus verborum promiſsionis, cui innititur, abundè explicatum putamus.

Verbũ huius ſacramenti. *Ioan. 20.* *Gerſonus.* *Verba abſolutionis debẽt ſimpliciſsimè ac breuiſsimè pronũciari.* *Matth. 9.* *Marc. 2.* *Luc. 5.* *Luc. 7.* *Iacob. v.lt.*

Elemĕtum huius ſacramenti.

Impoſitio man° quid ſignificet.

Man° dei.

ELemētum ſeu externum & viſibile ſignū huius ſacramē-ti, eſt ille corporis geſtus & actus, quo ſacerdos abſoluit confitentem, ſimilitudinem habens cum interiori abſolutione, qua Deus animam à peccatorum nexibus exuit. Nam verba abſolutoria externæ prolata, Deum intus dimittentem ſignificant. Quod præterea ex more eccleſiæ noſtræ, manus ſacerdotis ſuper caput pœnitentis imponitur, indicat manum Dei, hoc eſt diuinā virtutem, ſeu Spiritus ſancti gratiā emūdantem ac ſanctitatem, ſacramento adeſſe.

Pœnitētiæ perfectio per manus impoſitionē recipiebatur.

Cōcil. Carth. 1. c. 2. 3

Deinde manus impoſitio, apud veteres, ſignum erat reconciliationis. Vnde qui publicè pœnitebant, nō recipiebāt pœnitētiæ perfectionem, niſi per manus impoſitionem Epiſcopi, quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. Ergo cum peccator impoſita manu abſoluitur, nihil aliud deſignatur, quàm eum & Deo & eccleſiæ (à cuius ſaltem interno conſortio delinquens excidit) reconciliari.

Ritus qui huic ſacramento ex more eccleſiaſtico adhibētur.

Quæ peccata confitenda.

Quatenus venialia peccata cōfitenda.

Baſi. in reg. mon. c. 28.

Matth. 12

Quæ ſcrupulū conſciētiæ inijciūt cōfitēda ſunt.

Leui. 13.

Ambulare coram domino. Gene. 17.

RItus quos eccleſia in adminiſtratione huius ſacramenti adhibet, hi fermè ſunt: Principio à confitente requirit, vt ſimpliciter, purè, ac ſyncerè, tanquam coram Deo, aperiat ſacerdoti omnia (quæ ipſi poſt diligentem cōſcientiæ excuſſionem occurrūt) lethalia crimina, ac quæ conſcientiam onerant ac lędunt. Nam tametſi eccleſia non oneret peccatorem ad confitēdum omnia venialia (quòd id fuerit factu impoſſibile) tamen ſi venialia crebrius recurrant, omnino contemnēda nō ſunt, quod collecta non minus grauabunt & opprimēt, quàm vnum aliquod graue delictum. Et vt Baſilius ait: Nullum peccatum tanquam paruum contemni oportet, quod de omni verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, de eo rationem reddituri ſunt in die iudicij. Præterea, non tantū cōfitenda ſunt, quæ peccator certò ſcit eſſe lethalia crimina, ſed etiā ea, in quibus hæret ac dubitat, ſint ne crimina mortalia. Neq; enim poſtremus finis atq; vſus cōfeſsionis is eſt, ꝙ ſcilicet cōfitens, per ſacerdoté (cui iudicium datū eſt cognoſcédi ac iudicandi inter lepram & non lepram) inſtrui debeat, vt diſcernat inter peccatum & nō peccatum. Item cum oporteat nos coram Deo ſic conuerſari vt confidamus Deo facta noſtra cōprobari: idcirco dubitans, faciat ne bene an ſecus, is in anceps ſe periculum coniicit, atq; adeò in peccatum: quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, Roman. 14. Quanquam interim velimus hic leues cōiecturas & inanes ſcrupulos re-

lo's reiici:qui enim amat periculum,peribit in illo:ſed tãtum cum ratio probabilis dubitare facit, dubitatio per exomologeſim animo eximenda eſt. Circũſtantiæ quoq; quæ ſpeciem delictorum variant,exprimendæ ſunt. Circunſtantes particulæ(Gregorio Niſſeno teſte)ſunt,quis,quid,vbi,quando,qualiter,propter quid,videlicet perſona,res,organũ,locus,tempus,modus,cauſa. Ergo non tãtum tempus, locus & perſona, verũetiam animi malitia & tentationis magnitudo,conſideranda ſunt: Deinde etiã ad quàm multos vnius peccati noxa perueniat. Ex perſona delictũm fit capitalius. Grauius peccat ſacerdos aut princeps,quàm laicus aut priuatus. nugæ in ore laici(vt inquit Hieronymus)nugę ſunt:in ore ſacerdotis,blaſphemia. Sacrilegiũ furto maius eſt. Bis peccat,qui diem dominicum audiendis concionibus & ſacro, ac reconciliando Deo, excitandæque charitati in Deum ac proximũ deſtinatum,ineptis luſibus,ſcortis,temulentiis,obſcœnis fabulis,ac rixis etiã & pugnis tranſmittunt. Leuius peccat,qui per occaſionem in ſtuprum incidit,q̃ qui probam ac ſimplicem virginem, ex probis prognatam, deſtinatã honeſto matrimonio, malitioſis artibus diu ſolicitatam, tandem vitiat, ac deinde iactato etiam facinore reddit infamem, atq; aliis quoq; proſtituit. Grauius peccat,qui voluntariè in tentationem inductus per concupiſcentiam illectus labitur,quàm qui neceſſitate cecidit. Deniq; atrocius delinquit,qui ſacerdote,aut virum etiã talem occidat,à cuius conciliis tota reſpublica pendebat,aut ſi quis principem ad tyrãnidem inſtiget,quod eodem facinore plurimos læſerit. Hoc tamen omnino cauẽdum eſt,ne de his circunſtantiis ſacerdos confitentem ſic percontetur,vnde perſonæ quoq; poſſint agnoſci. Præterea,in peccatis quæ libidine cõmittuntur,periculoſa eſt mora in recenſendis vel percontandis circunſtantiis, tum ꝙ periculum eſt prodẽdæ perſonæ,cum qua admiſſum eſt peccatũ:tum quod ex hac recogitatione facilè ſubiret animum veteris voluptatis irritatio. Breuiter in circũſtantiis, neque cõfitentem neque confeſſarium ſacerdotem conuenerit eſſe vel nimis anxium,vel nimis remiſſum. Ea moderatio tenẽda eſt,vt ſaltem ſcrupuli, qui conſcientiam moleſtant,tollantur.

Prouer. 2.

Quæ circũſtantiæ peccatorũ confitendæ ſunt.

Vide Augu. de vera et fal. pœ. ca. 14. & lib. 2. de vi ſi. infirmo.

Ex perſona.

Ex tẽpore.

Gene. 20.

Ex animi malitia.

Vide cõcil. Ancyran.

Ex effectu

Quid cauẽdum ſacerdoti cõfeſſario ĩpercontando, quod ad circunſtantias attinet.

QVorũdam confitentiũ ineptitudinem,qui nullo ordine vel iudicio cõfitentur,ſacerdotibus interdum moleſtã eſſe quis negat? ſed erat hæc ineptitudo per cõfeſſarios

Ineptitudo confitentiũ per ſacerdotem corrigenda.

Prima. pia inſtructione corrigẽda. Scimus de confitendi ratione cõplures libellos editos, commemorantes quicquid inter homines committitur, aut committi poteſt, ſceleris. Qui vt rectè à confirmatis ætate vſuque rerum viris legãtur, ita noſtro iudicio periculoſè ſparguntur in vulgus, perculoſius animis innocentioribus offeruntur. Nam ſi non leuiter peccant ſacerdotes, qui ab omnibus ſciſcitantur de omnibus, nõ habita ratione ſexus, ætatis aut ingenij, quis neget hoſce libros periculoſè à quibuſdam legi? *Secunda.* Sunt qui peccatum actuale diſcernunt in peccatum tranſgreſſionis & omiſſionis, & ſingula genera in plurimas ſpecies diducunt. *Tertia.* Sunt quibus ea ratio cõfitendi placet, vt quæcunque confiteri velimus, memoriæ iuuandæ cauſa, in ſeptem aut octo illa genera peccatorũ lethalium, veluti in locos quoſdam communes, includamus: quæ ſunt ſuperbia, vana gloria, auaritia, ira, inuidia, luxuria, gula & acedia, ſeu triſtitia, quòd ex iis omnia vitia oriantur. *Peccata mortalia ex quibus cætera oriuntur. Superbia, Vana gloria, Auaritia, Ira, Inuidia, Luxuria, Gula, acedia, Triſtitia.* Ex ſuperbia enim (quæ initiũ eſt omnis peccati, & regina omnium malorum) naſcitur omnis inobedientia, omnis pręſumptio, & omnis pertinacia, contentiones, hæreſes, arrogantia. Ex vana gloria, iactantia, arrogantia, indignatio, diſcordia, inanis gloriæ cupido, & hypocriſis. Ex inuidia naſcitur odium, ſuſurratio, detrectatio, exultatio in aduerſus pximi, afflictio in proſperis. *Superbiæ filiæ. Vanæ gloriæ, Iræ Inuidiæ, Triſtitiæ, & Acediæ.* Ex ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, præſumptio, blaſphemiæ, ſanguinis effuſio, homicidia, vlciſcendi cupiditas, iniuriarum memoria. Ex triſtitia naſcitur malitia, rãcor animi, puſillanimi, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio, torpor, vagatio mentis, ſæpè etiam & præſentis vitæ nulla delectatio. *Auaritiæ.* Ex auaritia oriuntur inuidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapinæ, violentia, inquietudo, iniuſta iudicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis obliuio, obduratio cordis. *Gulæ.* Ex gula propagatur inepta lætitia, ſcurrilitas, leuitas, vaniloquium, immunditia corporis, inſtabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo ſenſus. *Luxuriæ.* Ex luxuria generatur otioſitas mentis, inconſideratio, inconſtantia oculorum, vel totius corporis præcipitatio, amor immoderatus ſui, odium mandatorum Dei, affectus præſentis ſeculi, horror & deſperatio futuri: atque hæc ferè ſunt, quæ præceptis decalogi prohibentur.

Peccatum aut animo aut vno Sunt qui confitendi locos ex ſeipſis petant, ꝙ omne peccatum, aut animo, aut aliquo quinq; ſenſuum committatur.

tur. Nam etſi omne crimen ex fonte cordis profic ſcatur, tamen quæ ad luxũ, libidinem, violentiam & contumeliã pertinent, magis ad ſenſus & membra corporis referũtur. Nobis vt ſingulæ iſtæ cõfitendi rationes minimè diſpliceant, tamen veteris eccleſiæ mos quod ad præſentium temporum conditionẽ attinet, magis placuerit. Olim confeſſarius ſacerdos de articulis fidei, & quæ illis cohærent eccleſiæ ſacramentis, ac præceptis dñicis interrogabat, hoc eſt de vita & moribus, ex quo cõfitentes duplicem fructum referebant. Primum, quod de fide & præceptis inſtituerentur: deinde, ꝙ in ſui ac peccatorum agnitionem (quæ ſalutis initiũ eſt) venirent. Quemadmodum ergo omnino velimus, vt ſacerdotes veterem eccleſiam in hoc imitentur: ita nobis ſimpliciſſima confitendi ratio videbitur, ſi cõfitentes doceãtur, omnino duo eſſe quæ in nobis Deus requirat, nempe fidem cum ſpe cõiunctam, & charitatem: fidem duo requirere, initio, vt quicquid ſymbolo apoſtolico ſummatim continetur, firmiter credamus. Secundo vt tota fiducia pręſentis ac futuræ vitæ cõſtituatur in Deo, vtque cõfidamus opera noſtra bona tanquam filiorum Deo placere. Principio ergo de diffidẽtia confitendũ fuerit, nempe ſi quis de vllo articulo fidei vel tenuiter hæſitauerit. Nã hic ante omnia pia inſtructione opus eſt, vt hæſitatio omnis per verbum Dei cordibus eximatur, & fides plantetur. Deinde quotuſquiſq; hominum totam ſuã fiduciam in Deũ collocat? Nunquid non ſinguli penè ſingulos ſibi facit Deos faciunt? Alius finem operum ſuorũ in faſtu ac vana gloria cõſtituit, alius in diuitiis confidit, alius ventrem curat, atq; alij alia reſpiciunt: interim de fide in Deum (cui omnia accepta referre, & à quo totos nos pendere oportet, vtcunque tãdem res iſtæ externæ cadant) parum aut nihil ſoliciti, atque interim quàm pauci ſunt, qui hãc ſuam diffidentiam atq. adeò idololatriam, peccatũ putant, cum tamen ſit omnium peccatorum fons & origo. Nã qui à fiducia in Deum prorſus alienus eſt, huius tota vita nihil aliud eſt, quàm vnicum peccatum, de quo Spiritus ſanctus mũdus condemnat. De hac ergo diffidẽtia initium rectè capietur, & inſtruetur per ſacerdotem confitens. Iam charitas ad duo ſe porrigit, charitatem Dei & proximi: vtranque Deus in decalogo præcepit, qui aptiſſima quædã methodus eſt, docens nos de omnibus quæ Deus & fieri velit & fieri nolit, ꝙ in eam omnes leges mo-

quinq; ſen ſuum committitur. *Matt. 15.* *Vetus confitendi ratio optima.* *Peccatorũ agnitio ſalutis initiũ.* *Quomodo docenda plebs eſt confiteri.* *Fides.* *Pſal. 62.* *Quomodo de diffidentia cõfitendum.* *Pſal. 48.* *Pſal. 51.* *Matth. 6.* *Ephe. 5.* *1. Timo. 6* *Ioan. 16.* *Augu. in Ioannem.* *Charitas decalogus aptiſſima methodus agendorũ.*

& omittẽ dorum. rales includi poſsint. Quum ergo omnino velimus ac cupiamus, vt nõ tantum priuatim, ſed & publicè ex ſuggeſtis, idq; frequentiſsimè populus in decalogo inſtituatur, vtque non ſolum plebs decalogum memoria tenere, ſed & quibus operibus ſingulis præceptis ſatisfiat, rurſus quibus contra ſingula peccetur doceatur, quã doctrinã in poſtrema parte huius inſtitutionis tradenus: fit vt ſperemus (id cum parochi factum curãt) fore, vt hinc plebs certiſsimã ſimul ac ſimpliciſsimã cõfitendi rationem ſibi facilimè colligat. Porrò ad memoriam iuuandam nihil magis profuerit, quàm frequens interior, cõfeſsio, quemadmodum ſupra docuimus. Præterea huc non parum fecerit, ſi pœnitẽs intuens in præcepta dominica recolat ſecum vbi locorum vixerit quibus in negotiis verſatus ſit, & apud quos vixerit. Vidẽdum autem eſt ſacerdoti, ne peccatum omiſsionis extenuetur, quod ſolet eſſe grauiſsimum, maximè in iis, qui authoritate aut dignitate præeminent, veluti ſunt epiſcopi, abbates, parochi, principes, magiſtratus & patres familias, qui quemadmodum multorum malo peccant, ita multorum malo ceſſant in officio. quæ autem horum officia ſunt, docebunt Loci communes, quos huic ſacramento annectemus, vt Confeſſarius ceſſantes corripiat, ac ſingulos de ſuo munere diligenter admoneat.

Populus in decalogo ſedulo inſtituẽdus.

Interior confeſſio frequens ad iuuãdã memoriã vtilis.

Eſaiæ. 15.

Loci communes.

De reſtitutiõe ciuili.

DE reſtitutione ciuili, anxij ſæpe ſunt confitentes & cõfeſſarij, idque rectè. Nam quis dubitat eam eſſe neceſſariam, ſaltem quoad fieri poteſt, quòd ſine ea fingere quidem poſsit quiſpiam ſe pœnitere, verè autem pœnitere nequaquã? Non ſolum autem ad reſtitutionem tenentur qui pecuniolam alterius ſuffurati ſunt, ſed in primis qui peſtilenti virulentáque lingua ſimplicium mentem corrumpunt, tranquillitatem animi proximo adimunt, obtrectationibus famam alienam lædunt, peruerſis conciliis publicam pacem perturbant, qui pudorem puellarũ corrumpũt, quos oportebat legis Moſaicæ cenſuram ſubire. Item omnes opifices, qui non ex fide cum proximo agunt, hoc eſt qui regulæ euangelicę obliuiſcũtur, quæ habet: Quod tibi nõ vis fieri alteri ne feceris. Et, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines ita & vos facite illis. Quæ omnia in explicatione Decalogi latius attingemus. Tantum de confitendi ritu dixiſſe ſuffecerit.

Qui teneãtur ad reſtitutionẽ.

Corruptores ſimpliciũ mẽtiũ.

Exod. 22.

Qui nõ ex fide cũ proximo agũt

Matth. 7.

Lucæ. 6.

Quid faciẽdũ ſacerdoti poſte-

POſtquam autem pœnitens peccata ſua confeſſus fuerit, rectè interrogat ſacerdos, an ei peccata præterita diſpliceant.

ceant,an propoſitum habeat adiutore deo ſe à peccatis deinceps continendi,quòd abſque contritione interna, cõfeſſio vocalis magis obſit quàm proſit. Quo facto,ſacerdos ſingulis morbis ſua remedia adhibebit,idque ex diuinarum ſcripturarum myrothecio, quarum ſyluam quandam dabimus in calce huius ſacramenti,quam qui volet,pro ſuo arbitratu ſecũdum rationem criminum,augere poterit.Nam ſuperbo rectè dixeris,Humilia te in conſpectu domini. Vanam gloriam ſectanti,Vide ne ob tranſitoriam gloriam,æternã perdas mercedem. Inuido,Peccatum tuum maximum eſt, quod diabolũ propriè parentem habet,cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarum.Age itaque pœnitentiam,& profectum aliorũ,tuũ deputa.Iracundo,Ira in ſtultorum ſinu requieſcit:dominari debes animo tuo,& hanc tranquillitatem mentis effugare. Auaro,Cogita quia radix eſt omnium malorũ cupiditas,& idololatriæ cõparatur. Ventris curam in deſideriis facienti,ſobrietas:Luxuriæ dedito,caſtitas ſectanda perſuadebitur. Cõtra acediam animam hominis aggrauantem, vt ei nihil boni agere libeat,ſedulitas.Contra triſtitiam,ob aduerſa hominis mentem occupantem, patientia & longanimitas inculcanda eſt.Et vt ſummatim dicamus, contraria contrariis antidotis curãda ſunt. Deinde poſtquam confeſſarius ſacerdos confitentem quantum ad corrigẽdam vitam ſufficere videtur, inſtruxit,tum ſtatim ſatisfactio,hoc eſt opus aliquod piũ,quod cum vitio perpetrato quammaximè pugnat, ipſi cõfeſſo imponitur,licet demum poſt abſolutionem peragendũ,niſi tamen aliud delicti & perſonæ ratio popoſcerit. Poſtea pro pœnitente,ad dominum fit pia deprecatio, in qua tamen ſacramenti vis non continetur.Poſtea pronunciatur abſolutio,in qua tota ſacramenti vis conſiſtit.

narrationẽ peccatorũ quod ad inſtructio nẽ cõfitẽtis attinet. *Quid ſiculcãdum ſuperbo,vanã gloriã ſectanti.* *Matth. 6.* *Inuido.* *Iracundo.* *Gene. 4.* *Auaro* *1. Timo. 5* *Ephe. 5.* *Guloſo.* *Libidinoſo.* *Acedioſo.* *De iniunctione ſatisfactionis.* *Deprecatio pro cõfitente.* *Abſolutio.*

HVius autem ſacramenti vim & efficaciam multiplicem eſſe cõſtat. Principalis finis eſt,vt pœnitẽs verbis abſolutionis aſſentiẽs referat beneficium remiſſionis peccatorũ & certiſſimam conſolationem reconciliationis,qua eccleſiæ rurſus inſeritur.Neque enim dubitãdum eſt, Deum(qui remittendorum peccatorum ligandi ac ſoluendi poteſtatem ſacerdotibus fecit) ipſum etiam miniſterio eorum potenter aſſiſtere, ſi tamen pœnitens ſpiritui ſancto obicem non poſuerit,hoc eſt per incredulitatem reſtiterit: nam mentiri non poteſt Deus in promiſſis lõgè veraciſſimus,etſi nos in-

De virtute & efficacia huius ſacramenti. *Ioan. 20.* *Tit. 1.*

Pſal. 50. Roma 3. 1.Pet.3. Rom.6. Sacramẽti pœnitentiæ vis.

digni ſimus quod ad nos attinet. In quam ſentẽtiam Dauid, Apoſtolo interpretante, dixit: Tibi ſoli peccaui, & malũ coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Vnde quemadmodum per baptiſmũ eximimur à tyrannide ſatanæ, & facti filij Dei inſerimur corpori Chriſti, quod eſt eccleſia, & in tam felix cõtubernium cooptamur & angelorũ & omniũ ad cœleſtem hæreditatem prædeſtinatorũ, vbicunque terrarum viuunt, vixerint, aut victuri ſunt, ita per miniſtrationẽ huius ſacramẽti in eãdẽ ſocietatẽ ritè reſtituimur. Prẽter hunc finẽ pleriq; alij ſunt minus principales.

Confeſſionis ſecretæ commoda.

2.The.2.

In primis, quòd non alia ratione aut citius, aut efficacius quàm ſacramentali confeſſione frangitur ſuperbia mẽtis humanæ, ac ceruix erecta cõtra Deum, quæ niſi magno ſtudio deprimatur, erigit tandem ſeſe aduerſus omne quod dicitur Deus: deprimitur autẽ cum homo prorſus ſibi diſplicẽs ſeſe Deo totũ ſubmittit. Porrò nulla poteſt eſſe maior ſubmiſſio, quàm vt homo ſponte ſeſe ſubmittat ad pedes hominis, eiq; prodat nõ ſolum facta, ſed & cogitata. Atque interim experiẽtia docet, nulla ex re plus lucis & gratiȩ cœleſtis capi, quã ex ſyncera confeſsione, cui plena cõſolationis ſuccedit abſolutio, nimirũ quòd Deus ſuperbis reſiſtat, humilib[us] autẽ det gratiam.

Chryſoſt. Pudor cõfeſſionem impediẽs. pellẽdus.

Quamobrem hunc fructum nullus pudor debet excludere, prẽſertim cogitãti, tolerabilius eſſe hic apud hominẽ ſemel pudeſcere, quàm pòſt erubeſcere in cõſpectu Dei, angelorum & ſanctorum omnium, certè cuius animus vehementer refugit ſe ſacerdoti ſubmittere, is (noſtra ſententia) nondum cor ſatis deiecit apud Deum, nec ex animo ſatis adhuc pœnitet, vt ſileamus par eſſe, vt quemadmodũ totus homo ſe erexit contra Deum, ita corpore quoque ſeſe ſubmittat, quod ſæpenumero occaſionem peccandi præbuit.

Secunda vtilitas cõfeſſionis.

Secũdo vſus ſacramenti ad hoc quammaximè valet, quòd hinc diſcamus noſſe nos ipſos (quæ eſt præcipua ſapientiæ pars) quòd confeſſio totum hominem ſibiipſi ſubinde ponat ob oculos, excuſſis omnibus animi latebris, dum penitus conſiderat, quò vocẽt prȩcepta Dei: cõtrà, in quæ ipſe propẽſus ſit, & quibus occaſionibus labatur. Atq; hȩc eſt vera meditatio in lege Domini, vt homo componat ſe ad eum vitæ ſtatum, in quo ſe cuperet eſſe, ſi iã ſupremus vitæ dies vrgeret.

Vna meditatio ĩ lege Domini. Peccatorũ agnitio ex cõfeſſione.

Interim docet confeſſio agnoſcere peccatum. Nam pleriq; ſunt, qui vel per ætatem, vel per imperitiam non intelligunt

morbum

morbũ ſuum,per errorẽ iudicãtes nullum eſſe delictũ,quòd crimen eſt capitale:contrà,hoc eſſe crimen quod crimẽ non eſt:quidam ſic inuoluti ſunt,vt ſeipſos extricare nõ poſsint qui ſacerdotem Confeſſarium deſiderant,hominẽ integrum, prudentem, ac ſacrarum literarum ſcientia inſtructum. *Homines inuoluti.*

Tertiò,hoc remedio maximis quibuſdam malis medetur ſacerdos, quæ ſunt peſtilens ſecuritas,& hac etiam peſtilentior gloria de peccatis,deniq; deſperatio diuinæ clementię, cuius primus author fuit Cain detrectans confeſſionem. *Gene.4.*

Quartò,hoc ſacramentum non mediocriter iuuat ad parandam idoneã deteſtationem commiſſorum, ex amore Dei proficiſcentem,ac ſerium certumq; propoſitum,in poſterum ab omnibus abſtinendi quæ Deum offendunt.

Quintò,pudor retegẽdi ſecreta peccatorum,velut expiatio quædam eſt,quæ bonam penè partem adimit,hominémque cohibet,ne facilè relabatur in eadem.

Sextò,confitens non ſolum cõſolationem remiſſionis peccatorum accipit,ſed etiam conſilio exhortationeq;,ac precatione ſacerdotis iuuatur,quam plurimum valere Iacobus teſtatur. Hactenus de huius ſacramenti virtute *Iaco.vlti.*

IAm quo affectu pœnitentem ad ſacerdotem accedere oporteat,ex ſupradictis ſatis intelligi poteſt.Debet enim ſacerdotem accedere non vt hominem, auditurus ex eo quid humanũ,ſed vt vicariũ Chriſti,cuius legatione fungitur,vt audiat ex eo diuinum verbũ abſolutionis,cui fidem adhibẽs,de remiſſione peccatorũ ſe certũ faciat,atq; in primis eum affectum adhibere debet,quem habent lethalibus morbis occupati cũ ad medicum cõfugiunt,ſine cuius ope mortem oppetituri ſibi vidẽtur.quin hoc maiorẽ pœnitentis affectũ eſſe conuenerit,quãto vulnus animæ omni plaga corporali periculoſius eſt. Hũc affectum reſipiſcenti,verbum Chriſti ingenerat,quo nos certos reddit,vt quib⁹ peccata ſacerdotes remiſerĩt,illis remiſſa ſint. Exomologeſim itaq; facturo ſic cogitãdum eſt,ſacerdotẽ angelum eſſe Domini, quemadmodũ propheta dixit:Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã,& legem exquirũt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Itidẽ eum eſſe ſcribã illũ,de quo Chriſtus dixit:Omnis ſcriba doctus in regno cœlorũ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Ad hęc ſacerdotẽ deſignatum eſſe per ſtabulariũ illum euangelicũ,cui Samari- *Quo affectu ad ſacerdotẽ accedendũ.* *2.Cor.5.* *Pœnitẽtis affectus erit inſtar affectus ægroti.* *Ioan.20.* *Auguſt.* *Malac.2* *Matt.13.* *Lucæ.10.*

tanus verus ille hominũ cuſtos, Chriſtus, duos denarios protulit in curam vulnerati, quæ cùm recolit pœnitens fieri nõ poteſt quin magno quodam deſiderio ad ſacerdotem properet, veluti ad eum à quo certam ſalutem ſit relaturus, & ſaluberrimam ſitim remiſſionis peccatorum, potu aquæ ſalutaris remiſſionis peccatorũ reſtincturus. Quem putas tam ſocordem, qui non longiſſima itinerum ſpatia præter omnem mo ram alacriter ac libenter eſſet emẽſurus, ſi ex Chriſto domino audire poſſet, Dimittuntur tibi peccata tua? & tamẽ ſi fidem ad ſacerdotem Chriſti vicarium attuleris, nihil minus au dies, nec minori cum fructu. Ille poteſtatẽ ſuam ſacerdotibus conceſſit, ac vt verbis ſuis fidẽ adhiberes voluit: ergo beatus qui non vidiſti & credidiſti. Qualis autem ſacerdos tibi deligẽdus ſit, ſuperius ex patribus indicauimus. quem etiam vt facilè reperias, nobis epiſcopis incũbit, vt qui officio noſtro in eccleſiis noſtris fungũtur, viri ſint & ſapientes, & diſcreti, qui cum poteſtate iudicium habeant coniunctum.

Matt. 9. *Marci. 2* *Luc. 5. 7.* *Ioan. 20.* *Marc. 2.* *Ioan. 20.*

Miniſter huius ſacramẽti. *Sacerdos qualis.*

Miniſter huius ſacramenti, ſacerdos eſt. videbit autem quilibet ſacerdos, ne tam arduum confeſſionis audiẽdi munus ſuſcipiat, niſi doctrina, animi rectitudine, prudentia, ſed ante omnia pietate ad hoc ſit idoneus: qui ſi quid aliòqui habeat affectus humani, videat tamẽ ac curet, vt auditurùs confeſſionem, non priuati hominis, ſed ſacerdotis, imò Chriſti perſonam ſumat, neque quicquam habeat præ oculis, niſi Deum, cuius illic quodãmodo vices gerit. Præparabit itaque ad rem tam ſeriam tamque ſacram animum, ne malum medicum præſtans, & proximi morbum augeat, & iram Dei in ſe prouocet, & vterq; ab altero diſcedat deterior. Ante omnia ſobrium ac ſilentij tenacem eum eſſe oportet: præterea debebit ſic moderari omnia, vt percontationes ſuas nõ vltra proferat, quàm neceſſe ſit ad criminis cognitionem, ne ſcilicet inficiat animos ſimplicium & infirmorum: nec tamen interim ſinat ignorari, quod ignoratum, vitari curari ve non poterat. Sic eſſe affectus, vt malis hominum, cum Paulo Apoſto. illachrymet, vt tanto inſtantius oret ac vigilet pro grege dominico, quo videt morbos eſſe maiores, quibus is tenetur occupatus: cogitans eos morbos gregem non fuiſſe inuaſuros, ſi ipſe & cæteri quibus hoc munus concreditum eſt, doctrina, monitis, increpationibus, & obſecrationibus aduigilaſſent.

Medici. *Sobrius.* *Diſcretus* *Silens.* *Roma. 9.*

Breuiter

Breuiter nõ eſt idoneus ſacerdos, qui non gerit paterna viſcera erga gregem ſuum, qui nondum nouit cũ confitentibus indoleſcere & cõpati infirmitatibus eorũ, quales ſunt qui ex hominũ malis criſtas tollunt, & ſuperciliũ adducũt. Hic verò ſolus idoneus eſt, qui nouerit infundere vinum & oleũ verbum ſcilicet correptionis & cõſolationis: ſic tamen vt in conſolationẽ ſemper procliuior ſit, præſertim vbi intellexerit pœnitentẽ ex animo reſipiſcere. Quãquàm verò ſacerdotem talem eſſe oporteat, nõ minus tamẽ hoc ſacramentũ percipitur ab indigno quàm à digno miniſtro: ſi tamen confitens veram contritionem & rectã fidem attulerit. Nam (vt Auguſtinus inquit) propterea dictũ eſt à Domino in Numeris ad Moyſen & Aaron ſacerdotes, Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſraël, & ego dominus benedicam eos: vt gratiam traditam per miniſterium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas ſacerdotũ obeſſe vel prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Nã quãta ſit dignitas ſacerdotalis officij & ordinis, ſatis dicat nequiſsimus ille Caiphas, de quo dictum eſt: Hoc autem à ſeipſo non dixit, ſed cũ eſſet pontifex anni illius, prophetauit: quo oſtenditur, ſpiritum gratiarum non perſonã ſequi digni vel indigni, ſed ordinem traditionis. Non itaque perſona ſacerdotis ſpectãda, ſed Chriſt⁹ (cuius ſacerdos miniſteriũ gerit) intuendus eſt. is enim ſolus peccata dimittit, qui ſolus ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt, qui eſt agnus tollens peccata mundi. Verbum Dei (inquit Ambroſius) dimittit peccata, ſacerdos eſt iudex. Sacerdos quidem officiũ ſuũ exhibet, ſed nullius poteſtatis iura exercet. Sed dices, quid ſibi vult, quòd patres non ſemel dicunt, à ſolis ſanctis & colũbæ membris dimitti peccata? Vt autẽ intelligas quid quęratur, repetere animo oportet, Omnem hominẽ Chriſtianum qui ſeſe lethalibus criminibus etſi occultè cõtaminat, nõ ſolum in Deum, ſed & in eccleſiam, hoc eſt in cœtum ſanctorum omniũ peccare. Eoipſo enim quòd exit à veritate, à fide, à charitate, de caſtris eccleſiæ exit: ac ſtatim cũ lethaliter delinquit, ſeſe ab occulta illa cõmunione ſanctorũ, qui vno fidei & charitatis ſpiritu, ſub vno capite Chriſto, toto terrarum orbe, arctiſsimo quodã vnitatis vinculo ſibi cohęrẽt ac cõnectuntur, ſeparat: atq; hoc ipſi facit, vt iam & in cœlo & in terra ligatus cẽſeaẽ, etſi nondũ Epiſcopi voce ligetur.

Lucæ. 10.
Vinũ & oleum.
Galat. 5.
August. lib quæ. Veteris et noui testa.
Nume. 6
Ioan. 11.
Caiphas.
Aug. cõtra Iulianum.
Marc. 4.
Roma. 4.
Ioan. 1.
Amb. de pœni. diſt. 1. c. verbũ Dei.
Quæſtio.
Origenes in Leuit.

Dilutio quæſtionis. Talem ergo hominem,modo ſalutis ſuę rationem vllā habere velit,& in Dei,& in ſanctorum omnium gratiā redire neceſſe eſt:quod aliter fieri nō poteſt,niſi & De⁹ & tota eccleſia ſanctorū, eum in gratiam & cōmunionē,à qua propria malitia excidit,rurſus recipiant,hoc eſt peccata dimittant. Itaque dum quęritur,nū à ſolis ſanctis dimittātur peccata:reſpōdendum eſt:Nos hic ad duo reſpicere oportere. Primū,ad id quod reuera agitur,cum dimittuntur peccata. Secundo,ad miniſterium reconciliationis. Exemplo res fiet dilucidior: Quum populus Romanus quępiam proſcriptum *Simile.* in gratiam recipere velit,& ad hoc miniſterio vniuſcuiuſlibet hominis vtitur:hic populus Romanus eſt qui noxā remittit, qui ius ciuitatis reddit,& proſcriptū in conſortium ſuum iterū recipit,Legatus tantum miniſterio fungitur,populus Romanus reuera dimittit culpā. Legatus verò nō aliter quàm populi Romani nomine Ad eundem modū cum peccata dimittuntur,dicendum eſt, ſolos ſanctos & colūbæ membra,propriè peccata dimittere. Nā ipſi ſunt qui peccatorē à ſe abalienatum,cùm veraciter ad Deum cōuertitur, rurſus in ſuum conſortium recipiunt. Sacerdos tantū miniſteriū exhibet. Atque hoc ipſum eſt,quod ait Auguſtinus: *Aug. de bapti. paruulorum. cap. 7.* Cum veraciter,inquit,ad Deum,conuerſo,peccata dimittū tur, dimittūtur ab eis,quibus ipſe veraci cōuerſione cōiungitur,ſpiritus ſanctus ea dimittit,qui datus eſt omnibus ſanctis ſibi charitate cohærētib⁹,ſiue ſe nouerint corporaliter, ſiue non. Similiter cū alicuius peccata retinentur,ab eis tenentur,à quibus ille cordis prauitate diſiungitur,ſiue notis corporaliter,ſiue ignotis. Omnes enī mali ſpiritualiter à bo- *1. Cor. 2.* nis ſeiuncti ſunt. Et alibi: Eccleſiæ charitas quæ per ſpiritū *Roma. 5.* ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participū ſuorum peccata dimittit:eorum autem qui non ſunt eius participes, *Ioan. 20.* tenet. Ideo poſteaquàm dixit: Accipite ſpiritum ſanctū,continuò de peccatorum remiſſione ſubiecit, Quorū remiſeritis peccata, remittūtur eis,&c. Re ipſa ergo ſancti ſint,qui peccata remittunt:ſed quoniam eccleſia ſanctorum occulto vnius eiuſdēq; ſpiritus vinculo,cohęrēs,toto orbe diſperſa eſt,nec ſimul in vnum locum cōgregari poteſt,vt ab eius ore peccator verbum remiſſionis peccatorū audiat:idcirco miniſterium ſacerdoti in eccleſia conſtitutū eſt:vt quod ſacerdos eccleſiæ nomine fecerit,tota eccleſia piorum feciſſe cenſeatur.

cenſeatur. Iam vt nihil prohibet hominē etiam criminoſum, honeſtæ cuiuſpiam reipublicæ procuratorem eſſe poſſe, qui reipublicę nomine contrahat ac reſcindat: ſic nihil repugnat, ſolos pios vbiuis terrarum conſtitutos, ſiue notos, ſiue ignotos veraciter conuerſo peccata re ipſa dimittere, & tamen in hoc vti miniſterio ſacerdotis, etſi mali. Quamobrem pulchrè dixit (cuius verbis libenter vtimur) Auguſtinus: Sacramentum gratiæ dat Deus, etiam per malos: ipſam vero gratiam nō niſi per ſeipſum vel per ſanctos ſuos. Et ideo remiſsionē peccatorum vel per ſeipſum facit, vel per ipſius columbæ membra, quibus ait: Quorum remiſeritis peccata, &c. Interim extra publicum eccleſiæ miniſterium (quòd ſcilicet eadem virtute ac efficacia miniſtrant mali, qua boni ſacerdotes, modò tamen ab eccleſiæ conſortio reſecti non ſint) conſtat multum inter benedictiones bonorum & malorum hominum diſtare. Legimus enim benedictiones patriarcharum, prophetarum, atque multorum aliorum ſanctorum hominum, longè efficaciſſimas fuiſſe, malorum vero nequaquam. Efficax eſt enim ſanctorum ſpiritus propter inhabitantem Deum in ipſis. Sed malorum ſpiritus longe ſecus habet, licet quum publico miniſterio funguntur, ſacramentorū efficaciæ (quæ magis Deus quàm ipſi operantur) ſua priuata malitia nihil detrahere poſſint. Aliud eſt enim priuatim benedicere, aliud publicum miniſterium gerere. Vt ergo hanc rem ſemel finiamus, in ſacerdote non perſona hominis, ſed Chriſti, cuius vices gerit, ſpectanda eſt: & firmiter credendum, quòd reconciliatio ſacerdotis in verè conuerſo hoc intus operetur quod deſignat, nempe abſolutum non tantum militanti, ſed & triumphāti eccleſię recōciliari. Quid enim aliud eſt, Quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo: quàm ſi dicat, Ego Deus & omnes cœleſtis curię ordines & omnes ſancti in gloria mea, laudant vobiſcum & confirmant, quos ligatis & ſoluitis? Quamobrem Deus modis omnibus à nobis collaudandus eſt quòd dederit talem poteſtatem hominibus.

Aug. de baptiſ. paruulorum.

Inter priuatas benedictiones bonorū ac malorū multū intereſt.

Gene. 27. 48.

4. Re. 4.

Vide Athanaſium in vita Antonij.

Aliud eſt priuatim benedicere, aliud publicum miniſteriū gerere.

Aug. lib. de pœnit.

Matt. 18.

Matt. 11.

Marc. 2.

LOCI COMMVNES EX ſcripturis diuinis excerpti, quos ĩ numerato habere debet Parochus ad cõmonẽdũ quẽque, præſertim quũ Exomologeſim facit officij & functionis ſuæ ſecũdũ ætatẽ, ordinẽ, affectum, ac vitæ genus quod amplectitur.

EPISCOPORVM, parochorũ, ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorũ, clericorum omnis generis, deniq; eorũ qui monaſticæ vitæ ſunt addicti, munera, & functiones, quæ ſingulos ordines ac ſtatus propriè ac peculiariter reſpiciũt: canones Cõcilij noſtri prouincialis, quin potius euãgelicę & apoſtolicæ præceptiones, quas illic citauimus, & in tractatu de ſacramento Ordinis copioſius adferemus, exactè deſcribunt, vt eadem hîc vel referre vel repetere non ſit opus.

Quid viciſſim debeant laici epiſcopis ſacerdotibus, ac maximè parochis.

IN primis orabunt pro eis omni tempore, in ſpiritu, vt detur eis ſermo in apertione oris ipſorum, cum fiducia notũ facere myſterium Euangelij, pro quo legatione funguntur. Ad Ephe. 6. Coloſſ. 4. Act. 12. Et audient eos. Sic enim Chriſtus apud Lucam cap. 10. ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Et vt ſit ſacerdos aut Parochus vitæ nõ admodum inculpatæ, non tamen ordo & munus iniuria afficienda ſunt, ſed magis obtemperandum ipſis eſt verbum Dei miniſtrantibus. Sic enim Chriſtus in Euangelio Matth. 23. Super cathedram, inquit, Moyſi ſederũt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite, ſecũdum verò opera eorũ nolite facere. Ac Paulus: Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris redditurì, vt cum gaudio hoc faciant, &
1.Tim. 5 non gementes, Hebr. 13. Et alibi: Qui bene pręſunt presby-
1.Cor. 9. teri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant
Matt. 10. in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura. Non alligabis os
Luc. 10. boui trituranti. Et, Dignus eſt operarius cibo ſuo. De victu
1.Tim. 5. parochis ſuppeditando, Canones Concilij noſtri prouincialis fu-

lis fuſius docent ac commonefaciunt.

De principum ac magiſtratuum ciuilium munere.

ET nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, Pſalm. 2. Non eleuetur cor regis in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dextram vel ſiniſtram, ſed deſcribet ſibi Deuteronomium legis, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cęremonias quæ in lege præcepta ſunt, Deuter. 17. Meminiſſe debent magiſtratus, omnem poteſtatem à Deo eſſe, ſicut ſcriptum eſt, quia non eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt, Roma. 13. Item ad ipſos eſſe dictum: Diligite ergo iuſtitiam qui iudicatis terram, Sapientiæ 1. Poteſtati dicitur: Nō facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis, nō conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuſtè iudica proximo tuo, Leuit 19. Siue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus nulla erit diſtātia perſonarum: ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt, Deute. 1. Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapiētum, & mutant verba iuſtorum, Deute. 16. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis? iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate, eripite pauperem de manu fortiorum eius, de manu peccatorum liberate, Pſal. 81. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, Eſaiæ. 1. Si introierit in cōuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis, tu ſede hic bene, pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum veſtrarum? Si enim perſonam reſpicitis, peccatum committitis, redarguti à lege tanquam tranſgreſſores, Iac. 2

Quid debeant ſubditi magiſtratibus.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem?

ſi atem bonum fac,& habebis laudem ex illa. Dei enim mini ſter eſt tibi in bonū.Sin autem malū feceris,time.Non enim ſine cauſa portat gladium . Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Ideóque neceſsitate ſubditi eſtote, nō ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim &tributa prȩſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruiētes.Reddite ergo omnibus debita:cui tributum,tributum:cui timorem,timorem:cui honorem, honorem, Roma. 13.Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari:& quæ ſunt Dei,Deo; Matth.22. Deū timete,regem honorificate,& ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū,ſiue regi quaſi præcellenti,ſiue ducibus tanquā ab eo miſſis,ad vindictam malefactorum,laudem verò bonorum:quia ſic eſt volūtas Dei,vt be nefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiū hominū igno rantiam,quaſi liberi,& non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem. 1.Petri 2. Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes,orationes,poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate : hoc enim bonum eſt & acceptū coram ſaluatore noſtro Deo,primæ Timothȩi ſecūdo. Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare,non litigioſos eſſe.omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. 1. Timoth.3.

Maritorum officium.

VIri cohabitent ſecūdum ſcientiam,quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ,& non impediantur orationes veſtrȩ, 1. Petr.3. Viri diligite vxores veſtras,ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam,& ſeipſum tradidit pro ea,vt illam ſanctificaret,mūdās eā lauacro aquæ in verbo vitæ,vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam,non habentem maculam aut rugam,aut aliquid huiuſmodi,ſed vt ſit ſancta& immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas,vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius : propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum

cramentum hoc magnum eſt in Chriſto & in eccleſia. Verũtamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, Ephe.5. Viri, diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe erga illas. Coloſſ.3.

Vxorem munus.

SImiliter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant. Conſiderantes in timore ſanctam conuerſationem veſtram. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in corruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, ornabãt ſe, ſubiectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius eſtis filiæ benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem. 1. Petri.3. Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut domino. Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus eſt caput eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Vxor ergo timeat virum ſuum, Ephe.5. Mulieres in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres, promittẽtes pietatem per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat, cũ omni ſubiectione: docere mulieri nõ permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adã non eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta, in præuaricatione fuit Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cũ ſobrietate 1. Timot.2. Vult denique Apoſtolus eas eſſe prudentes, non detrahẽtes, pudicas, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei. 1. Timoth.2. ad Titum.2.

Parentum erga liberos.

VOs patres nolite ad iracundiã prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione domini. Epheſiorum 6. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant, Coloſſ.3. Tu autem mone adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant. ad Titum 2.

Liberorum erga parentes.

FIlij, obedite parentibus veſtris in domino. Hoc enim iuſtum eſt: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſsione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, Ephe.6. Filij obedite parentibus veſtris per omnia. Hoc enim placitum eſt in domino, Coloſſ.3.

Seruorum, ancillarum, mercenariorum, operariorum erga dominos.

SErui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiēs iniuſtè. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum, primæ Petri ſecundo.

SErui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo, cū bona voluntate ſeruiētes, ſicut dn̄o, & non hominibus: ſcientes quoniam vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à dn̄o, ſiue ſeruus, ſiue liber. Ephe.6. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculū ſeruiētes, quaſi hominibus placētes, ſed in ſimplicitate cordis, timētes dominū. Quodcūq; facitis, ex animo operamini, ſicut domino, & nō hominibus, ſciētes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruite. Qui enī iniuriā facit, recipiet id quod iniquè geſſit, & non eſt perſonarū acceptio apud Deum. Coloſſ.3. Quicūque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrētur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur. Qui autē fideles habēt dominos, non contēnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt, & dilecti, quia beneficij participes ſunt. 1. Timot.6. Seruos oportet dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placētes, non contradicentes, nō fraudātes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes, vt doctrinā ſaluatoris noſtri Dei ornent in omnibus, ad Tit.2.

Dominorum, patrum & matrumfamilias erga ſeruos.

ET vos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſciētes quia & illorum & veſter dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio nō eſt apud Deum, Ephe.6. Domini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate, ſciētes quòd & vos dominum

minum habetis in cœlo,Coloſſen.3.

Quid militibus inculcandum.

NEminem concutiatis,neque calumniam faciatis,& contenti eſtote ſtipendiis veſtris,Lucæ tertio.

Quid publicanis.

NIhil amplius quàm quod cõſtitutum eſt vobis faciatis, Lucæ tertio.

Quid diuitibus.

DIuitibus huius ſeculi præcipe,nõ ſublimè ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarũ,ſed in Deo viuo,qui præſtat nobis omnia abundè ad fruẽdum,bene agere,diuites fieri in bonis operibus,facilè tribuere,communicare, theſaurizare ſibi bonum fundamentum in futurum,vt apprehendant vitam æternam.1.Timoth.6.

Quid quibus victus ſuppetit.

EST quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum , haud dubium nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimẽta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua , quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, inſeruerunt ſe doloribus multis, primæ Timoth. ſexto.

Quid mendicantibus validis,& qui ocio torpentes fraude victum conquirunt.

IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Gene.3. Qui furabatur,iam nõ furetur,magis autem laboret,operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti, Epheſ. 5. Denunciamus vobis fratres (inquit Paulus,ſeipſum eis exemplum proponẽs)in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti , vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè,& non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis.Ipſi enim ſcitis,quemadmodum oporteat imitari nos,quoniam non inquieti fuimus inter vos,neque gratis panem manducauimus ab aliquo,ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes,ne quem veſtrum grauaremus,vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.Nam & cùm eſſemus apud vos,hæc denunciabamus vobis,quoniam ſi quis non vult operari,nec mãducet.Audiui-

mus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes,ſed curioſè agētes.His autem qui eiuſcemodi ſunt, denunciamus & obſecramus in domino Ieſu,vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent.2.ad Theſſal.3.

Quibus ſenibus.

VT ſobrij ſint,pudici,prudētes,ſani in fide,in dilectione,in patientia ad Titum 2.

Quid iuuenibus.

IVuenes ſimiliter hortare,vt ſobrij ſint,ad Titũ 2.Adoleſcentes,ſubditi eſtote ſenioribus.Omnes enim inuicē humilitatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei,vt vos exaltet in tempore viſitationis.1.Petri 5.

Quemadmodum admonendæ anus.

ANus,vt in habitu ſancto ſint,nō criminatrices,nō multo vino ſeruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant,ad Titum 2.

Quemadmodum viduæ.

SI qua vidua filios aut nepotes habet,diſcat primū domum ſuam regere,& mutuam vicem reddere parentibus,hoc enim acceptum eſt coram Deo. Quæ autem verè vidua eſt & deſolata,ſperet in Deum,& inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die.Nam quæ in delitiis eſt viuēs,mortua eſt. Et hoc præcipe vt irreprehenſibiles ſint.Volo autem iuniores nubere,filios procreare,matresfamiliâs eſſe,nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.1.Timoth.5. quanuis Paulus ibidem potiſſimum de viduis quę eccleſiaſtico miniſterio deſtinantur,loquatur.

Quemadmodum virgines.

QVi ſine vxore eſt,ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomodo placeat Deo. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ dñi ſunt,vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Nā qui ſtatuit in corde ſuo firmus,nō habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis,& hoc iudicauit in corde ſuo,ſeruare virginem ſuam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit. melius facit. 1.Cor.7. Quæ virginitatem aut cœlibatū vouit, ſiue virgo, ſiue vidua fuerit, videat ne voti rea dānationem ſibi acquirat,quòd primam fidem irritam fecerit. 1.Timo.5.

Generalis admonitio.

Seniorem

SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem, Iuuenes vt fratres, Anus vt matres, Iuuenculas vt ſorores, in omni caſtitate. Viduas honora quæ verè viduæ ſunt. 1. Timo. 5.

Quid omnibus debeamus.

QVi habet duas tunicas, det nõ habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Luc. 3. Nemini quicq̃ debeatis, niſi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem adimpleuit. Nam in hoc verbo omne mandatum inſtauratur, Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum nõ operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio, Roma. 13. Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus hominibus, Eph. 6. In fide omnes vnanimes, cõpatiẽtes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed ecõtrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonũ: inquirat pacem, & ſequatur eam: quia oculi dñi ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorũ: vultus autem dñi ſuper facientes mala 1. Petr. 3. In hoc enim apparuit gratia Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes omnem impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem in aduentũ gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio, ad Tit. 2.

DE ORDINIS SAmento.

DE ſacramento Ordinis quàm poterimus paucis agemus: nam pleraque quæ huc ſpectãt, tractata ſunt in canonibus Cõcilij noſtri puincialis, & in articulum ſymboli, quo profitemur nos credere, Eccleſiam ſanctam catholicam. Principio verò repetendum nobis eſt, eccleſiæ hoſtes hoc ſemper maximo ſtudio quæſiſſe, vt ordinem ex eccleſia tollerent, ex *Studium hæreticorum.*

Tertullianus. ſacerdotibus (vt Tertullianus ait) laicos facientes, & ſacerdotalia munera laicis iniungentes: quo nihil aliud agunt, quàm vt ſublata legitima miniſtrorum poteſtate gratiam coniunctam habente, & ſacramẽta & alia omnia quæ in eccleſia miniſtrorum opere peraguntur, euileſcere faciant, qua doctrinæ peſte nullam peſtilentioré eſſe veteres aſſeuerant. *Obiectio aduerſariorum.* Vt autem tam pernicioſum dogma plebi ex ſcripturis peſſimè detortis perſuaderẽt, nempe: Nullum eſſe ſacerdotij diſcrimé, Omnes ex æquo presbyteros eſſe, omnes eandem habere poteſtatem, Ordinem nihil eſſe quàm ritum quendam eligendi concionatoris in eccleſia: verbi quoque & ſacramentorum miniſterium non niſi laicorum cõſenſu committi, in primis huc detorquent, quod Petrus Apoſtolus, omnes Chriſtianos *1. Petr. 2.* alloquens, ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Et quod Apocaly. 1. ſcribitur: Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & patri. Itẽ quod Paulus. 1. ad Cor. 12. dixit: Etenim *Dilutio* in vno ſpiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno *Duplex ſacerdotium ac regnũ ĩ ſcripturis.* ſpiritu potati ſumus, &c. Verum quàm errent iſti, modò tamen idem quod dicunt ſentiant, quis non videt? Nam rudem admodũ in literis ſacris eum eſſe oportet, qui non intelligat ſcripturas de duplici ſacerdotio atque etiã regno loqui. *Internum.* Siquidem aliud eſt internũ & ſpiritale, quod eſt omnibus Chriſtianis, ſaltem piis cõmune, qui Chriſti ſummi ſacerdotis ac regis membra per baptiſmum ſunt effecti. In quam ſententiã *Aug. lib. 20. de ciuita. Dei.* beatus Auguſtinus ait Ioannem in Apocalypſi dixiſſe: Sed erunt ſacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis. Non vtique, inquit, hoc de ſolis Epiſcopis & preſ- *Apoc. 20.* byteris dictum eſt, qui propriè iam in eccleſia vocantur ſacerdotes: ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter myſticum chriſma, ſic omnes ſacerdotes: quoniam membra ſunt *Hier. cõtr. Luciferia.* vnius ſacerdotis, nempe Chriſti. Proinde diuus Hieronymus contra Luciferianos, ipſum baptiſma, ſacerdotium lai- *Baptiſma eſt ſacerdotium laici.* ci appellat, quòd per baptiſmum in vnũ corpus, cuius Chriſtus eſt caput, conglutinati ſimus. Ergo omnes Chriſtiani ſe- *Oẽs chriſtiani ſacerdotes ſpiritales.* cundum eam rationem ſacerdotes ſunt, ſed ſpiritales, quòd quemadmodum Chriſtus ſe obtulit hoſtiam patri in odorem ſuauitatis, ita Chriſtianos oporteat exhibere corpora ſua hoſtiam viuentem, ſanctã, Deò placentem, & offerre ſpiritualia

ſacrificia,vti ſuprà ĩ materia ſacrificij latiſſimè declarauim⁹.
Itidē omnes Chriſtiani ad eandē rationem reges ſunt, quòd *Roma 12.*
quemadmodum Chriſtus conſtitutus eſt rex à Deo potētiſ- *Omnes*
ſimus,qui deuicit carnē,mundū,& diabolū:ita Chriſtianos, *Chriſtiani*
per Chriſtum in eis regnantem vincere oporteat omnes car *reges.*
nis,mūdi ac diaboli tētationes,illecebras ac inſidias. At ſicut *Pſal. 2.*
præter ſpiritale regnū,aliud eſt regnum externū,cuius pote- *Regnū ex*
ſtatē Euangeliū non abrogat,ſed cōfirmat, Mat. 22. & Rom. *ternum.*
13.ita præter ſpiritale ſacerdotiū,quod in ſola mēte conſiſtit,
& vnctionem tantū ſpiritalem habet, aliud eſt ſacerdotiū in
eccleſia externū. Id quod nemo miretur,quum ad eundē mo *Sacerdo-*
dum vtrūque ſacerdotiū ſcriptura ſynagogæ etiā tribuerit. *tiū exter-*
Si quidē de interno vniuerſis Iudęis dicitur:Si audieritis vo *num.*
cem meā,& cuſtodieritis pactum meū,eritis mihi in peculiū *Exod. 14.*
de cunctis populis,& in regnū ſacerdotale,nimirum ſpiritua
le. De externo verò ſacerdotio Deū Moyſi præcepiſſe legi-
mus,quum ait:Aaron & filios eius vnges,& ſanctificabis eos *Exod. 28.*
vt ſacerdotio fungātur mihi. Quod quidē ſacerdotiū,nemi- *Hebr. 5.*
ni ſibi ſumere licebat, ſed magis ex vocatione pēdebat:quā-
obrem Dathan,Chore,& Abiron ſe propria authoritate inge *Nume. 16*
rentes ſacerdotio,viui abſorpti ſunt. Item Oza ſubita morte *2. Reg. 6.*
à domino percuſſus eſt,vel ob id quòd manum arcæ Dei,ne
caderet,ſubmiſiſſet,ſui officij fines excedens. Itidem Ozias *2. Par. 20*
cùm functionē ſacerdotalē vſurpans,increpatúſque ab Aza-
ria & reliquis ſacerdotibus Domini, non deſiſteret, lepra in
fronte perfuſus eſt:quos locos tanto libētius afferimus,quòd
videmus patres eoſdem aduerſus hæreticos (ordinem ex ec-
cleſia auferre molientes) validiſſimè torſiſſe. Ergo & in ec- *Vide Cy-*
cleſia eadem omnino ratione, præter internum illud ſacer- *pria.*
dotium,aliud quoque externum eſſe neceſſe eſt,quod legiti-
ma ordinatione,ac cum ſigno quodam viſibili,non ſine ſpi-
ritali gratia in eccleſia Dei conferatur.

QVum itaque quæritur,quidnam ſit Ordo in eccleſia,& *Quid ſit or*
ſit ne Ordo ſacramentum:reſpondendum eſt ex vete- *do in eccle*
rum ſententia, Ordinem eſſe gratiam quandam & poteſta- *ſia.*
tem,quæ per traditionem viſibili quodam ſignaculo bapti- *August.*
zatis infunditur, quum per manus impoſitionem ad munus
aliquod in eccleſia publicè gerendum ritè ordinātur. Dein- *Ordo eſt*
de dicendū eſt,Ordinem eſſe ſacramentū:habet enim vt cæ *ſacramen-*
tera ſacramenta ſuum viſibile ſignum, habet & verbum ſuū, *tum.*

atque adeò promiſſionem miniſterio aſſiſtentis gratiæ Dei, quæ multis declarare non eſt opus,quod id factum ſit ſuperius paucis tantũ repetitis,monſtrabimus,Ordinem non humanum commentum,ſed Chriſti inſtitutum atque ſacramentũ eſſe,& pro ſacramento in eccleſia hactenus ſemper habitũ. In primis, quid manifeſtius eo quod Ioan.20. legimus? vbi Chriſtus ipſe quum reſurrexiſſet,Apoſtolos in orbem terrarum miſſurus,ſic alloquitur:Sicut(inquit)miſit me pater, & ego mitto vos.Et quum hæc dixiſſet,inſufflauit,&dixit eis: Accipite ſpiritum ſanctum:quorũ remiſeritis peccata,remittũtur eis,&c. Hic vides Chriſtũ Apoſtolos cæremonia quadam viſibili in opus ſuum ordinaſſe,& in eam rem gratiã ſpiritus,ſigno quodam viſibili cõtuliſſe,poteſtatẽ quoque eiuſcemodi ordinatione collatam, apertiſſimè cõfirmaſſe ac ſic ſtabiliſſe,vt quod ipſi eorúmq; ſucceſſores ſuo nomine in eccleſia ritè peragerent,Deus perinde ratum haberet, ac ſi per ipſum Chriſtum factum eſſet, idque non ipſorum,ſed Chriſti meritò,& virtute ſpiritus operibus eorum aſſiſtẽte.Mat. cap.10.Marcus 6. & Lucas 10. non ſine graui emphaſi narrant,quo pacto Chriſtus in montem aſcendens,vocarit ad ſe quos voluit ipſe,qui & venerũt ad eum fecerítque vt eſſent duodecim cum illo,& vt mitteret illos prædicare. Præterea, quo pacto deſignauerit & alios ſeptuaginta duos,& miſerit illos binos ante faciem ſuam:ad hęc quam poteſtatem eis dederit,nempe immundorũ ſpirituum eiiciendorum,& curandorum quorumlibet morborũ, dandi quoque & retinẽdi pacem,grauiſſima pœna his cõminata qui eoſdem non reciperent,&ne ex merito ſuo eandem poteſtatem metirentur(nam
*Matt.*10. & inter eos Iudas Iſcariotes erat,qui & tradidit eum)ſubie-
Lucæ. 10. ciſſe legitur:Non vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.Et nõ multò poſt: Qui vos recipit,me recipit:& qui vos ſpernit,me ſpernit,miniſterij authoritatem à miniſtris in ſe transferens.

EXtant deinde varia in ſcripturis teſtimonia ſuprà in canonibus Conſilij noſtri,aliiſque in locis citata,quę oſtẽdunt ordinem in eccleſia de numero viſibiliũ ſacramentorũ ſemper fuiſſe,in quo peculiaris quædam gratia ordinatis cõ-
1.*Tim.* 4. feratur.Sic enim Apoſtolus ad Timotheum ait:Noli negligere gratiam quę eſt in te,quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.Et iterum: Admoneo

te vt

te vt reſuſcites gratiã Dei,quæ in te eſt per impoſitioné manuum mearũ. Vide verò quo pacto Apoſtolus hanc ordinandi poteſtatem plebi detrahat,qui eandem ſoli Epiſcopo permittit,idque nõ temerè,ſed adhibita graui cura. Nemini(inquit)citò manus impoſueris. Et ad Titum: Huius rei gratiã reliqui te Cretæ,vt ea quæ deſunt corrigas,& conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Alibi quoq; reperias,quomodo ab apoſtolis inſtituti ſint Epiſcopi ac Diaconi,nullibi verò quòd à ſola plebe:id quod latius oſtendimus in expoſitione ſymboli,in articulum (Eccleſiã ſanctam catholicam.) Quin ſcriptura ordinationem nõ apoſtolis aut epiſcopis propriè,ſed magis ipſi ſpiritui ſancto tribuit. Nam Actorum 20. in hunc modum legis: Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos,regere eccleſiã Dei,quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Nec ſine cauſa Acto. 13. ſcriptũ legimus: Dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tũc ieiunantes & imponentes illis manus, dimiſerunt illos. Et quid apertius Apoſtoli verbis Epheſ. quarto? Et ipſe(inquit) dedit quoſdã quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum,in opus miniſterij,in ędificationem corporis Chriſti. Denique quid attinet plures locos pro hoc ſacramento adferre, quum epiſtolæ apoſtolicæ non ſolum eius,ſed & diſcretorum in eccleſia ordinum,nempe epiſcoporum & diaconorum, apertè meminerint, ac ſingulis etiam ſua munia ſigillatim præſcripſerint?

Apoſto. detrahit plebi ordinandi poteſtatem. *1. Tim. 5.* *Tit. 1.* *Acto. 1.* *Acto. 6.* *ordinatio ſpiritui ſancto tribuitur.* *Ephe. 4.* *Epiſtolæ apoſtolicæ meminerũt epiſcoporum & diaconorũ*

HAec ſi cuiquã nondũ ſuffecerint,huic ſaltem vniuerſalem eccleſiæ cõſenſum meritò ſufficere poſſe arbitrabimur. Nam in primis ſacer ille Dionyſius Ordiné exertiſſimè pronuntiat ſacramentũ eſſe:huic Irenæus,Tertullianus,Cyprianus, Hierony. Auguſtinus, & cæteri veteres quotquot ſunt,ſubſcribũt,quorũ dicta retulimus in articulũ ſymboli, qui de eccleſia ſancta catholica eſt. Vnus aut alter adhuc locus ex patribus,maioris perſpicuitatis gratia adferẽdus eſt. Auguſt lib. 2. contra epiſt. ad Parmenianum,quum de baptiſmo & ordine diſſerit,in hunc modum ſcribit: Vtrunque(inquit) ſacramentum eſt, & quadã conſecratione vtrunque homini datur. Illud quum baptizatur.& illud,quum ordinatur:ideo non licet in eccleſia catholica vtrunq; iterari. Nam ſi quãdo

Vniuerſalis eccleſiæ conſenſus de ſacramento ordinis. *Au. lib. 2. contra epiſt. Parmen.* *Propter characterẽ qui i-*

primitur, non itera- tur bapti- ſmi ac or dinis ſa- cramenta

ex hæreticorũ parte veniẽtes, etiã præpoſiti pro bono pacis (correcto ſchiſmatis errore) ſuſcepti ſunt: & ſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent quæ gerebant, non ſunt rurſus ordinãdi, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita mãſit ordinatio ĩtegra: quia in præciſione fuerat vitiũ, nõ in ſacraméto: quę vbicũq; ſunt, ipſa ſunt. Et paulò poſt: Neutro ſacraméto faciẽ da eſt iniuria. Et addit de ſacraméto ordinis: Sicut non rectè habet qui ab vnitate recedit, ſed tamẽ habet: ſic etiã nõ rectè dat, qui ab vnitate recedit, & tamen dat. Et rurſus ad vtrunq; reuerſus, adiecit: Non ergo ideo non ſunt ſacramẽta Chriſti & eccleſiæ, quia eis illicitè vtuntur non modò hæretici, ſed etiam omnes impij: ſed illi corrigendi ſunt & puniendi, illa autem ſunt agnoſcenda & veneranda. In eandẽ ſententiam Gregorius ait: Quòd dicitis (inquit) vt qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, valde ridiculum eſt. Vt enim baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet: ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem ordine non valet iterum conſecrari.

Ibidem.

Abuſus ſacraméto rũ ſancti- tati nihil detrahit.

Gregor.

Ordinum alij maio- res, alij minores

Cõcilium Aphr.4

Vrban.1. ca.nullus. 60.diſt.

1.Tim.3 Tit.1.

Inno.3.c. à multis. de æta.& qual.ord.

Ordinum autem eccleſiaſticorum, alij ſunt maiores, alij minores, qui in Cõcilio Aphricano quarto (cui beatus Auguſtinus interfuit) ſimul cum ritibus quibus cõferebãtur ex ordine recẽſentur, de quibus vt veteris eccleſię mos innoteſcat, paucis dicendum erit. Olim itaque appellatione maiorum ordinum, Presbyterium & Diaconatus tantũ veniebãt, quos & ſcriptura tradit per impoſitionem manuum per Apoſtolos, in eccleſia fuiſſe collatos. Poſtea hypodiaconorũ, hoc eſt ſubdiaconorum ordo inter maiores etiam relatus eſt, ob id potiſſimũ, quòd ſubdiaconis perĩde atque presbyteris ac diaconibus propter ſacrorũ contrectationem matrimonij vſum ĩterdicere placuerit. At qui minores ordines in eccleſia gerebant, alij erant Ianitores ſeu Oſtiarij, alij Lectores, alij Exorciſtæ, alij Acolythi. Ianitores dicebantur, quibus cuſtodia templi commiſſa erat, in hoc potiſſimum, vt aſtantes clauſis templi foribus, quoſlibet indignos à liminibus ſanctę Dei eccleſiæ reiicerent, ac dignos tantum & inculpatos ad ſacrorum conſpectũ reciperent ac admitterent, idque nõ ſine magno iudicio ac diſcretione inter infideles, hæreticos, excommunicatos, catechumenos, energumenos ac pœnitẽtes varij generis accuratè habenda, quod Ancyranum & Nicenũ Cõcilia planè indicant, & nos ſuperius oſtẽdimus. Deinde Oſtiarius cuſtodiam habebat rerũ ad vſum eccleſię pertinentium.

Ianitorũ officium.

Ancyra- nũ & Ni cæ.concil. Cõci. A- phr4.c.9

Hic

Hic quũ ordinabatur, poſtquã ab Archidiacono inſtructus fuerat, qualiter ĩ domo Dei debeat cõuerſari ad ſuggeſtionem Archidiaconi, tradebat ei Epiſcopus claues eccleſię de altario, dicẽs: Sic age quaſi redditurus domino rationẽ pro his rebus quæ his clauibus recludũtur. Et vt ordo iſte inter cæteros eſſet minimus, tamen olim Oſtiario Abbas obedientiam debebat: ſed tunc alij erant monachi, alij clerici. Lectores erant, qui quotidie lectiones ex prophetis ac aliis biblicis ſcripturis veteris teſtamenti ad populũ in eccleſia publicè recitabant, quemadmodum etiamnũ in precibus Horariis, præſertim Matutinis, eiuſcemodi lectiones, nõ vt olim ad omnem populum inſtituendũ, ſed tantum ad pręſentem clerum, idque tamen, non ea mentis attentione, qua olim in veteri eccleſia, recitantur. Nam tum populus recitatiõe verbi Dei per Lectores ſaginabatur: nũc lectores quod recitant, vix ipſi intelligunt. Lector quum ordinabatur, faciebat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem atque ingenium. Poſt hæc, ſpectante plebe, tradebat ei codicem de quo lecturus erat, dicens ad eum: Accipe & eſto lector verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cũ eis, qui verbũ Domini miniſtrauerint. Exorciſtarũ (qui latinè adiurantes ſiue increpantes dicũtur) officiũ ſeu munus erat, ſuper Energumenos ſiue baptizatos, ſiue catechumenos, hoc eſt ſuper oẽs inquietos, qui à ſpiritibus immundis vexabantur, aut dæmoniacis illuſionibus vel terriculamentis agitabantur (veluti tempeſtate iactati) nomen Domini inuocare, & adiuratũ ſpiritũ immundũ eiicere, vel cõpeſcere, quod munus etiã ſynagoga nouit, quemadmodum locus Actorum 14. oſtendit. Atque vtinam id muneris in eccleſia hucuſque diligẽter retentũ ac rectè adminiſtratum fuiſſet, quod tum (nõ dubiũ) minus haberemus diabolicarũ illarum ſuperſtitionũ, impoſturarũ, technarũ, magicarũ artium, & incantationũ, quibus increduli quidã miſere ludificantur, & in primis deploratæ illæ mulierculę, quæ ad quæuis ſomnia diabolicis ſuggeſtionibus dãnabiliter aſſentiuntur, totę in ſuam & proximi perniciem intentæ. Interim ſuperſtitione earũ diabolo locũ præbẽte, vt in filios diffidentiæ operari poſſit. Quũ ordinabatur Exorciſta, accipiebat de manu Epiſcopi libellũ, in quo ſcripti erãt exorciſmi, dicente ei Epiſcopo: Accipe & cõmenda memoriæ, & ha

Rit⁹ ordinãdi Oſtiarium.
Cap, à ſubdiaco. 93. diſt.
Lectorũ officium.
Vetus eccleſia mos
Amb. in epiſtol. ad Eph. ca. 4
Rit⁹ ordinãdi lectorem.
Cõcil. Aphr. 4. c. 8
Exorciſtarũ officiũ
Energumeni qui.
Dionyſ.
Cõci. Ancyr. ca. 17
Pium votum.
Mulierculæ illæ incãtatrices ex diffidẽtia miſere ludificantur.
Eph. 2.
Rit⁹ ordinãdi exorciſtam.

Acolythorum officium. beto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenũ ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.

Acolythi dicti ſunt, qui in hoc erant vocati, vt cõſtitutos in maioribus ordinibus proximè comitarentur, ipſiſque miniſtrarẽt. Acolyth⁹ enim græce, latinè aſſectator, comes ſeu miniſtrans dici poteſt. Vnde olim & miniſtri generali vocabulo dicebantur, vt ſubindicat Concilium Laodicenũ cap. 22. & 24. His poſtea mandatũ eſt, vt cereos (quum in eccleſia Euãgeliũ legeretur, & ſacrificiũ laudis celebraretur) preſbyteris ac diaconibus miniſtrantes anteferrent, idque in ſignum lętitię, vt vel ſic fidelium animi ceremonia exteriori incitarentur ad contemplãdam Euangelij lucem, atq; adeò ad erigendam mentem ad ipſum Chriſtũ (qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mũdum) debitaſque laudes Deo per Chriſtum dicendas prouocarẽtur. Hi quum ordinabantur, ab Epiſcopo docebãtur qualiter in officio ſuo agere deberẽt. Et ab Archidiacono accipiebant cero ferariũ cũ cereo, vt ſcirẽt ſe ad accẽdẽda eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiebãt quoque vrceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti.

Laodicenum cõci. ca. 22. & 24.

Cerei quid ſignificent in eccleſia Ioan. 1.

Ritus ordinandi acolythum.

Cõc. Aph 4. cap. 6.

Cero ferarius.

Euchariſtia ſãguinis Chriſti.

Præter hos erant & Pſalmiſtæ, id eſt cantores, qui tamen inter ordines nõ cõputabantur, quòd Epiſcopi ordinationẽ non expectarent, ſed ſola iuſſione presbyteri ſuum officiũ exequerẽtur, dicẽtib⁹ ipſis presbyteris: Vide vt quod ore cãtas, corde credas: & quod corde credis, operibus cõprobes.

Pſalmiſtę

Cõc. Aph. 4. cap. 10

SVnt qui hoſce minores ordines ſimul cũ ſubdiaconatu (de quo ſtatim dicemus) veluti humanum atq; etiam nouum commentum rideant, qui hoc ipſo ſe doctis omnibus deridendos propinãt, quòd facile ex receptiſsimis authoribus comprobari poſſit, primitiuam etiam eccleſiam eoſdẽ ordines reuerenter agnouiſſe, ac lõge ſanctius quàm in pręſentiarũ, coluiſſe. In primis ſiquidẽ ex vetuſtiſsima traditione accipimus, quòd & argumenta illa nequaquã noua, apoſtolicis epiſtolis præfixa teſtantur, Paulum Apoſtolũ ſcripſiſſe vtraque ad Theſſalonicenſes ab Athenis per Tychicũ diaconem, & Oneſimũ acolythum, vt vel hinc cõſtet, & Pauli tempore acolythos eccleſiæ fuiſſe in eccleſiæ miniſterium aſcitos. Itidẽ Canones apoſtolici, quos Clemens Petri ſucceſſor recollect⁹ nobis reliquit, quos & Iuſtinianus Imperator in Conſtitutionibus ſuis nouellis, expreſsis verbis toties apoſtolis

Refellũtur aduerſarii

Primitiua eccleſia agnouit ordines minores.

Canones apoſtolorum recollecti per Clemẽtẽ.

apoſtolis tribuit,quos item vltra longæuam, & cõſtantem in eccleſia opinionem,ſancta etiam ſexta ſynodus(quum in controuerſiam denuò vocarentur)grauiſſima ſententia agnouit. Hi,inquam,apoſtolici Canones & Subdiaconi & Lectoris & Cantoris expreſſim meminerunt. Dionyſius Areopagita vetuſtiſsimus citra controuerſiam ſcriptor,& Oſtiarij,& Lectoris ac aliorum clericorum mentionem facit.

Iuſtiniani in autētic. VI.ſynod. agnouit canones apoſto.ca.25. 40.41.

Deinde,inquit,miniſtrorum offi cio,ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur. Et paucis interiectis,ſubiungit:Porrò miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi forib⁹ aſtant,alij proprij aliquid muneris agunt. Quòd vero quidã de authore libri ſubdubitant, negantes Dionyſiũ Areopagitam,quem à Paulo conuerſum legimus, eum librum conſcripſiſſe,idq; potiſſimũ ea coniectura ducti,quòd putét illis téporibus tantum vſum cæremoniarum non fuiſſe, ij ſanè hac ratione nihil apud nos efficiunt. Nam quod ad diſtinctiſſimam rerum & miniſtrorum eccleſiæ ordinationem,& piarũ cæremoniarum obſeruationem attinet, nemo vetuſtatis ſtudioſus,vt putamus,negabit,has in veteri eccleſia longe diligentius quàm in noſtra fuiſſe cuſtoditas,atque adeò numero cæremoniarum non adeò multum acceſſiſſe,licet pietati deceſſerit plurimum.ſiquidem & Paulus apoſtolus vbique teſtatur ſe hoc ſummo ſerio curaſſe,vt omnia honeſtè & ſecundũ ordinem in eccleſia fierent,ac quoſdam ab ordine in eccleſia rectè cuſtodito.plurimum laudat ac commendat.Rurſus iubet Theſſalonicenſibus,vt ſubtrahant ſeſe ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecũdum traditionem quam acceperunt ab ipſo. Quid multis opus? Nónne prior illa ad Corinthios epiſtola,magna ex parte occupata eſt in piis cęremoniis ac ſanctis eccleſiæ moribus, etiam minutiſus (quale eſt quòd mulier vetatur orare nudo capite)conſtituendis ac formandis,ſic,vt omnes ab eccleſia,reiiciat,qui contentioſe,eccleſiæ moribus obluctari velint. Quid quòd alibi tam ſolicitus eſt Paulus de conſtituendis epiſcopis ac diaconis, deligendiſque viduis eccleſiæ miniſtraturis?

Diony.de eccl. hier. cap.3. Oſtiarij. De authore lib.eccle. hiera. In veteri eccleſia ordo pulcherrimus & pientiſsimæ cæremoniæ. 1. Cor.14 2.Theſ.3 1. Cor.9. & ca.ſequen. Titum.1. 1.Tim.3.

VErum quòd cæremoniæ atq; etiã Ordines iſti minores quos recenſuimus: paulatim in contemptum venerint, id cuiquam mirum videri nec debet,nec poteſt,modò veteris eccleſiæ faciem ad noſtram conferat. videbit enim penè omnia,ipſo rerum abuſu ſenſim irrepente, vitiata eſſe. Olim

Qui factum ſit quod ordines minores ſenſim in contemptum venerint.

Veteris ecclesiæ mos Vide ãnotationes B.Rhenani in Euſebium Eccl.hiſt.lib. 9.cap.9.

Dominicá templa appellata ſut in quibus propter dominũ coibant, vnde Germani etiãnũ epiſcopalia templa Domi. vocant.

1.Cor.4.

Ordo veteris eccleſiæ penè confuſus.

quum Epiſcopus cũ ſuis presbyteris,Diaconibus,Subdiaconibus, Acolythis, Exorciſtis,Lectoribus ac Oſtiariis ſinguli ſuis officiis intenti incũberent,quũ laici ad Dominicum(ſic enim cathedralis eccleſia nuncupabatur) non confabulandi ſeu de rebus friuolis cõgerrandi,ſed magis lectionũ,concionis,& ſacri audiẽdi,participandiq; corporis & ſanguinis dominici,ac precum gratia cateruatim cõfluerent: quũ epiſcopus ſyncere tractaret ac diſpenſaret verbũ Dei,populus religioſa attentione ac reuerẽtia auſcultaret,nõ vt verbũ hominis,ſed vt verbum Dei: cùm ſacerdos reuerẽtiſſimè tractaret myſteria, & populus totus ad ea,quæ agebatur intentus, hæc omnia religioſe veneraretur.cùm Catechumeni,Energumeni,Pœnitẽtes, & cætera plebs ſancta in ſuas quiq; claſſes diſtributi,clericorum monitis parerent:rurſus cùm Clerici in ſuo quiſque officio,quæ ſinguli ſingula gerebant,non ceſſarent,ſed pulcherrimo ordine quiſque quod agendum receperant,mutuo ſubſeruientes,exequerentur:nõnne tũ eccleſia plurimum habebat, non ſolum alacritatis,ſed etiã maieſtatis: Nonne vim magnam habuiſſe exiſtimandus eſt legitimus ille & pius cõuentus,qui prophanos in admiratione ſui rapiebat,ſicut Paulus teſtatur,idiotam aut incredulum ingreſſum eccleſiã ſanctorum,procidere in faciẽ ſuam,& adorare Deũ, profitentem quòd verè Deus ſit in medio eorum?At poſtea cum eccleſiæ cathedrales primũ in monachorum,deinde in canonicorum collegia cõmutatæ,& minores Parochiæ prope Dominicũ exędificatæ,& in ſingulis ſinguli Parochi minores conſtituti ſunt,cœperuntq; hi parochi in ſuis quique Parochiis eccleſiaſtica officia, quæ olim in Dñico, diſtincti clericorũ ordines gerebant, indiſcriminatim obire ac peragere:factum eſt,vt vix vmbra veteris eccleſiæ noſtris cathedralibus eccleſiis(quæ nunc magis deambulationibus ac prophanis colloquiis, perinde ac fora publica à plebe fœdatur, ac nulla penè pietate inuiſantur)remanſerit.Adde quòd nemo ferè nunc ſuo officio ad veterem morem fungatur, nomina tãtum retinemus, munus nemo exequitur, ſed in pueros ſeu cõductitios paſſim relegatur. At olim q̃ non fuerit contemnendum etiam illud inter cętera minimũ munus. Oſtiariorũ in veteri eccleſia,vel opima illa ſtipẽdia, eccleſiarũ cathedraliũ cuſtodibus(qui & theſaurarij vocantur, in locũ Ianitorũ ſurrogatis)cõſtituta,ſatis indicãt,quæ quum illi percipiant,

Olim officiũ Oſtiarij nõ fuit contẽnendum.

ciſpiant,de officio etiam Oſtiariorum ad veteris eccleſię motem exequendo,cogitare merito debebũt. Lectorum officiũ partim in pueros,partim canonicos promiſcuè relegatum eſt, ſed qui neque populo,neque clero, quin nec ſibiipſi, ſaltē ad veterem illum eccleſiæ morem,hoc eſt ad ædificationem,legũt.Nam quotuſquiſque eſt qui quod ore legit,corde percipiet,& quod corde credit,operibus comprobet? Exorciſtarũ officium penè totum obſoleuit, vt vix veſtigium eius appareat.Acolythi munus pueris(quos chorales vocamus)demandatur.Vides quàm ſint omnia confuſa,ac in diuerſum mutata,color ſanè optimus in colorem peſsimũ, vt mirum eſſe nõ debeat,ſi hæretici vidētes vix quenquam ex deſtinatis eccleſiaſtico miniſterio,ſuo officio fungi,officiis ſimul(quæ ſolis tantum vocabulis retinentur)cum perſonis illudant. Vtinam Deus optimus maximus,repurgatis omnibus abuſibus ac ſublatis erroribus vniuerſis,eccleſiam ſuæ maieſtati quandoque reſtituat: quod vbi factum erit,tum facilè cuiuis perſuadebitur in veteri eccleſia non ſolum minores ordines,ſed & ceremonias quas Dionyſius ille recenſet,extitiſſe.Conſentit autem Dionyſio beatus ille Ignatius martyr,Ioannes Apoſtoli diſcipulus, qui in epiſtola quam ex Philippis ad Antiochenſes perſcripſit, minores ordines ſimul cum maioribus ad vnũ fermè omnes nominatim recenſet.Saluto,inquit,ſanctũ preſbyterum veſtrum,Saluto ſanctos diaconos. Item,Saluto ſubdiaconos, lectores,cantores,oſtiarios, laborantes,exorciſtas, atq; confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarum,Diaconiſſas quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti virgines,quas ego nutriui in Dño Ieſu. Saluto pudiciſsimas virgines. Saluto plebem domini à minimo vſque ad maximum, & omnes ſorores meas in dño. Itidem Clemens Petri ſucceſſor, & proximi quique poſt eũ Romani pontifices,inter quos eſt Anacletus, Subdiaconorum & reliquorum miniſtrorum meminerũt. Denique vetuſtiſsima illa Concilia,quæ totus penè recipit orbis Chriſtianus, Ordines minores in eccleſia ſemp extitiſſe comprobant,veluti Laodicen.cap.23.& ſeq. Calcedonēſe.4.cap.6.& ſeq. Toletan.1.cap.4. Toletan.4.cap.40. Braccharenſe.1.cap.28.& ſeq.

Abuſus Ordinum minorum. *1.Cor.14.* *Corrupti mores eccleſiæ miniſtrorum hæreticis cauſam ſubſannãdi præbēt.* *Pium votũ.* *Dionyſius* *Ignatius in epiſt.ad Antiochēſes.* *Oſtiarii.* *Clemens.* *Anacletus.*

QVin & diuus Ambroſius poſt Cyprianũ ac reliquos patres palam teſtatur,non tantum maiores, ſed & minores hoſce Ordines, non omnino humanitus, ſed magis di-

Amb. in epiſtol.ad Eph.c.4

Minores ordines ex Chriſti authoritate in eccleſia conſtituti. uinitus & ex Chriſti authoritate in eccleſia inſtitutos fuiſſe: Nam in commentariis in epiſtolam ad Epheſios, in eum locum nempe: Et ipſe quoſdam quidem dedit apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò euãgeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem corporis Chriſti, &c. Ambroſius *Act. 6. 7 & 8.* ipſe non eſt veritus dicere, in Apoſtolorum locum Epiſcopos ſucceſsiſſe, Prophetas verò explanatores & interpretes eſſe ſcripturarum, qui ordo non poteſt eſſe presbyterij, Euãgeliſtas verò diaconos, ſicut fuit Philippus, qui etſi non ſint *Deut. 8. Matth. 4.* ſacerdotes, euangelizare tamen poſſunt ſine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Paſtores verò ſint, ac eſſe poſsint lectores, qui lectionibus ſaginent populum audientem, quia non in pane tantum viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Magiſtri autẽ ſint exorciſtæ, quia in eccleſia ipſi compeſcunt & verberant inquietos. Hæc ille. Itaque non dubium eſt, Ambroſium in ea etiam ſententia fuiſſe, vt qui in hos minores Ordines cooptarentur, eoſdémque dignè reciperent, gratia quadam cõmuniri, vt eiſdem etiam rectè, hoc eſt in eccleſiæ ædificationem vti ac defungi poſsint, vtq́; ea quę in eccleſia pro ratione cõcrediti muneris agerent, rata eſſent. Conſtat autem Ordines iſtos minores veluti gradus quoſdam fuiſſe, per quos explorati, gradatim ad maiores pertraherẽtur, niſi aliud diuina reuelatione fuiſſet indicatum. nam & Paulus vetat neophytum Epiſcopatum ſuſcipere. Iam qui in nullum horum ordinum eſſent aſciti, Laici appellabantur, qui & cancellis olim ab altari, dum ſacra myſteria celebrarentur, arcebantur, quemadmodum ex Concilio Moguntino relucet. Atque hinc factum eſt, vt Ambroſius Theodoſium tametſi Imperatorem, atque etiam Chriſtianum & pium virum, in choro inter ſacerdotes cõſiſtere, & clericorum ſedilia occupare vetuerit, cenſens ordinum Eccleſiaſticorum rationem non contemnẽdam, ac decorum non minus in eccleſia quàm in ſynagoga ſeruandum.

Quid tribuatur in collatione minorum. Ordinũ.

Olim ad presbyterũ gradatim vocabantur in minoribus ordinibus explorati.

1. Cor. 3.

Ambro. Theodoſius. Imperator.

Officium ſubdiaconorum.

In veteri eccleſia oblationes ad altare largiter fiebant.

Reſtat vt de ſubdiaconatu ac cæteris maioribus ordinibus paulo latius dicamus. Hypodiaconorum munus in eo ſitum fuiſſe, vt diaconorum officiis maximè ſubuenirent, ac eorum præceptis parerent, vel ipſum vocabulum indicat. Inter alia vero ipſorũ officij erat, oblationes quæ à fidelibus in templo inferebantur, ſuſcipere, ac Leuitis ſeu Diaconis altãribus

taribus ſuperponédas deferre:quæ certè in veteri Eccleſia ſic fiebant,vt ad victum cum ſacerdoti ac cæteris eccleſiæ miniſtris,tum pauperibus ſufficerēt, vt nemo eum morem ridere poſsit,qui veteris eccleſiæ conſuetudinē nouerit. Nā & Paulus teſtis eſt,eum qui altario ſeruit,debere etiā de altario viuere,vt interim ſileamus quæ Apoſtolus de collectis in ſanctos facien lis,ad Corinthios diligentiſsimè perſcripſit. Nec dubium,fideles eccleſiæ primitiuæ,Pauli doctrina edoctos ac incitatos,has oblatiões liberaliter ac hilariter attuliſſe Poſtea,cū ſacerdotia ſeu beneficia eccleſiaſtica in vſum miniſtrorū erecta ac dotata ſunt, mos iſte oblationes ad altare faciendi,paulatim imminutus eſt,tandem penè totus obſoleuit.Interim tamen neceſsitas ipſa coget,vt in parochiis,quæ nullos habent deſtinatos prouentus,aut ſtipendia,quibus alātur eccleſiarum miniſtri, mos iſte aut renouetur, aut alia certe via ipſis miniſtris prouideatur ſaltem in eum modū quem in canonibus prouincialis noſtri Cōcilij indicauimus,ac præſcripſimus. Nam omnino dignus eſt operarius mercede:&lex vetat,ne obligemus os boui trituranti. 1.Cor.9. 2.Cor.8.9 *Omnino curandum vt Parochis ſuppetat victus* Matt 10. 1.Tim.5. Deut. 25. 1.Cor.6.

Deinde ſubdiaconis incumbebat, vt tantum de oblationibus,id eſt cōſecrandis hoſtiis(quæ nunc oblata vocamus)ſuper altare ponerent,quantæ ſufficere poſsint populo:olim enim populus frequentiſsimè communicabat. *Oblata.*

Poſtea etiam ſubdiaconis,quod prius ſolis diaconis incumbebat permiſſum eſt:nempe Epiſtolam ad populum pronunciare, calicē & patenā ad altare Chriſti deferre,ac Leuitis tradere,Vrceolū quoq; & mappam tenere, epiſcopo, presbyteris & Leuiticis aquam lauandis manibus ante altare præbere, Corporales(vt vocant)& pallas & ſubſtratoria lauare.Siquidem hæc,atq; adeò omnis attrectatio rerum ſacrarum, veluti calicis,corporalis,& ſimilium rerum, laicis vetita erat, quod & in Canonibus Concilij noſtri prouincialis cauimus. *De conſecra diſt.1. ca. epiſcopus.*

Denique, hoc erat ſubdiaconis cum Diaconibus communie,quòd ſacris induti veſtimentis epiſcopo ſacrificanti teſtes aſtarent,cuſtodientes eum à malis hominibus,& conſenſum præbentes ſacrificio,quemadmodum Anacletus meminit.

Legimus quoque Fabianum pontificem ſeptem ſubdiaconos in hoc ordinaſſe,vt ſeptem notariis imminerent,& geſta martyrū veraciter ex integro colligerent,ac ipſi pontifici rimāda manifeſtarét:idque propterea ne aliqua in eis illuſio in- *De ſubdiaconis, qui ad geſta martyrum conſcriben da deputati erant.*

uenirent,ex qua fidelibus ſcandalũ oriatur Fuit quidem vir ille pie motus,ſed votis ſuis nõ ſucceſsit euentus,quod in locum verè geſtorum quædam Legendæ ſanctorum(vt vocãt) ſuſpectiſsimæ fidei, non ſine offendiculo plurimorũ ſint ſuffectæ,quod & Gelaſius Pontifex quæritur:atque vti nã ſummus Põtifex adhuc viris aliquot iuxta doctis ac piis hoc negotij delegaret, vt notha à veris, germana ab adulterinis diſcernerent,quod hoc ipſo hæreticis anſa eccleſiam ſubſannandi multa ex parte adimeretur. Et quanuis ſubdiaconatus nũc inter maiores ordines(vt diximus)computetur,ſubdiaconi tamen cum ordinantur, manuum epiſcopalium impoſitionem non ſuſcipiunt,quod de diaconibus & presbyteris Apoſtolus præcepit.

Gelaſius in decreto de apochryphis ſcripturis. *1.Timo.3.* *Tit.1.*

Diaconi grecè,latinè miniſtri dicũtur,quòd toti eccleſię ſeu congregationi miniſtraret,potiſsimum autem epiſcopis & presbyteris. In primitiua eccleſia(vti paulo ante attigimus)ſumma ratio,eccleſiæ miniſtrorum ac pauperum habebatur, agebaturque hoc præcipua cura, ne quis in eccleſia egeret:quin tanta erat mutua inter primos illos Chriſtianos charitas, vt omnia pariter communia haberent, poſſeſsiones & ſubſtantias venderent,& pretia eorum quæ vendebant,afferrent,& ponerent ante pedes Apoſtolorum:qui tum ſingulis diuidebant, prout cuique opus erat, vtebanturque etiam in hoc miniſterio viduarũ,quæ ſe eccleſiæ conſecraſſent,dediſſentque At cùm poſtea creſcẽte numero diſcipulorum, Græci aduerſus Hebræos murmurarent,eo quòd deſpicerẽtur in miniſterio quotidiano viduæ eorũ,viderẽntque Apoſtoli ſeſe huic muneri vacare non poſſe,conuocata multitudine diſcipulorum,dixerunt:Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei,& miniſtrare menſis.Conſiderate ergo viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto & fide, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos vero orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Qui ſermo quũ placuiſſet toti multitudini, elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu ſancto, ac alios ſex, quos ſtatuerunt ante conſpectum apoſtolorum,qui orantes impoſuerunt eis manus. Erat ergo diaconis diſpenſatio theſauri Eccleſiaſtici, & cura pauperum & eccleſiæ miniſtrorum in primis demandata. Deinde,vt teſtatur Clemens,diaconi veluti Epiſcoporum oculi erant,oberrantes & perluſtrãtes cum verecundia,actus totius eccleſię perſcru-

Diaconorũ officiũ. *Eccleſiæ miniſtrorũ & pauperum in veteri eccleſia ſumma cura habebatur.* *Act.2.* *Acto.6.* *1.Timo.5* *Act.6.* *Acto.6.* *Diaconi per manus impoſitionẽ ordinati.*

perſcrutantes diligentius, ſi quem vidiſſent vicinũ fieri pręcipitio & proximum eſſe peccato, vt referrent hæc ad Epiſcopum, vt cõmoneri ab eo poſſit is qui in præcipitium lapſurus eſt, vti reuocet pedem, & nõ corruat in peccatum. Negligentiores quoq; & eos qui rarius ad audiendũ verbum Dei, nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatũ accedebãt, ipſi commonefaciebãt ac hortabãtur. Præterea (vt Euariſtus ait) cuſtodiebant Epiſcopum prædicantem, ne ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtaretur, aut læderetur à ſuis, aut verba diuina detrahendo aut inſidiando polluerentur vel deſpicerentur. Itẽ, Diaconorum officium eſt, epiſcopis & ſacerdotibus aſſiſtere quum ſacra myſteria tractãt, & quum ſacramenta benedicũt ac adminiſtrant. Præterea nomina catechumenorum recitare, ordinãdos Epiſcopo offerre, ac teſtimonium de eorũ vita & conuerſatione præbere, componere menſam dñi, oblationes inferre & diſponere in altari, pręmonere aures habere ad dñm, Euangelium & Epiſtolam ad populum pronũciare (etſi nunc Epiſtola per ſubdiaconum recitetur) atque adeò prædicare & hortari, ſed ſine cathedra, pacẽ annunciare, ſacramentum Euchariſtiæ à ſacerdote conſecratum erogare ac diſpenſare populo, vt ſicut erat in ſacerdote miniſtratio, ita in miniſtro diſpenſatio ſacramenti. Ne verò putes, hæc poſteriora diaconi officia recens inuentum eſſe, inuenies Hieronymum ad Ruſticum Epiſcopũ Narbonenſem, hæc omnia penè diacono tribuere. Nec vti vanum commentum exiſtimandum eſt, quod de beato Laurentio martyre, beati Sixti diacono, legimus. Is ſiquidem vtrunque miniſterium in eccleſia geſſit. nam & theſauros eccleſiæ pauperibus fideliſſimè diſtribuit, & Sixto pontifici in his quæ ad Deum erant, indiuiduus aſtitit miniſter: quem, quum ad mortem traheretur, ſic acclamaſſe fertur: Quò progrederis ſine filio pater? quò ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas? Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueuerat. Quid in me ergo diſplicuit paternitati tuæ? nũquid degenerem me probaſti? experire certè vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti dominici corporis & ſanguinis diſpenſationem. Videntur autem eſſe diaconi in eccleſia ſuffecti Leuitis ſynagogæ: quo fit, vt & ipſi Leuitæ appellentur. Quod autem Leuiticæ tribus à patriarcha Leui originem ducentis, officium fuerit, libri Leuiticus & Numerorum explicant. Præcepit ſiquidem domi-

Euariſtus.

Hiero. ad Ruſticum, Narbonẽ. Epiſcopũ.

Sixtus. Laurẽtius.

Diaconi. Leuitæ. Nume. 3. Synagogæ

Nume.14 nus Moyſi,& poſt ordinationem Aaron & filiorum eius, tota tribus Leui ad diuini cultus miniſteria prorſus ordinaretur& conſecraretur domino,& ſeruiret pro Iſraël coram Aaron & filiis eius in tabernaculo, vtq; geſtaret arcam & tabernaculũ & omnia vaſa eius,& in circuitu tabernaculi excubaret,ac in tranſportando tabernaculo ipſi deponerent, rurſumq; com-*Nume. 18* ponerent. Iubebantur autem à vigintiquinq; annis & ſupra ſeruire in tabernaculo Vides ergo quomodo eccleſia in diaconis repræſentet,quod Moyſes de tribu Leui ex diuino mãdato ſtatuit. Quum itaque diaconi munus in eccleſia non ſit vulgare,nõ erat temerè cuiquam cõmittendum,ſed cum ma-*1.Timo.3.* gna ac diligenti exploratione, quod ab Apoſtolis diligenter obſeruatum eſt. Proindéq; Paulus requirit diaconos eſſe pudicos,non bilingues,non multo vino deditos,non turpe lucrum ſectantes,habentes myſterium fidei in conſcientia pu-*Ibidem.* ra.Et hi,inquit,primùm probentur,& ſic miniſtrent,nullum crimen habentes. Poſtea diaconibus bene miniſtrãtibus pollicetur, ꝙ gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciã quæ eſt in Chriſto Ieſu . Hæc fuſius viſum eſt attingere, vt *Vix vmbram veteris eccleſiæ retinemus* ſaltem intelligant noſtri diaconi,quod miniſterium in eccleſia ſuſceperint,cuius vix vmbram repræſentant. Nã quod potiſſimum ipſorũ officij erat, propemodum penitus abolitum cernimus: ꝙ nunc diaconi nullam penè gerant pauperum curam,quanuis viciſſim laicos reperias hodie quàm paucos,qui *Veteris eccleſiæ pietas in pauperes.* vt in primitiua eccleſia largi ſint in cõferendis eleemoſynis, in eccleſiæ miniſtros ac pauperes diſtribuendis, quæ olim tam liberaliter in eccleſia in manus diaconorum deportabantur,vt theſauri nomen acciperent,quem certè maximum ex-*Chryſoſto. in Matth. homil.70.* pendit Laurentius Et Chryſoſtomus teſtis eſt,eccleſiã Conſtantinopolitanam ſuo tempore aliquot millia pauperum aluiſſe.*Gregorius.* Gregorius item quotidie multa millia pauperum Virginum & viduarum ſuſtẽtauit.Atque vtinam tam pius eccleſiæ mos in eccleſiam reuocetur : quod quomodo tentandum ſit, in Canonibus Concilij noſtri prouincialis oſtendimus. *Cõci.Cartha.4.cano.4.* Diaconus quum ordinatur, ſolus Epiſcopus qui eum benedicit,manus ſuper illius caput ponit,quia non ad ſacerdotiũ, ſed ad miniſterium cõſecratur.*Ex concil. Neocæſa. c.legimus. 93. diſt.* Olim in ſingulis ciuitatibus, tametſi paruis,ſeptem erant diaconi, presbyteri autem ſecundum loci rationem plurimi interdum erant. Quo factum eſt temporum ſucceſſu, vt diacones paucitas honorabiles, preſ-

byteros

byteros turba contemptibiles fecerit, adeò, vt in quibuſdam eccleſiis diaconi ſe presbyteris anteferre præſumerent, quorum ſupercilium diuus Hieronymus ad Euandrum grauiter reprehendit. Eligebant prætereà diaconi ex ſe, quem induſtrium nouerant, quem Archidiaconum nuncupabāt. Hodie pauciſſimos reperias qui hunc ordinem à ſacerdotio ſeparatim gerant, præterquam in cathedralibus & collegiatis eccleſiis, vbi ex Canonicis quidam diaconi canonici appellantur, qui hoc ſolo diaconi ſunt, quòd interdum lectionem Euangelij in Miſſa pronunciant, & in capitulis, quæ diſciplinæ vocant, quaſdam partes in delinquentes ſibi vendicant. *Hiero. ad Euandrũ. c. legimus. 63. diſt.*

Presbyteri, qui ſummũ in eccleſia ordinem gerũt, latinè ſeniores appellãtur, quo nomine presbyter Petrus cõpreſbyteros ſuos appellat. Seniores, inquit, qui in vobis ſunt, obſecro conſenior & teſtis Chriſti paſſionũ, &c. Seniores autem appellati ſunt, nõ tam ob ætatem vel ſenectutem, ſed magis ob morum grauitatem & ſapientiæ doctrinã, quæ in ipſis quammaximè debent elucere. Nam vt ſcriptum eſt, Senectus venerabilis eſt, nõ diuturna, nec annorum numero cõputata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Quod & Paulus in Timotheo epiſcopo ac presbytero teſtatur: nemo, inquit, adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplũ eſto fidelium in verbo, in cõuerſatione, in charitate, in fide & caſtitate. Et poſt pauca: Noli negligere gratiã, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiã cum impoſitione manuum presbyterij. Dicuntur etiã qui ex hoc ordine ſunt, Sacerdotes, à ſanctificando ſeu à dando vel conficiendo ſacra. Cõſecrant enim & ſanctificant corpus Chriſti. Hunc ordinẽ ſurrogatum eſſe cõſtat in locum minorum ſacerdotum veteris legis. Quum enim Moyſes Aaronem in ſummũ põtificem cõſtituiſſet, filios eius vnxit in minores ſacerdotes. Ad eundem modum Chriſtus primum duodecim elegit diſcipulos, quos & Apoſtolos vocauit, quorum locum in eccleſia obtinent Epiſcopi: deinde alios ſeptuaginta duos diſcipulos deſignauit, quorum locum in eccleſia tenent presbyteri. Non eſt tamen putandũ epiſcopos alium in eccleſia ordinem à presbyteris cõſtituiſſe. Nam in primitiua eccleſia iidem erãt epiſcopi & presbyteri: quod apoſtolorum Petri & Pauli epiſtolę, diuus quoq; Hieronymus, ac cæteri ferè omnes veteres eccleſiaſtici ſcriptores, atteſtãtur, & præſertim locus ille, 1. Petr. 5. *1. Petr. 5. Presbyteri ſeniores. Sapien. 4. 1. Timo. 3. Ibidem. Sacerdotes vnde dicti. Exod. 29. Matt. 10. Apoſtoli. Lucæ 10. LXXII. diſcipuli. Philip. 1.*

1.Timo.4 ad hoc commonſtrandum euidens eſt. nam quum dixiſſet Pe
Tit.1. trus presbyteros qui in vobis ſunt, precor ego compresbyter
Act. 20. & teſtis paſsionum Chriſti & futuræ quæ reuelenda eſt glo-
riæ particeps, ſubiecit: Paſcite ſeu regite eum qui in vobis eſt
gregem Chriſti, & inſpicite non ex neceſsitate, ſed volunta-
te iuxta Deum. Quoquidem græcè ſignificantius dicitur
Sacerdotiũ ſummus ordo in eccleſia. cuius ſunt multi gradus. ἐπισκοποῦντες, id eſt ſuperattẽdentes, vnde & nomen epiſcopi
tractũ eſt. Quamobrem ſacerdotiũ ſummus ordo in eccleſia
exiſtimatur. Interim tamen nemo ignorat hunc ordinẽ rur-
ſum ordine quodam officiorum ac dignitatum diſtingui. Nã
quidam ſunt Epiſcopi, qui & pontifices, Antiſtites ſeu præſu-
les, quidam Archiepiſcopi ſeu Metropolitani, quidã Prima-
tes, quidam Patriarchæ, quos omnes dignitate antecellit Pa-
pa eccleſiaſticæ dignitatis apicem tenens, cuius dignitas re-
ſpõdet ad ſummum pontificatum veteris legis: quæ graduum
presbyterij diſtinctio ad ſectas comprimẽdas facta eſt. Nam
vt Hieronymus ait, quòd poſtea vnus electus eſt ex ſacerdo-
tibus qui cęteris prępon eretur, in ſchiſmatis remediũ factum
eſt, ne vnuſquiſq; ad ſe trahens eccleſiam Chriſti rumperet.

Epiſcopi cur ſic dicti. Epiſcopum diuus Hieronymus in loco iam citato, ſuper-
attendentem, & Ambroſius de dignitate ſacerdotali cap.
6. ſuperinſpectorem interpretantur, qui & ſpeculator dici po
Antiſtites Præſules. Pontifices. teſt. Antiſtites & Præſules dicti ſunt, quòd cæteris dignitate
præminerent. Pontifices (ſi Scæuolæ credimus) dicebantur à
poſſe & facere, quanuis Terentius Varro eos à ponte dictos
arbitretur, quòd ab iis Sublicius factus ſit primum, nomen à
gentilitate in Chriſtianiſmum tranſlatum. Et vt Romani ve-
teres, olim minores & maiores pontifices, & inter hos vnum
Archiepiſcopi. ſummum, qui omnes ſacris præerant, habebant: ita & nos in
Chriſtianiſmo eaſdem denominationes ſeruamus. Archiepi-
Metropolitani. ſcopi dicti ſunt, tãquam primores Epiſcopi qui & Metropo-
litani ſeu Metropolitæ appellati ſunt, à Metropoli, id eſt à
Patriarchæ. matre ciuitate, quaſi eius ciuitatis quæ totius prouinciæ veluti
mater eſt, epiſcopi. Patriarchæ dicti ſunt, veluti primores ſeu
Tres patriarchæ olim. ſummi patres, horum ante Cõſtantinũ Imperatorẽ numera-
bantur tres tantũ, nempe Romanus, Antiochenus & Alexan-
drinus, nã principio ſub Antiocheno erat Hieroſolimitanus,
Rom. pontifex quomodo cæ- poſt Conſtantinum additus eſt quartus Cõſtãtinopolitanus,
horum ſummus eſt Romanus, non quòd ordine ſacerdotij cę-
teros antecellat, ſed magis plenitudine adminiſtrationis re-
giminis

giminis ac poteſtatis. Hanc enim apud vnum eſſe oportet in ecclesia, vt eccleſię vnitas monſtretur ac conſeruetur. Exertè dixit Anacletus, cæteros apoſtolos cum Petro pari cõſortio, honorem & poteſtatem accepiſſe, ſed tamen ſacerdotij principatū Petro (cuius ſucceſſorem vetuſtiſſimi quiq; ſcriptores pontificem Romanum eſſe cõſtantiſſimè perhibent) tributum, vt ab vno poſt Chriſtū ſacerdotalis ordo pédere videretur. Quod beatus Cyprianus hiſce verbis confirmat: Loquitur (inquit) Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ędificabo eccleſiam meā, & portę inferorū nõ vincent eam. Tibi dabo claues regni cœlorū: & quæ ligaueris ſuper terrā, erunt ligata & in cœlis: & quęcũque ſolueris ſuper terrā, erũt ſoluta & in cœlis. Et idē poſt reſurrectionē dicit: Paſce oues meas. Et quãuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionē ſuam parem poteſtatē tribuat & dicat: Sicut me miſit viuēs pater, & ego mitto vos: Accipite ſpiritum ſanctum: Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebũtur: tamen vt vnitatē manifeſtaret, vnitatis eiuſdē originē ab vno incipientē ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erãt vtique & cęteri apoſtoli quod fuit Petrus, pari cõſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordiū ab vnitate proficiſcit̄, vt eccleſia vna monſtretur. Et poſt pauca: Quā vnitatē firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus, vt epiſcopatum quoq; ipſum vnū atque indiuiſum probemus. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis inſolidū pars tenetur. Hęc ille. Et Hieronymus ad Euagriū teſtatur, Epiſcopū ſiue Romę, ſiue Eugubij, ſiue Conſtãtinopoli, ſiue Regij, ſiue Alexãdrię, ſiue Thebis, breuiter vbicunque exiſtentē, eiuſdē eſſe meriti, eiuſdē etiā ſacerdotij. Sacerdotij ergo poteſtas, res ſpiritalis eſt & īcorporalis, quæ diuidi nõ poteſt. Hanc ſinguli epiſcopi in ſuum quiſque gregē inſolidū poſſident, ſed põtifex Romanus (veluti illius ſucceſſor, in cuius perſona Chriſtus hanc poteſtatē eccleſiæ tradidit) hanc in vniuerſum ſuper totū gregē Chriſtianū tenet, quā & exercere poterit ac debebit, vbi viderit rē poſtulare. In hoc enim cõſtitutus eſt, vt fratrum ſuorū neglig ētiam ſuppleat: quod planè Chriſtus indicare voluit, cū Petrum alloquitur: Simon, Simon, inquiens, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: Ego autē rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquando cõuerſus, cõfirma

teris præeſt.

Anacletus ep. in nouo teſtamento 91. diſtin.

Cyprianus

Matt. 16.

Ioan. vlti.

Ioan. 20.

Vnitatis cõſeruãdæ cauſa vnus alijs prælatus eſt.

Vnus epiſcopatus.

Matt. 16.

Ioan. vlt.

Luc. 22.

Simile. fratres tuos. Quòd ſi nō ſatis ītelligis quî fiat vt par ſit ſingulis Apoſtolis poteſtas, & tamē Petrus principatū gerat, accipe ſimile: Paterfamiliâs pluribus ſeruis negotiandi prouinciam ex æquo partitur ac demādat: ne tamen negotiationis vnitas diſſipetur, vni ex eis poteſtatem facit, vt is non tantū in ſuam partē, ſed & in aliorū partes reſpiciat, & ſicubi aliquis ex conſeruis in officio ceſſauerit, eum vt ad functionē ſuam reuocet, ac proſpiciat, ne cōmunis negotiatio iacturā patiatur. Quamobrem cæteri Epiſcopi rectè dicūtur vocati in partē ſolicitudinis, ſummus verò Pontifex in plenitudinem poteſtatis: habent enim illi ſibi aſſignatos greges, ſingu li ſingulos: huic vniuerſi crediti ſunt. Cùm enī Chriſtus tertiò interrogaſſet Petrum, num ſe plus aliis diligeret, atq; ille reſpondiſſet, Tu ſcis Domine quia amo te, ſubiunxit, Paſce oues meas. Quod tam expertè à Chriſto ad nullum alium ex Apoſtolis ſingulatim dictum reperimus.

Vide Bernar. ad Euge. lib. 2.
Epiſcopi vocati in partē ſolicitudinis.
Ioan. vlti.

Epiſcopi vocati in parē poteſtatē ordinis, ſed nō iuriſdictionis.
Ioan. 20.
Matth 16
2. Cor. 10.
Ephe. 4.

Dicimus autem cæteros Epiſcopos vocatos in parem poteſtatem ordinis, ſed nō iuriſdictionis. Idq; nō ſine ratione. Poteſtas enim ordinis collata eſt pariter omnibus apoſtolis. Poteſtas verò iuriſdictiōis propriè collata eſt toti eccleſiæ, idque in perſonā Petri. Romanus ergo pōtifex, quod ad clauem iuriſdictionis attinet, maiorē habet ligandi ac ſoluendi poteſtatē quàm cæteri. Ipſi enim pro tēporum & rerū neceſſitate in ędificationem eccleſiæ poteſtas eſt cōdendi leges ſeu canones, quibus cōtumaces ab externo eccleſię cōſortio repellat, & viciſſim reſipiſcentes ſolus recipiat & recōciliet. Hæc tamen clauis iuriſdictionis, clauē Ordinis quibuſlibet ſacerdotibus cōmiſſam (quæ conſciētiam ipſam aſtringit vel ſoluit) nō remoratur, modò qui claue iuriſdictionis ligatus eſt authoritatē Apoſtolicæ ſedis non contemnat, ſed potius ſe reſipiſcentem conteſtans, re ipſa probet ſe in eā anguſtiam deueniſſe, vt omnino ei poteſtas nō ſit Apoſtolicam ſedem, priuſquam abſoluatur, abſque corporis periculo ſecurè ac tutò adeūdi ac interpellandi. Quamobrē poteſtatē abſoluendi quantūlibet criminoſos in extremis cōſtitutos (quòd ad forum conſcientiæ attinet) apud quoſlibet ſacerdotes eſſe conſtat. Porrò Papæ nomen, nō eſt tam recens aut infrequēs in eccleſia, vt quidā contendunt. Quin potius frequētiſſimū fuit ſanctis patribus. Hieronymus ſiquidē Damaſo Papę ſcribit. Et Ambroſius Siricio Papæ lib. 10. Epiſt. 81. licet nō inficiemur

Clauis ordinis ī omnibus ſacerdotibus eadem.
Vide ca. ſi quis ſuadē te diabolo. 17. q. 4. c. nō dubiū. c. de his. c. quāuis. de ſenten. ex comm.
Hier. Damaſo papæ
Amb. Siricio.

ciemur hoc nominis olim non ſoli Romano pontifici tributum, cum & Auguſtino aſſcriptum reperiatur.

PResbyterorum officium, in primis in prædicatione verbi, dein in cõficiendo corpore & ſanguine dñico & cęteris ſacramentis adminiſtrandis (confirmationis tamen & Ordinis, quæ ſolus Epiſcopus ob eccleſię vnitatẽ retinẽdam adminiſtrat, exceptis) denique in orando Deũ pro totius eccleſiæ & populi Chriſtiani proſperitate, ſitũ eſt. Hęc munera ſacerdotes toto conatu amplecti cõuenerit In his propemodũ ſolis exerceri, minoribus officiis interĩ in alios reiectis. Nam verbum apoſtolici ſenatus eſt: Non eſt ęquum nos derelinquere verbũ Dei, & miniſtrare mẽſis. Et poſt pauca: Nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Diximus autẽ de hac re latius in canonibus Concilij noſtri, titulo De officio ac vita clericorũ generatim: item titulo De Parochis ac eorũ vicariis. Quod autẽ ſit officiũ Epiſcopi. Canon primus atq; adeò totus titulus De munere epiſcopali declarat. Quales etiã in epiſcopos ac ſacerdotes eligi ac cõſtitui oporteat, Paulus ad Timotheũ ſcribens oſtẽdit. (Illic enim epiſcopi appellatione etiã presbyter continetur.) Archiepiſcopi & Primates olim cõfirmabant epiſcopos. Sic enĩ legimus in Canonibus Concilij Niceni, cap. 4. Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit ad ſingulas prouincias ad Metropolitanũ epiſcopum. Et vt ſummus Pontifex cęteris omnibꝰ iuriſdictione prçeminet, ſic Archiepiſcopi epiſcopis. Qua de re in rebꝰ eccleſiaſticis rectè ab epiſcopo ad archiepiſcopũ appellatur. Patriarchæ præter Romanum, curam gerebant totius eccleſiæ ſub ipſorum patriarchatu (vt ita dicamus) conſtitutæ. At Romanus ſolicitudinẽ gerit non Romanæ tantũ, ſed & vniuerſæ eccleſiæ toto terrarũ orbe in Chriſto cõgregatę, vt dicere poſſit cum Apoſtolo: Miniſtri Chriſti ſunt & ego. Quin plus ego, in laboribus plurimis, & prçter illa quę extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omniũ eccleſiarũ. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Itidẽ nec erubeſcit cum Apoſtolo gloriari de poteſtate ſua, quam dedit ei Dominus in ædificationẽ, nõ in deſtructionẽ. Epiſcopus cum ordinatur, duo epiſcopi ponũt ac tenẽt euangelicum codicem ſuper caput & ceruicem eius & vno ſuper eum fundente benedictionẽ, reliqui omnes epiſcopi qui adſunt, manibus ſuis caput eius tãgunt. Presbyter

Officium presbyterorũ quo ſitum ſit. *Hierony. ad Euag. cap. legimus. 93. diſt.* *Acto. 6.* *Ibidem.* *Officium epiſcopi.* *1. Tim. 3.* *Hierony. ad Euag.* *Archiepiſcoporum officiũ cõfirmare epiſcopos.* *Cõci. Ni. cap. 4.* *Patriarcharũ officium.* *2. Cor. 11* *1. Cor. 10* *Ritus ordinãdi epiſcopũ & presbyterum.*

Miniſtrorũ eccleſiaſticorũ ordine nihil pulchrius.
Vnitatis nexus Ordo.
Eccleſia inuiſibilis.
Viſibilis.

verò cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenẽte, etiã omnes presbyteri qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manus epiſcopi ſuper caput illius tenent. Hoc miniſteriorum ordine, quẽ eccleſia, (diuina profectò diſpoſitione) recepit, nihil pulchrius, nihil ſpecioſius, nihil vtilius aut neceſſariũ magis. Eccleſię multę ſunt diſtinctione locorum & perſonarũ, quemadmodũ Paulus ait: Sicut in omnibus eccleſiis doceo, ſed vnica eſt profeſſione fidei, & ſacramẽtorum cõmmunione Huius vnitatis veluti quidam nexus eſt, ordo: quo ſoluto, neceſſe eſt vt amabilis illa eccleſię cõcordia diſpereat. Vt autem contendant quidã, eccleſiã inuiſibilem eſſe, quod de eccleſia prędeſtinatorum nõ negamus: nihilo ſecius (vt opinamur) nobis concedent Eccleſiam etiã viſibilẽ, quæ bonis habet admixtos malos, viſibili fidei profeſſione, & ſacramentorum communione ſociatos. In hac certè Ordinem eſſe oportebat, qui exordiũ ab vnius authoritate recipiẽs, in numeroſam miniſteriorum Dei multitudinẽ pulcherrima ſerie diffunderetur, ac veluti in plurimos ramos per vniuerſum orbẽ extẽderetur, intrinſecus incrementum ſumens ab vno Chriſto, de qua re fuſius diximus in articulum Symboli, qui de ſancta eccleſia eſt, & qui volet, legat Cyprianum de ſimplicitate prælatorum cõtra Iouinianum, vbi oſtendit hæreticorum eſſe proprium, hãc vnitatem ſcindere, vt fidem ſubuertãt, ac corrumpãt veritatem. Vnum verò nobis perpetuis votis poſtulandũ à Deo eſt, nẽpe vt Deus ordinem diuinitus inſtitutum conſeruet, vt omnibus mẽtem ſuo cuique officio ac munere dignã tribuat, vt vnuſquiſque ſit quod eſſe debet, vt quiſque nõ quod ſuum eſt quærat, ſed quæ Ieſu Chriſti, vt nemo alterius poteſtatẽ ac iuriſdictionẽ perturbet, vt pontifices Chriſti vicarij ſint, gregis dominici curam ſynceriter ac amanter agẽtes, vt Epiſcopi oculati ſpeculatores ſint, & ſuperintendẽtes ac proſpiciẽtes, ne quis officio ſuo deſit, vt ſacerdotes noctes ac dies meditẽtur in lege Domini, qui poſſint eſſe ſal populi, vt cæteri clericorũ ordines ſua munia ritè obeant ac peragãt. Et vt ex ordine eccleſiaſtico in ciuilẽ labamur, vt Principes ſint principes diuinę iuſtitiæ miniſtri, tanquam Deo reddituri rationem: vt magiſtratus bona fide rempublicãm adminiſtrẽt, vt qui laici ſunt, ſint quod dicuntur, nõ præeant, ſed reuerenter obtemperẽt ſacerdotibus, fideliter pareant Principum legibus, vtque in ſuo

Cypri. de ſingu. prælato cõtra Iouinia.
1. Cor. 3.
Propriũ hæreticorũ vnitatẽ ſcĩdere
Quid Deo poſtulandũ.
Phil. 2.
Pſal. 1.
Matt. 5.
Rom 14.

ſuo quiſque officio atque opificio probet ſuam conſcientiā ſummo illi cordiū ſcrutatori. Nam ſic tandē reintegrabitur & coaleſcet eccleſiæ pax & tranquillitas. Atque idipſum eſt, quod eccleſia in ſacerrimo Miſſæ canone in primis precatˀ, nēpe vt Deus ſanctam eccleſiā catholicā pacificare, cuſtodi re, adiuuare & regere dignetur, vnà cū famulo ſuo Papa, & antiſtite eius loci vbi ſacrū peragitur, & Rege, ac omnibus orthodoxis atque catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus. Sed iam ad ipſum ſacramentum Ordinis reuertendum eſt. *Quid ĩ ca none oret eccleſia.*

VErbū huius ſacramenti, quo epiſcopus in ordinandis presbyteris vtitur, admodū illuſtre eſt ĩ ſcripturis. nā in primis Ioan. 20. legimus Ieſū in apoſtolos inſufflaſſe, ac dixiſſe: Accipite ſpiritū ſanctum: quorum remiſeritis pecca ta remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Itē Matth. 28. Euntes docete omnes gētes, baptizātes eos in no mine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docētes eos ſeruare o- mnia quæcunque mandaui vobis: & ecce, ego vobiſcū ſum omnibus diebus vſq; ad cōſummationē ſeculi. Itidē Marci 16. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Itē Lucæ 22. & 1. Corint. 11. Hoc facite in meā commemoratio- nem. Quæ loca oſtendunt, Apoſtolos & eorū ſucceſſores, in ordinatione authoritatem diuinitus accipere, vt eorū mu nus ac fūctio efficax ſit. Accipit ſacerdos poteſtatē prædicā- di Euangelij, accipit poteſtatem baptizādi, remittendi pec- cata, corpus dominicū conſecrandi conficiendique, ac cæte- ra ſacramenta adminiſtrandi, nō ſuapte virtute, ſed diuina. Manum tantū & linguā præbet ſacerdos, ſed pater & filius & ſpiritus ſanctus oīa facit, de qua authoritate vt nos Chri ſtus certos faceret, apud Ioannē 20. ſic ait: Sicut miſit me pa ter, & ego mitto vos: quibus verbis Apoſtolorū & illorum ſucceſſorum animas erigit, & ſuam proponit authoritatē, quibus erat ſuum miniſterium relicturus. *Chryſo in Ioā. ho. 85*

ELemētum huius ſacramenti, quod ad Ordines maiores attinet, quos dubiū non eſt eccleſiā ex Chriſti inſtitu- tione recepiſſe, impoſitio manuum eſt, quemadmodum plu rima loca in Actis Apoſtolicis, & apud Paulum oſtendunt, quos citauimus in canonibus Cōcilij prouĩcialis, ſub titulo De impoſitione manuum. Cuius myſterium diuus Ambro- ſius libro de dignitate ſacerdotali, capite quinto, in hūc mo *Elemētū ſacramēti ordinis impoſitio manuum.* *Amb. de digni. ſac. cap. 5.*

dũ explicat: Homo (inquit) imponit manus, Deus largitur gratiã: ſacerdos imponit ſupplicẽ dexteram, & Deus benedicit potenti dextera: Epiſcopus initiat ordinẽ, & Deus tribuit dignitatẽ. Et alibi: Manus impoſitionis verba ſunt myſtica, quibus cõfirmatur ad opus electus, accipiẽs poteſtatẽ, teſte conſcientia ſua, vt audeat vice domini ſacrificiũ Deo offerre. Eſt itaque manus impoſitio congruum ſignum, quo ordinati cõſcientia certa efficitur de dono Dei, ſibi ad ædificationẽ eccleſię collato. Pręterea, vnctio quæ adhibetur ſacerdotio initiandis, elementum eſt ordinis, quæ ab vnctione legis originem habet, non recens cõmentũ, ſed in omni eccleſia, tã Græca, quàm Latina, à tempore Apoſtolorum celebrata: quod ex antiquiſſimis ac receptiſſimis quibuſque ſcriptoribus facile comprobari poterit, quorum vnũ aut alterum poſtea afferemus. Cæterum in collatione minorum ordinũ, qnos eccleſia diuinitus inſpirata, inſtituit, vt nullus de clero qui ordinat' nõ eſſet, auderet pręſumere officiũ, quod ſciret non ſibi creditum) certa quædã inſtrumenta traduntur, quibus quod cuiuſque ordinis munus ſit, exprimitũ, quę vice elementi ſunt, atque inter tradendum epiſcopus ordinando ſuggerit, cur hæc inſtrumẽta porrigat, cõmonẽs vt ſuo quiſque officio rectè fungatur, ſimul deũ orãs, vt ordinatis cuique ad ſuã functionẽ exequendam, effciax adeſſe dignetur, quemadmodum ſuperius ex Cõcilio Carthaginenſi per ſingulos ordines oſtendimus. An autẽ hoſce minores ordines propriè ſacramẽtum dixeris, nõ diffinimus. certè presbyterium & diaconatus ſola habẽt apertũ ſcripturæ teſtimoniũ, quãuis & cæteri ordines diuina, nõ humana, authoritate ſint inſtituti: vt quis officiũ bona conſcientia in eccleſia gerere audeat ſibi commiſſum, quod alioqui ſibi haud creditum periculoſè gerendum præſumeret.

Vnctio.

In collatione minorũ ordinum, quid ſit loco elemẽti.

Ritus qui in ordinũ collatione adhibẽtur prolixius adnotare aut exponere nõ eſt neceſſarium. Nam quicũque ordinatur, ſatis intelligit quid ſibi ritus illi velit, modò tamen in grãmaticæ rudimẽtis ſit mediocriter verſatus. Nã Epiſcop' (vt diximus) ſingulis ſua munia præſcribit, ac deinde orat ſuper ordinatos, quæ orationes expoſitiõis vice ſũt, plenæ pietatis. Quòd autẽ clerici ex more eccleſiaſtico tõdentur: id in primis ſit vt clerici à laicis diſcernãtur: deinde etiam tonſura ſuã ſignificationẽ habet, qua clericus ſui officij ad-

Ritus, huius ſacramenti.

Cur clerici tondeãtur.

cij admonetur. Nam vertex raſus quid aliud ſignificat, quàm clerici animum ab omnibus terrenis cupiditatibus longè ſemotum, & his quæ ad Deum ſunt, perpetuo intentum eſſe oportere? Nec ineptiũt, qui raſuram ſignum eſſe dicunt regalis ſacerdotij, quod noui teſtaméti miniſtri gerũt in eccleſia. Sed viderint miniſtri, vt ſigno nõ tãtum doctrina eorum, ſed & vita reſpondeat.

Virtus efficacia ſeu effectus huius ſacramenti, eſt donum ſeu gratia diuina ordinato collata, qua efficacia & rata ſunt quæcunq; ordinatus, ſecundum Chriſti & eccleſię inſtitutionem in eccleſia gerit. De hac dicit Apoſtolus 1. Tim. 4. Noli negligere gratiã quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetam cum impoſitione manuum presbyterij. Et iterum 2. Timot. 1. Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum. Operatur autem hęc gratia nõ tantum in bonis, ſed & in malis ſacerdotibus. Nam etſi mali ſacerdotes ſpiritu careant, quo ipſi ſancti ſint, ſpiritum ſanctum tamen habent qui miniſteriis quæ per eos agũtur, aſsiſtit: quod ſuperius non ſemel oſtendimus: atque hæc ſemper fuit & eſt catholicæ eccleſiæ tam Græcæ quàm Latinæ concors ſententia. Ambroſius in Epiſtol. primam ad Corinth. cap. 12. Sicut, inquit, idolorum imago in miniſtris eorũ eſt, ordinem ſuum habens per ſingulos gradus, totũ tamẽ hominis eſt: ita & in lege dominica gradus chariſmatum ſunt in eccleſiæ officiis. Et ſubdit: In loco Ordinis eccleſiaſtici officij conſtitutus, gratiam habet qualiſvis ſit, nõ vtique propriã, ſed ordinis per ſpiritus ſancti efficaciam. Itidem Theophylactus in illud Ioan. 11. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius, &c. Hoc auté à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit quia Ieſus moriturus erat pro gente, &c. ſic ait: Cum aliis, pontificatus dignitas erat corrupta, ſimul ac venalitij facti fuerũt principes, nec vltra per omne tempus vnus, ſed dũtaxat in annum vnum ſacerdotio fungerentur, & quanuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamẽ aderat gratia ſpiritus ſancti, operans in his qui vncti erant. Hæc ille. Verum in bonis ſacerdotibus, hæc gratia nõ tantum ratum facit miniſterium, ſed & ordinatum iuuat, vt ordine cõcredito ritè vtatur, eſtque apud Deum cauſa multi meriti cumulãdi, quod parabola Chriſti de fideli negotiatore ſatis declarat. Euge (inquit) ſerue bone & fidelis,

Vis huius ſacraméti.

Gratia ordinationis non tantũ in bonis, ſed & in malis.

Amb. in epiſt. 1. ad Cor. c. 12.

Ibidem.

Theophylact. in Io. 11.

Caiphas pontifex prophetauit.

In bonis ſacerdotibus gratia & ratum facit miniſteriũ & ordinato vtilis eſt.

quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituã. intra in gaudium dñi tui. Et Petrus apoſtolus dixit: Paſcite qui in vobis eſt gregẽDei. Et poſt pauca: Et cũ apparuerit princeps paſtorũ, percipietis immarceſſibilẽ gloriæ coronã. Et Paulus apoſtolus dixit de diaconis: Qui enim bene miniſtrauerint, bonũ gradum ſibi acquirent. Et huius gratiæ cauſa idẽ apoſtolus pronunciat presbyteros qui bene præſunt, duplici honore dignos,maximè qui laborãt ĩ verbo & doctrina. Quàm verò inſignis ſit ſacerdotalis dignitas, paucis explicari non poteſt.quàm qui volet cognoſcere,præter alios Ambroſium & Chryſoſtomum legat:qui lecti, facient vt non facilè quis extenuantibus eam dignitatem, aurem poſt hac præbeat.

1.Tim.3. Presbyteri qui bene præſũt, duplici honore digni

Sacerdotalis dignitas.

Ambro. Chryſoſt.

QVo autẽ affectu,& quo pacto ad capiendos ordines accedendum ſit, in titulo de Impoſitione manuum ſatis ſuperque oſtendimus, breuiter, qui ſacerdotio initiandus eſt, non alio affectu accedere debet, quàm ad ſubmittendos humeros non dignitati externæ, ſed magis publico muneri, vice Chriſti in eccleſia gerendo.in quam ſententiã dixit Apoſtolus: Qui Epiſcopatũ deſiderat,bonum opus deſiderat. Cogitare ſecum debet,vt imitator Chriſti ſit, cuius legatione fungetur.Nec aliter arbitrari debet,cũ ordinatur ab Epiſcopo, q̃ ſe ab ipſo Chriſto ad ipſius & eccleſiæ munia exequenda mitti ac deſtinari,idque cum multa & inſigni poteſtate ac virtute, nimirũ diuina, & ea qua Chriſtus miſſus eſt, quẽadmodũ ipſe dixit:Sicut miſit me pater,& ego mitto vos. Et alibi: Qui vos audit,me audit:qui vos ſpernit,me ſpernit. Qui alio affectu ſacros ordines ambiunt,nempe vt vel cæteros honore præeant,vel vt de eccleſiæ theſauris lautè viuãt, ac ventri indulgeant,hos ſcriptura nõ mitti,ſed ſuo nomine venire dicit,ac lupos, fures & latrones appellat, qui non intrant per oſtium,ſed aliunde aſcendũt, maximi criminis rei, quod ingens vltio tandem certo certius ſubſequetur.

Quo affectu ordines ſuſcipiendi.

Ioan. 20. Matt. 10 Lucæ 10.

Qui pernicioſe ſacris ordinibus admoneãtur

Matth.7 Ioan.10.

MInister huius ſacramenti, Epiſcopus eſt, idque non tantum vniuerſalis eccleſiæ ſententia,ſed & ex ſententia Pauli.is enim ad Titum Epiſcopum ſic habet: Huius rei gratia reliqui te Cretæ,vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Verum de hoc fuſius diximus toto titulo de officio Epiſcopali.

Miniſter huius ſacramenti, Epiſcopus

Titum.1.

De Ma-

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

Matrimonivm,cõiugium,connubiũ,& nuptię,pro eodẽ fermè vſurpantur. Matrimoniũ, ſi diuo Auguſtino lib.19.contra Manichæos, credimus,dictum eſt,quòd fœmina ob id potiſſimum nubere debeat,vt mater fiat. Cõiugium (diuo Ambroſio teſte) à coniungendo deriuatum eſt: nam cùm legitimè mulier viro cõiungitur,cõiugium eſt.Eodem Ambroſio authore,Nuptiæ dictæ ſunt,quòd pudoris gratia puellæ ſe obnuberent,quod Rebecam Iſaac iam deſponſatam feciſſe legimus,quæ maritum deſignatum aperto capite nõ putabat videndum:ſed cùm is forte fortuna ſeu potius Dei conſilio in agro deambulans,ei obuius factus fuiſſet,ſublato pallio ſeſe operuit. Hoc tamen nuptiæ à matrimonio ſeu cõiugio differunt, quòd propriè nuptiæ ſint matrimonij celebritas,quæ cõiugij teſtificationem declarat. Quæ de ratione vocabuli dicta ſuffecerint. Deinde ſciendum eſt, aliud eſſe matrimonium,aliud matrimonij ſacramentum,quemadmodum aliud eſt pœnitẽtia, aliud eſt pœnitentiæ ſacramentum:nam longe latius matrimonium,quàm matrimonij ſacramentum, patet. Quæ res vt perſpicua fiat, à prima inſtitutione nobis repetenda eſt.

De ratiõe vocabuli matrimonii.

Au. li 19 cõtra Manichæos.

Coniugiũ

Am. li. 1. de Abra. patriar. c. 9.

Gene. 24.

Nuptiæ quo differant matrimonio.

Amb. in Lucã. lib. 2. ca. 2.

Matrimonium itaque mundo iam recens condito,à Deo inſtitutum & benedictum eſſe conſtat. Nam Geneſis 1. legimus:Maſculum & fœminam creauit eos,benedixitq; illis Deus,& ait: Creſcite & multiplicamini,& replete terram. deinde ſcriptura refert, Deum poſteaquam primum hominem creaſſet,protinus ſubintuliſſe:Non eſt bonum hominem eſſe ſolum,faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Et poſt pauca narrat ſcriptura Deum immiſiſſe ſoporẽ in Adam,cùq; is obdormiſſet,tuliſſe vnã de coſtis eius,& repleſſe carnẽ pro ea,& ædificaſſe coſtã quam tulerat de Adã,in mulierem,& adduxiſſe eam ad Adam. Adã verò cum intuitus eſſet mulierem,dixiſſe (nõ dubium prophetico ſpiritu) Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea:hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna. Vnde conſtat matrimonij inſtitutionem omnium antiquiſsimam eſſe,

Matrimoniũ initio omnibus à Deo inſtitutum & benedictũ

Gene. 1.

Gene. 2.

Adã primus propheta.

Vide Au. lib. de bo. coniug.

& Deum authorem referre.

Matrimonium eſt inſtitutũ potiſsimũ ob quatuor cauſas.
Gene. 2.
Gene. 1.

EST autem matrimonium ob diuerſas cauſas à Deo inſtitutum. Principio, vt eſſet prima humanæ ſocietatis copula, quæ germanam atque amicabilem quandam coniunctionem, alterius quidem regentis, alterius autem obſequẽtis complecteretur. Secundò, vt eſſet arctiſsima quædã coniunctio, quæ ſoboli & amanter ſuſcipiendæ, & religioſæ educandæ deſeruiret. Vtrũque finem ſcriptura non tacuit, cum inquit: Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Ac rurſus: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Tertius inſtitutionis finis, qui propriè ſtatũ hominis poſt lapſum reſpicit, eſt vt infirmitas incontinentiæ noſtræ honeſtate nuptiarum exciperetur. Nam cum conſtet, niſi cecidiſſent primi parentes homines futuros, atque etiã liberos ſine carnis incentiuo, ac abſq; feruore libidinis, atque adeò non tantum ſine peccato, ſed etiam cum merito procreaturos fuiſſe, poſt peccatum verò lethalis cõcupiſcentiæ lex membris noſtris inhęſerit, ſine qua carnis commixtio non fit: neceſſe erat vt inſtitutum quoddam Dei haberemus, quod carnis commixtionem, alioqui ob concupiſcentiam reprehenſibilem, excuſaret. in quã ſententiam dixit Apoſtolus: Propter fornicationem (vitãdam) vnuſquiſq; propriam vxorem ſuam habeat. Auguſtinus duo propria officia, matrimonio ante hominis lapſum, tertium iam lapſo tribuit. Quod, inquit, ſanis eſt ad officium, ęgrotis eſt ad remedium. Præter hos fines nõ poſtrema ſed potiſſima cauſa inſtitutionis matrimonij (ſi Dei propoſitũ reſpiciamus) eſt, vt eſſet cõgruum ſignum arctiſsimæ illius coniunctionis venturi Chriſti & eccleſiæ, quam quidem à principio & ab æterno antequam quicquam fieret, præordinauit Deus, atteſtante Paulo, Deum elegiſſe nos in Chriſto ante mũdi cõſtitutionem, nobiſque promiſiſſe ſpem vitæ æternæ in Chriſto ante tempora ſecularia. Præuidens nãque Deus hominem diabolica fraude deceptum iri & lapſurũ, ſimul & de homine perdito reſtituẽdo regenerẽdóque ſecũ ſtatuit ac diſpoſuit: Proinde Chriſto (quem huius regenerationis parẽtem eſſe voluit) nuptias pręordinauit, quas in Adę (qui erat forma vẽturi) & Euæ, ex Adæ indormiſcentis latere formatæ, mirabili copulatione, pulcherrimè expreſsit, ac veluti deſponſatione inchoauit eiuſdemque deſpõſationis fidem, promiſsione venturi ex muliere ſeminis, quod caput ſerpentis cõtereret, cõfirmauit, quam & in

Aug. ſuper Gene. li. de nup. & concu.
Cõtra Fauſtum Manich. li. 19 cap. 26.
Aug. de bono coniug. cap. 1.
1. Cor. 7.
Aug. ſuper Geneſim.
Potiſsima cauſa inſtitutiõis matrimonij.
Ephe. 1.
Tit. 1.
Chriſtus parẽs regeneratorum.
Roma. 5.

& in omnibus piis qui ab exordio ſeculi vſque ad Chriſtum fuerunt renouauit, & per prophetas ſuos prædicari & euulgari fecit. Vt cæteros prætereamus, quid apertius eo quod apud Oſee dominus eccleſiam appellãs, de ipſius deſponſatione loquitur in hunc modum? Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Salomon vir omniũ ſapientiſsimus, epithalamion etiã harum nuptiarum in Chriſto, & Eccleſia futurarum cecinit in Cãticis canticorum: & cum ſua ætate nõdum appetiſſet tempus, quo hæc deſponſatio nuptiarum celebritate conſummaretur, ſpõſam (quæ tum adhuc venturo ſponſo Chriſto parabatur) canticũ ipſum à voce intimi deſiderij ordientẽ introducit, Oſculetur me (inquit) oſculo oris ſui. Denique Ioannes Baptiſta paranymphus ille ſacerrimus tanti coniugij, cum appetiſſet tempus nuptiarum celebrandarum, & ſponſus iam prodiſſet in orbem, propter ſponſum (quem & digito oſtendit) gaudet quia tempus impletum eſt: Qui habet (inquit) ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi; hoc ergo gaudium meũ impletum eſt. Ab exordio itaque mũdi Chriſto deſponſata eſt vxor eccleſia. Miſsi, ſunt ſerui prophetæ, qui vocarent inuitatos ad nuptias. Venit tandem ſpecioſus ille prę filiis hominum ſpõſus Chriſtus, cui crucis thalamũ aſcendenti & obdormienti, pater ex latere, lancea militis aperto, deſponſatam illam exhibuit, atq; adeò vxorem formauit, ornauit ac copulauit Eccleſiã ipſi Chriſto, indiſſolubili vinculo, veluti vnã cum eo carnem perpetuo adhæſurã, atq; ita demum nuptiæ illæ cõſummatæ ſunt, quod magnus ille Euangeliſta non tacuit, qui non ſine grandi myſterio ſic ait. Poſtea ſciens Ieſus quia omnia cõſummata ſunt, dixit, Sitio. Et paulo poſt quũ accepiſſet Ieſus acetũ, dicit: Conſummatũ eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Et poſt pauca: Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderũt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Quòd ne fortuito aut naturaliter factum eſſe crederes, ſed grãde atq; inenarrabile myſteriũ, vt eſt, reputares, adiecit: Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verũ eſt teſtimonium eius: Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Apud Mat. quoq; & Lucã Chriſtus ipſe haſce nuptias aptiſsima parabola

Oſee.2.

Cãtica cãticorũ Salomõis eſt cãticũ nuptiale.

Ioan.1.
Ioan.3.

Ab exordio mundi eccleſia Chriſto deſpõſata eſt.

Matt.22.
Lucæ.14.
Pſal.44.
Ioan.19.
Ibidem.

Matt.22.
Lucæ.14.

inſinuat, & quod futurum prophetæ prædixerunt, iam exhibitū pronuntiat. Apocalypſeos quoq; 19. nō iam epithalamiō futurarum, ſed præſentium nuptiarū ſuccinitur: Audiui (inquit Ioannes) vocem tubæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorū magnorum dicentium, Halleluia, quoniā regnauit dominus Deus noſter omnipotens: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe, & datum eſt illi vt cooperiat ſe byſsino ſplendenti & candido. Et paulo poſt: Beati qui ad cœnam nuptiarū agni vocati ſunt. Hæc altius repetere viſum eſt, vt doceremus tantā rem (qua nec eſt, nec cogitari poteſt vlla alia maior, ſymbolo quodā perpetuo repræſentari debuiſſe, eóque omniū aptiſsimo, id quod Deus Adæ & Euæ coniugium eſſe voluit. Poterat quidem Deus pari opera, qua Adam ex limo terræ plaſmauit, Euam quoq; ex ſimili argilla cōdere poterat eos ſeparatim formatos (quemadmodum cætera animantia) propagationis gratia iungere, poterat coniugij leges dare: ſed ſic res myſterio vacaſſet, nec Adam & Eua fuiſſent forma & figura futurarum nuptiarum Chriſti & eccleſiæ. Iam & ipſum Adam in hanc myſterij rationem potiſsimum reſpexiſſe non ſolum Apoſtolus docet, ſed & res ipſa planè oſtēdit. Quid enim putas eſt, quòd Adam ad primum Euę conſpectum, verba (quæ ſuperius retulimus) protulit, quibus patri & matri præferebat vxorem quum ipſe neque patrem habuiſſet, neque matrem? Quid quòd, quanuis graui ac profundo ſomno ſoporatus, ſeu (vt alia habet editio) eſtacſi correptus ſit, tamē non clam illo fuit quod factum eſt? quod ea verba manifeſtè comprobant, cum ait, Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: quæ ſatis indicant etſi occluſos habuerit ſenſus corporis, mente tamen vigilauerit, in tempora olim poſt multa ſecula futura reſpiciens. Quid quòd cum impoſuiſſet cūctis animantibus nomina (nulli tamen nomen cognatum hominis vocabulo) ſoli tandem Euæ, in qua ſimilitudinem ſuam recognoſcebat, vocabulum à ſuo nomine deductum dederit, dicens: Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt? quod in Hebræa lingua manifeſtam habet nominis etymologiam: Vir enim hebraicè Is, & mulier Iſſa vocatur. Quid ergo hoc verborum inuolucro aliud vaticinatus eſt Adam niſi quandoque fore vt Chriſtus in orbem terrarum prodeat? qui licet Deo eſſet æqualis, ὁμοούσιος patri,

Cōiugium Adæ et Euæ grande myſteriū.
Gene. 1.
Adam myſterii non ignarus fuit.
Ephe. 5.
Gene. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Adam ſoli Euæ vocabulum ſuo nomini cognatū indidit.
Myſterij latētis breuis explicatio.

patri, ſemetipſum tamen exinaniret, ac veluti relicto patre, *Symbolū*
noſtri cauſa formā ſerui acciperet, in ſimilitudine hominum *Nicenum.*
conſtitutus, & figura repertus vt homo, fieret obediēs vſque *Philip.2.*
ad ſoporem mortis: idque eam tantum ob cauſam, quo Deus
pater de latere eius ſanguinem & aquam educeret, ex quibus
ipſi non reperienti aliundè adiutorium ſimile ſibi, de oſſibus
& carne eius vxorem eccleſiam ædificaret, de ipſius etiā nomine nuncupandam, nimirum à Chriſto eccleſiam Chriſtianam, *Acto. 11.*
atq; adeò ipſi Chriſto vniendam, vt iam Chriſtus & ec- *Ephe.5.*
cleſia non duo, ſed vna caro rectè dicantur, vtque ea quę pro- *Pſal.8,*
phetico ſpiritu de hominis gloria Dauid cecinit, tandem in
Chriſto & eccleſia, tanquā in vnum hominem coagmentatis,
cōplerentur: quod fieri non poſset, ſi aliunde quàm ex ipſius
Chriſti latere eccleſia ſumeretur: fit autem tum, quum Deus
eandem vſq; ad conſummationem ſeculi ex Chriſti filij ſui la- *Ephe. 4.*
tere ædificare nō deſinit, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionē filii Dei, in virum perfectum in mēſurā plenitudinis Chriſti. In quod myſterium diuiniſſimus
Paulus intuēs, cum paſſim alibi, tum in Epiſtola ad Epheſios *Ephe.1.*
(quæ propriè in explicationem tāti arcani in primis noſtris
parentibus olim repręſentati ſcripta videtur) eccleſiā corpus
& plenitudinem Chriſti appellat, in ipſo conuiuificatam &
conreſuſcitatam, ſimul etiam in ipſo in cœleſtibus conſedentem. Ex his itaque omnibus (vt vnde digreſſi ſumus reuertamur) colliqueſcit, matrimonium non vulgari, ſed myſtica omnino ratione. nō quolibet, ſed ſingulari quodāmodo (quē ſcriptura refert) à Deo in paradiſo inſtitutum fuiſſe, nimirum vt ſacramentum eſſet arctiſſimæ illius vnionis in Chriſto & eccleſia futuræ, quod diuus Paulus in iam citata Epiſtola ad Epheſ. cap. 5. grauiſſimè commonſtrat.

QVanquam autē omnes iſtæ cauſæ inſtitutionis matri- *Etiam gē*
monij ſimul acceptæ, populo Dei tantum, etſi non pa- *tes agnoue*
riter omnibus, cognitæ fuerint, negari tamen non poteſt, e- *runt matri*
tiam ipſas Gentes idololatras lege quadam naturæ menti *monium*
diuinitus inſita percepiſſe, matrimonium rem quandam ſan- *rem ſan-*
ctam eſſe, ac maiorem quàm vt humanum inuentum æſtimā- *ctam eſſe.*
dum ſit. Intelligit enim ratio, vagos concubitus contra naturam eſſe, intelligit ſtupra & adulteria, inhoneſta ac puniēda eſſe. Præterea caſtitatem, moderationem ac verecundiam in voluptatibus corporis, hominis naturæ maximè cō-

Vide titulos iuris ciuilis de adulteriis et ſtupris.

uenire. Proinde etſi gẽtes propriam matrimonij ſanctitatem nõ viderent, quoſdam tamen ex dictis matrimonij finibus ac bonis vtcunq; viderunt, ac cum populo Dei cõmunia habuerunt, eis à lege illa naturæ indicata, quæ & legibus tuebãtur, & abutentes, grauiſſimis pœnis, de adulteriis, ſtupris, & id genus reliquis vitiis editis, coercebant. Nec erat eis vulgaris matrimonij deſcriptio ignota, qua matrimoniũ deſcribitur eſſe legitima maris & fœminæ coniunctio, & conſortium omnis vitę, diuini & humani iuris communicatio, indiuiduam vitę cõſuetudinem retinens. Et quia non probauerunt Deum habere in notitia, quòd non agnoſcerent dona Dei, ſed ſibi omnia tribuerent, ex re ſacra rem fecerũt prophanam, adeò vt matrimonium iam non ex Dei, ſed à moribus ac legibus cuiuſque populi totũ penderet: eoq; talia erant apud alios legitima coniugia, qualia haberentur alibi per abſurda. Quãobrem vt inficiari nõ poſſumus apud gentes fuiſſe matrimonia, tamen nemo non videt matrimoniũ apud eos propriè ſacramentum nõ fuiſſe, aut ſaltem non habuiſſe ſacramenti ſanctitatem. Nam quæ tandem illius matrimonij ſanctitas, quod licebat marito etiã nulla vel omnino improbabili cauſa reſcindere? quemadmodum de Catone Romano legimus, qui vxorem non ſterilitatis cauſa (quæ rationem aliquam apud Dei ignaros habere poterat) ſed alterius etiam domum liberis impleturam repudiauit, ac alij ducendam tradidit.

Matrimonij deſcriptio etiam apud gentes.

Roma. 1.

Matrimonia quidẽ legitima apud gentes, ſed matrimoniũ ſacramẽtum non fuit.

Aug. de fide et operib. c. 7.

Cato Romanus.

APud Iudęos maior erat matrimonij ſanctitas. Nam cùm repromiſſionem venturi ſeminis ex Abraham & Dauid (in quo omnes gentes benedicerentur) accepiſſent, qui religioſiores inter eos erant, propagandi potiſſimum cauſa, nuptias copulabant, non victi libidine, ſed ducti pietate, nõ vt vxores in morbo deſiderij, ſicut gẽtes quę ignorant Deũ, ſed magis in generandi opere ſocias haberent. Ergo gentes nuptias externæ tantùm honeſtatis cauſa, qua & fœdę libidinis indecorum celarent, & liberos ordinato nõ vago concubitu procrearent, contrahebãt; Iudæi verò non tantùm honeſtatis, ſed & pietatis cauſa. Nam cum ſcirent in ſemine Abrahæ benedicendas omnes gentes, non tantũ officij, ſed & pietatis erat, carnaliter filios propagare: religionis erat, ſobolẽ propter Chriſtũ quærere: nimirum ad genus eius ſecũdum carnem ab omnibus aliis gentibus (Deo ita volente) diſtinguendum, cum & id ad prophetãdum Chriſtum quammaximè valeret,

Matrimonia Iudæorũ ſanctiora quàm Gentium.

Gene. 17.

Pſal. 131.

Augu. de bo. coniug. cap. 13.

Gẽtes cur contraxerũt matrimonia.

Iudæi cur.

Augu. de bo. coniug. cap. 19.

leret ꝙ prænunciabatur, ex quo etiam genere, & ex qua gente eſſet venturus: vnde ſanctitatis erat propter populum Dei propagandum nuptiis vti, ꝙ per hunc populum & propheta- retur & naſceretur princeps & Saluator omnium populorũ. Sed dices: Si patribus veteris legis ratio primæ inſtitutionis matrimonij non fuit incognita, ſi pietate ſuadente ducebāt vxores, quî factum eſt, vt & omniũ pientiſſimi, veluti Abraham, Iacob & Dauid, plures ducerent cõiuges, cũ tamen Adã diuino inſtinctu dixiſſet, Et erũt duo in carne vna? Item, quî factum eſt, vt permittente Moſe, vxores repudiare atq; alias dimiſſarum loco ducere poſſent Iudæi, cum tamen Adam eodem inſtinctu percitus, dixiſſet relinquendum eſſe patrem & matrem & adhærendum vxori, quæ eſſet os de oſſibus, & caro de carne viri, atq, adeò cum viro vna caro? Hîc ferè nihil habemus quod reſpõdeamus, niſi ꝙ quemadmodum ædificatio Euæ ex latere Adæ, ſic & verba illa protoplaſti, ſalua ſemper hiſtoriæ veritate, planè myſtica & prophetica fuerint, nõ in populo Iudaico, ſed demum in venturo Chriſto & eccleſia complenda. Interea ergo dum Chriſtus, ex eodem ad hoc peculiariter delecto populo expectaretur, dúmq; velaretur adhuc propheticis ſacramentis ſalutis noſtrę myſterium, ſecreta Dei diſpẽſatione patribus permiſſum eſt, plures vxores ducere, quo facto etſi vnionem illã verbis propheticis deſignatam non exprimerent, ad eam tamen pulchrè præludebant. Nam cùm hoc ageretur, vt ſignificaretur olim in Chriſto ſynagogam ſimul & Gentium multitudinem, veluti in vnũ corpus eſſe iungendas, & demum in ipſo Chriſto verè complendum, quod Adam prophetico ſpiritu prædixerat: idcirco factum eſt (Deo ita diſponente) vt huius myſterij deſignandi gratia liceret vni viro plures vxores ducere, viciſſim verò vnam fœminam pluribus viris nubere nõ liceret: duobus enim ſeu pluribus maritis viuis nullam legimus ſeruiſſe ſanctarum. Plures autem fœminas vni viro legimus coniunctas, dum ſcilicet ratio temporis ſuaderet, & Gentis illius ſocietas permitteret, cuius generatio nuntia futurorũ erat, ac ad propheticam diſpenſationem pertinebat: Quid ergo eſt ꝙ vnus plures ducit, niſi ꝙ vnus eſt Chriſtus, qui ſynagogã & Gentium multitudinem olim longiſſimè diſſitas, ſibi cùm adueniſſet copulãs, ac propheticum myſterium adimplens, in vnã eccleſiã redegit? Quid eſt quòd viciſſim vna non nubit plu-

Mich. 5. Matt. 22. Augu. de bo. coniug. cap. 9. De monogamia Iudæorum.

Obiectio. Abrahã, Iacob, Dauid, polygami. Gene. 2.

Obiectio de repudio Iudæis per m. iſſo. Gene. 2.

Dilutio. Verba Adæ nõ ſunt ad literam exigẽda in patrib⁹ veteris legis. Augu. de bo. cõiug. ca. 16. 17. 1. Cor. 13. Galat. 5. Gene. 2. Aug. ibidem ca. 16

Quid ſignificabat polygamia patrum. 1. Cor. 11.

ribus, niſi ꝙ eccleſia pluſꝙ̃ vni viro,hoc eſt Chriſto, nubere nõ preſumit? Hinc enim ſtomachatur Paulus,& delitigat cũ
1.Corin.1. Corinthiorũ eccleſia,quod ſe in pluresviros videretur diuidere,quòd vnuſquiſq; eorũ diceret: Ego quidem ſum Pauli,
Matt.24. Ego autem Apollo,Ego verò Cephæ,Ego auté Chriſti: Nũ-
Marc.13. quid(inquit)diuiſus eſt Chriſtus?& Chriſtus premonuit ven-
Luca 17. turos multos,ſed nequaꝙ̃ audiendos,qui dicerent: Ego ſum Chriſtus.Item: Ecce hic eſt Chriſtus,ecce illic.Chriſtus ergo vnus & ſingularis eſt,quemadmodum apud Hebræos maritus:Gentes vero(quemadmodum vxores Hebræorũ)multæ,ſed tamen vni Chriſto copulandæ, & in Chriſto vnum fu-
2.Cor.11. turæ,quemadmodũ dixit Apoſtolus:Deſpondi enim vos vni
Ephe.2. viro virginem caſtã exhibere Chriſto.Et iterum:Sicut enim
2.Cor.11. vnum corpus eſt & membra habet multa,omnia autem mem-
1.Cor.12. bra corporis cum ſunt multa,vnum tamen corpus ſunt:ita &
Ibidem. Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi,& omnes in vno ſpiritu potati ſumus.

Patrũ polygamia non repugnat verbis Adæ myſticis.

Ex quibus facilè intelligis, patrum polygamiã verbis Adami myſticis magis ſeruire ꝙ̃ repugnare. Non enim vt quarundam gentium polygamia in ſolam pluralitatem vxorum(ꝙ̃ libidinis cumulandæ,ac multiplicandæ tantum cauſa adhibebãt) ſed magis in Chriſti & eccleſiæ (cui præludebat) monogamiã reſpiciebat,ac futurũ deſignabat,vt quandoque
Ephe.5. diuerſiſſimi populi vni Chriſto ſubditi, vnã eccleſiam conſti-
Galat.3. tuerent,cuius arctiſſima vnione prophetia protoplaſti tandé adimpleta conſummaretur. Atq; hæc ſe ſic habere nemo non intelligit,qui ſaltem animaduertere velit,in patrum polygamia plures vxores,non indiſcriminatim hãc coniunctionem, ſed magis vnam ex eis ſynagogam, alteram verò quempiam eccleſiam ex gentibus ſignificaſſe: id quod Abrahæ,Iacob,& Dauid connubia commonſtrant,cum catholicis ſcriptoribus
Galat.4. omnibus,tum & Apoſtolo teſtibus. Liquet igitur patres polygamos in nuptiarum myſterium adeò nihil peccaſſe, vt magis illius ſignificationi olim adimplẽdæ ſuffragati videãtur.

Patrũ polygamia nõ fuit naturali rationi contraria.

Cæterum nec naturæ contrariam fuiſſe patrum polygamiam,cõſtat.Nam occulta lege naturæ ita comparatum eſt,vt quæ principantur,ſingularitatem ament:quæ auté ſubdita ſunt nõ ſemper ſingula ſingulis,ſed ſi ratio naturalis vel ſocialis admittit,etiam plura vni, non ſine decore ſubdãtur

quemadmo-

quemadmodum plures ſerui vni domino rectè ſubdũtur, vnus verò ſeruus duobus dominis cõmodè ſeruire nõ poteſt. Itaque cum in nuptiis vir principantis mulier ſubditi vicē gerant, contra naturam nuptiarum non eſt, vnum virũ plures ducere: ſed vnam pluribus viris nubere, planè cõtra naturalem rationē eſſe, quis nõ videt? Plures enim fœminæ ab vno viro fœtari poſſunt, vna verò à pluribus nõ poteſt. Proindéque haud abſurdè dixerimus, per illius tēporis connubia nõ ſolum illam Chriſti & eccleſiæ cõiunctionem, ſed & animarum cum Deo copulationem eſſe ſignificatam. Nõ eſt enim verus Deus animarum niſi vnus, nec poteſt vna anima pluſquam vni Deo ſpiritualiter nubere, tametſi enim vna anima per multos falſos deos fornicari poſſit, fœcundari tamen nõ poteſt: plures verò animæ vni Deo rectè ſubdantur.

Augu. de bo. cõiug. cap. 16.

Matth. 6.

Augu. in loco iam citato.

Deut. 6.

2. Cor. 11.

QVę cum ita ſunt nempe patrum polygamiam neque cũ natura pugnaſſe, neque myſterio ſui tēporis defuiſſe, ſed magis ſeruiſſe, mirandum nõ eſt, quòd catholici ſcriptores auſi ſint aliquot ex patribus polygamis, noſtris monogamis, imò & continentibus anteferre nimirũ perſonas perſonis, non virtutem virtuti comparantes, nemo enim dubitat continētiã matrimonio excellentiorē, ac longè præſtãtiorē eſſe, ſed perſonam Abrahæ polygami, multis apud nos etiam continentiam ſolenniter profeſſis ac cœlibem vitam ducentibus, anteferãdã eſſe quis auſit dubitare? Nã cùm perſonas perſonis conferimus, nõ externũ opus, ſed animi propoſitũ, ſeu vt Auguſtinus vocat, animi habitũ reſpicimus, in quo virtus ipſa potius quàm in opere cõſiſtit. Habitus enī eſt, quo aliquid agitur cum opus eſt: cum autē non agitur, poteſt agi, ſed non eſt opus. In habitu animi virtus ſemper eſſe debet: in opere autē pro rerũ & temporum opportunitate. Iam ſi habitum virtutis continentię in Abraham licet polygamo cõtem pleris, planè fatebere cõtinentiæ virtutē in eo fuiſſe permaximam, quam & nuptiis prętuliſſet, & cum gaudio ſuſcepiſſet, ſi ei optio talis data fuiſſet, qualis reuelato nouo teſtamēto data eſt, dicente Domino: Qui poteſt capere capiat. Satis enim apparet, quàm potuerit Abraham, ſi ratio temporis permiſiſſet, propter regnum cœlorum à nuptiis continere, qui vnicum prolis pignus (propter quod nuptiæ charæ ſunt) potuit intrepidus immolare propter regnum cœlorum. Ad eandem rationem patres, quos Moſi lex ætatem patriarcha-

Veteres prætulerũt Abrahã & Iacob polygamus noſtris monogamis atq; adeò continentibus.

Augu. de bo. cõiug. cap. 20 & ſequen.

Aliud eſt habitus virtutis aliud externum opus.

Habitus quid.

Abraham propoſito continentiſſimus atque etiã opere ſi ratio tēporis ſui permiſiſſet.

Matt. 19.

Gene. 22.

rum ſubſequẽs,inuenit,(qua maledictus pronũciatus eſt qui non excitaret ſemen in Iſraël)continentes fuerunt.nam qui diligenter intẽtus legit,quomodo coniugibus vtebãtur,reperiet planè,eos caſtius habuiſſe plures quàm nunc quilibet eorum vnam habet:quibus quid ſecundũ veniam permittat

1.Cor. 7. Apoſtolus,videmus,nimirum vt quiſque eorum propter fornicationem vxorem ſuam habeat, & vnaquæque ſuum virũ: ac præterea vult ne inuicem fraudent,niſi fortè ex cõſenſu, ſed ſtatim pòſt reuertantur in idipſum,ne tentet eos ſatanas propter incontinentiã eorum. At illi vxores tametſi plures, nõ propter fornicationem vitandam, ſed tantum cauſa propagandæ prolis habebant,cùm hãc propagationem temporum diſpenſatio omnino requireret ac poſtularet.Atq; hinc etiam fit vt beatus Auguſtinus,quod ad habitum virtutis attinet,audeat pronunciare,non impar eſſe meritum cõtinentiæ in Abraham qui filios generauit,& in Ioanne qui nullas expertus eſt nuptias, quemadmodum non eſt impar meritũ patientiæ in Petro qui paſſus eſt,& in Ioanne qui paſſus nõ eſt,paſſurus tamen non minus libenter,quàm Petrus ſi Deus voluiſſet,& res ipſa popoſciſſet.Igitur ipſius Auguſtini ſententia,& Ioannis cœlibatus,& Abrahæ cõnubium, pro temporum diſtributione Chriſto militarunt: ſed continentiam Ioannes & in habitu & in opere,Abraham verò in ſolo habitu habebat.Proindeq; Hieronymus ait: Quis ignorat ſub alia diſpenſatione Dei omnes retrò ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti, cuius nunc Chriſtiani ſunt? Quomodo Abrahã antè placuit in coniugio,ſic nũc virgines placent in caſtitate:ſeruiuit ille legi & tempori ſuo, ſeruiamus nos legi & tempori noſtro,in quos fines ſeculorum deuenerunt. Sed hactenus de patrum polygamia quæ non ſolum erat ſine culpa,ſed & meritum habebat, ſaltem in Abraham ac reliquis patribus, qui Abrahæ exemplo ex fide (quæ ſola opera noſtra diſcernit) viuebant.

Augu. de bo. cõiug. cap. 21. Par meritũ, Abrahæ polygami & Ioãnis virginis. Aliud habitus. Aliud opus. Hierony. 32. q. 3. Roma. 3. Augu. de bo. cõiug. cap. 8.

Diuortiũ aliã habet quam polygamia rationem. Diuortiũ Iudæorũ nõ vacauit culpa.

VErum diuortium Iudæis à Moſe permiſſum lõge aliã quàm polygamia habet rationem. Nam illud & cũ myſterio & cũ ratione ſeu natura matrimonij propè pugnare videtur. Vnde Chriſtus diuortiũ ab omni culpa non excuſat, nec vt rem bonam probat,ſed tãtum indultam ac permiſſam fatetur ob duritiã populi: alioqui vxores ſuas animo ſuo nõ ſatis commodas interfecturi, cùm ab initio alia fuerit matrimonij

monij īſtitutio. Vnde in tota ſcriptura nō facile reperias vllum ex ſanctis patribus, vxorem quam ſemel duxiſſet repudiaſſe. Habes nūc vtcunque Iudaici matrimonij rationem. *Chryſ. in Matth.*

De matrimonio Chriſtiano.

IAm de matrimonio Chriſtiano videndum eſt, & in primis quid habeat cum Ethnico & Iudaico commune. Deinde, quibus rationibus differat & quibus præcellat. Itaq; hoc habet matrimoniū apud omnes populos, & Gentes, & Iudęos, & Chriſtianos commune, quòd legitima quædam maris & fœminæ coniunctio eſt, quòd mutuo magis conſenſu cōtrahitur, quàm concubitu, quòd mutuæ ſocietatis ac familiaritatis, quòd prolis ſuſcipiendæ, quòd denique fœditatis vagi concubitus vitādæ gratia initur. Cęterùm, Iudaicum matrimonium ante aduentū Chriſti cum Chriſtiano matrimonio hoc commune habebat, quòd non tantū ob cauſas prędictas, ſed & pietatis contēplatione contrahebatur. Verùm hoc ſolo ab vtriſque, tam Ethnico quàm Iudaico, matrimoniū diſtat Chriſtianum, quòd eſt nouæ legis ſacramentum, gratiā conferens iis qui id ritè auſpicantur. Et eatenus præter gratiam quam cōfert, pleraque habet ſingularia. Nam in primis non permittit polygamiam. Secūdo prohibet diuortium ex omni cauſa, præterquam ex cauſa fornicationis, ex qua tamē non aliam quàm corporalem, non autem ſacramentalem ſeparationem concedit. In quo fanatici Anabaptiſtę, ac plerique hæretici, qui ſacramenti huius virtutem ignorant, miſerè hallucinantur. *Legitimū matrimoniū apud oēs gētes. Cōmunia Iudaici & Chriſtiani matrimonii. Quo differt Chriſtianū matrimoniū à nuptiis aliorū populorum. Matt. 19. Error anabaptiſtarū & hæreticorum.*

Quæſtio, an matrimoniū fuerit apud Iudæos ſacramentū.

QVęres vt clarior fiat, eiuſcemodi quęſtio nobis mouēda eſt: Fueritne matrimoniū apud Iudæos ſacramētū? Et vt fuerit ſacramentum, qui fiat vt Chriſtianum matrimonium ratione ſacramenti ab iſto diſcernatur? Reſpōdemus, Matrimonium apud Iudæos ſacramentum fuiſſe, quemadmodum alię quoque veteris legis cęremoniæ ac myſteria futurorum nuncia & ſignificatiua, Iudæorū ſacramēta fuerūt. Vnde nō diſſimili, ſed eadem planè ratione matrimoniū Iudaicū à Chriſtiano diſcernī cōſtat, qua cætera illa Iudaica à Chriſtianis ſacramentis diſcernūtur: quę in hoc ſita eſt, quòd Iudaica illa, id quod repræſentabāt, iam in Chriſto futurum figurabant: erāt enim vmbra futurorū: Chriſtiana verò idipſum quod repręſentant, iam in Chriſto adimpletū ſignant, nec tantum (vti illa) ſignant, ſed & ritè accipiētes virtute ſpiritus aſſiſtente ſanctificāt & mundāt. Interim tamen nō ne- *Diluctio. Quo diſcernatur matrimonium Iudaicum à noſtro.*

xis patribus & Græcæ & Latinæ eccleſiæ vno ore conteſtãtibus. Quæ oĩa ex ſequentibus manifeſta ac perſpicua fiẽt. Hic tantũ prælibaſſe ſuffecerit, Paulum apertè pronũtiare, matrimonium ſacramentum eſſe: Sacramentum, inquit, hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Nã tam etſi quidam ſint qui ſenſum Paulinũ, quem eccleſia in hiſce verbis intelligit adducto quodã gloſſemate eludere moliãtur, nihil tamen efficiunt. Nam quòd contendunt Apoſtolũ hiſce verbis (Sacramentum hoc magnum eſt, Ego autẽ dico in Chriſto & eccleſia) voluiſſe ſacramentũ matrimonio viri & vxoris adimere, & in myſticam illam vnionem Chriſti & eccleſię omnino trãſferre, quaſi hoc ſenſiſſet Paulus, & ſic voluiſſet accipi, vt hoc ſacramentũ magnum eſſet duntaxat in Chriſto & eccleſia, neque pertineret quicquã ad viri & vxoris matrimonia: id quàm & verbis & ſententiæ Paulinę repugnet, quis nõ videt? Paulus enĩ ad verba illa protoplaſti (propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhęrebit vxori ſuę, & erũt duo in carne vna) ſtatim ſubintulit: Sacramẽtum hoc magnũ eſt, Ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Iam quum & apoſtolus doceat, & omnes doctores ſancti confirment, verba illa protoplaſti fuiſſe vaticiniũ de Chriſto & eccleſia: deinde cum Chriſtus doceat, & is ipſe Pauli locus quẽ tractamus, manifeſtè declaret, eadẽ verba non tantum ad hanc myſticam vnionem, ſed & ad ipſum matrimoniũ pertinere, ac ſic ab Adã prolata fuiſſe vt eadem & in id quod agebatur, & in id quod prænunciabatur, hoc eſt & in hominum cõiugium, & Chriſti cum eccleſia copulam competerent, omnino perſpicuum euadit, Paulum hiſce verbis, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & eccleſia (quę immediatè verbis protoplaſti ſubiunxit) nihil aliud ſignificare voluiſſe, quàm ꝙ matrimonium, hoc eſt illa coniunctio viri & mulieris, quę fiebat Deo copulãte, ſanctiſſimæ illius cõiunctionis, qua Chriſtus coniungitur cum eccleſia, ſacramentum (hoc eſt ſacrũ ſignum) eſſet: alioqui hæc Pauli verba ad verba protoplaſti nequaquam reſponderent. Quin ſi quis vel grammaticum ſenſum diligenter expendat, videbit Pauli verba à gloſſemate aduerſariorum longiſſimè diſtare. Nam Paulus quiddam videt in verbis protoplaſti quod ſit ſacramẽtũ. Hoc, inquit, ſacramentum magnum eſt. Quod eſt autem hoc ſacramẽ-

Amb. ibidem.
Aug. in locis innumeris.
Chryſoſt.
Vanũ cõmentum aduerſariorum.
Refellitur vanum gloſſema.
Ephe. 5.
Matt. 19.
Ephe. 5.
Intellect⁹ verborum propter hoc relinquet homo pat. &c.
Sẽſus grãmaticus.

tũ, in verbis ſuperioribus celatum, quod magnũ eſt in Chriſto & eccleſia? Certè Chriſtus & eccleſia id eſſe non poteſt. Nã abſurdè ſequeretur, Hoc (id eſt Chriſtus) & eccleſia eſt magnum ſacramentũ in Chriſto & eccleſia: nemo enim ſic loquitur. Nec idẽ propriè eſt ſacramentum ſuiipſius. neceſſe eſt igitur vt id ſacramentũ quod dicit eſſe magnũ in Chriſto & eccleſia, ſit illa coniunctio viri cum coniuge, quã verba protoplaſti citra omnem controuerſiam apertè cõmemorãt, etſi interim myſtica ſint. Quo conceſſo, neceſſe erit (cogentibus nimirum verbis Paulinis) coniugiũ pro ſacramento ſuſcipere, præſertim ſi conſtabit, in ipſo (cum in domino, hoc eſt religioſè & piè contrahitur) gratiam conferri: ſiquidem inter omnes cõuenit hoc ſacramẽtum eſſe nouæ legis, quod eſt ſacrum ſignũ ſeu viſibilis forma inuiſibilis gratiæ Dei, verbo cõſtãs & elemento. Supereſt itaque, vt & verbũ & elementum huius ſacramenti indicemus, & gratiam inſuper in eo conferri demonſtremus.

Verbũ huius ſacramenti. VErbum itaque huius ſacramenti, quo accedente ad elementum, fit ſacramentum; id nimirũ eſt, quo ambo mas & fœmina (quũ pietatis reſpectu quæ in Deum eſt, ſibi mutuo fidem coniugalẽ dant accipiũntque) non quouis modo, ſed in Dei nomine cõiungũtur ac copulantur. Interim nihil refert, qua lĩgua, an Latina, an vernacula, an qualibet alia, & quibus dictionibus hoc verbum exprimatur, modò id clarè & exertè ſignificetur, nempe præſentes marem & fœminã in ſe mutuo cõſentientes, ſeſeque in cõiuges accipientes, in Dei nomine, ſeu in nomen Patris & Filij & ſpiritus ſancti copulari. Eſt autem tale verbum, Chriſti verbis vti, validiſſima ac firmiſſima baſi ſubnixum, cum inquit: Quos deus cõiunxit, homo non ſeparet. Quibus ſanè verbis ſacramentũ matrimonij nouę legis firmiſſimè ſtabilĩt, & Chriſtianorum coniugia ab omnium aliarum gentium cõnubiis ſeparãtur. Verbũ profectò admirabile, quod nemo potuiſſet effari, prę ter verbum quod caro factum eſt. Quo in primis oſtenditur quòd quicunq; pietatis reſpectu legitimo cõiugio copulãtur, eos non temerè, neque humanis tãtum cęremoniis, ſed ipſo Deo inuiſibiliter aſſiſtente & inſenſibiliter cooperãte coniungi, atque etiam deum nõ ſolùm intereſſe, ſed & pręeſſe ſuo (hoc eſt pietatis reſpectu contracto) cõiugio. Deinde eodẽ Chriſti verbo principalis res ſeu vis Chriſtiani matrimonij

Matt.19.

Chriſtianorũ matrimonia verbo Chriſti ſtabiliũtur et ſanctificãtur.

Ioan.1

Deus non ſolum intereſt ſed & præeſt pius coniugiis.

trimonij declaratur, quæ eſt indiſſolubilis firmitas fœderis, ſeu vinculi cõiugalis, inſigni Dei gratia redimita. Nã ſi deus coniuges ſic nectit ac copulat, vt nulli hominum poteſtas ſit eos ſeparandi, omnino conſequens eſt, vt eiſdem à ſe coniunctis coniugibus etiam eam gratiam impertiatur, qua ſibi hoc mutuo atq; inuiolabili fœdere per pium ac caſtum amorem perpetuò cohærere, ſeque mutuo ad eum modum, quo Chriſtus eccleſiam pro ſuo modulo complecti ac diligere poſſint, ab omni immunditia alieni. Quamobrem catholici (vt ſuprà diximus) ſciunt magnum eſſe ſacramentum, duos eſſe in carne vna, hoc eſt duos, Deo iungente, in vnam carnem cõſtringi, nectíque, nõ ſecus quàm Chriſtus & eccleſia, indiſſolubili affectus & naturæ cõmunione, vna & caro & corpus efficiuntur. Hæc ſacra coniunctio diuortium olim Iudæis ob cordis duritiam à Moyſe permiſſum prohibet, & pluralitatem vxorum patribus olim licitam, tollit. Nec alibi quàm in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius, talis eſt cauſa cum vxore: hoc eſt ſola eccleſia ſacramentum matrimonij nouit ac colit. Iudæi, ethnici & hæretici, qui matrimonium nouæ legis ſacramentum vel ignorant, vel de numero ſacramẽtorum temerè proſcindunt, ij & repudia permittunt, & polygamiã licitam ducũt, quos Chriſtus caſti matrimonij author, ſtabilitor, tutor, ac defenſor, ſua voce pari cenſura dãnat ac inuoluit. Qui interrogãtibus, ſi liceat homini dimittere vxorem ſuam quacũque ex cauſa, reſpondit: Non legiſtis, quia qui fecit hominem ad initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. Itaq; iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et rurſus, interrogãtibus, cur ergo Moyſes mandaret dari libellum repudij & dimittere: Reſpondit, Quoniam Moyſes ad duritiam cordis Iudæorum permiſit eis dimittere vxores ſuas, ab initio autem non fuit ſic: Quamobrem, inquit, quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Quæ omnia vt exactius intelligantur, retinendũ eſt quod ſuprà diximus, aliud eſſe, etiam apud Chriſtianos, matrimonium, aliud matrimonij ſacramentũ: aliud eſſe verbum quo contrahitur matrimonium, aliud eſſe verbũ quod efficit matrimonij ſacramẽtum. Verba quibus matrimoniũ apud omnes gentes non

Gratia quã Deus confert in ſacramento.

Ephe. 5.

Ratio ſacramenti nõ permittit Chriſtianis cõiugibus diuortium, neque polygamiã.

Aug. de bo. coniu. contra Iouin. ca. 7.

Matt. 19

Gen. 1. 2.

Matt. 19

Marc. 10

Luc. 16.

Aliud eſt matrimoniũ, aliud matrimonij ſacramentum.

Verba quibus matrimoniũ cõtrahitur

Amb.c. cum initiatur.27 quæſt 2. Chryſo.c. ſufficiat. 27.q.2. Aug. de bo. coniu.

tantum apud Chriſtianos cõtrahitur,ea ſunt,quibus mutuus cõſenſus coniugum (quem de præſenti vocant)exprimitur. Conſenſus enim & voluntas, ſeu pactio cõiugalis eorum, de quorum cõiunctione agitur,vbiq; matrimoniũ facit,qui ſolus ſi in nuptiis defuerit,cætera etiã cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur, ꝙ non coitus aut defloratio virginitatis coniugium faciat,ſed cõſenſus. Quãobrem cõiunx rectè vocatur ex prima deſpõſationis fide,etſi nullus concubitus,aut carnis cõmixtio interuenerit. Sed non omne matrimoniũ protinus eſt ſacramẽtum, alioqui & matrimoniũ apud ethnicos, quod eiuſcemodi mutuo cõſenſu(non ſine magna honeſtate & ſolennitate contrahebatur) ſacramentum eſſe fatendum foret, id quod non temerè concedemus.

De matrimonijs clãdeſtinis cẽſura.

Quin nõ facilè nobis perſuadebitur,matrimonia illa clandeſtina, quæ apud Chriſtianos nedum ethnicos,mutuo quodã,ſed impuro cõſenſu libidinis tãtum explendæ, ſeu cuiuſuis alterius dãnabilis cauſæ gratia,ſine vllo Dei reſpectu,ſeu in Deum fide,idq; peſſimo exemplo & præter eccleſiæ ſententiã ac permiſſum contrahunt,ſacramentum eſſe.

Verbum quo matrimoniũ efficitur ſacramentũ

Augu. tract.80. in Ioan.

Aliud ergo verbum, q̃ verbum meri conſenſus, requirendum erit, quo coniugium ſacramentum efficiatur: Quod nos vt in cæteris,ita & in hoc ſacraméto tale verbum eſſe putamus,cui fides in Deum accedit,nempe ꝙ accedens ad elementum,faciat ſacramentum, non quia pronunciatur, ſed quia creditur.

Sacramẽti ratio cõſiſtat.

Fides accedere debet ſacramento.

Vt planè dicamus quod ſentimus,Non ſufficit,vt matrimoniũ quod contrahitur,ſit ſacramentum, virum tantum accipere mulierem, & viciſſim mulierem accipere virum in coniugem:ſed neceſſe eſt ad ſacramenti rationẽ, vt alter alteri religioſè ac in domino iungatur,non tanquam auſpicaturi rem humanam,ſed magis diuinam,quàm non ipſi ſuis viribus,ſed in ipſis ſit operaturus ac effecturus Deus. Quod fit,ſi in verbũ Dei(quo hoc ſacramentum firmatur ac ſtabilitur) reſpiciamus, ac fide credamus ea bona in non indignè auſpicantibus matrimonij ſacramentũ effecturũ Deum, quæ ipſe verbis ſuis pollicetur, aut certè in coniugibus requirit.

Patres veteris legis ſoli matrimonio religioſè cõtracto ſanctitatẽ tribuebant.

Quod tam verũ eſt,vt nec patres veteris legis matrimonio (quod apud eos etiam ſacramẽtum,ſed illius legis erat) nullam ſacramenti ſanctitatem tribuendam putarent, niſi quod eſſet piè ac religioſè ſub Dei teſtimonio in fide ac timore domini contractum. Id quod omnibus facilè patere poteſt, qui matrimonia quæ vetus teſtamentum celebrat

lebrat

lebrat, expenderint. De matrimonio quod Deus ipſe inter Adam & Euam copulauit, plura dicere non eſt neceſſe. Cum ad tempora Noë ventum eſt, vides damnari nuptias, quas filij Dei cum filiis hominum ſine vllo Dei reſpectu contrahebãt. Nam ſic habet ſcriptura: Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus, Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Ad quam nuptiarum prophanationẽ Chriſtus reſpexiſſe videtur, cum ait: Sicut enim erant in diebus Noë ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſq; in eum diem quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Porrò hanc fuiſſe cauſam cur Iudæi ab aliegenis nuptiis ante legem abſtinebant, poſt legem etiam abſtinere iubebantur, facilè poteſt æſtimari. Abraham accepturus filio ſuo vxorem, vide quo ſpectarit. Nõ enim quærebat ſubſtantiam mulctam, nõ diuitias, non ſeruos, non multa agri iugera, non externæ venuſtatis formam (quæ mutuum conſenſum, ſed fide vacuum in cõtrahendo matrimonio conciliare potuiſſent) ſed in vnum illum authorem & cõciliatorem caſti matrimonij Deum, & in cauſam inſtitutionis reſpiciens, mandatum ſeruo dat, ne filio ſuo Iſaac de filiabus Chanaam idololatris ducat, ſed profectus in Meſopotamiam, de cognatione ipſius Abrahæ Deum agnoſcente & timente accipiat, atque eam accipiat, non quam humanus affectus elegerit, ſed quam Deus filio ſuo præparauit. Mandat præterea, ne filiũ ſuum Iſaac reducat in Meſopotamiam, ac ſeruo hæſitãti quidnam ageret, ſi mulier ſecum venire nollet omnem dubitationis ſcrupum eximit, idque facit fretus certa fiducia euenturæ repromiſsionis Dei. Ne reducas, inquit, filium meum illuc, neque hoc opus erit tibi: dominus enim Deus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui loquutus eſt mihi & iurauit dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. perinde atque ſi dicat: Certus ſum illum qui mihi hoc annuntiauit, qui ſemen meum multiplicandũ promiſit, qui tantã erga me declarauit benignitatem & curam, qui tãtis beneficiis me proſecutus eſt prioribus etiam illud additurum, vt mittat angelum ſuum ante te, qui præcedat te, & viam tuam in omni-

Gene.2. *Gene.6.* *Matt.24* *Gene.7.* *Abrahã. Chryſ.in Gene.homi.48.* *Gene.24* *Ibidem.* *Conciliator religioſi matrimonij, Deus.* *Gene.12.*

bus præparet, vxorémque filio meo aſciſcēdam notam faciat, qua accepta, huc properè reuertaris. Vt verò ſeruus intelligeret quāto ſerio hæc mandarentur, & quàm nō leuis res eſſet, quam agendam reciperetet, patriarcha eum iuramento etiam aſtrinxit, déque rerum omnium cōditore ac caſti matrimonij præparatore, (in quo tota ſit fiducia collocanda) diligentiſſimè inſtruxit ac docuit, ſummum inſuper nuptiarum bonum quod in femore ſuo nouerat, ſigno declarauit. Nam cum ſeruum manum femori ſuo ſubdere iuſsit vt de vxore, quæ filio ſuo eſſet ducēda, iuraret, idque per Deum, cœli: quid aliud ſignificabat, niſi in ea carne quæ ex illo femore originé duceret, adeóque ex coniugio illo filij ſui, Deum cœli eſſe venturum: Eadé pietate Iſaac quoq; præditus, filio ſuo Iacob præcepit, ne acciperet coniugé de genere Chanaan, ſed magis de cognatione ſua, adiecta benedictione fiduciæ erga Deū pleniſsima. Deus, inquit, omnipotens, benedicat tibi, & creſcere te faciat atque multiplicet, vt ſis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ & ſemini tuo poſt te. Ad hæc, liber Tobię (vt cętera ſanctorum veteris legis religioſorū matrimoniorū exempla recitare omittamus) diſertè ſecernit matrimonia ſanctorū à matrimoniis prophanis. Sic enim loquitur Tobias ille iunior: Filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum. Et rurſus in verbum & finem ſacramenti reſpiciēs, Deus appellans: Domine Deus, inquit, patrum noſtrorū, tu ſcis quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuū in ſecula ſeculorum. Et capite proximo teſtatur Angelus, coniugé bonam deberi viro timenti Deum. Raguel quoque Saræ pater, non ignarus vnde matrimonij vis depéderet, plena erga Deū fiducia, dexteram filiæ ſuæ apprehēdens, dexteræ Tobię tradidit, dicēs: Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleátque benedictionem ſuam in vobis. Sed quid hæc tam multis attinet commemorare? cùm paſsim Biblia Deum caſti matrimonij conciliatorem pronuntiét? Apud Salomonem Prouerbiorum decimo nono ſic legimus: Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autem propriè vxor prudens. Et Eccleſiaſtici viceſimo ſexto: Pars bona, mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Pſaltes quoque viri timentis Deū præmia

Non leuis res vxorē ducere. *Gene. 24* *Aug. de bon. nupt. cap. 19.* *Summum nuptiarū bonum. Chriſtus.* *Gene. 28* *Liber Tobiæ matrimonia ſanctorum à prophanis diſertè ſecernit.* *Cap. 8.* *Ibidem.* *Ibid. ca. 7* *Coniunx bona debita viro timētiDeū.* *Raguel. Sara.* *Ibidem.*

præm'a recenſens,inter cætera ait:Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. *Pſal.127.*

IAm ſi hæc fuit apud patres veteris legis matrimonij ratio, vt non tantum requirerent verbum mutui cõſenſus,ſed & fiduciæ erga Deum ſignificatiuum, quanto magis id obtinet in nouo teſtamento,in quo Chriſtus(reſtaurator omniũ quæ ſunt in cœlo & in terra) coniugium nõ ſolum ad primam inſtitutionẽ reuocauit,priſtinæq; dignitati reſtituit,ſed & amplioris gratiæ augmẽto ſacrauit,quũ ſcilicet in cruce obdormiſcẽs,aqua & ſanguine ex aperto latere profuſis, ſibi eccleſiam vxorẽ conderet,ac præordinatas illas ab æterno nuptias (quarũ voluit noſtras eſſe ſacramẽtum)conſummaret. Itaque diuus Apoſtolus Paulus,quod Chriſtiani ducunt vel nubunt, non ſimpliciter nubere,ſed in domino nubere appellat:nimirum indicans,Chriſtianos,domino mediãte iungi oportere, accedente fide quæ in verba Chriſti (quibus hoc ſacramẽtum firmauit ac roborauit)reſpiciat. Quam fidem tãti etiam facit Apoſtolus,vt dicat propter virum fidelem vxorem infidelem, quam prius quàm ad Chriſtum cõuerteretur,duxiſſet, modò ei cohabitare conſenſerit,ſanctificari. Hanc diuini verbi,matrimonium ſanciẽtis,vim,is rectè intellexit,qui locum illum Gene.2. (Immiſit ergo dominus ſoporem in Adam)pertractans: Ecce,inquit,quia non vndecunque,ſed de coſta viri fecit viro author coniugij Deus adiutorium ſimile ſibi:nũquid abſque iniuria factoris ſui vir coſtam ſuam abiicere poterit? Si cæcus,ſi claudus,ſi vel paruo,vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede,vel manu,ſi gibbus, ſi lippus,vel quamlibet eiuſmodi maculam habens, non accedet ad miniſterium domini ſecundum mandatum legis: quanto magis qui coſtam integram corpori violenter exemit vel abiecit,merito ab altari, imò & à communione totius eccleſiæ,debet arceri? Etenim mox vt pro adiutorio huiuſmodi,quilibet vir quamlibet mulierem aſſumpſerit, mediante fide & teſtimonio eius qui hãc mulierem ad hunc virum adduxit,nempe Euam ad Adam,coſta eius eſt,os ex oſſibus eius,& caro de carne eius eſt. Igitur ſi illam vltra reliquerit pro qualicunque cauſa,excepta cauſa fornicationis, iam apud Deum vir non erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia videliicet vna eſt coſta mutilatum. Coſta (inquam) non qualicunque, ſed bene ædificata, diminutum eſt corpus. Itidem & mulier ſi virum reliquerit, iam

Coloſſ 1. — *Chriſtus matrimonium ſuæ primæ dignitati reſtituit atq; etiam ampliori gratia ornauit* — *Ioan.19.* — *Ephe.5.* — *Bernar.in ſermo.de domina noſtra.* — *1.Cor.7.* — *Ibidem.* — *Rupertus abbas in Gene.li.2 cap.24.* — *Leuit.21.* — *Verbũ ſacramẽti et vis eius.* — *Gene.2.* — *Matt.19.* — *Marc.10.*

Gene.3. apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum vel tota caro, ſed pars eſſe conuincitur ex lege conditionis, quia de viro ſumpta eſt. Hæc ille.

Ambr. in c.7. primæ ad Corin. Ambroſius quoque ad latentem huius ſacramenti vim reſpiciens, in caput ſeptimum prioris ad Corinthios ſic habet: Non debetur reuerentia cõiugij ei qui horret authorem cõiugij. Non enim ratum eſt matrimoniũ, quod ſine Dei deuotione eſt: ac propterea nõ eſt peccatum ei qui dimittitur propter Deum, ſi alij ſe iunxerit. Contumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij circa eũ qui relinquitur, ne accuſetur, alij copulatus. Infidelis autem diſcedens, & in Deum & in matrimoniũ peccare dignoſcit, quia noluit ſub Dei deuotione habere coniugiũ. Itaque non eſt ei fides ſeruanda coniugij, qui ideo receſsit, ne audiret authorem Chriſtianorũ Deum eſſe coniugij. *1.Eſdræ.9* Nam ſi Eſdras dimitti fecit vxores aut viros infideles, vt propitius fieret Deus, nec iratus, ſi alias ex genere ſuo acciperent, (non enim ita præceptum iis eſt, vt dimiſsis iſtis, alias minime ducerent) quanto magis ſi infidelis diſceſſerit, liberum habebit arbitrium, ſi voluerit nubere legis ſuę viro? Illud enim non debet imputari matrimonium, quod extra legem Dei eſt: ſed cum poſt cognoſcit, & dolet ſe deliquiſſe, ſe emẽdat, vt veniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmant matrimonium. Hactenus ille. Loquitur autem de matrimonio in infidelitate contracto, altero coniugum iam facto Chriſtiano.

Non eſt proprie matrimoniũ quod eſt extra legẽ Dei.

Augu. de bo. cõiug. Item de adulterinis ad Pollentium. Item libro de verbis domini. Hanc itaque diuinam huius ſacramenti rationem beatus Auguſtinus propius contemplatus, nõ ſolum Chriſtianorum matrimonia à cæterarum gentium connubiis ſeparat, ſed etiam verba Chriſti & apoſtoli ſic interpretatus eſt, vt matrimonij ſacramentum, quod inter Chriſtianos ad cõtrahendum idoneos, piè ac religioſè contractum eſt, ex nulla cauſa poſtea accedente (quod ad fœderis coniugalis vinculum attinet) diſſolui poſſe adſeueret. Et vt Chriſtus ex ſola cauſa fornicationis dimitti vxorem permiſerit, nõ tamen aliam ducẽdi poteſtatem fecerit, *Matt. 19.* ſed ſecũdum Pauli doctrinam oporteat *1.Cor.7.* virum illum aut reconciliari vxori, aut cœlibem, donec repudiata vixerint, permanere. Nam cum hoc apoſtolus exertè doceat de vxore, cum ait: *Ibidem.* His qui matrimonio iuncti ſunt, pręcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro nõ diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: cõ-

ſtet autem Apoſtolum loqui de vxore diſcedente, nō ex quacunque, ſed ex iuſta cauſa, hoc eſt fornicationis, quod alioqui non permitteret illi Apoſtolus contra præceptum domini, virum dimittere, & ſic innuptam manere, ne ſine cauſa à viro recedens, faciat eum mœchari: conſequens eſt, vt viciſſim vir dimittens vxorem, etiam ex cauſa fornicationis, eodem iure teneatur. Nam quod ad diuortium attinet, Paulus virum & vxorem paribus conditionibus aſtringit. Subdit enim: Et vir non dimittat vxorem. Quòd vero poſt hæc verba nō repetat Apoſtolus expreſſim de viro, quod iamiam dixit de muliere, non adiiciens videlicet, virum diſcedentem aut cœlibem manere aut reconciliari vxori oportere, id ex Auguſtini ſententia, non alia ratione factū eſt, quàm quòd ſimilem formam in viro Apoſtolus intelligi voluerit nempe vt eodem modo, ſi vir vxorem dimiſerit (quod ex cauſa fornicationis tātum permittitur) tum aut manendum ei ſit ſine vxore, aut vt reconciliari ſe patiatur vxori.

Quorūdā rationes prò diuortio expenduntur.

ET vt quidam vehementer vrgeant verbum reconciliari, quòd id non propriè competat in offenſum, ſed magis in offendentem, quaſi Paulus de muliere non quæ ex iuſta, ſed ex nō iuſta cauſa à viro diſceſſit, intelligi debeat, necdum tamen videmus, an hoc ipſo quod probandum recipiunt, ſatis cōprobent: nam tali mulieri qualem illi fingunt, nō permitteret Paulus corporalem ſeparationem. Præterea, quid abſurdi, ſi dicamus offenſum offendenti, modò tamen offendentem culpæ pœnituerit, aut etiam ſi offenſus offendentis opera carere non voluerit, aut etiam non potuerit, reconciliari oportere? Cæterum, qui verba Chriſti apud Matthæum, videlicet: Quicūque dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eā mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterium committit, ſic intelligunt, vt non ſolum liceat marito vxorem adulteram dimittere ſed poſt dimiſſam, aliam etiam ducere, hi de ſuo, quod Euangelium non habet, addunt, id quod ipſis non licet, quantumuis etiam in ſpeciem æquis ac pulchris rationibus nitātur: ſiquidem non oportet ob priuatas querelas, aut etiam incommoditates peruerti Euāgelium Dei, quod apud Marcum & Lucam, dimittenti vxorem ius alteri ſe iungendi indiſcriminatim adimit. Nam Marci 10. legimus: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & alteram duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit

Verbū reconciliari.

Locus Matthæi 19. expenditur.

Vide Auguſti. de adul. cōiu. ad Pollentium lib. 1.

Diuerſa ſunt, vxorem poſſe dimittere, & poſt dimiſſam aliam ducere poſſe.

virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Itidem apud Lucam cap. 16. Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. Cum ergo euãgelium dicat omnem mœchari, qui dimiſſa vxore aliã ducit, qui ergo nos ſumus, vt dicamus. Virum dimittentem vxorem, etſi ex cauſa fornicationis, & ducentem aliam, non mœchari? id quod Euangelium nõ dicit. Quinimo locus ille apud Matthæum, ſi ad eum ſenſum, quem illi fingunt, intelligi deberet, mœchus non eſſet qui dimiſſam ex cauſa fornicationis duxiſſet, quod tamen proculdubio falſum eſt. neque enim quiſquam ita eſt abſurdus, vt mœchum neget eſſe, qui duxerit eam, quam maritus ob cauſam fornicationis abiecit, cum & eum eſſe mœchum Chriſtus dicat, qui duxerit eam, quæ præter cauſam fornicationis abiecta eſt.

Augu. de adulte. coniug. lib. 1. cap. 9.

Marc. 10. Luc. 16.

SCimus veteres in hac re aliquãtiſper variaſſe. Scimus Origenem, Tertullianum, atque adeò Ambroſium Auguſtino opponi, maximè quòd Ambroſius vir pari ſanctimonia & doctrina prẹditus, aliud viro innocenti permittat, quod adimit mulieri, nempe, vt viro innocenti, qui ex cauſa fornicationis ſeu adulterij vxorem repudiaſſet, licitum ſit alterã ducere, mulieri quẹ ex ſimili cauſa virum dimiſiſſet, alij viro nubere nõ liceret. Alterutri vero coniugum, qui diuortio cauſam præbuiſſet, ſiue viro, ſiue mulieri, alteri matrimonio iungi ex eiuſdem Ambr. ſententia omnino interdictum ſit. Hæc (inquam) atq; alia multa ad aperiendam feneſtram diuortiis, à quibuſdam adferuntur, cum quibus in præſentiarũ diſſertare nõ eſt inſtituti noſtri, ꝙ cuilibet pio ad tuendam vtrinque vinculi coniugalis perpetuam indiſſolubilitatem, ea meritò ſuffecerint, quæ Auguſtinus libro de ſermone domini in monte, item libro de bono cõiugali contra Iouinianum, libris quoque duobus quos de adulterinis coniugiis ad Pollentiũ, in hanc rem acutiſſimo quidem iudicio noſtra ſententia congeſsit. Et omnino is vir ſumma doctrina, nec minorẽ pietate præditus, quiddam quod ipſe teſtatur, in matrimonio vidit, quod maioris firmitatis ſit, q̃ vt vlla ratione quod ad ipſum vinculũ attinet, diſſolui poſsit, nempe verbum & rem ſacramenti. Videmus, inquit, vinculum, ſeu fœdus illud coniugale (quæ eſt res ſacramenti) tantum valere, vt tametſi cauſa procreandi colligetur, non tamen ea cauſa ceſſante ſoluatur: alioqui quis vxorẽ ſterilem dimittere poſsit, & ducere, ſeu

Origenes homi. 7. in Matth. Tertul. cõtra Marti. lib. 4. Ambroſ. ſentẽtia in Epiſtol. 1. Cor. c. 7.

Diuortio feneſtram aperientibus pictiſſimus opponitur.

Aug. de ſermo. do. in monte. De bono coniug. De adulterinis coniugiis. De bo. coniu. cap. 7.

ſeu ſaltem ſuperinducere eã, de qua filios haberet, quod Chriſtianis nõ licet. Quem ergo non faciat intentũ, quid ſibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? quod nequaq̃ tantum valere putandũ eſt, niſi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddã ſacramentum adhiberetur, quod licet deſerentibus, atque adeò diſſoluere cupientibus hominibus, nihilo ſecius tamen inconcuſſum illis remaneret ad pœnam. Qua de re interueniente diuortio, nõ aboletur illa confœderatio nuptialis, adeò vt etiam corporaliter ſeparati coniuges maneãt: cum illis vero adulterium committant, quibus fuerint etiam poſt repudium copulati: nec tamen niſi in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, talis eſt cauſa cũ vxore. Hactenus ille. Et alibi: Manet, inquit, inter viuẽtes quoddam coniugale vinculum, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſsit offerre, ſicut apoſtata anima de cõiugio Chriſti recedens, etiam fide præſtita ſacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit.

Quid deſignet tanta firmitas vinculi coniugalis.

Diuortiũ ex cauſa fornicationis nõ diſſoluit vinculum coniugij.

In ſola eccleſia matrimonii indiſſolubilitas.

Cuius interpretationi & ſententiæ, cùm Eccleſiæ Catholicę calculus acceſſerit, idq́; non ex Auguſtini, ſed ex Euangelica & Apoſtolica authoritate, per Auguſtinum rectè (vt Eccleſia iudicauit) intellecta, fruſtrà in diſceptationẽ reuocatur quod deciſum eſt ſemel. Nã ſic in concilio Mileuitano cui Auguſtinus ipſe interfuit, & quod Eccleſia recepit conſtitutũ legimus: Placuit vt ſecũdum Euangelicam & Apoſtolicã diſciplinam, neq; dimiſſus ab vxore, neq; dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant aut ſibimet reconcilientur, quod ſi cõtempſerint, ad pœnitentiã redigantur. Tanto verò ſerio id ab eo Concilio cõſtitutum eſt, vt etiam patres operæpretium ducerent, petendã eſſe legem imperialem promulgari, qua idẽ fieri à Cæſare prohiberetur, ne quis quod Cõcilium ad regulam euãgelicam expẽſum ſtatuiſſet, temerè violaret. Et reuera iniuriã facit iudicio religioſiſsimæ ſynodi, qui ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere ac diſputare cõtendit. Quòd ſi clarius teſtimoniũ requiris, inſpice decreta Innocentij pontificis ſynchroni Auguſtini, qui ad Eugubinum cap. 6. ſic habet: De his etiam requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraq; parte adulteros eſſe manifeſtũ eſt. Qui verò vel vxore viuẽte (quãuis diſſociatum videatur eſſe coniugiũ) ad aliã copulã feſtinauerint, neq; poſſunt adulteri nõ videri: intan-

August.

Aug. ſententiam eccleſiæ calculus approbauit.

Cõcil. Mileuitanũ.

Ibidem.

Vide quomodo cœptũ ſit inuocari brachium ſeculare.

Martian^o Imp. in cõcil. Chalcedonen.

Innocẽ. ad Eugubin.

tum, vt etiam hæ perſonæ quibus tales coniuncti ſunt, etiam
Matt.19. ipſe adulteriũ commiſiſſe videãtur ſecũdum id quod legimus
Lucæ.16. in Euangelio: Qui dimiſerit vxorẽ ſuam,& duxerit aliã,mœ
chatur.Similiter & qui dimiſſam duxerit, mœchatur:& ideo
tales omnes à cõmunione fideliũ abſtinẽdos. Hactenus ille.

Obiectio. QVòd ſi dixeris,ſi hęc ita ſe habent,népe,vt ſeparato ma
trimonio, etiam ob cauſam fornicationis, neutri con-
iugum altero viuo,alij matrimonio iungi liceat? Certe dura
eſt cauſa hominis cum vxore,& nõ expedit nubere. Nam aut
recipienda & tenenda eſt adultera,quod ſcriptura abominari
Deut.24. videtur,cum ait:Qui tenet adulteram, ſtultus & inſipiẽs eſt,
aut perpetuo abſtinendũ eſt,etiã continere non valenti quod
1.Cor.7. prohibet Apoſtolus,dicens: Si ſe non continent,nubant:me-
Dilutio. lius eſt enim nubere quàm vri : Reſpondemus, nos libenter
Matt.19. concedere,quod Chriſtus ipſe, & Paulus etiam adfirmant, nõ
1.Cor.7. eſſe rem leuis momenti matrimonio iungi,& propterea bo-
Dilutio. num eſſe homini ſi omnino extra matrimonium viuere & cõ-
Matt.19. tinere poſsit. Sed quoniam non omnes capiunt verbum hoc,
1.Cor. 7. qui continere non poteſt,ducat:at videat,vt in fide & timore
Nõ eſt res Domini talem ducat,ac taliter cum ducta viuat,ne ſit neceſſe
leuis mo- adulterij crimen in ea timere vel expectare.Verùm vt res,ſe-
menti ma- cus accidat,durum quidem eſſe fatemur vel adulterã recipe
trimonium re,vel perpetuo continere:ſed tamen hanc conditionẽ leuio-
cõtrahere. rem facit ius optionis,quod Apoſtolus conceſsit, nimirum vt
Matt. 19. vir vel contineat ſeſe ſi poſsit,vel ſi cõtinere nõ poſsit,ſe mu-
1.Cor.7. lieri per pœnitentiã correctę recõciliari patiatur. Quid enim
Augu.de (vt Auguſtinus ait)tibi durum videtur,vt poſt adulteriũ re-
adulte.cõ- concilietur vxor?Certè ſi fides adſit, durum non erit. Cur e-
iug.adPol nim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia
lentium. eſſe ſanatos?Et iterum:Nõ erit turpis,nec difficilis etiã poſt
Idem. pętrata & purgata adulteria recõciliatio cõiugij,vbi per cla-
ues regni cœlorum nõ dubitatur fieri remiſsio peccatorum,
Reſponde nõ vt poſt viri diuortiũ adultera reuocetur,ſed vt poſt Chri-
tur ad lo- ſti conſortium adultera non vocetur. Quòd autem ſcriptura
cum Deu- ſtultum vocat eum,qui adulteram tenet, de ea intelligendum
ter.24. eſt,quæ cum deliquerit, ne cogitat quidem de reſipiſcendo,
ſed magis eligit in fornicatione ſua permanere : quam ſi vir
retinere non dubitauerit, patronus turpitudinis & lenocinij
Chryſoſt. reus videbitur . At eam peccatricem quæ pœnitentiam ege-
Gregoriꝰ. rit,recipere non tantũ non turpe,ſed planè pium eſt & Chri-

ſtiano

ſtiano homine dignum. Atq; hic debet parochorum cura ſolicita eſſe, nempe, vt correctos coniuges reconcilient, nō vt ſeparatis ius faciant aliis ſe copulandi, quod eccleſia ex Euangelica & Apoſtolica traditione vetuit. Tantam de verbo huius ſacramenti & efficacia dictum ſuffecerit.

Elemētū ſacramēti — Elementum huius ſacramenti, eſt illa exterior viri ac mulieris coniunctio, ſeu ille exterior geſtus & actus, quo cōiuges in nomine domini copulantur, ac inter copulandū profitētur, ſe poſthac duos in vna carne futuros, ſibíque mutuo coniugalem fidem perpetuò ſeruaturos, cui cum ſexuum cōmixtio acceſſerit, tum demum perfectum huius ſacramēti elementum efficitur, quo expreſſim eius finis, virtus, & efficacia deſignantur. Quod vt clarè intelligas, conſtat, in ſacramento coniugij duo ſignari. Primùm ſignatū, eſt arctiſſima illa coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. Secundum, quod priori ſignato cohæret, eſt ind ſſolubile illud & īuiolabile fidei ſeu fœderis coniugalis vinculum, quod Deus per gratiam ſuam quam ſacramento adhibet, in cōiugibus nectit, & per mutuū amorem & affectum, quem animis ipſorum immittit, cōtinet ac conſeruat. Quæ duo, externa illa cōiugij, carnali copula cōſummati facies, expreſſim repræſentat. In primis enim vnionē illam Chriſti & eccleſiæ deſignat, qua Chriſtus eccleſię non tantū ſpiritu & charitate, ſed etiam natura per carnis ſuſceptionem, veluti caput mēbris ſuis cohæret. Secūdo, hoc elementum deſignat indiſſolubile illud coniugale fœdus, ſimul & gratiam, quam Deus fœderis huius author & conciliator ſacramēto adhibet: qua accepta, per fidem coniuges perpetua dilectione animorum & corporum cohærere, hoc eſt & animos ſuos, & corpora à prohibita cōcupiſcientia & illicita fornicatione cōtinere, ac ſancta & immaculata cōſeruare poſſint. Quod Paulus apertiſſimè in Epheſ. capite quinto oſtendit, vbi fideles coniuges grauiſſimè commonet, vt & in finem & rem ſacramenti reſpicientes, gratiam mutuæ dilectionis (donum illud Dei) in ſeipſis reſcuſcitent ac colant. Locus ſic habet: Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut Domino: quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in oībus. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiā, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illā ſanctificaret, mūdans eam laua-

Copula ſigni perfectio.

Duæ res ſacramenti matrimonij.

Signi congruitas. Ephe. 5.

Viſibilis forma inuiſibilis gratiæ.

Locus Epheſ. 5. explicatur.

cro aquę in verbo vitę,vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam,nõ habentem maculam aut rugã,aut àliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit,ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius,& de carne eius, & de oſſibus eius:propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt,ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Hactenus Paulus.

Apoſtolus docet matrimonium eſſe ſacramentum. Primo, quia ſignũ vnionis Chriſti & eccleſiæ.

HIc vides, vt beatus Apoſtolus matrimoniũ docet vndique ſacramentum eſſe. Docet enim à Deo conſecratum eſſe matrimonium,vt eſſet Chriſti cum Eccleſia & ſpiritu & carne coniuncti,ſacramẽtum,atq; ideo virum cõparat Chriſto, vxorẽ Eccleſiæ:virũ caput eſſe dicit eius corporis, quod vnum facit cum fœmina.Chriſtum caput facit eius corporis, quod vnũ dicit cũ eccleſia.Membra capiti(veluti à quo vitales ſpiritus mutuantur) & mulieres viris ſuis ſubiectas eſſe oportere,deĩde neminem carnem ſuam vnquã odio habuiſſe, ſed magis nutrire ac fouere pronunciat, atque id iuſtum eſſe diffinit,ob id potiſſimum,quòd ad eundem modũ Chriſtus eccleſiam ſuam intus viuificet,ſanctificet,ac mũdet laua cro aquæ in verbo vitę,ac inſuper foueat ac nutriat. Rurſus præcipuam cauſam facit,cur vir vxorem ſuam diligat,nõ aliam,ne matrimonium diſſimile ſignum ſit vnionis Chriſti & eccleſiæ,quam repræſentat,néve gratiam(quam Deus,matrimonium eo quẽ diximus fine recõcilians ac nectẽs, diuinitus ſubminiſtrat)contemptim negligat,& hanc potiorem cauſam facit,quàm communem maſculi & fœmellę naturam, quæ & ipſa potuiſſet incitare ad diligendum. Viciſſim ipſam mulierem,vt virũ timeat ac reuereatur, eodem exẽplo prouocat,nempe quòd illa referat eccleſiam obediẽtem Chriſto. Quæ cùm iterũ atque iterũ multis verbis inculcaſſet,ne quis hãc viri cum Chriſto,& vxoris cum eccleſia collationem,putaret ſimilitudinem eſſe quampiam,duntaxat exhortãdi cauſa deſumptam,oſtendit matrimonium illius vnionis(quę in Chriſto & eccleſia conſummatur)ſignificandæ gratia inſtitutum,& à protoplaſto prophetarũ omniũ primo,indicatũ eſſe.Nam cum dixiſſet,Qui ſuam vxorem diligit,ſeipſum diligit,

Secundo, quia ſignũ mutuæ dilectiõis eſt.

Potiſſima cauſa dilectionis inter virũ & vxorem, quæ.

Paulus indicat matrimonium inſtitutum eſſe,vt ſit

ligit,ſubiũgit Paulus:Nemo enim carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit ac fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiã,quia membra ſumus(inquit)corporis eius,& de carne eius,& de oſſib⁹ eius. Quæ verba vtique dixit Apoſtolus,vt nos in memoriã duceret eorũ verborum quæ verbis iſtis ſimilia dixit Adam, cum in conſpectum eius primum adducta eſt Eua:Hoc nunc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea. Et vt euidẽtius oſtẽderet,ad Chriſti copulam cum eccleſia, pertinere ſacramẽtũ coniunctionis Adę & Euæ,Adã verba ſubintulit,Propterea relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo in carne vna:hoc ſacramentum(inquit Apoſtolus)magnum eſt in Chriſto & eccleſia. Quo quid euidentius dicere potuit pro matrimonij ſacramento? maximè cũ ibidẽ mutuę dilectionis gratiam inter cõiuges magis ad cõiunctionem illam Dei,quàm ad communem maris & fœminæ naturam referat. Quæ diuus Auguſtinus conſiderans. Quod in Chriſto(inquit)& eccleſia eſt magnum,hoc in ſingulis quibuſque viris & vxoribus eſt minimum, ſed tamen coniunctionis inſeparabile ſacramentum.

ſignum vniõis Chriſti & eccleſiæ.

Ephe.5.

Gene.3.

In ſacramẽto matrimonij magis inſpicitur ſigni ſanctitas, quàm naturæ ſimilitudo.

SEd dices:Si externum illud coniugium tum demum haberi debet perfectum ſignum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ,cùm ſexuum commixtio acceſſerit,nũquid ergo cõiugia illa perfecta non ſunt,quæ ſexuum commixtionem nõ experiuntur?quod de coniugio Mariæ & Ioſeph ſentire nefas eſſe videtur. Reſpondemus, Aliud eſſe cũ quęritur,an cõiugium perfectum eſſe,deinde an coniugium ſanctitatem ſacramenti habere poſſit abſq; ſexuum cõmixtione,deniq; an externum cõiugium perfectum & abſolutum ſignũ ſit illius vnionis Chriſti & eccleſiæ ſine ſexuum commixtione. Nam quòd ad duo priora attinet,certum eſt cõiugium eſſe legitimum,quod mutuo conſenſu(qui de prę ſenti eſt)cõtrahitur, etſi nulla commixtio,multominus proles,ſequatur aut ſperetur,quemadmodũ in hominibus decrepitis matrimonia contrahentibus,videmus. Deinde cõſtat,eidem cõiugio,ſi in domino contrahatur,etiam ſacramenti ſanctitatem non deeſſe, etſi copula non ſequatur,modò tamẽ carnalis copula diuinæ diſpenſationi relinquatur, nec naturalis cõmixtionis impotentia(cuius ſibi alter coniugum conſcius eſt)alteri dum matrimonium contrahitur,nõ celetur. Non enim ideo coniuges eſſe deſinunt,quia pariter temperant à cõmixtione car-

Obiectio

Dilutio.

Matrimonium poteſt eſſe legitimum, etſi nõ ſperetur proles.

Itẽ matrimoniũ poteſt eſſe ſanctum, ſine prole & copula carnali.

Aug. ad Editiam.

nali: imò tanto ſanctius coniuges manent, quanto ſanctiora placita concorditer ſeruare in animum induxerũt. Quamobrem matrimonium inter Mariam & Ioſeph, & firmitate vinculi coniugalis & ſanctitate coniugij perfectũ fuit. imò tãto ſanctius quanto à carnali opere alienius. Siquidem Auguſtino teſte, Maria virgo nupſit, diuinæ diſpenſationi ſeu inſpirationi ſe ſubmittẽs ac ſubiiciens, gerens quidem caſtitatis propoſitũ mente quod tamẽ non expreſſit ore: at cũ poſtea ſpiritu Dei obumbrata, filium Dei cõcepiſſet, virginitatem intactam cum cõiuge perpetuam ſeruare ſtatuit ac decreuit: quo voto adeò nihil detractũ eſt eius coniugij ſanctitati, vt nullum vnquam ſanctius fuerit aut futurum ſit. Apud Apoſtolũ quoq; 1. Corinth. 7. continentia in coniugio modis omnibus collaudatur, quũ eos qui habẽt vxores, vellit eſſe tãquam non habentes: vt planè conſequens ſit continentiã in cõiugio ſanctitati ſacramenti nihil adimere. Sed ſi quæratur, ſit ne externum coniugium perfectum ſignum cõiunctionis Chriſti & eccleſiæ, ſi carnalis copula nõ accedat: ibi certè patribus viſum eſt, vt ſignũ vndiq; perfectũ ſit, commixtionem ſexuum accedere oportere. Hæc enim coniugium, non quòd ad veritatem ſeu ſanctitatem eius, ſed tantũ quòd ad ſignificationem attinet, confirmat, perficit ac cõſummat. Vnde recentiores, Coniugium aliud legitimum, quod legitimo conſenſu intercedẽte coit: aliud ratũ, quod more Chriſtiano cõtrahitur: aliud conſummatum, quod culpa carnali firmatum eſt, appellãt. In quã etiam ſententiã intelligendus eſt Ambroſius libro de Patriarchis, & Auguſtinus in Soliloquiis. Leo quoque pontifex, cuius verba Gratianus in hunc modum recenſet: Cùm ſocietas nuptiarum ita à principio ſit inſtituta, vt pręter commixtionem ſexuum non habeat in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, nõ dubiũ eſt illam mulierem nõ pertinere ad matrimoniũ, in qua docetur nõ fuiſſe nuptiale myſterium. Non pertinere, inquam, ad cõiugium, ſic ſcilicet, vndique repręſentet cõiunctionẽ, cuius myſteriũ eſt matrimonium. Veruntamen de ſigni perfectione nõ eſt admodũ curandum, nec ob id etiam coniugibus dolendum, quòd ſobo les nõ donatur, cum in nuptiis plus valeat ſanctitas ſacramẽti, quàm ſigni perfectio ſeu fœcunditas vẽtris. Sanctitas enĩ ſacramẽti magis ex repræſentatione ſpiritalis vnionis Chriſti & eccleſiæ, deĩde ex repręſentatione ſpiritalis cõiunctionis &

Aug. lib. de vitiũ & concupiſcentiis. Luc. 1.

Continentia in coniugio laudabilis.

Matrimoniũ aliud legitimũ, aliud ratũ aliud conſummatũ.

Am. li. de patriar.

Augu. in Soliloq.

Leo. 27. q. 2. c. cũ ſocietas.

Non eſt hîc dolendum cõiugibus, quod ſobole non donantur.

Augu. de bo. cõiug. cap. 23.

nis & dilectionis animorum qua coniuges copulātur, quàm vnionis corporalis, pendet. Quod diuus Ambroſius in cap. 5 ad Epheſios ſentit, qui tamē cautè legēdus, eſt, ne cæteris patribus, néve etiam ipſi Paulo qui Chriſtū & ſpiritualiter & corporaliter eccleſiæ iunctum eſſe aſſeuerant, repugnare videatur, ac tātiſper de huius ſacramenti elemento dixiſſe ſufficerit. Vides verò (vt ſperamus) nunc, quanti momēti ſit, docere matrimoniū in eccleſia ſacramentū eſſe, ac ſuo verbo & elemento vt cætera cōſtare: quo bis damnantur fanatici Anabaptiſtę, ac cæteri demētati heretici, qui Chriſtianis cō iugibus & polygamiā & diuortia etiam quod ad fœdus cōiugale attinet, idque non tantū ex cauſa fornicationis contra Chriſti & eccleſiæ inſtitutum, permittere non verentur, non videntes ambo hæc, ex diametro, vt dici ſolet, cum huius ſacramēti ratione (vt interim Chriſti interdictum ſileamus) pugnare. Nam vis verbi vtrunque tollit, Elementi verò ratio polygamiam omnino non admittit. Reſtat vt de ſacramenti vſu paucis dicamus.

Amb. in epiſtol. Epheſ. ca. 5

Polygamiæ et diuortio ratio ſacramenti omnino repugnat.

DE ritibus huic ſacramento in eccleſia Dei ab ipſis Apoſtolorum tēporibus ſemper adhibitis, extat pulcherrimus canon Euariſti, qui poſt Petrum tertius, vel vt alij volūt quītus eccleſiæ Romanæ poſt annos circiter cētenos à Chriſto paſſo prefuit, ad vniuerſos Aphricę regionis Epiſcopos, in hæc verba: Similiter cuſtoditū & traditū habemus, vt vxor legitimè viro iungatur. Aliter enim legitimum (vt à patribus accepimus, & à ſanctis Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus traditum inuenimus) non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parētibus propinquioribus ſponſetur, & legibus detur, & ſuo tēpore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cū precib⁹ & oblationib⁹ à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis (vt conſuetudo docet) cuſtodita & cōſociata à proximis, tempore congruo petita, legib⁹ detur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatē cuſtodiant, vt bonę ſoboles generētur, & domino in actibus ſuis placeāt. Taliter enim & domino placebunt, & filios non ſpurios, ſed legitimos, atque hæreditabiles generabūt. Quapropter filij chariſſimi, & merito illuſtres, fide catholica ſuffragante, ita peracta, legitima ſcitote eſſe cōiugia. Aliter verò prēſumpta, nō coniugia, ſed

De ritib⁹ hui⁹ ſacramenti.

Canō Euariſti, quinti poſt Petrum.

Vide quid vir ille ſā ctus de noſtri tēpo-

ris clandeſtinus matrimoniis ſentiat. aut adulteria,aut cõturbernia, aut ſtupra,vel fornicationes potius quàm legitima cõiugia eſſe nõ dubitate, niſi vel volũtas propria ſuffragata fuerit,& vota ſuccurrerit legitima. Nã fructus diuinus eſt, præcepta diuina cuſtodire:ea quoque deſerere, præſumptionem fieri nulli dubiũ eſt:Cur ergo indignum eſt vnitatem eccleſię cuſtodiri?idemq; omnes pariter & ſentiamus & pronũciemus. Si enim aliter pręſumpta fuerint,perdunt profectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos,qui ſemetipſos decipiunt.Hæc cũcta recitanda per omnes eccleſias Aphricanas ſcripta dirigite,& iſtis cõnectite quas adiũximus literas pręfectorum,vt de his quæ iniquè laudãtur(ſi quid tale probare poterit)iudiciũ fiat,& inhibita coërceantur,& præterita mala,& illicita cõiugia,ſi doceantur admiſſa,digna ſeueritate corripiantur. De cætero verò caueãtur talia per omnes eccleſias,ne eccleſiæ ſanctitas per noſtram fatigata negligentiam,perdat priuilegia, quæ eſt per viros venerabiles conſecuta. Hactenus Euariſtus.

Pium votum. HVnc Canonẽ planè ſanctiſſimus, cuperemus in eccleſia Conſilio generali renouari, ob clãdeſtina illa matrimonia tollenda,quæ nunc paſſim non palàm, ſed furtim inter pueros & puellas,citra parentũ conſenſum,per lenones & lenas copulantur,vel inter ſtultos & temulentos ſola cauſa libidinis,non Dei reſpectu,ſed diaboli inſtinctu,coniunguntur:idq; ſæpenumero præter deſtinatum cõſenſum. Quis enim conſenſũ rectè vocarit(pręſertim in re tãta quæ reſcindi nunquam poſſit)cuius non conciliũ,ſed vel pueritia,vel temulẽtia,vel inſidię,vel libido cauſa ſint?Quis verò neſcit,quot ſtupris,quot periuriis,& id genus aliis criminibus,ac innumeris malis clandeſtina iſta matrimonia anſam præbeant,vt nõ immerito ſanctus ille pontifex Euariſtus ea non coniugia,ſed aut adulteria,aut cõturbernia, aut ſtupra, vel fornicationes,nõ ſit veritus appellare,niſi tamen poſtea voluntas propria ſuffragata fuerit,& vota ſuccurrerint legitima?Certe vt ſint matrimonia,ſacramenti tamen vel nomẽ, vel ſanctitatẽ ſibi vendicare non poſſunt,niſi pio accedente conſenſu,in eccleſia Dei firmentur.Nã quis id matrimoniũ ſacramentum rectè dixerit,cuius non ſit author vel coniunctor Deus?Scimus eccleſiã hæc matrimonia(modò teſtibus probari poſſent)multo ex tempore ſuſtinuiſſe,nec facile reſcidiſſe,ne vitiatis puęllis ſua ſimplicitas fraudi,néve adoleſcentibus

Clandeſtina matrimonia plurimorum malorum cauſa.

Clandeſtinũ matrimoniũ irreligioſe cõtractũ, nõ eſt propriè ſacramentum.

Cur eccleſia hactenus permiſerit atque adeo non

ſcentibus impune foret, quòd puellis ſtuprum intuliſſent, in hoc veteris legis æquam cenſuram intuita ac imitans. Nam Deuteronomij viceſimo ſecundo ſcriptum legimus: Si quis puellam nulli deſponſatam virginem vitiarit, dabit eius puellæ patri centum quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit eam. Non poterit dimittere eã cunctis diebus vitæ ſuæ. Verum cùm experientia doceat, hãc eccleſiæ indulgentiam, qua ſtultæ puellæ nimirum confiſę, libidinoſos adoleſcẽtes (poſtea fortiter negaturos, quicquid præter illatam libidinem inter ipſos actum ſit) paſsim admittũt. innumeris malis abutentium vitio anſam præbere, quis non videt longe ſatius eſſe, vt clandeſtina illa matrimonia, quæ omnino ſacramenti rationem non habent, ab eccleſia tollantur, ſeu decernatur ſaltem, ipſa matrimonij firmitatem apud eccleſiam non prius habitura, niſi noui conſenſus robur acceſſerit? tum enim puellæ & cautius agere diſcerẽt, & tot ſtupris, adulteriis, periuriis, aliiſq; plurimis incommodis, iiſque longe maximis, quæ ex inuitis & male contractis nuptiis oriuntur, via pręcluderetur, ſuuſque honos matrimonio, rei tã ſanctæ, ſeruaretur. Denique iis qui de diuortio non tantum ex cauſa fornicationis, ſed etiam quod ad vinculũ attinet cõcedendo, hoc tẽpore largius quàm cõuenit diſputant, anſa de eccleſiæ rigore quęrendi ac cauſandi adimeretur, quòd videlicet vbi locus tantum eſſet matrimoniis legitimè contractis, bona ſpes foret, vt ea quæ bono eſſent inchoata, prĩcipio bono quoque terminarentur exitu. Iam etſi interdum res aliter caderet, non fuerit tamen propter vnum aut alterum infauſtum connubium, Apoſtolica illa doctrina (quæ poſt diremptum matrimonium cõiuges ſeparatos innuptos manere, aut ſibi inuicem reconciliari requirit) temerè laxanda. Sed ad eccleſiæ ritum huic ſacramento adhiberi ſolitum reuertamur, de quo & Tertullianus lib. 2. ad vxorem ſic habet: Vnde ſuffiiciam ad enerrandam felicitatem eius coniugij, quod eccleſia conciliat, confirmat oblatio, & obſignatum angeli renunciãt, Pater ratum habet? Nec leue eſt horum rituum myſterium. Nam coniunctio quam ſacerdos facit, ſignificat matrimoniũ nectente Deo (cuius legatione ſacerdos fungitur) copulari. quamobrem etiam ſacerdos Chriſti verbis inter copulandum vtitur, nempe iis: Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Benedictio vero ſignificat, vitam cõiugatam, à Deo benedi-

facile reſcinderit clãdeſtina cõiugia.

Lex in ſtuprãtẽ puellam.

Clãdeſtina matrimonia abrogari conuenerit per eccleſiam.

Inuitæ nuptiæ raro lætos ſortiũtur exitus.

C. cum locum de ſponſa & matrimonio.

Leo in prĩcipatus 1. quæſt. 1.

Propter vnum vel alterum infauſtum matrimonij exitum non eſt laxanda regula apoſtolica.

1. Cor. 7.

Tertul. li. 2. ad vxorem.

Myſteriũ

ctam eſſe. Denique oblatio ſignat,huiuſmodi vitam hoſtiam boni odoris eſſe coram domino. Teſtatur quoque Tertullianus,in primitiua eccleſia nuptias cum laudis ſacrificio & ſacramenti venerabilis cõmunicatione celebrari ſolitas, ꝙ ea vita, ſanctorum communione nõ ſit indigna, quod Raphael quoq; angelus ad Tobiam cõteſtatur,quem morem per diœceſim noſtrã vbiq; renouari nobis curæ erit. Teſtatur quoq; Carthaginenſe Concilium,in eccleſia olim cõſtitutum fuiſſe, vt ſponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parẽtibus ſuis,vel à paranymphis offerãtur: vtque quum benedictionem acceperint,pro reuerentia ipſius benedictionis ſeſe eadem nocte contineant,ac in virginitate permaneant. Quod ne ridiculũ putes,exemplum Tobiæ tibi intuendũ ac omnino rememorandũ eſt. Quòd ſi quis hos quos retulimus ritus, à veteribus pro huius ſacramenti elemento reputatos fuiſſe dixerit,huic non valde repugnauerimus. Certè diuus Ambroſius in Euangeliũ Lucæ,lib.2.c.2. Coniugij teſtificationem,nuptiarum celebritatem dicit declarare. Alios quoque ritus adhibet eccleſia. Nã nullum peregrinum aut ignotum & alterius parochiæ hominem ad ſacramentum cõiugij admittit ſine literis,quas dimiſſorias vocamus. Præterea trina declamatio ſponſi & ſponſæ publicè præmittitur,vt eccleſia ſi quod ad impedimentum coniugij nouerit,ſacerdoti indicet. Quos ritus exactè ſeruari velimus,ꝙ ſic multis fraudibus & iniuriis occurratur,multiſq; puellis cõſulatur, quas alioqui ſæpè videmus profugis,imò adulteris maritis nuptas, ac deſertas,infelices hymenæos deteſtari. Ad hæc, nedum apud Chriſtianos,ſed & Hebræos nuptias celebratas legimus, conuocatis amicis nõ ſine conuiuio ac communi lætitia,qui ritus ad matrimonij ſacramentum (quod Chriſti & Eccleſiæ nuptias repræſentat) non parum facit. Ad has enim vocatæ ſunt omnes gentes, ad has venitur cum inenarrabili lætitia. Quamobrem vt ſignum rei ſignatæ reſpondeat, ſanctã quoque,non ineptam nuptiarum lætitiam eſſe conuenit. Nam & Ambroſius author eſt, Iuuentutem olim in nuptiis ſalſioribus ſermonibus vti ſolitam: & patrum coniugia declarant quanta cum reuerentia ac honeſtate nuptiæ olim celebrarentur. Hodie ſaltandi leuitas,ebrietas, & pleræque ineptiſſimæ geſticulationes,in locum ſanctæ congratulationis ſucceſſerunt. Quẽ abuſum parochi piis admonitionibus,quo ad fieri poteſt,

rituum cõiunctio ſacerdotalis

2. Cor.5.

Matt. 19

Benedictio ſacerdotalis.

Oblatio.

Tob. 6.

Cõci. Aphrica.4. cap.13.

Tobiæ.8.

Ambr. in Luc. lib. 2 cap. 2.

Nuptiarũ celebritas eſt,quaſi elemẽtum ſacramẽti coniugij.

Alij ritus.

Literæ dimiſſoriæ.

Trina declamatio.

Nuptias cõuocatis amicis celebrari ſolitas.

*Luc.*14.

Apoc.19.

Gene. 24

Saltãdi leuitas per parochos verbo Dei extirpãda

poteſt,extirpare nitentur.Copioſam monendi materiam veteres,& præſertim Chryſoſtomus, ſuppeditabunt. Et in primis exempla patrum,præſertim verò Chriſti,qui nõ dubium propterea nuptiis in Chana Galilæ interesse,eaſdemque ſuo illo miraculo omnium primo commendare ac veluti cõſecrare voluit,aqua in vinum cõuerſa,vt ſe matrimonij præſidem & ſtabilitorem demonſtraret, ſeque piis fidelium nuptiis ſpiritualiter intereſſe teſtaretur. Atqui præſente Ieſu religioſiſsimè quæque agi,& ab omni ſpecie mala nõ tantum re turpi,abſtinere par eſt. *Chryſo.in Gene. Ioan.2.*

VIrtus,efficacia ſeu effectus huius ſacramẽti,ſatis ſuperq; ex prædictis colligitur. Beatus Auguſtinus matrimonium tria bona complecti docet:Sacramentum,fidem & prolem. In ſacramento hoc dicit attendi,vt coniugium non ſeparetur,néve dimiſſus ac dimiſſa, etiam prolis cauſa alij coniũgatur. Ergo ſacramenti vis propriè in fœderis coniugalis indiſſolubilitate ſita eſt, quæ & prĩcipalis finis matrimonij rectè dicitur,hanc in ſacramento Deus operatur, nectit,roborat, ac confirmat, eamque gratiam ſuppeditat, qua coniuges non abuſi,hoc fœdus inuiolabile inuicẽ ſeruent,ſeſeque mutuo amore cõplectantur,ac ſic diligant,ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam:qua item gratia ſuffulti,quicquid eſt iuris diuini & humani,ſibi libẽter & ex animo cõmunicent,omnes denique caſus cum triſtes tum iucũdos,vſque in extremã mortẽ æquã lance inter ſe partiantur. Gignit quoq; hoc bonum ſacramẽti fiduciam bonæ cõſcientiæ,qua coniuges certi efficiuntur, vitã illam coniugalem honeſtè auſpicatã,ſanctè quoq; & religioſè obſeruatã,Dei gratia non vacare,Deo curæ atq; adeò meritoriã eſſe. In quam ſententiã Apoſtolus ad Timotheum ait:Mulier ſalua fiet per liberorum generationem,ſi permãſerit in fide.Item Hebræorũ vltimo: Honorabile cõnubium in omnibus,& thorus immaculatus. Et diuus Ambroſius lib. 2.de Patriarcha Abrahamo, cap. 9.ait,accedere aliud inſigne caſtimoniæ,ſi credas,à domino Deo tuo hoc quod ſortitus es coniugium, tibi datum. Hoc ergo ſacramenti bonum qui rectè ſecũ reputauerit,& conſcientiã ſuam erga ſeipſum quammaximè ædificabit,& caſti amoris ignem erga coniugẽ concitabit.Secundum bonum matrimonij,Auguſtinus fidem appellat. Non fidem,hoc eſt fiduciam erga Deum,ſed fidẽ coniugalem,in qua hoc attenditur,ne cum altera vel altero con-

Virtus huius ſacramenti. Augu.ſuper Gene. lib. 4. Matrimonium com plectitur tria bona. Principalis finis ſeu vis Chriſtiani matrimonii. Fiducia bonæ conſciẽtiæ in coniugio. 1.Tim.2. Am.li. 2 de patriar cha Abrahamo.ca.9 Bonũ matrimonii. Fides coniugalis.

Mœchia cordis. cũbatur, cuius boni faciendi vim, niſi Deus cõiugibus in hoc ſacraméto impartiret, quotuſquiſque cõiunx, inter tota carnis, mundi & ſatanæ inſidias poſitus, eam fidem ſaltem corde ſynceram ac incontaminatam retineret? nam Chriſtus mœchiam cordis, mœchiæ quæ carne committitur, æquat. Tertiũ bonum eſt Proles, cum potiſsimum gratia matrimoniũ contrahi debet, hoc ſcilicet animo vt liberi amanter ſuſcipiãtur, ac religioſè educentur: quod cum fit, matrimonium non ſolum omni culpa vacat, ſed & ſuum meritum habet. Cæterum quòd tantum vitandæ fornicationis gratia contrahitur, magis ſecundum indulgentiam conceditur.

Matth. 5. *Bonum matrimonii proles.* *Tobiæ. 8.* *1. Tim. 2.* *1. Cor. 7.*

Carnalis cõmixtio trifariã in coniugio adhibetur *Decus cõiugale.* *Aug. de bono coniugali.* *2. Co. 4. 7*

HAec tria bona in cõiugio faciunt, vt coitus qui in carne peccati fieri non poteſt ſine pudéda concupiſcétia carnis, omni culpa vacare poſſit: quam inſigné eſſe huius ſacramenti gratiam quis nõ videt? Quod vt magis perſpicuũ fiat, Coitus in cõiugio trifariam adhibetur. Primum cauſa prolis, qui culpam non habet, & ſolus ipſe proprie nuptialis eſt. Decus enim coniugale eſt caſtitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides, & hoc eſt opus illud nuptiarũ, quod ab omni peccato defendit Apoſtolus, dicens: Non peccat virgo ſi nubat. Secundò concubitus fit, cum vir cognoſcit vxorem vltra neceſsitatem procreandi liberos, non propaginis voluntate, ſed libidinis voluptate, quo concupiſcentię ſeruitur, non hoc agitur, vt fœtus quem poſtulant nuptiæ impleatur. Hunc coitum qui vltra neceſsitatem progreditur, non rationi, ſed libidini obſequẽs, exactum coniux inculpabiliter reddit quod ad eum ex præcepto pertineat proſpicere, ne fornicetur coniunx, ſed nõ omnino inculpabiliter exigit. Quamobrem Auguſtinus in Pſal. 146. Dicat, inquit, vir: continere iam volo, vxor autem, nolo: non poteſt ſcilicet continere: quod enim tu vis, illa non vult: nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alteri nupſerit te viuo, erit adultera, non vult Deus tale lucrum tali damno compenſari. redde debitum, etſi non exigis: pro ſanctitate tibi perfecta computabit, ſi non quod tibi debetur, exigis, ſed reddis quod debes vxori. Iam etſi exiges vltra neceſsitatem culpa omnino non vacet quod agis. Hanc tamen culpam bonum cõiugij venialem facit. Non enim quia incontinentia malum eſt, ideo cõiugium, vbi eſt cõcubitus pręter intentionem generationis, non eſt bonum: & quia bonum eſt coniugium in genere ſuo, etiam

Coitus habẽs culpã venialẽ in exigente. *1. Cor. 7.* *Augu. in Pſal. 146.* *Alter cõiugũ ſine alterius voluntate continere non poteſt.* *Redditio debiti.*

Concubitus præter neceſsitatẽ non impu-

etiam cum concubitum quem fieri nõ cogunt,ignoſci impe- *rat matri-*
trãt nuptię,ſi tamen non tam nimius ſit,vt impediat tempo- *moniu ſa-*
ra quæ orationi debẽtur,nec immutetur in eum vſum qui eſt *cramentũ.*
contra naturam. Quamobrem ſi ambo coniuges tali cõcupi- *1.Cor.7.*
ſcẽtiæ ſubiugantur,rem faciunt quæ propriè nuptiarum non
eſt,cuius nõ ſunt nuptiæ hortatrices, ſed deprecatrices.quòd
etſi voluptas non careat culpa,propter nuptias tamẽ accipiat
veniam.In quam ſententiam dixit Apoſtolus:Hoc autem di- *Ibidem.*
co ſecundum indulgentiam,nõ ſecundum imperium:quid eſt
enim quod ſecundum veniam concedit Apoſtolus?niſi quòd
coniuges debitum carnis expoſcunt,non propaginis volũta-
te,ſed libidinis voluptate.Idem Auguſtinus alibi dixit:Hoc
quod coniugati victi concupiſcentia vtuntur inuicem vltra *De bono*
neceſsitatẽ liberos procreandi,ponam in his pro quibus quo- *coniugali.*
tidie dicimus: Dimitte nobis debita noſtra. Atque hoc ipſum
eſt quod ſupra ex Apoſtolo retulimus, quòd propter forni- *1.Cor. 7.*
cationem vnuſquiſq; propriam ſuam vxorem habere debeat *Augu.ſu*
ad remedium lubricitatis carnis: nam coniugium quod ſanis *per Gene.*
eſt ad officium id ægrotis eſt ad remedium. Tertius coitus eſt *& lib. de*
frenis,quo ardentiores cõiugum amatores,ſuis vxoribus ab- *nup. & cõ*
utuntur, quemadmodum Fabiola abutebatur maritus, quod *cupiſc.*
Hieronymus referat eam ea coactam pati à marito,quæ nul- *Hieron.in*
la ancilla pateretur à domino,quem coitum adeò non excu- *epitaphio*
ſant nuptiæ, vt etiam aggrauent, quòd quanto ſanctior res *Fabiolæ.*
connubium eſt,tanto religioſius coli debeat.Non contẽnen- *Effrenis*
dum eſt, quod in Xiſti Pythagorici ſentẽtiis legitur:Omnis *coitus in cõ*
ardentior amator propriæ vxoris,adulter eſt.& quod Hiero- *iugio dam*
nymus ait: Sapiens iudicio amat coniugem,non affectu:non *nabilis.*
regnat in eo impetus voluptatis,nec præceps fertur ad coitũ. *Xiſtus Py*
nihil eſt fœdius quàm amare vxorem tanquam adulterã. Qui *thagorici.*
dicunt ſe cauſa humani generis vxoribus iungi,imitẽtur ſal *Hieron.cõ*
tem pecudes,& poſtquam venter vxoris intumuerit,nõ per- *tra Ioui-*
dant filios,nec amatores ſe vxoribus exhibeant, ſed maritos. *nia.ca.22*
Idem alibi:Liberorum,inquit,in coniugio conceſſa eſt pro- *q.4.*
pagatio & opus: Voluptates autem quæ de meretricum am-
plexibus capiuntur, damnandæ. Et Raphael ad Tobiam di- *Tobiæ. 6.*
xit:Audi me,& oſtendam tibi qui ſunt,quibus præualere po-
teſt dæmonium:Hi nanque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt
Deum à ſe & à ſua mẽte excludant, & ſuæ libidini ita vacẽt,
ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet pro-

Abuſus matrimonij ſummo pere cauẽdus.
Inter vetulos rectè contrahitur matrimonium ob germanam et amicabilem ſocietatẽ.
Augu. de bo. coniu.
Omne nuptiarũ bonũ impletum in parentibus Chriſti.

teſtatem dæmonium ſuper eos. Modis ergo omnibus curandum eſt, ne per matrimonij abuſum, matrimonij bona perdamus: quæ etſi non pariter omnia ad matrimonij ſubſtantiam ſeu etiam ſanctitatem requirantur, quòd & ſine ſpe prolis inter vetulos rectè contrahatur matrimonum, ſacrameti tamen ratio & fides quæ potiſsimum in matrimonio ſpectantur, omnino ſunt obſeruãda. Beatus Auguſtinus omne nuptiarum bonum impletum etiã eſſe in parẽtibus Chriſti dicit, nempe fidem, prolem, & ſacramẽtum. Prolem agnoſcimus ipſum dominum, fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati (vt ſupra diximus) ſine pudenda concupiſcentia carnis, quæ ex peccato accidit, fieri non poterat, ſine qua cõcipi voluit qui ſine peccato futurus erat. Nec ob id minus dñs, eius matrimonij bonum dicetur. Nam vt idẽ Auguſtinus ait, Si primi parentes non peccaſſent, forſan habituri erant filios ex munere omnipotentiſsimi creatoris, quòd potuerit etiam ipſos liberos ſine parẽtibus condere, qui potuit carnem Chriſti in vtero virginis formare, quum tamẽ hi liberi ad eum modum, nimirum ex munere creatoris capiendi ac habendi, bonum nuptiarum cenſendi fuiſſent.

Augu. de bo. coniu. cap. 2.
De affectu contrahentium.
Sara filia Raguelis exemplar coniugalis caſtitatis Tobiæ. 8.
Quæ rememoranda.
Ephe. 5.

IAm quo effectu matrimonium contrahendum ſit, dicemus, quãquam id ex ſuperioribus liqueat ſatis. Matrimonij itaque ſacramentum auſpicandum eſt in timore Dei, amore caſti coniugij, & dilectione procreandæ ſobolis ad augmẽtum religionis, ſcortationis quoque & immunditiei vitandæ gratia. Breuiter, eo affectu amplectendum eſt, quo Sara filia Raguelis matrimonium ſuſcepit, quæ ſic orãs, ait: Tu ſcis domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ob omni concubitu. Nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in leuitate ambulant, participẽ me præbui: virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere, &c. In primis autẽ animo concipiendum eſt, quantum ſacramentum coniugium ſit, nempe quod Deo authore copuletur, vt proinde matrimonio iungendus, non aliter affectus eſſe debeat, quàm ſi præſentem Deum videat ſibi vxorem copulantem. Deinde quanta ſit ſigni maieſtas, quod ſimilitudinem Chriſti & Eccleſiæ refert. Hæc qui ſecum rectè reputauerit, & coniugij bonũ propius æſtimauerit, is cum multa Dei gratia coniugiũ inibit, qua ſubinde cõ-

ſuſcitata

ſcitata ſeipſum ſaluum faciet, & eccleſiæ Dei decori erit. *1. Tim.2.*
Qui alio affectu nimirũ prophano, vxores ducunt, hi iniuria
ficiunt ſacramentũ: quod tum demum rectè coit, cùm præ-
ipuæ cauſæ contrahendi ſunt, nempe honeſtiſſima ac ſancta
ocietas, amor religioſæ poſteritatis, & odium fornicationis:
uę quum vt principales fines in coniugio intenduntur, non
oramur, ſi tum inſuper quædam aliæ leuiores (quas cauſas
npulſiuas dicimus) acceſſerint. Neq; enim ſtatim peccat, quē
ſponſæ decor mouet, & honeſta dos allicit, ſi tamē hæc ſi-
primas partes non præcipiant. Nam & de Iacob patriarcha
gimus, quòd Rachel, quæ erat decora facie & venuſto aſpe-
u impenſius dilexerit, Deuteronomij quoque 21. legimus
hunc modum: Si videris in medio captiuorum mulierem
ilchram, & adamaueris eam, voluerísq; vxorem habere, in-
oduces eam in domum tuam. &c. Interim admonendi ſunt *Viri non*
ri, ne vxores cōtemptui, tanquam ſeruas, ſed magis tanquã *cōtemnant*
nnis vitæ conſortes, habeant. Nam coniugium non redigit *vxores.*
ulierem viro in ſeruitutem ſed adiicit in adiutorium, ſic ta *Gene.2.*
en, vt viro ſe reuerenter ſubditam cognoſcat: Eua ſiquidem *Ephe.5.*
on de Adæ capite, neque de pedibus eſt facta, & neque do- *Cur Eua*
ina, neque ſerua illi eſt condita, ſed & ſocia & conſors. Re- *ſit creata*
è ergo de medio, nimirum de latere, eſt creata *de latere.*

DE miniſtro huius ſacramenti, poſtremo videndũ eſt. Vt *De mini-*
forſan quidã non improbãda ratione dicant, matrimo *ſtro huius*
um certum miniſtrum non exigere, ꝙ coniuges in ſeſe ca- *ſacramēti.*
amore ac religioſè couſentientes, Deus ipſe coniungat,
nen videmus & in veteri lege quoſdam fuiſſe, qui Dei vi- *Sacerdos*
coniuges coniungerent: quanto ergo magis putãdum eſt, *rectè copu*
noua lege ſacerdotes, qui legatione pro Deo funguntur, *lat coniu-*
gitimos huius ſacramenti miniſtros eſſe? In lege ſiquidem *ges in ec-*
teri pater, aut defuncto patre, proximus puellæ agnatus, *cleſiæ con-*
tutor, Dei loco coniuges iungebat. Sic Tobiæ 7. legis: Et *ſpectu.*
prehendens Raguel dexteram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ
didit, dicēs: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob
biſcum ſit, & ipſe cōiungat vos, impleàtq; benedictionem *Euariſtus.*
m in vobis. Ad eundem modum ab Apoſtolorum tempo- *Quorũ ad*
us, matrimonij ſacramētum in facie eccleſiæ celebratum *moneri de*
miniſtris ſacerdotibus Chriſti, Raguelis atque alia ſcri- *beant quũ*
uræ verba, & pias admodum benedictiones ſuper cōiuges *copulãtur*
onunciantibus. Debent autem presbyteri, dum copulant *coniuges.*

ēmæ vnctionis: non ꝙ hoc agat eccleſia, vt hæc vnctio o- *Cur dicatur extrema vnctio.*
nino extrema ſit: nam & reiteratur, ſicubi morbus depulſus
oinde redierit, & per eccleſiā hac potiſsimū ratione mini-
atur, non vt ægrotus eo percepto ſtatim vita defungatur. *Finis extremæ vnctionis.*
ndormiſcat, ſed potius vt nedum mente, ſed & corpore (ſi
Deo viſum erit) cōualeſcat, quod precationes illæ, ipſam
tuſtatem inſpirātes, ac plenæ omnis pietatis, quas in admi
tratione eiuſdē ſacramēti eccleſia adhibet. apertiſsimè de-
nſtrant Nec dubium, quin in primitiua eccleſia plerique *Cur huius ſacramēti virtus hodie non ſit tā euidēs, quàm fuit olim in eccleſia.*
irmi, quū vngerentur, priſtinā incolumitatem reciperent,
nirū fide flagrantiori, tam ſalutare myſteriū accipientes.
uod hoc tēpore rariores ſunt, qui huius ſacramēti virtutē,
tem quod ad corporis conualeſcentiā attinet, experiātur,
cauſa eſt fidei modicitas, quam oportebat in accipiētibus
lentem ac flagrantem eſſe, nam per hanc ſolam Dei virtu-
n in nobis efficaciter operari conſtat. Vnde Marci 5. legi-
s: Et non poterat nimirum Chriſtus, ibi virtutem vllā fa-
e, niſi quòd paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & *4. vnctiones in eccleſia.*
rabatur propter incredulitatem eorū. Sed vt ad rationem
minis reuertamur. Vnctio hæc infirmorum, vel ob id ex-
ma dicta videri poteſt, quòd extrema ſit è quatuor illis, *Catechumenorum.*
e in eccleſia celebrantur. Nā (vt ſuprà diximus) primū vn-
nur catechumeni, dein vngimur baptizati ſtatim poſt ba *Poſt baptiſmum.*
ſmum, vngimur quoq; quum cōfirmamur: demū exceſſu-
vita, extremā accipimus vnctionem. Quòd ſi & quintā *In confirmatione.*
ctionem addere placeat qua ſacerdotes & reges inautho-
tur, erit nihilo ſecius & hæc, quæ infirmorū eſt (etſi īnter- *Aegrotorum.*
n nō tempore) ratione tamen poſtrema. Qua vero ratio-
Chriſtiana religio cæteris cæremoniis veteris legis eua- *Sacerdotū & regū.*
ſcentibus, vnctionis myſteriū retinuerit, repetere hic non
neceſſe. Nam id ſuperius nos docuiſſe meminimus.

Verum de inſtitutione huius ſacramenti videndum eſt. *De inſtitutione hu⁹ ſacramēti.*
Marci 6. legimus, quemadmodum Chriſtus duodecim
os ad ſe vocarit, eoſdémque binos miſerit, certa quadā le- *Marc. 6.*
tionis forma preſcripta, & poteſtate qua vterentur, data &
nceſſa. & ſtatim ſequitur: Exeuntes, prædicabant vt pœni- *Apoſtoli ægrotos ex Chriſti inſtitutione vngebant.*
itiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant
o multos ægrotos, & ſanabantur. Vngebant, inquit, oleo
ltos ægrotos, non dubium, quin ex Chriſti inſtitutione ac
ndato, non ſua præſumptione: Abſit enim vt vel in mem-

Matt. 10. tem noſtrã veniat,ſanctos Apoſtolos in tanta legatione præter Chriſti præſcriptum quippiã feciſſe,qui non ſua,ſed tantum data poteſtate vtebantur, ſcientes quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Nam q̃ vani ſint, qui ex hac vnctione officium ciuile faciunt,quis non videt?neque enim Chriſtus ſuos diſcipulos chirurgos fecit,ſed Apoſtolos,qui vngerent ægrotos oleo,nõ quidem medicinali, ſed ſacramentali & myſtico. Addit autem Euangeliſta, ægrotos ab Apoſtolis inunctos,ſanatos fuiſſe, virtutémque præſentem exteriori ſigno nõ defuiſſe. Veteres ergo pio ac recto iudicio ex eo loco aſſerunt, eccleſiam hoc ſacramentum ex ipſius Chriſti inſtitutione accepiſſe,quanuis poſtea diuus Iacobus Apoſtolus, modum ac formãm adminiſtrationis eiuſdem clarius expreſſerit,ac quod ipſe à Chriſto acceperat,populo tradiderit,i hæc verba: Infirmatur quis in vobis?inducat presbytos eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngẽtes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluauit infirmum,& alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit,remittentur ei. Quæ verba manifeſtè declarant,hanc vnctionem ſacramentum eſſe,quæ neque ſigno careat viſibili,nec promiſſione gratiæ.Porrò Apoſtolum eiuſdem vnctionis meminiſſe,quam Euangelium docet Apoſtolos,poteſtate à Chriſto accepta, ægrotis adhibuiſſe, plurimi ex patribus & Græcæ & Latinæ eccleſiæ ſatis idonei teſtes ſunt,è quorum numero primus occurrit diuus Hieronymus, ſeu quiſquis tandem eſt is ſcriptor, certè pius ac vetuſtus, in Marcum cap.6.dicens: Quum vngũt oleo ægrotos,infirmitatem fidei virtute corroborant. Corroborant autem interceſſione & oratione fidei, quam Dei clementia exaudiet, & ſe exorabilem præſtabit, cuius ſacramentum eſt oleum conſecratum. Itidem author libri de viſitatione infirmorum,diuo Auguſtino hactenus inſcripti, ſic ait: Nec prætermittendum eſt illud Apoſtoli Iacobi præceptum: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, &c. Et ſtatim poſt: Ergo ſic roges de te & pro te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imò per Apoſtolum ſuum dominus: Ipſa videlicet olei ſacri delibutio, ſpiritus ſancti typica vnctio intelligitur. Hæc ille. Innocentius quoque eius nominis primus, quem Concilium Aphricanum (cui & beatus Auguſtinus interfuit) vti Papam præcipuò diuinæ gratiæ munere in ſede Apoſtolica præſidentem, cum ſummi honoris delatione venerari

Vani qui ex hoc ſacramento officiũ ciuile faciunt.

Veteres aſſerunt hoc ſacramento ex Euãgelio.

Iaco. 5.

Eadem eſt vnctio, de qua narrat Euangelium, et quã docet Iacobus.

Hieron. in Mar. c. 6.

Augu. de viſit. infirmorum.

nerari nõ dubitauit. Is,inquam,in decretis ſuis ad Eugu- *Innocen. 1.*
ium cap. 8. apertè pronunciat,hanc vnctionem genus eſſe *ad Eugu.*
ramenti. Proindéque quibus reliqua ſacramenta negãtur, *cap. 8.*
ne hoc quidem concedi poſſe,diuos Ambroſium & Grego *Ambroſius*
m in teſtes euocare nõ eſt neceſſe,à quibus etiam inungẽ *Gregori⁹.*
formulas & preces accepimus ac retinemus. Deniq; Beda *Beda.*
Lyranum & cęteros recentiores prætereamus) prędictũ *Lyranus.*
um Marci Euangeliſtæ exponens,pronũciat hoc ſacramẽ-
n vnctionis infirmorum,vt cætera omnia,à Chriſto inſti-
um,per Apoſtolos eccleſiæ traditum. Ex Græcis(vt omit *Dionyſius.*
nus interim vetuſtiſſimũ illum Dionyſium Areopagitam) *Chryſoſto.*
fecerit attuliſſe diuum Ioannem Chryſoſtomũ,ac Theo- *lib. 3. de ſa*
ylactum. Ille lib. 3. de ſacerdotio,huius ſacramenti & eius *cerdotio.*
niſtri meminit, de ſacerdotibus loquẽs in hæc verba: Ne-
e enim ſolum quum nos regenerant,ſed poſtmodum etiã
ndonãdorum nobis peccatorũ facultatem obtinent. Infir
tur,inquit,inter vos aliquis?accerſat presbyteros eccleſię
orent ſuper eum,vngẽtes eum oleo in nomine Domini,&
atio fidei ſaluum reddet laborantem,& eriget eum Domi-
s,& ſi in peccatis erit,remittẽtur ei. Hactenus ille. Hic ve
,nempe Theophylactus,Euãgelium Marci ediſſerens cap. *Theophy.*
ſic ait: Quod vnxerãt Apoſtoli,ſolus Marcus narrat,quod *in Marc.*
frater domini Iacobus in catholica epiſtola dicit: Infirmã *cap. 6.*
r,inquit,quis inter vos?aduocet ſeniores eccleſiæ,& orẽt
per illum,vngẽtes eum oleo &c. Eſt igitur oleum(vt ſubii *Oleũ quid*
t Theophylactus,ſigni myſterium declarans) & ad labores *ſignificet,*
ile,& lucis fomentũ,& hilaritatis effectiuum, ſignificátq; *in hoc ſa-*
iſericordiam Dei & gratiam ſpiritus,per quã à labore libe *cramento.*
mur,& lucem & gaudium,hilaritatémque ſpiritualem acci
mus. Hæc ille. Eſt itaque hoc ſacramentum,non ex huma-
a,ſed ex Chriſti inſtitutione & Apoſtolica traditione de-
endens,id quod vniuerſalis eccleſiæ,tam veteris quàm nó
ræ,Græcæ pariter & Latinæ,conſenſus,ſimul & ipſe ſacra-
menti vſus,quammaximè comprobant. *Reſpõde-*

Qui huius ſacramẽti vim hinc eleuare contẽdunt,quòd *tur huius*
epiſtola diui Iacobi Apoſtoli non ſit certi authoris, *ſacramẽti*
oſtra ſententia planè deſipiunt, quòd eccleſia, (quæ hoc *cõtemptori*
veluti Dei viui columna & firmamentum veritatis) pecu- *bus & eo-*
are habet, vt poſſit diſcernere verba Dei à verbis homi- *rũ cauilla.*
ıum,olim hanc epiſtolam diuo Iacobo tribuerit, & Apo- *1. Tim. 3.*

Hierony-mi cẽſura de epiſto-la Iacobi. ſtolico ſpiritu plenam iudicarit,atque adeò diuus ille Hieronymus,quo nullus vnquã in ſcripturis doctior,neq; exactiori cenſura fuit in diſtinguẽdis certa à dubiis, hanc epiſtolã ipſi Iacobo apertè,idq; nõ ſine magna epiſtolæ laude aſſcribit: Iacobus,inquit, Petrus, Iudas & Ioannes ſeptem epiſtolas ediderunt,tã myſticas quàm ſuccinctas, & breues pariter & lõgas;breues in verbis,lõgas in ſententiis,vt rarus ſit qui nõ in earũdem cæcutiat lectione. Vides vt beatus Hieronymus idem iudicium de Iacobi profert epiſtola,quod de Petri,nec putat indignam apoſtolico ſpiritu. Iam quum planè conſtet, apoſtolum hanc vnctionẽ pro ſacramẽto tradere, nequaquã dubitandum eſt, verè ſacramentũ eſſe, & Apoſtolũ nõ fuiſſe tã impiè arrogantẽ, vt pro ſacramẽto traderet populo, quod ſacramentum non eſſet. Quare etſi Apoſtolus condendi ſacramenti poteſtatem non habuit, conſtat tamen eum verbis illis tradidiſſe populo quod ipſe à Chriſto acceperat: qui vt alia mundo volebat innoteſcere per Matthæum,alia per cæteros Euangeliſtas,quid prohibet,quo minus quędam etiam doceri voluerit per Apoſtolum Iacobum? *Iacobus quod à Chriſto acceperat, promulgat*

Verbũ huius ſacramenti. VErbum quo hoc ſacramẽtum traditur, eãdem in omni eccleſia ſentẽtiam habet,etſi vbique eiſdẽ dictionibus ſeu preſcriptis verbis haud pronũtietur. Vngitur enim ęgrotus oleo ſanctificato in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti,adiectis verbis precatoris,nempe,vt quicquid illicito viſu,auditu,ac cæteris ſenſibus ſeu membris ægrotus deliquit, per huius olei vnctionem expietur, cum imprecatiõe pacis. Innititur autem hoc verbum,quo ſacramẽtum traditur,promiſſioni,quam Apoſtolus acceptã,idque nõ dubium,à Chriſto promulgat,dicẽs: Et oratio fidei ſaluabit infirmũ, & ſi in peccatis ſit,remittetur ei. Quę etiã verba ſatis indicãt huius ſacramenti vim, quammaximẽ ab oratione fidei dependere. Quamobrem eccleſia miniſtrationi huius ſacramẽti plures precationes quàm vlli ferè alij ſacramento adhibet, eáſque admodum pias, quemadmodum paulò ante meminimus. *Iaco.5. Promiſſio gratiæ.*

Elementũ huius ſacramenti. ELementũ huius ſacramenti,eſt oleum ſanctificatũ,cuius myſteriũ ſuperius ex Theophylacto retulimus. Oleum enim & ſanitatis & hilaritatis effectiuum,& lucis fomentum eſt:preterea ad labores vtile & lenitiuum. Quæ omnia in huius ſacramenti diſpenſatione diuina virtute per fidei efficaciam in homine ægroto agi ſignificantur.

P Ropterea enĩ hoc ſacramentũ potiſsimum adhibetur & ea eſt huius ſacramenti ritè ſuſcepti vis, vt aduerſus ter riculaméta & trepidationes inſtãtis mortis(quæ ſolent ẽti hominis morbo grauiter decũbentis occurſare)pium ſo ciũ ſit,ac fiduciç titubantis fulcimentũ. Quod tũ certè fit; qui inungitur,recogitat ſeſe per fidelẽ illam & piã eccle- (cuius cõſortio ipſe vti viuũ membrum inſitus eſt) preca onẽ,quç in hoc ſacraméto adhibetur,vel cõualiturũ ſeſe,ſi men Deo ita viſum erit,& quòd ad animç ſalutem attinet, lutare ei fuerit,vel ſaltem cum certa fide,bonaque ipſe hîc nigraturum,atque in Domino obdormiſciturũ,idque ma mẽ,quũ ſcit ac intelligit orationẽ fidei,prçſertim eã(quç ſignum externũ & promiſſionẽ,Apoſtolica traditione co mata ſibi annexa habet)apud Deum vanam eſſe,nõ poſſe, d ad alleuiationem,quum corporis,tum animi,atque adeò remiſſionem peccatorum,plurimum valituram.

Huius ſacraméti vis.

Fiduciæ titubãtis ſuſtẽtaculũ.

Iacobi. 5.

Quo affectu eſſe oportet hoc ſacraméto muniẽdũ.

Affectus quo ægrotus ſe presbytero vngendũ offerre de- t,is erit,quo olim ægroti ſe Apoſtolis vngẽdos prçbebãt, mirũ vt intus ac foris,ſi ita Deo viſum erit,ſanetur. Cogi- re itaq; debet presbyter,ſe nõ ſuã,ſed Apoſtoli Chriſti,at- ie adeò eccleſiæ perſonã gerere,atq; hoc agere, vt ægrotus rinde atq; athleta inuictus, ac velut in extrema lucta cõſti tus,omnibus ſatanicis tẽtationibus(quas tũ potiſſimũ dia lus cateruatim ſolet ingerere)fortiter reſiſtat,ac ad omnẽ utationis impetũ conſtanti animo dicat: Chriſti membrũ m, Chriſti athleta ſum. In cuius ſignũ oleo etiã externo, cundũ Apoſtoli traditionẽ inunctus ſum. Quamobrem tu inceps mundi huius,tu immũde ſpiritu,diſcede. Ille enim foris eiecit,quãobrem in me nõ habes quicquã,nihil mihi tibi cõmune. Nam quç cõuentio Chriſti(cui inſitus ſum) Belial? Quis conſenſus templo Dei cũ ſatana? Adhæc, etſi ultis ſtipatus ſatellitibus in animæ meæ excidium cõiura- s appareas,non te timeo tamen,non te metuo: plures enim ecu ſunt,quàm tecũ:tota enim eccleſia ſanctorum pro me ram agit,orat,meque in ſuã tutelam recipit,aduerſus quã præualebis. Habeo interim à Deo certiſſima fiduciç meç gna ac teſtimonia,népe ſacramenta pœnitẽtiæ,euchariſtiç, hoc extremæ vnctionis,quibus Deus me nequaquã fallet, d promiſſioni ſuç aſſiſtens,faciet ac perficiet etiam omnia, ç in eorundem exhibitione mihi pollicitus eſt. Hæc atque

Quomodo tẽtationibus diabolicis in extremo agone obſiſtẽdũ ſit.

Ioan. 14.

Lucæ. 11.

Ioã. 12.

2. Cor. 6.

4. Reg. 6

Matt. 16.

Sacramẽta fiduciæ noſtræ certiſsima ſigna.

alia eiuſcemodi piè cogitanti, quis dubitet hoc ſacramentū magnam alleuiationē mentis aduerſus horrorem mortis (in quam inſtantem tum tota defigit oculos) adferre, itidem aduerſus ſatanæ impetus, tum ſolito grauiores, plurimum valere? Quòd ſi tū omniū maximè ac modis omnibus ad laborādum eſt atque etiam vndique omnia pietatis fulcimenta cōgerēda ſunt, ne ęgrotis fiducia excidat, ſed vt quàmmaximè aduerſus ſpiritales inſidias roborētur, nō rectè faciunt qui hoc ſacramentū in eum vſum peculiariter inſtitutū, ac tanto cū ſerio per Apoſtolum Iacobum eccleſiæ traditum, ex eccleſia auferre moliuntur. Neque tamen dicimus hoc ſacramentum abſolutè ac omnino ad ſalutē neceſſariū, modò ne cōtemnatur, ſed magis eſſe ad fulcimentū pietatis, proindéque piis votis ab ægroto, priuſquam hinc excedat, expetēdum. Pręterea reiterationi eius, quemadmodum pœnitentiæ, in eccleſia locus eſt, recurrente ſcilicet ſubinde morbo aliquo grauiore.

Nō rectè faciūt qui hoc ſacramētum ex eccleſia tollere annituntur.

Reiteratur hoc ſacramentū.

TOtus ritus, quē eccleſia in miniſtratione huius ſacramēti adhibet, in plurimis illis orationibus longè pientiſſimis (quæ ad ſingulas vnctiones adhibentur) cōſiſtit, quas referre lōgum fuerit, nec eſt neceſſe, quòd omnibus paſſim, maximè parochis, expoſitæ ac obuiæ ſint & intellectu faciles.

Ritus qui adhibētur huic ſacramento.

POſtremo, huius ſacramēti miniſter ſacerdos eſt, ita docēte Apoſtolo Iacobo: Infirmaē quis in vobis? inducat preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eū &c. Sacerdos verò in eiuſdē ſacramenti miniſtratione, non ſuā, ſed Apoſtoli Chriſti ac eccleſiæ perſonā, quemadmodū & in cęteris ſacramentis, gerit ac repræſentat. Nā vt Chriſtus eſt qui baptizat, qui corpus ſuū impertit, qui abſoluit: ſic Chriſtus eſt qui intrinſecus inungit, ſacerdote externū tantū miniſteriū adhibēte. Breuiter, Chriſtus eſt Samaritanus ille euāgelicus, qui homini à latronibus diſpoliato, ac grauiſsimis plagis affecto appropians, cæteris prætereūtibus, ſolus miſericordia mouetur: & totus intentus curationi hominis tam miſerè affecti, ſacramētorum ſuorum alligamenta adhibet, quē & alligatum, iumentóque ſuo impoſitū, in ſtabulum eccleſiæ ducit. Sacerdos autem ſtabularij vicem gerit, cui præcipitur, vt curam ægroti agat, ſed pharmacis à Chriſto vero illo Samaritano, hoc eſt hominum cuſtode præſcriptis, qui ſolus ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Huius ſacramenti miniſter.
Iaco. vlti.
Matt. 3.
Marc. 1.
Luc. 3.
Luc. 10.
Pſal. 146

Ipſi gloria in ſecula. Amen.

DE RATIONE AC MODO ORANDI DEVM.

Ecclesia catholica, mater noſtra, in qua per baptiſmũ renaſcimur Chriſto, eum ordinẽ tenet, vt ſymbolum apoſtolicum (quæ eſt fidei noſtræ regula) ante oĩa proponat ac tradat: ſubinde vero poſteaquam profeſſi ſumus quod credimus, orationem dominicã ſubiũgat ac reddi etiã iúbeat, idque ordine nõ modo dicenti, ſed & neceſſario. Siquidem vt precemur Deum, neceſſe eſt vt fidẽ prius teneamus, quæ vtiq; niſi data eſſet, orare non poſſemus. Quomodo enĩ (vti Paulus Apoſtolus ait) inuocabunt, in quem non crediderũt? Eundem ergo ordinẽ nos inſequẽtes, poſt Apoſtolici ſymboli, diuinorúmque ſacramentorũ (quæ veluti pars quędam ſymboli eſſe videntur) expoſitionem, ad breuem dominicæ orationis dilucidationem rectè properabimus. *Ordo cathechizãdi eccleſiæ* *Sine fide nemo orat Deum.* *Roma. 10*

Sed priuſquam ad cõtextũ eiuſcemodi precationis accedamus, paucis de modo Deũ orandi præfandũ erit. Principio ex his, quæ paſſim, præſertim in expoſitionẽ ſymboli ac ſacramentorum, maximè pœnitentiæ, attulimus, manifeſtum euadit, fidem, quæ nos Chriſtianos efficit, non eſſe vanam aliquam aut euanidam perſuaſionẽ, ſed Dei donũ cordibus noſtris ĩfuſum, viuũ & efficax per charitatẽ, quã Apoſtolus definiens, ait: Neq; circuncifio eſt aliquid neque pręputiũ, ſed fides quæ per dilectionẽ operatur, qua efficimur filij Dei, qua Deo nos totos cõmittimus, qua omnia ad Deũ referimus, qua Deo per ſpem & charitatẽ copulatur, nobis penitus diffiſi, quæ niſi deſuper gratuito munere nobis daretur, non ille dixiſſet: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eũ. Quis enim fidem ſe habere glorietur, niſi qui acceperit ſpiritũ fidei, de quo Apoſtolus ait, Habentes eundem ſpiritum fidei, ſecundũ quod ſcriptũ eſt: Credidi, propter quod locutus ſum, & nos credimus, propter quod & loquimur? Hic ergo ſpiritus qui talem fidẽ largitur, ſuggerit nobis per fidem quid loquamur, & vt Apoſtolus ait: Ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Nõ quòd ipſe ſpiritus ſanctus, vti indigens alicuius interpellet, ſed quòd nos interpellare faciat, nobiſque interpellandi & gemendi inſpiret affectũ. Quod idẽ Apoſtolus explicatius *Fides Chriſtianorũ. Galat. 5.* *Fides gratuitum donum.* *Ioan. 6.* *2. Cor. 4.* *Pſal. 115.* *Spiritus fidei ſuggerit nobis quid loquamur et orem⁹.* *Roma. 8.* *Auguſt.*

Rom.8. facit quum ſubdit: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram vt
ipſe faceredicatur, quod vt faciamus, facit ac iuuat: de quo
Ibidem. ſpiritu alibi apertius ait: Non enim accepiſtis ſpiritũ ſerui-
tutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filio-
Galat.4. rum, in quo clamamus, Abba pater. Et iterum: Quoniã filij
August. Dei eſtis, miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra, clamã-
Sine ſpiri tem, Abba pater. Vnde conſequens eſt, vt quemadmodũ ſi-
tu fidei ne ne ſpiritu fidei non eſt rectè quiſpiã crediturus, ita nec ſine
mo ſalubri ſpiritu orationis ſalubriter oraturus, atque adeò nihil boni
ter orat, acturus, niſi eodẽ ſpiritu adiuuãte. Nemo enim rectè ſapit,
neque quic rectè intelligit, rectè conſilio ac fortitudine præualet, nemo
quã rectè ſcienter pius eſt vel piè ſciẽs, nemo amore caſto Deũ timet,
facit. niſi acceperit ſpiritum ſapientię & intellectus, cõſilij & for
1.Cor.12. titudinis, ſciẽtiæ & pietatis, & timoris Dei. Nec habet quiſ-
Spiritus quam virtutem veram, charitatem ſynceram, cõtinentiã re-
aliter ad- ligioſam, niſi per ſpiritũ virtutis & charitatis & cõtinentię:
iuuat, nõ- non quia tot ſunt ſpiritus, ſed oĩa hæc operatur vnus atque
dũ inhabi idẽ ſpiritus, diuidens propria vnicuique ſicut vult, quanquã
tans, ali- aliter adiuuat nõdum inhabitãs, aliter inhabitans. Nã non-
ter inhabi dum inhabitans, adiuuat vt ſimus fideles: inhabitans verò
tans. adiuuat iam fideles, vt ſcimus in omne opus bonũ propẽſi.
Epheſ.2. Siquidem vt Apoſtolus ait, Charitas Dei diffuſa eſt in cordĩ
Roma.5. bus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis, qua prę-
Pſal.118 diti, non ſolum iam in Deum credimus, aut ſpe erigimur,
Oratio ſed & in domino delectamur, in mandatis eius volũtariè in-
donũ gra ambulentes, quemadmodum Pſaltes ait: Viam mandatorum
tiæ. tuorum cucurri, quum dilataſti cor meum, nempe, per cha-
Nemo re ritatis diffuſionem.

ctè orat SEd quorſum hæc, niſi vt oſtẽdamus etiam ipſam oratio-
niſi acce- nem inter gratiæ munera deputari, verúmque ac rectum
perit ſpi orandi modũ eſſe, ſi in fide, ſpe & charitate ad orandũ acce-
ritũ fidei, damus? Quomodo enĩ aliter orabimus, niſi acceperimus ſpi
ſpei, & ritum fidei, ſpei & charitatis, in quo clamemus Abba pater?
charitatis Alioqui, ſi neque per fidẽ accedamus, neque per ſpem eriga
Roma.8. mur, neque per charitatem accendamur, loqui quidẽ poſſu-
Galat.4. mus, orare verò nequaquã. Quid enim aliud eſt oratio, niſi
Hæc eſt pius mẽtis aſſenſus in Deum, ſeu piorum votorum oblatio
fides ge- intenta & ardẽs? Quomodo autẽ eleuabitur in Deũ mens?
neralis. quomodo domino vota pia offeret, niſi in primis fide fũda-
Bernard. ta fuerit, qua credat omnia bona à Domino petenda eſſe, &
Deum

)eum ipſum,natura bonũ,omnibus optimè velle, ac magna
: inæſtimabilia bona ſuis fidelibus paraſſe? Dein ſpe erecta
t,qua ea bona vti ſibi parata ſe capere poſſe indubitato ſpe-
et. ꝙ homo fidelis,id quod credit,ſibi per ſpem quodammo
o vendicet. Deniq; etiam charitate inardeſcat,qua incitata,
icat:Curram igitur,petãm,& accipiã,quæ pręparauit Deus
iligentibus ſe. Nã(quemadmodum ſæpè diximus) vt fides,
ua Chriſtiani & filij Dei ſumus, aliud à ſpe & charitate do-
num ſit,ſpem tamen & charitatem comites ita coniunctas ha
et,vt ab eis nequaquã ſeparetur,ſeparata verò, iam non fi-
les viua,ſed mortua ſit & nuncupetur,ad deprecandũ Deum
omnino inepta,ꝙ à mortuo pereat confeſsio ac oratio. Rur-
us hæc duo poſteriora dona, fidem ſemper vti ſubſternicu-
um ſpiritualis ædificij neceſſariò præſupponunt, atq; etiam
t cõcomitetur,poſtulant. Neque enim quis in eum ſperat,
ui non credit,cui ſe & ſua non cõmittit. Item nemo ſyncerè
eum dilexerit,cui fidem non adhibeat,& de quo optime non
ſperet. Deniq;,fruſtra quis omnia bona ſe à Deo ſperare,at-
ue etiã Deum diligere ſibi videbitur, niſi viuida quoq; fi-
les accedat, qua idem ipſe bona illa (quæcunque tandem ea
int vel animi vel corporis) quæ à Deo petũtur, ac nobis in
ac vita donãtur, à Deo etiam accipiat, atque à Deo ea ſeſe
am tandem accepiſſe,quaudóq; ſtatuat ac certo credat:Fru
trà ſiquidem Deũ aſsiduè de pane quotidiano interpellaue-
is,niſi tandem etiã fide accipias quod petis,nimirũ vt men-
e ſentias,hunc panem quo victitas,te non aliunde, q̃ à Deo
pſo,quem oras, accepiſſe, ac in dies accipere. Itidem fruſtrà
de peccatorũ remiſsione Deũ ſolicitaueris,niſi ſimul quoq;
credas remiſsionem peccatorum,quam fideliter poſtulaſti,
te ab ipſo Deo tandem etiam aſſequutum eſſe. Quid enim
proderit,ſi perpetuò inclames:Remitte domine iniquitatem
ſerui tui, modò nunquam deſinas de Dei erga te miſericor-
dia dubitare,aut cõfidere ſeu ſtatuere nunquã poſſis Deum
tibi reconciliatum eſſe? Atque hæc eſt fides illa ſingularis &
ſpecialis, quæ non tantum ſpiritualis ædificij initium eſt,
ſed magis ſpei abſolutio,indiuiduam poſt ſe trahens charita-
tem qua nobis Dei beneficia applicamus,& quod actioni no
ſtræ deeſt,ex apprehenſione miſericordiæ per Chriſtum ſup
plemus. De qua ſuperius in tractatu Pœnitentiæ & Iuſtifica-
tionis fuſius diximus. Vt ergo neceſſe eſt hæc tria in omni

Fidẽ,ſpem & charitatem ĩ omni opere bono coniũcta eſſet oportet.

Bern. ſer. 1. de annũciatione.

Iaco. 1.

opere bono concurrere, ꝙ finis præcepti ſit charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta: ita maximè orationem (veluti opus, quo proximè cum Deo agimus) antecedere ea oportet, non tempore quidem, (quod animus fide, ſpe & charitate imbutus, ſaltem per cœleſtium deſiderium, in quo tota orationis vis conſiſtit, non poſſit non orare) ſed cauſa magis & ratione.

1. Timo. 1

Fide, ſpe, & charitate præditus ſemper orat.

IAm cum fides in hominis pectore per verbũ formetur, & promiſſioni Dei planè innitatur, quod Paulus exẽplo Abrahæ grauiſſime aſtruit: In repromiſſione (inquit) Dei (qua ſcilicet pollicitus erat Deus illi vetulo ex Sara vxore decrepita futurum filium, in cuius ſemine benedicerentur omnes tribus terræ) nõ hæſitauit Abraham diffidentiã, nec conſiderauit corpus ſuum emortuũ, quum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ, ſed confortatus eſt fide, dans gloriã Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcũque promiſit Deus, potens eſt & facere: conſequitur certè, oraturũ in primis oportere reſpicere ad inſtitutionem & mandatum Dei, quo nos orare ſe & precari docuit, precantes quoque exauditurum ſe promiſit. Quod faciens, ac mandato promiſſioniq; Dei aſſentiens, fideliter accedit, ſciẽs Deum pro nobis ſolicitum eſſe, & ad dandũ paratum, qui ad petendum ſuo verbo nos cohortatur & impellit. Huc reſpicit eccleſia Dei, quũ ante orationem dominicã in ſacroſancto Miſſæ myſterio in hunc modũ præfatur: Oremus, præceptis ſalutaribus moniti, ac diuina inſtitutione formati, audemus dicere, Pater noſter. Sic alibi hymnum canens, Deum promiſſionis ſuæ per fidem commonefacit. Si renuis (inquit) quis tribuet? Indulge, quia potens es, ſi corde rogamus mundo, certè debes ex promiſſo. Vt ergo Chriſtus nos fideles faceret precatores, non tantũ orandi mandatum dedit, & promiſſionem addidit, dicens: Petite, & accipietis: ſed & modum orandi docuit, & formulam præſcripſit, vt citra vllam hæſitationem verbo ſuo confirmati fideliter peteremus, quod ille precari nos iuſſit.

Pſal. 9.
Roma. 4.
Prima aula orationis fides, quã precatur in primis acuere debet.
1. Petr. 5.
Matth. 6
Chriſtus orare iuſſit ac orandi formulam præſcripſit & cur.

SEcundo, qui ad precandum accedit, infirmitatem & indigẽtiam ſuam ſentire debet, quibus promouẽatur ad quærendum Deum, & potentem & volentem infirmis mederi, & indigentibus ſubuenire. Non enim opus eſt bene habẽtibus medico, ſed male habẽtibus. Fide ergo opus eſt, quę (vt ſuprà diximus) intellectum illuminat & cor purificat, vt & noſtrã miſe-

Secundo, vt agnoſcat ſuam infirmitatem & indigentiã.
Matt. 9,
Fides docet nos de

ſeriam, imbecillitaté, infirmitatem, ac immunditiã, & rur- *noſtra in-*
Dei maieſtatem bonitatémq; videre poſsimus. Fide enim *firmitate*
prehendimus & cernimus Deum eſſe, qui propter bonita- *& inopia*
n ſuã cuncta creauit, à quo omnia bona procedũt, ſine quo *Gene.1.*
nil quicquam eſt, quique omnia in omnibus operatur, ſu- *Exod.3.*
ntans, conſeruans, gubernans, viuificãs, & vegetans omnia:
i præſtat nobis vt viuamus, moueamur, & ſimus: qui abun- *Pſal.103.*
omnia ad fruendum tribuit: quo dante, omnia quæ bono- *Acto.13.*
appellatione continentur, accipimus: quo ſubtrahente ma-
m omnia rurſus amittimus. iuſtus & miſericors: iuſtus in *1.Tim.5.*
pios & peccatores, non agnoſcentes eum: miſericors in ti- *Pſal.103.*
entes ipſum. Fide percipimus infirmitatem & indigentiam *Eſa.40.*
ſtram, ꝙ puluis ſimus & cinis. quòd omnis homo fœnum, *Pſal.59.*
omnis gloria eius quaſi flos fœni: quòd vana ſalus homi- *Pſal.143.*
s, qui vanitati ſimilis factus eſt, cuius dies ſicut vmbra præ- *Pſal.50.*
reunt: quòd in iniquitatibus cõcepti, quòd in peccatis nati *Roman.7*
nus, quòd concupiſcentiam (reliquias peccati) hoſtem illum
meſticum circũferamus, qui nunquam ſpiritui noſtro mo-
ſtus eſſe deſinit: quo ſolicitãte, ab adoleſcentia proni in ma-
m ſumus, & in omne ruimus peccatũ: quòd muudus à dex-
ra, l ruáque à fronte pariter atque à tergo nos interdũ fal- *Gene.6.*
præſtigiis occupatos detineat, interdum rebus aduerſis ve-
t aperto Marte ſæuiens oppugnet, vt à Deo alienet: quòd
duerſarius noſter diabolus tanquam leo rugiens circumire- *1.Petr.5.*
os nũquàm ceſſet, quærens quem deuoret. Fide denique per-
pimus, quòd Deus, miſeriæ noſtræ miſertus, cùm adhuc pec *Ioan.3.*
atores & mortui eſſemus, filio ſuo vnigenito nõ pepercerit, *Roma.5.*
ed pro omnibus nobis tradiderit illum, vt iuſtificati in ſan-
uine ipſius. credentes in eum qui iuſtificat impium, per fidẽ
e cõcupiſcentia, mundo & diabolo triumphemus, vt ſine ti- *Lucæ.1.*
ore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi
n ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus vitæ no-
ræ: quo tandem conſummata militia noſtra, quæ eſt ſuper *Iob.7.*
erram, ipſo ſummo bono, qui eſt Deus, in ęternum fruamur.
Ad quem vnum finem omnia referri oportere fides docet.
Qui ergo tali fide inſtructus eſt, hic ſolus rectè ad orandum
ccedit. Nam eum qui petere vult aliquid, neceſſe eſt, vt an-
e omnia ſe diſcutiat, num egeat. Secundò vt apud ſe ſtatuat,
uid petere velit, & quánam re opus habeat. Tertiò quæren-
us eſt, qui inopiam leuare & velit & poſsit: quæ omnia fides

oraturo oſtendit, quam qui non habet, is ſuæ fiduciæ (quæ fidei ex diametro opponitur) temerè innititur, nōdum intelligens ſe Dei donis, beneficiis, & auxiliis egere. Quamobrem etſi ore preces permurmuret, nihil tamen minus faciet quàm vt oret, imò oratio eius ſibi in peccatum reputabitur, quia nō orat ex fide, nec ſuam infirmitatē & inopiam, nec Dei bonitatē & miſericordiam agnoſcens: hoc enim fide fit, quę pauperes ſpiritu, humiles corde & contritos animo facit, ad quos ſolos reſpicit Deus, ſicut ſcriptum eſt: Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Et iterū: Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem & contritum, & trementem ſermones meos? Reſpexit (inquit Dauid) in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. Superbos autem qui infirmitatem ſuam præſertim interiorem nō ſentiunt, qui latentem mentis impuritatem non percipiunt, qui in fortitudine, viribus, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, qui dicunt, quia diuites ſumus, & locupletati, & nullius egenus, & neſciunt quia in oculis Dei miſeri ſunt, & miſerabiles, & pauperes, & cæci, & nudi: hos deſpicit Deus ſicut illos reſpicit, quemadmodum glorioſiſsima virgo virginum cecinit: Depoſuit potētes de ſede, & exaltauit humiles: Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Deus enim (vt Apoſtolus Petrus ait) ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. Et ideo ſequitur: Humiliamini igitur ſub potēti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

Pſal. 108 · *Pſal. 33.* · *Eſa. 66.* · *Pſal. 103.* · *Pſal. 48.* · *Apoc. 3.* · *Lucæ. 1.* · *Iacobi. 4.* · *1. Petr. 5.*

Quo reſpiciat parabolæ, de filio prodigo, & de phariſæo ac publicano.

HAec vt Chriſtus animis noſtris perpetuo retinenda infigeret ac inculcaret, duas inſignes parabolas adhibuit. Alteram de filio prodigo, alteram de phariſæo & publicano. Filius prodigus portione paternæ ſubſtantiæ, quæ illi obuenerat, abutens, non antè venit oratum patrem, quàm in ſe reuerſus, & ſuam miſeriam deploraret, & diuitias bonitatis benigniſsimi patris agnoſceret. Itidē publicanus, proculdubio quod ad mundum attinebat, rebus affluens, ſed quod ad animum pertinet, conſcientia peccatorum percuſſus, ſuæque indigentiæ per fidei lumen certior redditus, aſcēdit in templū, orans nōn eodem quo phariſæus affectu: Hic enim ſibi fidēs, & bonorum operum in ſpeciem diues, in ſeipſum nō deſcendit, quo minus mentis ſuę, fœdiſsimis concupiſcentiæ & ambitionis

Lucæ. 15. · *Lucæ. 18.* · *Phariſæus.*

tionis affectibus corruptæ, turpitudinem videret: ſed ſtans
ud ſe orabat elatus, ſeipſum commendans, non accuſans,
aſi à ſe eſſet, ſi quid egiſſet boni, cum diceret, Non ſum ſi- *Publicanus.*
t cæteri hominum, &c. velut etiam hic publicanus. At ille
ſe reuerſus, & miſeriam animi ſui per fidem contemplatus,
ongè ſtetit, animo deiecto & humili, nolens vel oculos ad
elum leuare, ſed percutiens pectus ſuum, & ad Deũ (qui cor *Pſal. 50.*
ntritum & humiliatum non deſpicit) cõuerſus dixit: Deus,
opitius eſto mihi peccatori. Quàm verò diuerſus fuerit v-
uſque orationis fructus, ſequitur: Amen (inquit dominus)
o vobis, deſcendit hic, nempe publicanus, in domum ſuam
tificatus ab illo: Qui enim ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe
miliat, exaltabitur. Hunc affectum beatiſsimus Apoſtolus
vidua Chriſtiana requirens, ait: Quæ autem verè vidua eſt *1. Tim. 5*
deſolata, ſperauit in domino, & perſiſtit in oratione die ac *Aug. ad*
cte. Deſolatam vult eſſe Apoſtolus viduam, non quod vi- *Probam.*
as ſecundum hoc ſeculum diuites ab orando repellat, ſed *Matth. 5.*
t viduam animo pauperem & prudéter intelligenté, quòd *Oportet*
oc mundo & in hac vita nulla anima poſsit eſſe ſecura. In *animo eſ-*
ergo orandi genere in viduis quid electum eſt, niſi deſti- *ſe deſola-*
io & deſolatio? Quapropter ſi ſe omnis anima intelligat in *tum.*
ſeculo deſtitutam atque deſolatam, quamdiu peregrina-
à domino, profecto quandam viduitatem ſuam Deo de-
ſori, aſsidua & impenſiſsima precatione commendat. Ne- *Paupertas*
enim hæc deſolatio ſeu paupertas à cẽſu, ſed à mente me- *ſpiritus nõ*
ıda eſt. Chriſtus enim, quum adhuc eſſet in carne Zachæũ *à cẽſu ſed*
item in regnum cœlorum miſit, & reſurrectione atque a- *à mẽte metienda.*
ſione glorificatus, multos poſtea diuites, impartito Spiri-
ancto, fecit huius ſeculi cõtemptores, & finita diuitiarum
iditate ditiores. Diuitibus itaque perinde ac pauperibus *Lucæ. 19.*
us ſeculi hæc animi deſolatio ac paupertas communis eſt, *Diuites cẽ-*
do non ſuperbè ſapiant, neque ſperent in incerto diuitia- *ſu poſſunt*
: Sed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter *eſſe paupe*
ruendum, vt diuites ſint in operibus bonis, facilè tribuãt, *res ſpiritu*
municent, ac theſaurizent ſibi fundamentum bonum *1. Tim. 5.*
uturum, vt apprehendant vitam æternam, gratias agentes
mnibus. Quamobrem (vt diximus) in his præſentis vitæ *2. Cor. 5.*
ebris, in quibus peregrinamur à domino, quandiu per fi-
ambulamus, non per ſpeciem, deſolatam ſe debet Chri-
na anima putare, ne deſiſtat orare, & ſcripturarum diui- *2. Petr. 1.*

Augu. ad Probá, ca. 45. 1. Cor. 15. narum ſanctarúmque ſermoni diſcat, tanquam lucernæ in obſcuro loco poſitæ, fidei oculum intendere donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordib⁹ noſtris: Imò donec hoc mortale immortalitaté, & corruptibile hoc induat incorruptionem, quando nulla erit reliqua carnis, mundi ſeu ſatanæ tentatio, quando abſorpta erit mors in victoria, & vita feliciſſima, nunquam deſitura, nullius amodo indigens, ſed Dei fruitione ſaturata. Huc enim tanquam in ſcopum quendam omnem orationem noſtram reſpicere oportet. *Scopus orationis noſtræ.* Quemadmodum diuinus Pſaltes precatur: Vnam (inquit) petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. *Pſal. 26. Vna ac ſola beata vita.* Quiſquis autem hanc vnam petit à domino & requirit, is ſecurus petit, & ſi quæ alia petuntur, quæ eſt vna illa vera & ſola beata vita, vt contemplemus domini dilectionem in æternum, immortales atque incorruptibiles corpore & ſpiritu.

Secunda ala orationis, ſpes. Bernard. Fiduciam miſeri ordiæ qua dei donum accipimus, quæ & fides iuſtificans appellatur fidem generalem, & ſpē cōplectitur. POſtq̃ animus ad orandū acceſſuri, fide roboratus, & (quēadmodum iam diximus) affectus eſt, ſpem etiam vt adhibeat, neceſſe erit, qua quod petitur cum fiducia expectetur. Ad ſpē enim in primis requiritur animi firmitas, qua homo ſibi promiſſam Dei gratiam quodommodo vendicet, ac tādem per fidē, hac ſpe cōfirmatā, etiam applicet, aſsignet, arripiatq;. Vt ergo verè & rectè oremus, non oportet nos de pmiſsione veracis & fidelis Dei vllatenus addubitare. Propterea enim ſe nos exauditurum promiſit, ac vt ſe precaremur iuſſit vt certi eſſemus ac fortiter & conſtanter ſperaremus, fore vt nos exaudiret. Sicut Matthæi 21. & Marci 11. dixit: Dico autem vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniēt vobis. Et Lucæ vndecimo: Ego (inquit veritas) dico vobis, petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: Omnis enim qui petit, accipit, & qui quęrit inuenit, & pulſanti aperietur. Et vt ſpem noſtram corroboraret, ſimilitudine vtitur quę vel deſperatiſſimis ſpem ſit præbitura: Quis (inquit) ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? *Matt. 19.* Si ergo vos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cœleſtis (nimirum natura bonus & ſolus bonus) de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Sed hic interim videndum, vt ſpeſ noſtræ

ſtræ ſcopus ſit vita beata per Chriſtum,quēadmodū Apo- *Spei nō-*
olus ait: Expectantē beatam ſpem,de qua Pſaltes dixit: Tu *ſtræ ſcop'*
ſpes mea à iuuentute mea. Dominus enim ipſe ſpes noſtra *quis eſſe*
, & Chriſtus ſpes Euāgelij & gloriæ, quòd per ipſum nos *debeat.*
eremus lætum Euangelij nuntium cōſequuturos,id eſt re- *Pſal.7.*
ſſionem peccatorum & gloriam ſempiternam. Conſeque-
ır autem quod ſperamus dubio procul,ſi tamen permanea
ıs in fide fūdati, ſtabiles & immobiles ab hac ſpe Euāgelij
i. Quòd ſi anchoram ſpei noſtrę in Chriſto figimus,nō eſt *Quomo-*
riculum,ſi quæ alia ad hunc finem nanciſcendum accom- *docætera*
da,vti media quędā à Deo ſperemus,modò abſit carnalis *præter vi-*
ıcupiſcentia, & hoc ſolum attendatur, vt his ſecundum *tam beatā*
um vti,& iiſdem proximis prodeſſe poſſimus. *petenda.*

Recaturus ergo Deū, omni diffidentia vacare debet,ni *Orantem*
hil dubitare aut hæſitare de promiſſis Dei,alioqui teme *non opor-*
rè petiturus. Proinde diuus Iacobus ait: Si quis autē ve- *tet hæſita*
indiget ſapientia,poſtulet à Deo,qui dat omnibus afflu- *rè.*
er,& nō improperat,&dabitur ei. Poſtulet autē in fide ni- *Iacob.1.*
hæſitans. Qui enim hæſitat,ſimilis eſt fluctui maris,qui à
o moueatur & circūfertur: nō ergo exiſtimet homo ille ꝙ
uid accipiat à domino. Quæ verba ſic ex ſequētib' intel-
enda ſunt. ideo enim qui hæſitat, nihil accipit,quoniā vir
animo duplex,corde minimè certo & īquieto,in quod ſe
tia domini inſinuare non poteſt, quemadmodū maris flu-
s non facile formam vllam recipit,quum verò mouetur &
unfertur. Deinde malè de Deo ſentit,cuius auxilij im-
rat,quaſi aut non velit aut non poſſit ſuis promiſſis ſatisfa
,quod parum à blaſphemia abeſt. Simplicem ergo & nuſ
m vacillantem fiduciam noſtram eſſe oportet,quæ Deū
per reſpiciat,qui neminem ſibi fidentem deſtituit, ſiue
tingat viuere, ſiuè mori,vt dicere poſſimus cum Dauid:
li mei ſemper ad dominum,quoniam ipſe euellet de la- *Pſal.24.*
pedes meos.

ecundo,quemadmodum neceſſe eſt,vt ſpes orantis certa *Spem orā*
indubitata ſit, ita eandem oportet eſſe patientē,& ti- *tis patien-*
Dei innitentē,alioqui non dicenda ſpes ſeu fiducia,ſed *tem eſſe o-*
gans præſumptio,quali afficiebatur ſuperbus ille Phari- *portet.*
. Propterea neque tempus,neque modus Deo ſtatuen- *Luc.18.*
eſt,qui nouit quando & quomodo noſtris precibus ſatis-
e velit,etiā non eo tempore,vel eo modo,quo nos peti-

muſ,ſatisfaciat. Hoc ergo deuotionis debemus dño Deo noſtro, vt nõ ideo nos ab eo negligi exiſtimemus, ſi non ſtatim ea dederit quæ petimus, aut abſtulerit, quæ deprecamur, ſed potius pia patientia malorum, bona ſperemus ampliora. Imò ſi aliquid, contra quod oramus, acciderit, patienter ferendo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuiſſe fieri, quod Dei, nõ quod noſtra voluntas habuit, minimè dubitare debemus. Tale exemplum præbuit nobis ille mediator Chriſtus, qui licet Deus & homo, tamen vt homo, ſuam ſemper voluntatem, Dei patris voluntati ſubmiſit. Qui quũ humanã in ſe voluntatem ex hominis ſuſceptione trãsformãs, dixiſſet: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: cõtinuò ſubiecit: Veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu vis pater. Hũc affectum videre licet in ſanctis patribus, id quod ipſorum ardentiſſimæ preces vbique teſtantur. Expecta (inquit Dauid) dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Et iterum: Expectãs expectaui dominum, & intẽdit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis. Memorabile exemplũ præſtat nobis inſignis illa veteris teſtamẽti mulier Iudith, quę quum intelligeret Oziam promiſiſſe, quod tranſacto quinto die traderet ciuitatem Bethuliam Aſſyriis, ſi interea non veniſſet adiutorium à domino, grauiter reprehendit Oziam & populum, inter alia dicens: Qui eſtis vos, qui tentatis dominum? nõ eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet: ſed potius qui iram excitet. & furorẽ accẽdat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem cõſtituiſtis ei? Et ſtatim poſt: Humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato ſeruientes illi dicamus, vt ſecundum voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum miſericordiam ſuam, expectemúſque humiles conſolationes eius. Qui enim tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuę contra Deũ protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore. Et nos ergo non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hęc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, ea quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus. Nec minori exemplo eſt Apoſtolus Paulus, cui, ne reuelationũ magnitudine extolleretur, datus eſt ſtimulus carnis, angelus ſatanæ, qui eum colaphizaret: propter

Aug. ad Probam. *Matt. 26* *Marc. 14* *Luc. 22* *Philip. 2.* *Sancti ſe Dei volũtati penit᷒ ſubmiſerunt.* *Pſal. 26.* *Auguſt.* *Pſal. 39.* *Iudith exẽplar.* *Iudith. 8.* *Ibidem.* *Paul᷒ patiẽtiæ exẽplar.* *2. Cor. 12*

pter quod ter Dominum rogauit, vt eum auferret ab eo. d vir tantus reſponſum Dei, quur id nõ fieret, & quare fic non expediret, audiuit in hanc ſententiã: Sufficit tibi gra mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quamobrẽ idẽ oſtolus alibi dixit: Quid enim oremus, ſicut oportet, nemus, nimirum intelligens, nõ in tribulationibus, cęteriſq; us corporalibus (quę poſſunt & prodeſſe & nocere) intern non tamen cum peccato) ſi tamẽ Dei voluntati noſtrã ıecerimus) petere, quæ ſtatĩ fieri nõ expediat, ſed potius ſit, nos petitis ad tempus fruſtrari, vel ad ſanandum tumo ı ſuperbię, vel ad probandam, exercendámque patientiã, ad punienda & abluenda peccata. In hoc ergo rerum gee ſpes noſtra Dei voluntati attemperanda eſt, ſic vt indu ati ſimus, nos aut id quod ſperamus, aut aliquid melius, ſal ı magis ſcilicet profuturum ad nanciſcendum finem ſpei træ, conſequuturos. Hũc affectum vt inderet nobis Chri s, pleriſque parabolis ſupra modum accommodis vſus eſt. m vt doceat, quòd oporteret ſemper orare, & non defice- ſed per patientiam expectarę miſericordiam Dei, parabo- de iudice iniquo, qui nec Deũ timebat, nec hominẽ reebatur, propoſuit: quẽ quũ vidua ſedulò interpellaret, vt dicaret eam de aduerſario ſuo, atque ille nolet per multũ npus, tandem tamen mulieris importunitate victus, vinauit illam. Quo magis (inquit Chriſtus) Deus (cuius viæ miſericordia & veritas) faciet vindictam electorum ſuon, clamantium ad ſe die ac nocte? Aliam, nec minus incitem parabolam, Lucę vndecimo legimus, de eo qui menocte amicum accedens, tres panes accommodato petit: etſi non impdiret ea ratione quòd amicus ſit, tandem tan per importunitatem, ſi perſeuerauerit pulſans, impetra tot panes quot habet neceſſarios. Quãto magis pater cœis (qui dat, & non improperat) ſedulò petentium vota reciet? Huc ſpectant illę ſententiæ, quæ ſedulò & inſtanter re iubent. Semper (inquit Paulus) gaudete, ſine intermiſne orate, obſecrationi inſtate, vigilantes in ea. Multum e- ı (vt diuus Iacobus ait) valet deprecatio iuſti aſſidua, d exemplo confirmat, dicens: Elias homo ſimilis erat no paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, on pluit annos tres & menſes ſex: & rurſus orauit, & cœ- ı dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.

Ibidem. *Roma.8.* *Cur Deus interdum ad tẽpus nos non exaudiat.* *Parabola de iudice iniquo explicatur.* *Luc.18.* *Luc.24.* *Parabola de amico veniente nocte & petente tres panes* *Luc.11.* *Iacob.1.* *1.Theſ.5* *Iaco.5.* *3.Reg.16*

Spes debet eſſe ſyncera, vt ſancta ac iuſta petat. TErtiò, hæc ſpes ſynceritatem requirit, vt ſancta iuſta, ac Deo placita petamus ac ſperemus, non vana, fucata, & falſa, ne dicamus mala ac exoſa Deo. Quare qui gloriam ſeculi & diuitias petit ac ſperat, eo affectu vt in illis cóquieſcat, is non rectè petit, quia non ſequitur mandatum Chriſti, qui iubet, vt in nomine ſuo petamus patrem. *Petere in nomine Chriſti quid ſit.* In nomine verò ſaluatoris qui petit, ſalutaria tantum poſtulat. Qui verò vana rogat, nomen Ieſu ludibrio habet, & Deum contemnit, quia ſpem non in Deo, qui non videtur, ſed in diuitiis & cæteris huius mundi tranſitoriis rebus ac vana gloria collocat, quod *Ioan.15.* veræ Chriſtianæ ſpei repugnat. Quamobrem diuus Iacobus *Ioan.1.* ait: Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in con- *Iacob.4.* cupiſcétiis veſtris inſumatis: Et Prouerbiorum decimo legimus: Spes impiorum peribit. Itidem Iob ſeptimo: Spes hypocritarum peribit, & ſicut tela aranearum fiducia eius. Proindéq; Chriſtus orationem hypocriticam damnat, quòd hypo- *Matth.5.* critæ ſpem ſuam in vana gloria reclinent, amantes in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus, quos Dominus hic recipere mercedem ſuam aſſeuerat. Quo pacto verò victui neceſſaria petere & poſsimus & debeamus, poſt dicemus.

EX prædictis liquet, orationes noſtras, etſi cũ fiducia porrectas, tamen duabus potiſsimum de cauſis non exaudiri, vel quòd magis noſtra referat, vt nõ exaudiamur, Deo vota noſtra in melius cõmutaturo. Vel quòd malè petamus, ſe- *Num.11.* quuti concupiſcentiam noſtram carnalem, quam petendo in- *Pſal.77.* ſequétes, vel nõ accipimus, vel ſi interdũ accipimus, cũ periculo & detriméto accipimus. Legimus enim Dominũ quibuſdã impatientibus, qui concupiſcentiam ſequuti poſcebant, ira- *2.Cor.12* tũ conceſsiſſe, qui diuo Paulo, quod petebat, negauit propi- *Pſal.77.* tius. Nã Iſraëlitis cõcupiſcẽtia carnium inardeſcẽtibus, Deus dedit eis petitioné eorũ, & miſit ſaturitatem in animas ipſorum: ſed expleta concupiſcentia, impatientia eſt grauiter caſtigata, quoniã adhuc eſcæ erant in ore eorũ, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Quę ſcripta ſunt, ne fortè quis magni pendat, ſi fuerit exauditus, quũ aliquid malè aut impatienter petit quod nõ impetrare plus profuerit, aut ſe abiiciat, & de diuina erga ſe miſeratione deſperet, ſi nõ exaudiatur, quum fortè aliquid petit quo accipiendo affligatur atrocius, vel à proſperitatis lenocinio corruptus penitus euertatur.

Poſtremo

Poſtremo,oratio vt cœlos penetret,charitatis ardore inflāmanda eſt. Nam vt omnia opera bona citra charitatis donū tepēt,atque adeò in ſpeciem tātum fiunt: ita minè friget oratio,niſi alis geminæ charitatis & Dei & proximi ſubuehatur, Charitatem Dei in nobis excitat ſua ineffabilis bonitas,ad quam precaturi in primis reſpicere debet, vndique certè expoſitam,ne quis excuſari poſſit,ſe in eius cōſpectū prodire non audere,cuius adhuc ſuſpectam habeat bonitatem. Hanc enī in primis,in hoc admirabili mundi opificio,quocūque tandē oculos vertamus,cernimus. Quicquid enim ibi bonum,pulchrū,iucundum,delectabile, & amabile cernimus,hoc omne ex Deo eſſe intelligimus. Quāto magis ergo omnis boni creator amabilis eſſe debet, præſertim homini,quem ad imaginē & ſimilitudinem ſuam fecit,& ſuper omnia opera manuum ſuarum conſtituit, quem propriæ voluntatis arbitrio lapſum nō deſeruit, ſed per propriū filium e cœlo miſſum,& ipſius hominis cauſa in mortem traditū, redemit,viuificauit,iuſtificauit,& ex inimico in filiū gratuita bonitate adoptauit,ipſiſque cū Chriſto omnia bona donauit,impartiens etiam ei per Chriſtum de ſpiritu ſuo,quo ducore,tandem in conſortium cœleſtis regni(quod piis paratum eſt à cōſtitutione mundi)perueniat. Qui hęc animo volutat,& per ſpiritus ſancti gratiam percipit,is Deum nō poteſt non diligere ex toto corde ſuo,ex tota mente ſua,ex tota anima ſua,& ex totis viribus ſuis. Quomodo enī nō delectabitur in ſummo bono,qui delectatur in creatura? Quomodo nō ſuſpirabit ſemper ad optimum illum parentem, à quo quicquid eſt & tenet,habet? Quomodo non ſemper ardebit illius deſiderio, qui ipſi gratis promittit regnum cœlorum, imò ſeipſum? Hæc eſt enī vita æterna, vt cognoſcamus Deū, & cum eo perpetua felicitate fruamur. Hūc affectum qui induit is ad Deū fide firmus, ac ſpe corroboratus, amanter vadit,ac recte Deum precatur. Huic Pſaltes dixit: Delectare in Domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Et iterum: Guſtate & videte,quoniam ſuauis eſt Dominus,beatus vir qui ſperat in eo. Charitatem proximi in nobis concitabit eiuſdem naturæ participatio,quòd ſit idem omniū & ſimilis ortus ex vno parente Adam,par(quod ad naturam attinet) conditio. Item quòd hic mundus pariter omnibus vna domus ſit. Et quod omniū maximū eſt,vnus Deus,quē omnes vno ore pa-

Tertia ala orationis charitas. *Charitas Dei vnde ĩnobis excitetur.* *Gene.1.* *Pſal.8.* *Eccle.17.* *Ioan.3.* *Philip.2.* *Roma.8.* *Matt.25* *Rom.5.8* *Ioan.14.* *Ioan.17.* *Pſal.36.* *Pſal.34.* *Charitas proximi quomodo in nobis naſcatur.* *1.Cor.12.*

Ephe.4. trem appellamus, vnus Chriſtus, in quo omnes renaſcimur, & Deo in filios adoptionis aſciſcimur, vt & duplici vinculo tã *1.Cor.10* naturæ quàm adoptionis nos fratres eſſe fateamur. Vnus ſpiritus quem habemus è cœlo, vna & omnium communis cœleſtis patria, vna fides, vnum baptiſma, vnus panis, & vnus calix omnium, qui de vno pane & de vno calice participamus. Breuiter, vnum corpus ſub vno capite, Chriſto. Quæ poteſt, quæſo, arctior agnatio excogitari? Adeò, vt præceptum dilectionis proximi, quo iubemur, vt proximũ ſicut noſipſos diligamus, quammaximè naturæ ac rationi conſentaneum ſit. Qui hoc affectu imbutus eſt (id quod nemo non facile agnoſcet, ſi tantum quiſque ſe ad ſuum ipſius cor conuertat, & ſeipſum interroget, num reuera erga proximum, perinde atq; erga ſe afficiatur) is demum rectè ad orandum accedit. Quá-*Matt.6.* obrem Chriſtus vbique ferè, vbi de orando præcepit, ex pa-*Marc.11.* cto nobiſcum agit, vt nos non aliter ſe exauditures dicat, quàm ſi proximum ex corde dilexerimus, & ſi quid in nos peccauerit, remiſerimus.

Quæſtio Augu.in Enc.c.17. SEd dicis, Si ſic oportet ad orationem accedere, vt mens neque fide, neque ſpe, neque charitate vacet, nullus videbitur peccatoribus locus orandi relictus, quos tamen vel maximè orare conuenerit. Dein, ſi hęc præcedere orationem oportet, quid eſt quòd ſcripturæ clamant, hæc tria nos præcipuè à Deo poſtulare debere? Sed facilis eſt reſpõſio: In donis *Dilutio.* ſpiritus & virtutibus Chriſtianis, gradus ſunt quidam: Pecca-*In donis ſpiritus & virtutibus ſunt gradus.* tor quum in altiſſimis ignorantię tenebris verſatur, ſecundũ carnem viuens, ſequens carnales concupiſcentias, peccat, ſed propemodum ignorans. Deinde quum reſpicit in legem Dei condemnantem peccatum, ſi nondum adiuuet ſpiritus, vult *Roma.7.* quidem ſecundum legem viuere, ſed victus concupiſcentia delinquit, idque ſciens, & proinde grauius. Poſtquam autem *Roma.8.* acceſſerit ſpiritus, quo donante credimus, nobis ex toto corde cõuerſis ab operibus mortuis ad Deum, per Chriſtum remiſſum iri peccata, ac donari gratiam adiutricem adimplen-*Galat.3.* di mãdatum Dei, tum demum incipit homo agi ſpiritu Dei, *Roma.1.* qui ſpiritum noſtrum) iactis in eum ſeminibus fidei, ſpei & charitatis (cõcupiſcere facit aduerſus carnem: atque tum incipit nobis reuelari Dei iuſtitia ex fide in fidem, vt quo magis homo ſibipſi diffidere ac Deo credere, in Deum ſperare ac Deo per charitatem adhærere pergit, eo magis hęc ſpiri-

tus

us dona in nobis augeſcant: & quanto cupiditas minuitur, *1.Cor.15*
anto magis charitas creſcat, donec tandē caro penitus ſub-
iciatur ſpiritui, quod tamē perfectè & conſummatè demum *Matt. 9.*
n reſurrectiōe mortuorū implebitur. Vt ergo vnde digreſ- *Peccatori*
i ſumus reuertamur, adeò nō prohibemˀ peccatores ab orā- *bus oran-*
lo, vt illos quāmaximè ad orādum incitemus, quòd infirmis *dū, & quo*
quammaximè opus ſit medico: ſed tamen eos fruſtrà orare di *affectu.*
cemus, niſi iacta fidei, ſpei, & charitatis ſemēte, id eſt niſi ſal-
em odio peccati ad miſericordiam Dei fidenter ac amanter
confugere incipiant. Vt autem fides principio modica ſit, vt
pes vacillans, vt tepida charitas, non tamen ideo minus, ſed
anto magis orandum eſt, & cum Apoſtolis inclamandus eſt
Chriſtus: Domine, adauge nobis fidem. Et cum tota eccleſia
precandus, vt ſpem corroboret, & ſui ignis amorem in nobis *Pſal.110.*
accendat. Eos verò peccatores tātum ab orando repellimus,
qui ſe peccatores eſſe non ſentiunt, qui quærūt excuſationē
n peccatis, qui obſtinati, venditi, & traditi ſunt in peccatū, *Pſal. 51.*
qui gloriantur quum malefecerint, & exultāt in rebus peſſi *Ioan. 9.*
mis, quos peccatores ſcimus quia Deus non exaudit, ſed po- *Pſal.108*
tius eorum oratio fit in peccatū, quemadmodū apud Eſaiam
cap.1. legimus: Quum multiplicaueritis orationem, nō exau
diam. Manus enī veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Et Hieremias
Thren.3. Nos iniquè egimus, & ad iracundiā te prouocaui-
mus, Idcirco tu inexorabilis es. At peccator qui in tempore
accepto ad ſe redit, pauper ſpiritu, humilis, contritus, ſuſpi- *2.Cor.6.*
rans, credens, ſperans, & deſiderans, Deum inuocat, is procul *Matt. 5.*
dubio voti ſui compos fiet, quoniam non fallet veritas, pien-
tiſſimè ad ſe omnes laborantes inuitans. Venite, inquit, ad *Matt.11.*
me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.
Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem ani-
mabus veſtris.

VNde conſequens eſt, vt tametſi oratio noſtra ſoli miſe-
ricordiæ ac gratiæ Dei (quæ etiam nos ad orādum in-
citat, & gratis quę petimus donat) inniti debeat, oportere ta *Affectus*
men, vt hanc fiduciam noſtram affectus bene viuendi ornet, *bene viuē*
& bona opera ſubſequātur. Hoc enim vult Apoſtolus quum *di oranti*
iubet, vt orantes manus puras extollant. Et Pſaltes ait: Inno *neceſſa-*
cens manibus & mūdo corde, hic accipiet benedictionem à *rius.*
domino Innocentium aſcendit oratio, ſi Aegyptium lutum *Pſal. 14.*
oderint, & operari terrena declinēt. Phariſæos dominus cul-

Lucæ.20 pat,quòd deuorarent domos viduarum, ſimulantes longã orationem. Hi,inquit,accipient dãnationem maiorem. Quid ergo orationis affectui magis obſtabit, quàm ſi voluntas aut vita voci non cõcordet? Ea vero demũ (vt eſt incãtico quodam eccleſiaſtico) dulcis eſt ſymphonia, ſi vox vitam non remordet. Et diuus Ioãnes ait: Chariſsimi, ſi cor noſtrum non *1.Ioan.3.* reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quando mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.

Ieiuniũ & eleemoſyna oratiõnẽ faciunt alacriorẽ IN primis autem ſcriptura duo opera commendat, quę nos ad orandum expeditiores & alacriores faciunt, ſi tamen in fide & charitate fiant, nẽpe ieiunium & eleemoſyna. Bona eſt (inquit Tobias) oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recõdere. Nec Chriſtus temerè hęc tria, *Tobiæ.4* nẽpe ieiunium, eleemoſynam, & orationem apud Matthæũ *Matt. 6.* cap.6. coniungit. Et Eſaias cap.58. ſic copulat, perinde atque *Eſaiæ.58* neceſſariò cohęrẽtia, Nec eſt quiſpiam tam ſtupidus, qui nõ videat hęc tria propemodum indiſſolubili vinculo cohęrere oportere, præſertim ſi oratio in deprecanda ira Dei efferueſcere debeat. Oratio enĩ aſcenſus mẽtis eſt in Deum: ſed quũ crapula, ebrietate, & curis huius mundi corda noſtra aggrauantur, fit vt non poſſint in Deum reſpicere, ſeu in oratione *Lucæ.21.* (quod neceſſe eſt) vigilare. Vigilate (inquit Chriſtus) & ora-*Vigilare ĩ oratiõe neceſſe eſt.* te. Dein, Si quis habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? & qua tandẽ fron- *Matt.26.* te, is viſcera miſericordiæ dei noſtri implorabit, qui viſcera *Ioan.3.* clauſerit fratri? Quamobrem Eſaias veram rationem ieiu- *Eſaiæ.58.* nandi (quæ eſt abſtinere à peccato) ac dandi eleemoſynã & orandi docens, ſic ait: Nónne, hoc eſt, magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos (qui confracti ſunt) liberos, & omne onus dirumpe, frange eſurienti panem tuũ, & egenos vagóſque induc in domum tuã. Quum videris nudum operi eum, & carnem tuam (hoc eſt proximum tuum) ne deſpexeris.

In affectibus piis tota orationis vis cõſiſtit. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adſum, quia miſericors ſum dominus Deus tuus.

IAm (vt putamus) ſatis ſuperque oſtẽdimus, quomodo affectos eſſe oporteat ad orationem acceſſuros. Id autẽ, doceri omnino & ante omnia oportebat, atq; adeò ſemper inculcari,

ulcari, quòd in affectu ſpiritus ſeu cordis tota orationis vis cõſiſtat. Nam ab hoc oratio & incipere, & in eodem progredi, & deſinere debet, quanuis affectus orandi, hoc eſt deſiderium vitæ cœleſtis, quod ad ſe attinet, in Chriſtiano nũquam deſinat, etſi verba finiantur. Qui hoc intelligit, facilè videt, quo pacto Chriſtus non diuerſum, ſed vnum atque idem vbique præceperit, quum alibi iubet vt orantes non multum loquamur: alibi vero dicat, oportere ſemper orare, & nunquam deficere. Quo tamen vterque locus adhuc dilucidior fiat (ꝙ hic tota rei vis conſiſtat) in primis diligenter intuendum eſt, quod Chriſtus apud Ioannem mulieri Samaritanæ, opinanti orationis vim, loco ſeu rebus exterioribus alligatam eſſe, reſpondit: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem. Venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate, nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, oportet in ſpiritu & veritate adorare. Quibus verbis hoc admonere voluit Chriſtus, Deum (qui ſpiritus eſt) in homine non carnem, ſed eam partem potiſſimum reſpicere, quam ad ſimilitudinem & imaginem ſuam creauit, nempe ſpiritum & mentem: quodque oratio non ſit alligata certo loco, tempori, verbis præſcriptis, aut aliis externis cæremoniis (quanuis tamen interim externa iſta omnino contemnenda non ſint, ſi rectè adhibeantur) ſed in ſynceritate animi, qua coli vult Deus, nobis per coæternum ſibi ſapientiam inclamans: Fili, præbe mihi cor tuum, habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, in omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Hic certe eſt verus Dei cultus: quòd etiam non latuit eum, qui Catonis nomine pueris prælegitur. is enim ſic orditur: Si Deus eſt animus nobis, vt carmina dicunt, Hic tibi præcipue ſit pura mẽte colendus. Homo quidem videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor. & rurſus, Deus ab homine tantum qui mundo corde eſt, videtur. Proinde Dauid orat, vt Deus cor mundum in ipſo creet, & ſpiritum rectum innouet in viſceribus eius.

Conciliantur loci de orando.
Matth. 5.
Ver⁹ Dei cultus in ſpiritu.
Ioan. 4.
1. Reg. 16
Prouer. 3
Cato.
1. Reg. 16
Matth. 5
Pſal. 50.

CHriſtus ergo quũ doceret nos orare, ſic ait: Et quum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amãt in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuam. Tu autẽ

In veritate, hoc eſt ſ:poſito omni fuco, oportet orare.

Matth.6. quum oraueris intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito,& pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autem, nolite multum loqui ſicut ethnici faciunt:putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiãtur.Nolite ergo aſſimilari eis.Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis,antequam petatis eũ. Hactenus dominus apud Matthæum.Quod verò eſt iſtud cubiculũ in quod nos intrare iubet Chriſtus,niſi cubiculũ cordis?quod tamen adhuc nõ ſufficit intrare,niſi claudatur. Nam ſi inter orandum oſtium cordis noſtri pateat, & ea quæ foris ſunt, per carnalẽ ſenſum in cogitationes noſtras improbè ſe immergãt,ſynceritas orationis maculatur,quo minus ſpiritalis oratio dirigatur ad patrem:at quũ clauſum eſt oſtiũ, tum pater qui videt in abſconſo,id eſt qui inſpicit abdita cordis,reddet oranti.Et vt Chriſtus in hac re nos attentiores faciat,duos admodũ prauos affectus pari cenſura damnat.Alterum,qui eſt Iudæorum:alterũ ethnicorũ. Iudæi hypocritæ quærunt apud homines ſpectari & videri ſancti, quemadmodum Chriſtus eos increpans, ait: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus,qui hunc fructum orationis potiſſimum quęrunt,vt hominibus placeant. Ethnici exercendæ linguæ potius, quàm mundando animo dant operã,toti ſuperſtitioni dediti, putãtes ita agi cũ Deo, perinde atque cũ homine agitur,qui ſæpe multis tandẽ verbis in ſententiam,licet iniquã,adducitur.Sed vnus ille & verus magiſter dicit:Nolite aſſimilari illis,nimirum quia Deus nouit corda,& quod hominibus altũ eſt,abhominatio eſt ante Deum,apud quem ſola verborũ replicatione non eſt opus, cum ſciat quid opus ſit nobis priuſquam petamus eum.Si enim verba multa ad id proferũtur,vt inſtituatur & doceatur ignarus,quid opus verborum replicatione apud eum,cui omnia patent?Sola,inquam, replicatione verborum abſque affectu nihil opus eſt,quàm Chriſtus per multiloquium vult intelligi:hoc eſt,multum ſermonem abſque deuotione profuſum,nõ autem prolixas ac diuturnas preces,piè ac ex intimo affectu deprõptas.Nam & de ipſo domino ſcriptum eſt,quòd pernoctauerit in orando,& quòd prolixius orauerit,quo nobis ad ſe imitãdum exemplum præbere volebat.Cõſtant ergo ſibi.& vt non debeamus orando multum loqui, & tamen ſine intermiſſione orare.Is multum loquitur,qui in ſola multorum verborum prolatione, non adhibita mente,confidit, tanquam

In cubiculũ cordis Chriſt⁹ iubet itrare orantẽ,idque clauſum.

Aug. de ſer.domini i'mõte.

Affectus Iudaicus in orãdo.

Luc.16.

Affectus ethnicorum.

Matth.6.

Quid chriſtus intelligi voluerit per multiloquium.

Orationes Chriſtianorũ & breues,et perpetuæ eſſe debẽt.

Luc.6

Et mẽte et voce orandum

nquã eo fiat vt exaudiamur, quo locatiores ſumus. Is ſine intermiſsione & multum orat, nec tamen multũ loquitur qui cõtinuato deſiderio ac diuturna & pia cordis excitatione, in fide ſpe & charitate Deũ pulſat, intentus in vnũ illum quod Chriſtus dicit, neceſſarium. Neque enim Chriſtus hoc volebat, vt nullis verbis orantes vteremur, alioqui non docuiſſet nos, quibus verbis patré compellaremus, ſed vanum ſine méte ſonum, multiloquio ſignificauít. *Luca.10.*

SEd mouere poteſt alicuius mentem, quur Deus, qui nouit quid opus ſit nobis antequam petamus eum, & paratus eſt bona data dare filiis ſuis, petere tamen nos, quærere, & pulſare compellat? ſed facilè hæc dubitatio ſubmouebitur, modo intelligamus Deum non hoc cùpere vt volũtas noſtra ſibi per verba innoteſcat, quam non poteſt ignorare. ſed vult in orationibus exerceri deſiderium noſtrum, quo poſsimus accipere quod ille præparat dare. Ille quidem dare paratus eſt, ſed nos ad accipiendum anguſti & inidonei ſumus, niſi animum oratione excitemus ac dilatemus. *Quæſtio Cur Deus velit nos petere qui ſcit quibus egemus antequã orатur.* *Dilutio.* *Aug. ad Probã, et lib. de magiſtro.*

PRoinde non tantum verbis, ſed & per certa interualla horarum & temporum rogamus, nõ quòd vis orationis, verbis & tépori ſit alligata, ſed vt illis rerum ſignis noſipſos admoneamus, quantùmq; in hoc deſiderio donorum cœleſtium profecerimus, nobiſipſis innoteſcamus, & ad hoc agendũ noſipſos acrius excitemus. Vnde quòd Apoſtolus ait, Sine intermiſsione orate: nihil aliud eſt, quàm beatã vitam, & quæ huc ſpectant & conducunt, ab illo qui eam ſolus dare poteſt ſine intermiſsione deſiderare. Semper ergo oramus, quũ hãc à domino Deo deſideramus. Sed ideo ab aliis curis atq; negotiis, quibus ipſum deſiderium quodãmodo tepeſcit, certis horis ad negotiũ orãdi mentem reuocamus, vt verbis orationis noſipſos admoneamus, in id quod deſideramus intendere, ne quod tepeſcere cœperat omnino frigeſcat & penitus extinguatur, niſi crebrius inflammetur. Vnde & illud quod idem Apoſtolus ait: Poſtulationes veſtræ innoteſcant apud Deum, non ſic accipiendum eſt, tanquam Deo innoteſcant, qui & antequam eſſent, vtique nouerat, ſed nobis innoteſcant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per iactantiam. *Cur eccleſia oret per interualla temporum.* *Sine intermiſsiõe orare quid.* *Roma.12* *Ephe.6.* *Coloſſ.4.* *Poſtulationes noſtras Deo innoteſcere quid.*

QVæ cũ ita ſint, tum cũ diu orare vacat, id eſt cum alia bonarum & neceſſariarum actionum non impediuntur officia (quãuis & in eis, vt diximus, deſiderio illo ſemper *Aug. ad Probam.*

orandum ſit)id vt fiat, omnino vtile eſt ſic,tamé ne per productiores moras euaneſcat atque hebetetur intentio. Quamobrem pium ac ſanctum inſtitutum eſt,quo ſacerdotes legen-
De horariis precibus. dis horariis precibus alligantur. Nam ſacerdotes vt à ſecularibus negotiis omnino vacét,& vt pro populo Dei in his quę ad Deum ſunt,curam agant,ordinantur,peinde atque viduæ
1.Tim.5. primitiuæ eccleſiæ,quarum erat perſiſtere in oratione nocte
Luc.2. & die, quemadmodum de Anna filia Phanuel legimus, quòd
Anna filia Phanuel. non diſcedebat de téplo,ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiés nocte & die. Sacerdotes itaque(quòd ipſis præ aliis negotiis vacet)horarias preces recéſere decet,atque ignaui illi ſacerdotes reprehédendi ſunt,qui quod dicunt vel nõ intelligũt,
Eſaiæ.29 vel quod legunt,non attédunt,de quibus dixit Eſaias: Popu-
Matt.15. lus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me, qui nondum eo ſciétiæ ſunt prouecti,vt intelligant orationem ex intimis cordis penetralibus proficiſci oportere,qué-
Pſal.110. admodum Pſaltes ait:Confitebor tibi domine in toto corde
Pſal.37. meo.Item:Domine,ante te omne deſiderium meum. Item:
Pſal. 75. Cogitatio hominis cõfitebitur tibi. Et iterum: Adhæſit ani-
Pſal. 62. ma mea poſt te. Et,Iux ta eſt dominus his qui tribulato ſunt
Pſal.33. corde,& his mille ſimilia in Pſalmis obuia. Quos ignauos ac ſtupidos clericos acriter corripere oportet &docere,quid ve
1.Cor.14 lit diuus Apoſtolus,quum iubet nos pſallere ſpiritu, pſallere pariter & mente,orare ſpiritu,orare pariter & mente. Alioqui ſi ſcientiam repellunt, repellet eos dominus ne ſacerdotio fungantur ei. Quod & iuſto Dei iudicio quotidie fieri videmus puniente Deo ſtupiditatem cleri ſui etiamnum ſurdi & obaudientis. Abſit ergo(vt reuertamur tandem vnde paululum digreſſi ſumus) ab oratione multa precatio, & verba ſuperflua,ſed non deſit multa precatio, & intelligant omnes plus quidem gemitibus quàm ſermonibus hoc negotiũ agi,
Nobis verborũ profuſio neceſſaria. plus fletu quàm affatu. Ponit enim Deus lachrymas noſtras in conſpectu ſuo,& gemitus noſter non eſt abſcõditus ab eo, quanquam interim vt ei verbis noſtris nõ ſit opus,nobis tamẽ neceſſaria ſint,quibus cõmoueamur,& inſpiciamus quid
Pſal. 37. petamus,non quorum replicatione,non adhibita feruẽti in-
Aug. ad Probam. tentione,dominum docendum ſeu flectédum eſſe credamus. Fideliter ergo hoc retinẽdum eſt,vt quemadmodum hæc intentio obtundenda non eſt prolixitate ſermonis,ita ſi perdurauerit,non citò eſſe rumpendam, & tamen interim in omni

one noſtra pio illo deſiderio ſola etiamnum mente oran-
n & colēdum Deum per Chriſtum quod monuit Paulus:
nia(inquiens)quæcunque facitis, in nomine domini no- 1.Cor.10
Ieſu Chriſti facite,gratias agentes patri per ipſum : certi Coloſſ 3.
od tanto ad gratiā Dei capiendam capaciores erimus,quā
Dei miſericordiam fidelius credimus, ſperamus firmius,
deramus ardentius.

Ec hoc omittendum eſſe putamus:Non eſſe aſpernanda templa ac alia loca ſacra, quæ ad hoc facta ac conſecra- unt,vt conueniatur illud ad orandum,audiendū verbū, & mmunicandum corpori dominico,propterea Oratoria di- quòd ſint domus orationis, vt proinde in illis nihil aliud oporteat, quàm id,ad quod ſunt facta. Nam & in tēplum icula illa noſtra nobis portenda ſunt,quæ inter orandum adamus, hoc eſt corda noſtra, quæ ſunt viua templa Dei. c ſcriptura fruſtra recitat, quòd Apoſtoli ſimul cū omni- qui credebant,quotidie perdurauerint vnanimiter in tē- . Et alibi ſæpe, quod vno in loco vnanimiter in oratione bſecratione perſeuerauerint,non quòd à loco oratio vim piat,aut quòd ibi ſolum orandum ſit,quum Paulus dicat: lo autē viros in omni loco manus puras leuare . Sed quòd us vnanimem eccleſiæ ſuæ orationem expoſcat, ad quam templa inuitant. Quum enim vnum corpus ſimus, decet conuentus & vnanimis oratio.Nam (vt Chriſtus ait) vbi vel tres cōgregati fuerint in nomine meo,ibi ſum in me- eorum.Et iterum:Si duo ex vobis conſenſerint ſuper ter- ,de omni re quamcunque petierint, fiet eis. Idem de piis leſiæ inter orādum cęremoniis ſentiendum eſt,vt nequa- m contemnantur,quæ rectè & magnò cū fructu adhiben- ſi vel ad incitandum nos,vel vt omnia ſecūdum ordinem t,vel vt hæc exterius repræſentent quod intus agitur,ad- eantur,atque hæ non mentis intentionem præcedant,ſed ſequantur.Nam quum mens & oratio in hoc nobiſcū cor- e concluſa ſit, ſic vt animus totam hominis molem regere eat,nequaquam à pietate abhorrēs eſt,ſi corpus dominam n rationem ſeu ſpiritum tendentem ad Deum, & ad il- propius ſe applicare cupientem, ſuis quoque motioni- ſuis compoſitionibus & figuris, ſuo habitu ac geſtu ſubſe conetur,Quòd ſi in omnibus planè agēdis,tractandis,cō randiſque rebus,corporis conſenſu & miniſterio animus

Non ſunt aſpernādá tēpla oratiōi dedicata. *Aug. de ſer.domini.ī mōte.* 1.Cor.6. *Act.1.* 1.*Tim.2.* *Tēpla inuitant nos ad vnanimē orationem.* *Ephe.4.* *Matt.28.* *Quid ſentiēdum de piis eccleſiæ cæremoniis.* 1.Co. 14. *Aug. ad Probam.*

vtitur, num in adorando ac venerendo Deo, illius tantum reiicet ſocietatem? Iure itaque ac piè fit, vt ſiue animus peccati & culpæ conſcius ſe proſternat atque abiiciat corã Deo, corpus quoque eundem geſtum, eundémque actum ſubeat, ſiue agendis pro accepto beneficio gratiis, mentem ad Deum, cogitationémque tollamus, eandem mentis ad Deum ſublationem, vultus, oculi, manúſque ſequantur. Iam illæ pectorum percuſsiones, capitum inclinationes, genuũ inflectiones (quæ paſsim in communi eccleſia adhibentur) imitationes ſunt & ſimulachra animi, varios in ſe affectus erga Deum ſuſcipientis. Quæ ſi falſo & per ſimulationem vſurparentur, eſſentque ementita atque ficta, maximum nimirum hoc crimen & nefaria improbitas ſceleratæ mẽtis eſſet. Sed ſi ita res ſe intus habet, ſi eſt voluntas ritè conuerſa ad Deum, ſi animus, ſi mens, ſi ratio in ipſo Deo verè collocata eſt, cur repellamus corpus à pietatis huius & venerationis erga Deum conſortio? quod
2.Cor.6. Paulus non addubitauit vocare templum Spiritus ſancti, & quod in parté immortalitatis & gloriæ apud Deum aliquan-
1.Cor.11 do futurum eſt. Nam quòd & detecto capite viros, velata coma mulieres in eccleſia orare vult Paulus, num non ad exter-
Lucæ. 18. nas id pertinet cęremonias? Præterea percuſsio pectoris, necnon deiectus oculorum in terram, quæ ſunt in publicano illo ſibi veniam à Deo precante per dominum Ieſum Chriſtum
*Ioã.*11.16 expoſita, nónne in corpore ſunt teſtimonia animi cum Deo
*Matt.*26. humiliter colloquentis? Atque adeò, quid eſt quòd dominus
*Marc.*14. ipſe ad orationé accinctus, vix vnquam aliter quàm ſubleua-
*Lucæ.*22. tis in cœlum oculis, ac genibus flexis in terris, totóque geſtu corporis affectum mentis indicante oraſſe legitur. Sanctæ ergo hę, ac in vniuerſum cęteræ piæ illæ ac antiquiſsimę eccleſiæ cęremoniæ, in eccleſia adhibentur, modo tamen ſic (vt di-
*Marci.*7. ximus) adhibeantur. Abſitque, vt aſſentiamur iis, qui dicunt,
*Tit.*1. Chriſtum has cęremonias quę pietati ſuffragantur damnaſſe. Traditiones & mandata hominum auerſantium veritaté, quibus irritum fit præceptum Dei, & mandata Dei reliquũtur vt illa ſtatuãtur, damnauit Chriſtus Non autem damnauit pios
Auguſt. ritus ad cultum & obſeruationem pręceptorum Dei códuci-
Regula in biles, quos ipſe quoque obſeruauit. Rectiſsimè ergo Augu-
cæremõiis ſtinus vnam hanc ſaluberrimam regulam in hiſce ritibus reti
tenendo. nendam eſſe docet, nempe vt quæ nõ ſunt contra fidé, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad mouẽdum piè animum,

num, aut ad exhortationē vitæ melioris nō inutile, ea vbi-
unque inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus,
ed etiam laudando & imitādo ſectemur, ſic tamen vt ea quæ *Matt. 23.*
ræcipua ſunt, etiam præcipuas partes teneant, & cęremoniis *Lucæ. 11.*
on aliter quàm cæremoniis vtamur.

Hvcuſq; docuimus, quid ſit oratio, quid de Deo qui ora- *Epilogus.*
tur præſumendum, quomodo & quo affectu ad oratio-
em accedendum, qualem orationem eſſe oporteat, & vnde
roficiſci. Breuiter, quòd orationem quæ Deo ſit placitura,
ælúmque penetratura, non ambitioſam, aut temerariam, ſed
lelem, humilem, & verecundam, nō deſperantem, aut vacil-
ntem, ſed certa fiducia de Dei miſericordia ſperantem, non
nique frigidam aut tepidam, ſed charitate efferueſcentem
e, & ex intimis ipſis cordis affectibus prodire neceſſe ſit.

RATIONIS DOMINICAE EXPOSITIO.

Restat nunc, vt ex diuinis ſcripturis docea- *Quæ à*
mus, quænam à Deo petēda ſint, hunc ſiquidem *Deo petē-*
ordinem ſeruat Chriſtus, vt primùm orādi mo- *da ſint.*
dum doceat, deinde quid petendum ſit, pręſcri- *Matt. 6.*
bat. Suprà de orationis ſcopo ac fine, ad quem
nis oratio referēda eſt, diximus. Sed quoniam interim dū
uc in hoc corpore à domino perigrinamur, innumeris
tationibus impetimur, quibus hoc vnum perpetuo agunt
noliuntur, mundus, caro, & diabolus, vt nos ab verè vnico
fine (qui eſt vita beata) modis omnibus auertant, merito *Pſal. 26.*
tio in ſpecies quaſdam petitionum diducitur, quibus tot
tationum generibus reſiſtatur. Omnis ergo petitio, aut in *Scopus o-*
etitione bonorum aut remiſsione male commiſſorum, aut *mnis peti-*
recatione malorum futurorum conſiſtit. Qua de re Chri *tionis tri-*
vita, author, dux & rector noſter, qui venit in hunc mū- *plex.*
, vt omnem hominem illuminaret, ac viam ſalutis æter- *Ioan. 14.*
nonſtraret, ipſe via, veritas, & vita, etiam orandi formam
it, vt certi eſſemus nos rectè petere, quum bona quæ ille *Ioan. 1.*
it. peteremus, & mala deprecaremur.

Non inutile autem videtur, vt hic rememoremus Chri-
ſtum tradendo orationem dominicā, non tam nos quæ-
ræſcripta verba docuiſſe, quàm res quas peteremus: ver-
itatem orationis dominicæ in hoc tantum eſſe tradita, vt

Augu.de ſer.domini i mōte. ipſis memoriæ mandatis, rerum à Deo petendarum recordaremur. Apud Deum enim (quemadmodum ſuprà diximus) non agimus verbis, vt impetremus quod volumus, ſed rebus quas animo gerimus & intentione cogitationis, idque per fidem & ſpem, cum dilectione pura & ſimplici affectu. Proinde mens orantis non debet in verba orationis dominicæ tantùm reſpicere, ſed magis dilatari, & quod in ſe eſt orando quamplurimum complecti, quæ ſub his verbis longe omnium fœcundiſsimis continentur.

Oratio dominica alijs quibuſlibet anteponenda. EST enim oratio dominica, multis nominibus aliis quibuſlibet orationibus anteponenda. Primùm quòd nō ab hominibus, ſed à filio Dei (qui eſt verbū & ſapiētia patris, Deus de Deo, doctor vitæ, & ſummus ac cœleſtis magiſter) nobis tradita fuerit. Ex quo hunc fructum referimus, quòd certi ſumus & nequaquam dubitare debemus, non poſſe hanc precationem ad aures Dei non aſcendere, quā Dei filius Deus docuit. *Chryſoſt. Auguſt. Cypria. in orationem dominicā* Quomodo enim pater filij ſui, imò ſua verba quæ per filium ſuum nos docuit, nō agnoſcet, qui voluit & præcepit, vt hunc vnicū filium ſuum audiremus? imò quomodo nō audiet *Matt. 17.* Chriſtum in nobis ſua verba reſonātem, quem ſemper audit? *2. Petr. 1.* Non dubium enim Chriſtum in nobis loqui per ſpiritū ſuū, ſi *Ioan. 11.* tamen ipſe intus habitet in pectore, qui eſt in voce. Et quum *Roma. 8.* ipſe docuerit, patrem in ſpiritu & veritate adorandū, quę po- *Ioan. 4.* teſt eſſe magis ſpiritualis oratio, q̃ quæ à Chriſto nobis data *Ioan. 15.* eſt, à quo nobis & ſpūs ſanctus miſſus eſt? Et quæ efficacior *Lucæ. 24.* apud patrem oratio eſſe queat, quàm eius quem habemus ad- *1. Ioan. 2.* uocatum pro peccatis noſtris? qui & pollicitus eſt dicēs: Quia *Ioan. 14.* quodcunque petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis: quanto efficacius ergo impetramus, ſi quod petimus in Chriſti nomine, ex eius etiam inſtituto & præſcipto petamus?

Oratio dominica totū complectitur, quicquid à deo peti poteſt. SECUNDÒ, oratio dominica cæteris iure antefertur, quòd totū complectatur, quòd rectè à Deo peti poſsit, atque adeò nihil inuenies, tametſi omnes pias ac ſanctas precationes quæ tota ſcriptura, maximè vero in pſalmis continentur, percurras, quod non iſta dominica compendio contineat & concludat oratio. Vnde liberum quidem eſt aliis atque aliis verbis orare, modo tamen eadem, quæ hac oratione continentur, petamus. *Aug. ad Probā. ca. 11. & 12.* Sed alia orare liberū nō eſt. Quamlibet enim alia verba dicamus, nihil aliud dicimus, quàm quod in iſta dominica oratione poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus. Qui ſecus

ćus orat, is certe carnaliter orat, & neſcio, cur nō illicitè oret, quòd ſpiritu renatos, non niſi ſpiritaliter orare ſit neceſſe. *Ioan. 14.* *1.Cor.14*
Porrò tantā eſſe orationis dominicę amplitudinē, facile poteſt intelligi, quum ſingulæ eius partes ad alias ſanctorū orationes conferuntur. Qui dicit: Illuminet Deus vultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri, vt cognoſcamus in terra viā tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum. Et, Clarificare in omnibus gentibus, ſicut clarificatus es in nobis: quid aliud dicit, quàm, Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus: quid aliud dicit, quam, Adueniat regnū tuum? Qui ait: Vias meas dirige ſecundum eloquium tuum, quid aliud precatur, quàm, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra? Qui precatur, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria, nihil ferè aliud dicit: quàm, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, niſi quòd hic articulus orationis dominicæ ſe latius porrigit, quòd infrà oſtēemus. Quum Dauid orat, vt dominus meminerit manſuetudinis eius (quæ tanta in eo erat, vt corā Deo diceret, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis) quid aliud precatur, quàm, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Rurſus, qui dicit, Et non dominetur mei omnis iniuſtitia. Item, Aufer à me cōcupiſcentias ventris, & deſiderium cōcubitus ne apprehendat me: haud aliud dicere videtur, quàm, Ne nos inducas in tentationē. Denique qui dicit, Libera Deus Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis. Item, Erue me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me: is vtique non aliud orat, quàm libera nos à malo. Quanquam interim animaduertendū eſt, ſingulas orationis dominicæ ſententias, perfectionem quandam virtutis cōcludere, quod in aliorum ſanctorum orationibus, quantūlibet piis, vti in hac ipſa dominica precatione, reperire nō eſt, adeò vt beatus ille Cyprianus huius dominicæ orationis ſublimitatem ſatis admirari non potuerit. Qualia (inquiens) ſunt fratres dilectiſſimi orationis dominicæ ſacramenta, quàm multa, quàm magna breuiter in ſermone collecta, ſed in virtute ſpiritualiter copioſa? vt nihil omnino prætermiſſum ſit quod non in precibus atque orationibus noſtris, cœleſtis doctrinæ compendio comprehendatur.

Pſal. 66. *Eccle.36.* *Pſal.79.* *Pſal.118.* *Prou.30.* *Pſal.7.* *Pſal.118.* *Eccle.32.* *Pſal.58.* *Orationis dominicæ perfectio.* *Chryſ. in Matt. homil. 20.* *Cypria. in orationem dominicā.*

TErtiò, Oratio dominica cæteris præſtat vel ea ratione quòd nulla alia oratio ita affectum in Deū excitet, aut ad pietatem vitæ & omnem virtutem nos cohortetur, perinde atque hæc oratio: quod dilucidius fiet, quum particulatim exponetur, id quod nunc facere aggredimur.

Pater noſter qui es in cœlis.

Cypri. in oratione dominicā Chryſ. in Mat. ho. 20. Aug. de ſerm. domini in monte. Deute. 5. Roma. 3. Gene. 18. Hebr. 1. Cur Deū appellem' patrem. Deut. 32. Roma. 8. Ioan. 1. Roma. 6 Ephe. 2. Roma. 5. Dei erga nos benignitas. Roma. 8 Spiritus eſt qui clamat in cordibus noſtris, pater

PATER] Quis facile animo complectatur, quāta ſit Domini circa nos dignationis & bonitatis vbertas, qui nos ſic voluerit orationē incipere, vt Deum, patrē vocaremus, quod nō ita obuium eſt in veteri Teſtamēto, quū nuſquam ſit præceptū filiis Iſraël, vt Deū patris nomine orando cōpellarent, ſed domini nomen eis inſinuatū eſt, tanquam ſub lege ſeruiētibus? Et quū Abraham vir tātus (qui amicus Dei appellatus eſt) nō abſque multo tremore ad Dominū loquutus ſit, Ne indigneris (inquiens) Domine, ſi loquar ad Dominū meū, quū ſim puluis & cinis: quis noſtrū Deū illum conditorē, ſeruatorem, ac moderatorem omniū, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris, patris nomine cōpellare, & ſibi honorificentiſſimū nomen filij Dei, quo nec angelos ſuos dignatos eſt, vēdicare auſit, niſi ille iuſſiſſet? Dicimus ergo Pater, nō tam quòd pater noſter ſit ratione creationis, ſecundum id quod dictum eſt: Nunquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſedit, fecit, & creauit te? ſed magis ratiōe adoptionis, qua gratuita pietate nos in filio ſuo renatos, in huius nominis honorē adoptauit, ac poteſtatem fecit, quotquot eum receperūt vt filij Dei fierent, qui credūt in nomine eius. Serui peccati eramus, infeliciter geniti ex Adam. Satanæ filij eramus, cuius inſtinctu, ad omne malum ſolicitabamur. Sed ille quum adhuc inimici eſſemus, noſtri miſertus, per vnigenitū filiū ſuum Ieſum, nòs à ſeruitute peccati exemit, à patre diabolo emācipauit, à morte perpetua & ęterni ignis hęreditate vindicauit, ac per fidem & baptiſmū in filij ſui corpus inſitos, tum in nominis, tum in hæreditatis conſortium adoptare dignatus eſt, hæredes quidem Dei, fratres autem & cohæredes Chriſti. Et ne quid diffideremus eius erga nos pietati, pignus quoddam ſuæ erga nos charitatis cœlitus immiſit in animos noſtros, ſpiritum filij ſui, qui propulſato timore ſeruili, non veretur in cordibus noſtris clamare, Abba pater.

Dicendo

DIcēdo ergo, Pater, in primis gratias agimus Deo, quòd non ex meritis noſtris, ſed gratuita adoptione facti ſi- *Ioan.1.* *Tit.2.*
nus filij Dei, profitemurq; hoc nomine nos in baptiſmo re- *Rom.6.*
ũciaſſe patri diabolo, & omnibus operibus eius, iamq; ſolũ *1.Petr.3.*
oſſe & habere cœpiſſe nos patrem, qui ſit in cœlis, cuius po *Gene.1.*
entia cõditi ſumus, quum nihil eſſemus: cuius bonitate reſti *Ioan.3.*
uti ſumus, quũ periſſemus, cuius ſapiētia gubernamur & cõ-
eruamur, ne reuoluamur in exitium. In quã ſententiã Do-
ninus dixit: Nolite vocare vobis patrē ſuper terrã, vnus eſt *Matt.23.*
nim pater veſter qui in cœlis eſt. Secũdo, quum homines di
unt Deo, Pater, excitatur in ipſis ſupplex affectus, maximè
bi Deum in propheta ſic loquentē rememorãt: Si pater ego *Malac.1.*
um, vbi eſt honor meus? Itidem erga Deum charitas accēdi-
ur & inardeſcit. Quid enĩ charius filijs debet eſſe, quàm pa- *Ioan.1.*
er? Quædam inſuper impetrãdi præſumptio ac fiducia cordi
nnaſcitur. Quid enim Deus nõ det iam filiis petētibus, quũ *Luc.11.*
oc ipſum antè dederit vt filij eſſent? Poſtremo, quum dici- *Auguſt.*
nus, Pater, non vulgaris cura animũ noſtrum tangere debet,
e tali patre ſimus indigni, vt quomodo nos nobis placemus
e Deo ſic ſibi placeat & ille de nobis, vt conuerſemur quã- *2.Cor.6.*
i Dei templa, vt Deum in nobis conſtet habitare. Nec de-
generet actus noſter à ſpiritu, vt qui cœleſtes & ſpirituales
ſſe cœpimus, nõ niſi ſpiritualia & cœleſtia cogitemus & aga
nus. Nam vt inquit Paulus, Nõ eſtis veſtri: Empti eſtis pre- *1.Cor.6.*
io magno, exultate & portate Deum in corde & corpore ve
tro. Cauēdum ergo nobis eſt à peccatorum ſordibus, quòd
uãdiu peccamus, deſideria carnis inſequētes ac perficiētes,
n filiorum Dei catalogum aſſcribi nõ poſſimus, ipſo Domi-
io dicente: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ca *Ioan.8.*
endũ quoq;, ne indigna filiis petamus, mobilia cũ Iſmaële *Gene.16.*
ilio ancillæ, ſed immobilia cũ Iſaac filio liberæ. Si filiũ Dei *Galat.4.*
e credis, pete quæ te deceãt accipere, & illum dare. Si carna- *Gregor.*
ia petis, vt in illis conquieſcas, quomodo illa præſtabit, quæ
quum habeas, præcipit vt cõtēnas? Quaſi filij ergo agere de-
bemus, vt quod eſſe dicimur, actu & re ipſa probemus.

NOSTER] Parum eſt noſſe, Deum eſſe patrem, niſi & eũ *Cypr. ad orationem*
patrē noſtrum eſſe credamus, in quem omnē curam & ſolici- *dominicã.*
tudinē noſtrã proiiciamus, quòd ipſi ſit cura de nobis, quos *1.Petr.5.*
natiuitate gratiæ ſpiritualis reparauit ac ſanctificauit, & ſibi
in filios aſſeruit, tales etiã nos perpetuò habiturus, niſi tamē

noſtra culpa ac malitia ab eo recedẽdo,& mandata eius ſpernẽdo,filij eſſe ceſſemus,quales erãt Iudæi,ad quos Dominus

Ioan.8. dixit:Vos ex patre diabolo eſtis,&deſideria patris veſtri vultis facere. Et in Eſaia:Filios genui & exaltaui, ipſi autẽ me

Eſaie.1.

Ioan.1. ſpreuerunt. Secundò dicimus,Pater noſter,nõ meus,quoniã

Hebr.1. hoc ſoli Chriſto cõuenit,qui eſt ſolus filius per naturam,nos autẽ filij ſumus per gratiam & cõmunem adoptionẽ. Quod

Ioan.20. diſcrimẽ,vt oſtẽderet Chriſtus:Vado,inquit, ad patrẽ meũ, & patrẽ veſtrũ.Non dicit,vado ad patrem noſtrũ,ſed meũ & veſtrum,quoniã ipſe per naturam,nos per gratiã filij. Tertiò,noſter,dicimus,vt fraternæ charitatis,in quam nos Chriſtus vocauit,meminerim*,&vota cõcordiæ emittamus.Ante omnia enim pacis doctor atque vnitatis magiſter, noluit

Chriſtus vult cõmunem precationem.

ſingulatim & priuatim precem fieri,vt quis cũ precatur,pro ſe tantũ precetur:Nõ enim dicimus,Pater meus qui es ĩ cœlis:nec,Panem meũ da mihi hodie:nec,Dimitte mihi debita mea:nec,Et ne inducas me in tentationẽ, aut Libera me à malo:ſed publica nobis & cõmunis eſt oratio.Nõ ergo ſibi quiſ-

1.Cor.12 que peculiariter rogat aliquid,ſed omnes velut vnius corporis membra,eodem animata ſpiritu,quod in commune expe-

Chryſ. in Matth. diat,poſtulamus, & vbique nõ tam propria commoda, quàm proximorum petimus. Quo quid precandi modo Chri-

Apud deũ quod ad humana attinet ſumus æquales.

ſtus diſcordias & inimicitias interimit, & ſuperbiam reprimit,& humanarũ rerum inæqualitatem(quod ad Deum attinet)prorſus expellit. Nõ enim cõuenit,vt fratres ambitione,odio,liuore, contẽtione inter ſe diſſideant. Vnde quum dicimus,noſter,fraternæ pietatis,charitatis& humilitatis admonemur,iuxta illud Malach.2.Nunquid nõ pater(eſt)vnus omniũ noſtrum?nunquid nõ Deus vnus creauit nos?Quare ergo vnuſquiſque noſtrũ deſpicit fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum?Superbi phariſæi orationẽ auerſatus eſt Dominus,quia non tantum non cõmuni nomine,ſed

Luc.18. cum cõtemptu etiam proximi orauit, dicẽs: Non ſum ſicut

Augu.de ſerm. domini ĩ mõte.

cæteri homines, aut etiam hic publicanus. Inuitantur ergo hic diuites,& genere nobiles,& quicunque cæteris in ſeculo præſtant,nõ ſuperbire aduerſus pauperes & ignobiles, quia ſimul dicunt Deo,Pater noſter:quod non poſſunt verè ac piè dicere,niſi ſe fratres eſſe cognoſcant.Nemo ergo alium ſpernat,ſed magis pro alio precetur, quum communem patrem ſe in cœlis cum aliis habere fateatur.

QVI ES IN COELIS] Cœlum in ſcripturis, vocabulo generaliter accepto, omnẽ creaturã Dei ſupra nos exiſtẽtẽ, ſiue corporeã, ſiue incorporeã ſignificat, quemadmodũ Gen. 1. legimus, Deum in principio creaſſe cœlũ & terram, vbi Moſes cœli nomine complectitur omnia, quæ ſurſum ſunt, aërẽ, ignem, corpora cœleſtia omnia, cum ſpiritualibus creaturis, quę ſunt in cœlis, & ſenſibus noſtris capi non poſſunt: Terrę verò nomine, quicquid deorſum iuxta terram conſpicitur, cum aquis ipſis terræ cohęrentibus, quaſi diceret, quicquid in toto mundo vides vel non vides, ſurſum ac deorſum, initium habuit, aliquando non fuit, à Deo vno ſolo de nihilo conditum eſt, Dei creatura eſt, atque, hoc eſt ſummum Dei omnipotentis encomium ſeu epitheton, quo dicitur ac appellatur ſubinde in ſcripturis Deus, qui fecit cœlum & terram. *Cœli appellatione quid contineatur.* *Gene.1.* *Terræ nomine quid.* *Exordium Geneſis explicatur.*

Chriſtus itaque quum nos ad orationẽ accinctos hoc procemio (Pater noſter qui es in cœlis) Deum compellare iubet, à primis reuocat nos ad veram cognitionem creationis, vt intelligamus, quiſnam is ſit, quantæ quoque potentiæ, ſapientiæ ac bonitatis, quem petimus, nempe Deus qui eſt in cœlis, hoc eſt qui vt eſt creator cœli & terræ, ita implet, regit, & gubernat cœlos ac omnia quæ totius cœli ambitu continentur. Non enim ideo in cœlis eſſe dicitur, quaſi ipſe cœli ambitu concludatur. Nam de eo Salomon dixit: Quem cœli cœlorum non capiunt, ſed magis quia ſua virtute cœlos continet, ſuámque poteſtatem ad omnia extendit, quemadmodum Romanorũ. 11. legimus: Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo ſunt omnia. Et Epheſ. 1. Qui omnia in omnibus adimplet. Itidem Coloſſ. 1. omnia in ipſo cõſtãt. Nec ideo in cœlis eſſe commemoratur, quaſi non etiam ſit in terris, quum vbique ſit Deus, & maieſtatis ſuæ plenitudine omnia quantumlibet etiam abdita & occulta penetret, ſicut ſcriptum eſt: Nonne cœlum & terram ego impleo? Et in Pſal. 138. Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, &c. Et eccleſia ex Eſaia canit: Pleni ſunt cœli & terra maieſtatę gloriæ tuę. Sed potiſſimum in cœlis eſſe dicitur, quòd ſua ineffabilis diuinitatis maieſtas, poteſtas, & gloria magis reluceat in cœleſtib⁹, quemadmodum Dauid ait; Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentũ. Et idcirco etiam *Vis procemii orationis dominicæ.* *In cœlis.* *3. Reg. 8.* *Deus ſicut in cœlo ita & in terra* *Eſaiæ. 66* *Prouer. 15.* *Eſaiæ. 6.* *Cur Deus potiſſimũ in cœlis eſſe dicatur* *Pſal. 18.*

Cyp. ſ. orationem dominicam. precaturi, ad Orientem vertimur, vnde cœlum ſurgit, non quòd ibi ſolum ſit Deus, aliis mundi partibus relictis, ſed vt animus noſter ad Deum tanquam ad omnium excellentiſſimam maximámque naturam, cœli opificem, erigatur. Nec ſine ratione pluraliter dicimus, in cœlis, vt omnes intelligant, quia ipſe in omnibus & ſuper omnia eſt, omnia gubernans ac moderans. Hæc autem contemplatio (quam nobis hiſce verbis Chriſtus inculcat) cor dilatat, animum eleuat, ac ſummam ingenerat fiduciam. Nam ſi talem habemus patrem, cuius omnia plena ſunt, qui cœlos moderatur ac regit, quare nõ rogemus omnia ab illo, qui omnia poteſt, & cuius ſunt omnia? vt Apoſtolico certè ſpiritu dixerit Iacobus: Omne datum optimum & omne donum perfectum de ſurſum eſt. Et rurſus: Si quis indiget, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Confirmamur quoque hiſce verbis, ne ab vlla creatura, propitio Deo, timeamus. Nam quum patrem noſtrum, qui filiis ſuis non poteſt non bene velle, in cœlis eſſe profiteamur, fruſtrà metuimus à ſtellis & ſignis cœli, quæ à begniſſimo patre noſtro cœleſti ad bonum procul-dubio filiorum reguntur, atque hoc ipſo ſecernimur à gentibus idololatris, quas, ne imitemur, Dominus apud Hieremiam 10. præcipit, dicẽs: Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à cœli ſignis nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorũ vanæ ſunt. Itaque qui fideli mẽte patrem qui in cœlis eſt, compellat, is ſe totum Dei protectioni committit, certus ſibi nullam poſſe nocere creaturam, quem tuetur omnis creaturæ opifex ac moderator, Deus. Secundo, his verbis docemur, diſcernere patrẽ cœleſtem à terreno, quem hic in mundo habemus. Terrenus enim (à quo hoc fragile corpus, non tamen ſine formatore Deo accepimus) multis rationibus egens eſt, infirmus, ac imbecillis, qui ſi quid aduerſi acciderit, mutare id non poteſt: nec certum habemus quandiu maneat is pater, nimirum mortis imperio ſubditur, ſic, vt in talem fiduciam noſtram collocare neque poſſimus neque debemus. In quam ſententiam dixit Chriſtus: Nolite vocare vobis patrem ſuper terram. At quum patrem cœleſtem appellamus, partem agnoſcimus longè meliorem & præſtantiorem, omnipotentem, fortiſſimum, beneficentiſſimum, & immortalem. Atque hoc ipſo profitemur iuſtum ac æquum eſſe, vt præ eo patrem, matrẽ, cognatos, neceſſarios, carnem quoque

Augu. de ſer. domini in monte.

Cur pluraliter dicimus, in cœlis.

Iacob. 1.

A nulla creatura timendum, propitio Deo.

Luc. 11.

Pſal. 90

Diſcernendus pater cœleſtis à patre terreno.

Matt. 23.

Matt. 10

Luc. 14.

que

que ſanguinem contemnamus. Tertio, his verbis incitamur ad recolendum vnde ſimus delapſi, nempe è cœlo, & quo rurſus tanquam ad deſtinatum locum felicitatis noſtræ patre noſtro authore, redituri ſimus. Deinde, vt ſedulò cogitemus ac optemus, vt cœleſtis patris, cœleſtes quoque filij eſſe poſſimus, ab omni re mundana alieni, hoc eſt ne quid præter animæ ſalutem & cœleſtem illam hæreditatem ſpectemus, ne huius mundi concupiſcentiis decepti, ac irretiti in carnales filios degeneremus, vt planè erubeſcere debeat, qui his verbis patrem cœleſtem compellans nondum deſinit, ſeſe terrenis immiſcere rebus. *Cœleſtis pater, cœleſtes filios requirit* *Chryſo. in Matth.* *Matth. 6*

PRoinde & ille intellectus allegoricus, quē diui Ambroſius & Auguſtinus recēſent, nobis plurimū probatur, nēpe, Pater noſter qui es in cœlis, id eſt in angelis ac ſanctorū iuſtorúmq; cordibus. Nam quemadmodū peccator appellatus eſt terra, quū ei dictū eſt, Terra es, & in terrā ibis: ſic iuſti aptiſſima metaphora, & cœli dicunť, & cœlis cōparantur, quēadmodum Paulus apoſtolus Pſalmū illū 18. (qui incipit, Cœli enarrāt gloriam Dei) de Apoſtolis intelligit. In iuſtis enim Deus eſſe dicitur, quia eorum conuerſatio in cœlis eſt. Et vt ibi ait Apoſtolus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et accommodatiſsima iſta ſimilitudo eſt, vt hinc omnes intelligant tantū intereſſe inter iuſtos & peccatores, quātum corporaliter inter cœlū & terrā. Et rectè orat, qui hoc intellectu orat, nimirum qui toto affectu cupiat in ſe quoque ipſo Deū habitare, quem inuocat. Quem affectum qui ad orationem affert, hunc non dubium eſt, eo ipſo inuitare Deū, vt animum eius inhabitet. *Amb. in Lucam.* *Augu. de ſer. domini in monte.* *Gene. 3.* *Rom. 10.* *1. Cor. 3. 6* *2. Cor. 6.*

HActenus dominicæ orationis procœmiū recēſuimus, quo mens fiducia, deuotione, ac ardenti affectu erga Deum (qui oratur) imbuitur. Nūc ad ipſas preces, quæ ſeptē numero ſunt, deſcendimus. Multę autē à piis ratiōes afferuntur, quur ſeptenario numero Chriſtus orationē, quam tradidit, abſoluerit ac incluſerit. Hoc certè conſtat, vt eſt ſeptenarius numerus perfectus, & multi in ſcripturis myſterij, ita hanc orationem dominicam ſeptem petitionibus comprehenſam, longe perfectiſſimam (quod & ſuperius oſtendimus) & maximè myſticā ac ſpirituale eſſe. Nihil enī eſt (vt diximus) quod à deo rectè peti poſſit, quin hac orationis ſerie abundē exprimatur & cōtineatur. Dein, ſic videtur diſtributa, vt ſatis appareat, *Septem petitiones orationis dominicæ & cur.*

ſeptem dona ſpiritus ſancti(quibꝰ innouamur,ſanctificamur ac conſummamur (ordine quodam decentiſſimo, à Deo poſtulari,quemadmodũ ſuperius nos indicaſſe meminimꝰ. Quin tanta eſt huius orationis amplitudo, vt ea mediãte, quicquid eſt ſeu cogitari poteſt,bonorum ſpiritualium & corporaliũ, præſentium & futurorũ,à deo precemur:(quod ſcilicet quatuor prioribus petitionibus fit:)rurſus,quicquid eſt malorũ tam ſpiritualium quàm corporalium,præſentium & futurorũ deprecemur: id quod tribus poſterioribus poſtulationibus peragitur,idque non ſine decentiſſimo ordine.ſed ad rem ipſam. Vt autẽ intelligas,quid prima iſta petitio ſibi velit, de ratione vocabulorum paucis præfandum erit.

Omnia bona precamur, omnia mala deprecamur in oratione dominica.

Sanctificetur nomen tuum.

NOmen Dei ſeu Domini, in ſcripturis Deum ipſum,ſeu Dei potentiã, virtutem,maieſtatem,gloriam,ſapientiã, prouidentiam & bonitatẽ,& quicquid de Deo rectè dicitur, deſignat.Vnde quũ ſcriptura Dei nomen,omnipotẽs,admirabile,bonum,ſuaue,ac ſaluificum facit,deum à potentia,ſapientia,& bonitate celebrat.Rurſus, quũ iubet,vt nomen domini ſit ſpes ac fiducia noſtra,vtq; in nomine domini omnia faciamus,ac geramus,vult vt totũ Dei potentiæ, ſapientiæ, ac bonitati tribuamus, & vt oĩa quæ facimus,in gloriam Dei faciamus,Deoque accepta referamus.Nec ineptus eſt ſcripturæ tropus,quo nomen Domini dicitur inuocatum eſſe ſuper fideles. Hoc enim ſignificatur,Deum nos in ſuam tutelam & protectionem recepiſſe,& in filios adoptaſſe,quo ſumma erga nos Dei bonitas ac charitas demonſtratur ac prædicatur, quemadmodum.1.Ioannis.3.legimus:Videte qualem charitatem dedit nobis Deus,vt filij Dei nominemur & ſimus.In filios enim Dei aſciſcimur,quum in nomen eius credimus,& fide viua ad Deum accedimus,ſicut ſcriptum eſt:Dedit eis poteſtatem filiosDei fieri,his qui credunt in nomine eius.Quãdiu in infidelitate cæci perſiſtimus,Adæ veteris nomen retinemus.Sed vbi per fidem Deo inſerimur,nouum nomẽ(quo filij Dei appellamur)adipiſcimur,vt cũ propheta dicere poſſimus: Nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos, hoc eſt ſecundum nomen tuum vocati ſumus.

Nomẽ dei quid ſignificet. *Exod.15.* *Pſal.8.* *1.Cor.10.* *Coloſſ.3.* *Dei nomẽ innocari ſuper nos, quid ſit.* *Eſaiæ.66.* *Ioan.1.*

SAnctificare in ſcripturis ſæpe ſignificat,ad ſacros vſus ſeparare,ſegregare,ſeu nuncupare. Quod enim ſegregatur Domino,

Sanctificare quid.

Domino, non amplius prophanũ manet, ſed ſanctum fit. Hic propriè tãtum valet, quantum laudare, glorificare, illuſtrare, præconiis euehere, honore proſequi, tam verbis quàm factis. Sed dices: Quid eſt igitur quòd oramus, Sanctificetur nomẽ tuum? Nunquid hoc optamus, vt aliquid ſanctificationis Deo à nobis accedat, vel vt nomen Dei ſanctificetur orationibus noſtris, quod in ſe perpetuo ſanctum, glorioſum, admirabile, & maieſtare plenum eſt, quod noſtra laude nõ indiget, quod potius oĩa ſanctificat, quàm ſanctificatur, cui angeli ſemper acclamant, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth? Nequaquam, Sed hoc petimus, vt nomen Dei, quòd in ſe ſanctiſſimum eſt, ſanctificetur quoque & glorificetur, ac ſanctũ & celebre in nobis & omnibus gẽtibus fiat ac habeatur. Quod vt magis perſpicuum fiat, à cõtrario ratio ducenda eſt. Nam & ſcriptura phraſi nõ & diſſimili aſſerit nomen Dei pollui, non quòd nomẽ tam ſanctũ, quod ad ſe attinet, à nobis vllo modo contaminari, aut tantæ gloriæ ſplendor vllo pro inquinari poſſit, ſed quòd quantum in nobis eſt, illud cõtumelia ac ignominia in noſtram perniciem ſæpenumero afficiamus. Quod qua ratione fiat, quum oſtenderimus, mox manifeſtum euadet, quid prima iſta particula (quę meritò in omni oratiõe noſtra ac voto prima eſſe debet) petamus. Nomẽ itaque Dei ſecundum hanc rationem multifariam afficitur cõtumelia. In primis à gentibus ethnicis, quæ vel ignorato, vel contempto rerum omnium conditore, venerantur & adorãt contemptiſſimas etiam creaturas, muta idola ac ſtatuas, de quibus dixit Apoſtolus, Quia quum cognouiſſent Deũ, non ut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, quin potius mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedũ & ſerpentium, colueruntq; & ſeruierunt potius creaturæ quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Amẽ. Secundo, Iudæi, ſi externa abhominentur idola, nomen tamen Dei probris afficere non deſinunt, quum Chriſtũ, qui eſt vnicum Dei verbũ, atque adeò propriè Dei nomẽ, per quem ſolum Deus nobis cognoſcibilis ſit, in ſynagogis ſuis aſpernant̃, ac reiiciũt. Tertio, Chriſtiani quoq; duplici ratione Dei nomen ignominioſius tractant. Primum cum fiduciam ſuam à Deo viuo in creaturas transferunt, diffidentia ac ſuperſtitione laborant, magicis artibus aut incãtationibus dant operam, hæreſes ſeu

Gene. 1. *Ezech. 3.* *Vis primæ petitionis.* *Cyp. ĩ orationem dominicam.* *Eſaiæ. 6.* *Eſa. 52.* *Ezech. 36* *Nomen Dei pollui, quid ſit.* *Nomen Dei multifariã afficitur cõtumelia.* *Apud gẽtes.* *Rom. 1.* *Apud Iudæos.* *Ioan. 1.* *Apud Chriſtianos.*

impias doctrinas ſectantur, vel etiã quum ex titulis (qui ſoli Deo debentur) veluti ſunt potentia, ſapiētia, ac bonitas, ſibi
1.Cor.1. quicquam tanquam proprium, decerpunt, ſuo non Dei nomini gloriam tribuentes. Quod faciunt, quicunque in diuitiis ſuis, terrenis honoribus, ſeu etiã benefactis, veluti à ſe pro-
2.Cor.10 fectis, gloriantur, laudémque ab hominibus captant, ſibi fi-
Mat.5.6 dētes: Deum vero (à quo, quicquid eſt virtutis ac boni, proficiſcitur) veluti vnicum authorē non agnoſcentes, aut etiã qui vel in proſperis vel aduerſis, ab alio, quàm à Deo pēdēt, aut aliunde quàm à domino ſalutis præſidia quærunt. Deinde Chriſtiani iniuriam inferunt Dei nomini, cũ nomine fi-
Abuti nomine filiorum Dei quid ſit. liorum (quod adoptione gratuita ſunt adepti) in dedecus diuinæ gloriæ abutuntur. Nimirum, quum non imitantur patris ſui cœleſtis mores ac volũtatem, ſed veluti degeneres filij omnia contraria faciunt, vti quum peierant, per adorãdũ
Roma.8. nomē Dei, quum & blaſphemiis idem nomen inceſſunt, quũ mammonæ ſeruiunt, aut ventrem pro Deo habent, quum vl-
Matt. 6. ciſcuntur, furantur, mœchantur, fraudant, & id genus ſimilia ſcelera effrontes committunt. Nam quum hominum vulgus Deum ex ipſius cultoribus æſtimet, fieri nõ poteſt, quin Dei noſtri nomen apud infideles male audiat, quum vident eius nominis profeſſorem impiè agentem. Quos Apoſtolus gra-
Pſal.14. uiter increpans: ait: Qui in lege gloriaris, per præuaricatio-
Roma.2. nem legis Deum inhonoras: nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptũ eſt, nimirum Eſaiæ. 52. & Malachiæ capite primo.

Prima petitiōe tria poſtulantur. COgnito igitur, quibúſnam rationibus nomen Dei inhonoretur, facile à contrario videre eſt, quibus modis honoretur ac ſanctificetur. Poſtulãtur itaque hac prima particula potiſſimum tria. Primum, vt nomen Dei excelſiſſimum, quod per ſe ſanctiſſimum eſt & benedictum in omnia ſecula, toti etiam mundo inclareſcat, vt gentes relicto idolorum
Roma.11 cultu ſolum verum Deum venerentur ac adorent, vt Iudęi, impia ſuperſtitione relicta, diuino ſpiritu edocti, nõ ſolum patrem Deum, ex quo omnia, ſed & Dei filium, per quem omnia, & ſpiritum ſanctum, in quo omnia agnoſcant, & in tribus perſonis eãdem maieſtatem, & in ſimplici eſſentia triplicem perſonarum proprietatem adorent. Atque in hunc modum omnes ſancti, quotquot ab origine mundi fuerunt, non ſine ardentiſſimo affectu oraſſe leguntur: & frequentiſſimus

eſt

ſt talis orandi modus in Pſalmis. Et in hanc ſentẽtiam orat *Pſal. 66.*
eſus filius Syrach, Eccleſiaſtici.26. Alleua, inquit, manum
uam ô pater,ſuper gentes,quæ nõ exquiſierũt te,vt cogno-
ſcant,quia non eſt Deus,niſi tu,vt enarrent magnalia tua:al-
leua manum tuam ſuper gentes,vt videant potentiam tuam.
Sicut enim(vt ſubdit)in cõſpectu illorum es ſanctificatus in
nobis,ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in eis,vt cogno-
ſcant te,ſicut & nos cognouimus te.Sic autem orãtes nos ad
doctrinam & exemplum Chriſti(qui in terris agens,nihil ar *Modis o-*
dentioribus votis exoptauit,quàm vt nomẽ patris ſui per v- *mnib° an*
niuerſum orbẽ inclareſceret)veluti morigeri filij cõparam°, *nitendum*
ac pro noſtro modo ſimilibus deſideriis optamus,vt adorãdi *Dei illu-*
diuini nominis gloria cœlũ ac terram impleat,vt omnis crea *ſtremus.*
tura eius ineuitabilem potentiam metuat,æternam ſapientiã *Lucæ.2.*
veneretur,amet ineffabilem bonitatem:Non quòd id vt fiat, *Ioan.17.*
Dei referat, ſed ꝙ humani generis omnino interſit, vt Dei *Nomen*
gloria ex ſe ſemper immenſa,ac in ſeſe ſemper florens cun- *Dei illu-*
ctis etiã innoteſcat. Hęc enim eſt vita ęterna(vt veritas ait) *ſtrari non*
noſſe te verum Deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ac *ſua ſed no*
digna prorſus hęc oratio eſt eo,qui quum patrem appellauit, *ſtra re-*
nihil omnino prius habet,quàm pro illius gloria ſupplicare. *fert.*
Omnia vero reliqua ſecundo loco ducere,quod & Chriſtus, *Ioan.16.*
vt faceremus,iuſſit,quum ſuos inſtituens, ait:Primum quæ- *Chryſoſt.*
rite regnum Dei &c. Secundo in hac particula petimus, vt *in Matth.*
non tãtum craſſa illa idololatria,ſed & omnis ſpiritualis in- *Matt.6.*
fidelitas, qua gloria & honor diuini nominis imminuitur,à *Spiritua-*
nobis tollatur,vt omnes magicæ artes aboleantur,vt dæmo- *lis idolola-*
num aliarumve creaturarum incantationes omnino ceſſent, *tria.*
vt omnis diffidentia ac ſuperſtitio è mẽtibus noſtris elimine
tur,vt omnes hæreſes & impię doctrinæ redigãtur in nihilũ
& perdantur, vt verbum Dei ſyncere currat ac prædicetur. *2.Cor.1.*
Rurſus precamur,ne nobis aut vlli creaturę,ſed ſoli Deo fi- *2.Cor.3.*
damus,vt omnem ſalutis ſpem in Deum inclinemus, vtq; ab *1.Cor.10.*
eo ſolo toti pendeamus. Denique,vt quicquid eſt virtutis à
nobis profectum,id ne nobis (qui ne cogitare quidem ex no
bis aliquid,tanquam ex nobis ſufficiẽtes ſumus)ſed Dei be
nignitati acceptum feramus,vtque omnia quæcunque faci-
mus aut gerimus,non noſtro,ſed in Dei nomine,nec noſtrę,
ſed Dei virtutis fiducia,nec in noſtram,ſed in Dei gloriã fa
ciamus,dicentes cum Dauid:Non nobis domine,non nobis *Pſal.113.*

Cyprian. ſed nomini tuo da gloriam. Tertiò oramus, vt quemadmo-
Ambroſ. dum nomen filiorum Dei gerimus, ita & caſtis & inculpatis
Augu. in moribus gloriam tāti nominis ſanctificemus ac illuſtremus,
Chryſoſt. quod facimus, cum pro viribus ac ſedulò conamur veſtigia
Nomen Chriſti inſequi, Deū ſuper omnia, proximū, perinde vt noſ-
Dei ſanctificabitur ipſos diligentes, atque adeò bene volētes iis qui nobis volūt
in nobis, male, & benefaciētes qui nobis malę faciūt. Sic enim nos do-
per bona cuit Chriſtus, prouocans ad imitationem patris cœleſtis, qui
opera. ſolem ſuum iubet oriri ſuper bonos & malos. Tum enim pro
modulo imbecillitatis noſtræ Deus ſanctificatur & glorifica-
tur in nobis, ſicut perfectiſſimè glorificatus eſt in filio ſuo, ſi
mundus nos conſpiciat, iuxta eiuſdem filij ſui doctrinam vi-
Matth. 5 uētes, queadmodum & is alibi inculcauit, dicens: Luceat lux
Lucæ. 6. veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona & glo-
Matth. 5 rificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Petimus deniq; ne
1. Cor. 6. in ea crimina (à quib⁹ abluti, iuſtificati, & ſanctificati ſumus
Augu. de in nomine domini Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri) rur-
ſer. domi- ſus incidamus, ſed vt hæc ſanctificatio & viuificatio, quæ de
ni. in mon Dei gratia ſumitur, in nobis perpetuò maneat, hoc diebus ac
te. noctibus poſtulamus, nec vnquam deprecari ceſſamus, quòd
1. Cor. 14 nobis cōtinua ſanctificatione ſit opus, vt qui quotidie delin-
quimus, delicta noſtra aſſidua ſanctificatione purgemus,
quod quum à Deo orando conſequimur, fit vt per noſtram
bonam conſeruationem cogantur etiam impij & infideles
procidere in faciem ſuam & renuntiare quòd Deus reuera
iuſtus & bonus in nobis ſit.

Adueniat regnum tuum.

Quæſtio. QVid, inquis, eſt, quòd petimus aduenire regnum Dei?
Augu. de Nunquid non Deus ab æterno regnauit, aut quando
ſermo. do- non regnat? aut nunquid regnum apud Deum incipit, quod
mini i mō & ſemper fuit & eſſe non deſinit? Sicut Pſaltes ait: Regnum
te. tuum, regnum omnium ſeculorum. Et dominatio tua in om-
Exod. 15. ni generatione & generationē? Imò non hoc petimus, vt ad-
Pſal. 144 ueniat regnum Dei in terram, quaſi vero etiam ipſe nūc nō
Dilutio. regnet in terra, ſempérque in ea regnauerit à conſtitutione
mundi, ſed hoc petimus, vt adueniat nobis, id eſt vt in primis
Ioan. 1. mundo id ignoranti manifeſtum fiat, Sicuti & nomē eius vt
Augu. in in nobis ſanctificetur poſtulamus. Nam veluti lux, licet præ-
Ioan. ſens ſit, cęcis tamē eſt abſens, quòd nihil luminis eis afferat.

a & regnũ Dei,tametſi vbiq; præſens,mũdo tamé id igno-
ti deeſt,cui vt adueniat,petimus. Sed vt penitius intelligas
ãta bona hac petitione poſtulemus,ſcies in vniuerſum duo
e regna, Dei ſcilicet,& diaboli. Nam regnũ terrenũ quod
runt principes,quicquid eſt,habet,aut gerit,totum id vel à
eo accipit,vel à diabolo mutuatur. Regnũ Dei duplex eſt,
atiæ & gloriæ. Gratiæ rurſus duplex, publicũ & priuatum.
e regno gratiæ ſeu miſericordiæ ſcriptum eſt Lucę.12. Re-
um Dei intra vos eſt. Item Apoc.10. Feciſti nos regnũ Deo
ſtro. Hoc itaque regnum gratiæ nihil aliud eſt,quàm ſpi-
ualis liberatio cordium à peccato, ac gubernatio animarũ
conſcientiarum noſtrarum. Nam quum omnes nati ſumus
rui peccati, & filij tenebrarum,non prius aſciſcimur in re-
um gratiæ Dei,quàm Deus per filium ſuum nos à peccati
nculis liberauerit, ac (vt Paulus ait) de poteſtate tenebrarũ
ipuerit ac tranſtulerit in regnum filij dilectionis ſuæ, in
o habemus redemptionem & remiſsionem peccatorũ. Re-
um ergo gratiæ priuatum,nihil aliud eſt,quàm iuſtitia cõ-
entiæ, quod Chriſtus obtinet in quoſlibet,quos per fidem
generauit & iuſtificauit,de quo dictum eſt Roma.14. Re-
um Dei eſt gaudium,iuſtitia,& pax in Spiritu ſancto. Cõ-
t enim iuſtificatum ex fide pacem habere erga Deum,quæ
lciſsimam animi tranquillitatem, & ineffabile gaudium
nſcientiæ parit, ac ſecuritatem aduerſus carnis, mundi ac
iboli tyrannidem præbet. De quo gaudio dictũ eſt in pſal-
s: Lætentur in te omnes qui ſperant in te,in æternum exul
bunt, & habitabis in eis. Regnum vero gratiæ publicum,
litans eccleſia ſanctorum eſt,de quo ſcriptũ legimus: Mit-
t angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala.
uod & Chriſtus ſimile facit ſagenæ miſſæ in mari,decé vir-
nibus ac aliis terrenis rebus ad humanum captum expoſi-
s. De regno gloriæ habes Matthæi 15. Venite benedicti
tris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab o-
gine mundi. Item Matthæi.7. Qui facit voluntatem patris
ei, qui in cœlis eſt,hic intrabit in regnũ cœlorum. Itidem
Corinth.6, An neſcitis,quia iniqui regnum Dei non poſ-
lebunt? Et Epheſ.5. Hoc,inquit,ſcitote,intelligentes,quòd
nnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt i-
olorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti
Dei. De regno & diabolo habes Epheſ.cap.2. Vos,inquit,

Duo regna, Dei, Diaboli. Terrenũ.

Regnũ dei duplex.

Regnum gratiæ. Pſal.50. Roman.5. Coloſſ.1.

Regnum gratiæ priuatum obtinet Chriſtus in omnes regeneratos. Roman.5.

Pſal.5. Matt.13.

Regnum gloriæ.

Regnum diaboli.

conuiuificauit, cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mūdi huius, ſecundum principem poteſtatis aëris huius ſpiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, faciētes vo-

1.Ioan.2. lūtatem carnis, & cogitationum, &c. In hoc ergo regno tenet imperium omnis peccati caput & fons malus ſpiritus, qui regnum Dei diſſipare, ac nos in ſuam tyrannidē triplici retiaculo, nimirum per cōcupiſcentiam carnis & oculorum ac ſuperbiam vitæ, nunquam non pertrahere nititur. Denique, regnum terrenū (quod terreni principes gerunt) etſi cū regno Chriſti (quod merè ſpirituale eſt) nihil propemodum cōmune habeat, in quo fanatici Anabaptiſtæ impudentiſsimè hallucinati ſunt, tamen ſi ſecundum eſſentiam ſuam (quæ nihil aliud eſt, quàm legitima quædam poteſtas externæ pacis cōſeruandæ, ac retinendæ politiæ) conſideretur, optima certe Dei ordinatio eſt, quemadmodum Paulus ait: Non eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque

Regnum terrenum ſeu corporale, etſi nihil habeat commune cum Chriſti regno, ordinatio tamē Dei eſt.

Ioā.6.18. qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Placet ergo etiā
Matt.14. hoc regnum, etſi terrenum, Deo, tanquam ſua creatura: (ipſe
Marci.6. eſt enim qui conſtituit & transfert regna) ſed non aliter, niſi
Roma.13. ſic geratur, tanquam à Deo acceptū, ac iuſtitia firmetur, quē-
Dani.2. admodum Prouerb.25. legimus: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Et Pſal.2. Dauid ait: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā, ſeruite domino in timore. Nā & tales reges diuinitus dari & iuuari conſtat, quemadmodum ſcriptum eſt: Per me reges regnant. Et iterum: Qui dat ſalutem regibus. At ſi principes hac poteſtate à Deo accepta, abuti incipiunt, exercentes nō Dei iudicium, ſed ſuam tyrannidem, ac regnum quod acceptum

Boni reges diuini tus dantur & iuuantur.

Pſal.144. Deo referre oportuit, faſtu, violentiáque gerentes, aut etiam in ſua virtute potentia, opibus, famulitio, copiis, & armis cōfidētes, certe tales regnum alioqui ſua natura rem bonā abuſu malam faciūt, vt iam magis regnum mundi, quàm Dei ordinatio dicatur. Nihilo ſecius tamē (quod obiter dictum velimus) Dei volūtas eſt, vt propter poteſtatem, quæ à Deo eſt,

1.Petri.2. etiam regibus ac dominis dyſcolis obediamus.

Ordo petitionum.

QVibus ſic expoſitis, facilè videre eſt, quanta hęc petitio complectatur, quàm pulchrè etiam ac decenti ordine primam particulam ſubſequatur. Priore enim petitione precati

cati ſumus, vt nomen patris noſtri cœleſtis, toto terrarum orbe inclareſcat, vt vbiq; gẽtium laudetur & glorificetur, quod fit per agnitionem & apprehenſionem redemptionis quæ eſt in Chriſto, in quo ſanctificamur ac regeneramur in nouam creaturam. Sed quoniam tanta eſt ſatanæ malitia, vt ne victus quidem & expulſus ſemel, ceſſet, quin potius è ſua tyrannide liberatos, ac etiamnum filios Dei effectos, oppugnare nunquam deſinat, quamdiu hoc mortali corpore ſunt onuſti. Sollicitat enim veteris peccati reliquias ac humanas ingerit cupiditates, quibus carnis rebellionem aduerſus ſpiritum molitur. Idcirco poſt poſtulatã illuſtrationem & agnitionem nominis Dei, iuſto ordine dicimus, Adueniat regnum tuũ. Quo hoc in primis petimus, vt Deus quos ſemel à ſatanæ tyrãnide liberatos eſſe voluit, regere etiam ac gubernare dignetur, ne in eandem tyrannidem reuoluãtur, néve deinceps regnet peccatum in noſtro mortali corpore, vt obediamus concupiſcentiis eius, aut exhibeamus membra noſtra, membra peccati, ſed magis liberati à peccato, ſerui autẽ facti Deo, & in regnum eius aſciti, exhibeamus membra noſtra ſeruire iuſtitię, vt eiecto ſemel, idque in Chriſto rege noſtro, ſatana huius mundi principẽ, amodo obtemperemus Deo, vt obrutis ac oppreſsis peccatis, in ſanctitate ac iuſtitia ſeruiamus ei omnibus diebus vitæ noſtræ, vt quemadmodum Chriſtus ſpiritu cœleſti impium huius mundi ſpiritum ac principẽ vicit, ac innocentia peccatum ſuperauit. ita nos quoque per eũdem feliciter vincamus, & in Deo regnemus, ac viciſſim Deus in ſui nominis gloriam regnet in nobis. Sic enim Deus mirabiliter vicit, triũphauit, ac regnauit per filium ſuum Ieſum in ſanctis ſuis martyribus, incorruptis ſuis confeſſoribus, ac caſtiſsimis virginib⁹, qui ſemel in Chriſto ſanctificati & regenerati, carnis laſciuiam, mundi malitiam ac ſæuitiam, & ſatanæ inſultus ac molitiones fortiter feliciterque vicerunt. Quibus etſi fidei conſtantia impares ſimus, rogare tamen nunquam ceſſamus, vt eadem fide donemur, nimirum vt ſpreto huius mundi regno, breuiter, cõtemptis omnibus (quæ ſpecioſa, pulchra ac dulcia nobis videntur,) ſequamur promiſſa regni cœleſtis, vt reiecto iniquo mammona, vnicum illud margaritum euãgelicum amplectatur, vt comprimẽtes omnes carnales æſtus & affectus, regnum ſatanæ debellemus, vtque hac graui perpetuáq; colluctatione, è prçlio ſemper firmiores diſcedamus,

Roma. 3 Galat. 5. Ephe 2. Lucæ. 11. 1. Ioan. 2. Galat. 5.

Vis petitionis.

Roma. 6

Lucæ. 1.

Io. 12. 14. 2. Cor. 6.

Sancti in Chriſto vicerũt carnem, mundũ & diabolum.

Hebræ. 11 Matt. 6. Matt. 13.

quo Deus in dies magis ac magis regnet in nobis,regno quidem ſpirituali,quod(vt iam diximus)eſt pax, iuſtitia & gaudium in ſpiritu ſancto. Secundò,quum nondum totus mundus Deo ceruicem ſubmiſerit, ſed plurimas etiam nationes gentes,ac populos tyrannus ille ſatanas adhuc occupet, quales ſunt impiæ gentes,Iudæi & Turcæ:rogamus vt eis regnũ Dei(cuius libertatem,dignitatem & felicitatẽ penitus ignorant,innoteſcat,vt ex mancipiis diaboli fiant ſerui Dei,cohæredes Chriſti,conſortes regni cœleſtis,vtque tandem fiat vnum ouile & vnus paſtor. Tertiò quum plerique etiam ſint, qui etſi regni Chriſtiani inſigne præ ſe ferant, ac Chriſti milites dici velint,nihilo ſecius tamen cum ſatana conſpiret, iactisque hæreſum ac ſchiſmatum ſeminibus,regni diuini gloriam,quod in ipſis eſt, dedecorant:optamus vt pater ille cœleſtis aream eccleſiæ ſuæ purget,de regno ſuo omnia ſcandala tollat,vt ſublatis hæreſibus ac ſchiſmatibus vniuerſis,eccleſia trãquilla gaudeat libertate. Quartò, quum terrena imperia ac magiſtratus, quod ad concreditam poteſtatem attinet, à Deo ſint ac conſtituantur, quibus tamen plurimi in regni cœleſtis ignominiam & eccleſię Dei ſuppreſſionẽ miſerè abutuntur: optamus vt tales principes ac magiſtratus ſuũ munus,& in primis regnum illud ſpiritus Dei agnoſcant,ac ſanctæ eccleſiæ Dei moleſti eſſe deſinant, qui etiam in viua eccleſiæ membra cum vocatis ſanctis coaleſcant.Certè non temerè Paulus iuſsit,vt omnium primum fieret obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus & regibus:& omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam ac trãquillam vitã agamus, in omni pietate ac caſtitate. Quod precandi genus putãdum non eſt dominicæ orationi (quã quicquid piè poſtulari poteſt, comprehenditur)incluſum non eſſe. Quintò,præcipuus finis huius petitionis eſt,vt recepti in regnum gratiæ & miſericordiæ Dei, tandem quoque regnum gloriæ & perpetuæ pacis poſt huius temporalis vitæ curriculum adipiſcamur, ingrediamurque. Hoc eſt enim ſummum illud deſiderium,quod de optima cõſcietia & mente rebus fluxis & terrenis exuta oritur, quo omnes ſancti mirum in modum æſtuarunt, quod videre eſt in Apoſtolo Paulo, qui illius ſumma expectatione tenebatur, quũ ait:Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

Rom.14. *Aug.de ſer.domini in monte.* *Orãdum pro impiis gentibus.* *Orãdum pro hæreticis.* *Matt.13.* *Oramus pro magiſtratibus.* *Roma.13.* *1.Tim.2.* *Augu.de ſer.domini in mõte.* *Regnũ gloriæ poſtulandum.* *Chryſo.in Mat.ho.20.* *Roma.7.* *Philip.1.*

Et

Et iterum: Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Rurſus alibi: *Roma.8.*
Sed & ipſi,inquit,qui primitias ſpiritus habemus, & noſipſi in nobiſipſis gemimus adoptionem filiorum Dei expectātes redemptionē corporis noſtri. Certè,modò ſapiamus hoc domini regnum(quod gloriæ appellamus) atque adeò ſecūdus ille domini aduentus,qui proximè tale regnum præcedet, quod Deus ſuis fidelibus perfectiſſimè tam in corpore quàm animo beādis largietur,aſſiduè optanda ac expectanda ſunt, idque ad exemplum ſanctorū patrum,qui diem ſupremi aduentus die noctúque ſummo ſtudio,ieiuniis,vigiliis,lachrymis,& precationibus vacantes videre cūpiebāt, ac ſecurè coronam iuſtitiæ expectabāt,in quam ſententia ſumma fiducia dixit Apoſtolus:Non ſolum mihi reddet coronā iuſtitię,ſed & his qui diligunt aduentum eius: Aduētum,inquā, magni Dei & beatam ſpem. Et Chriſtus monet,vt ſimiles ſimus hominibus expectantibus dominum ſuum,quādo reuertatur à nuptiis,vtque ad hāc diem redemptionis noſtræ leuemus capita noſtra,quando ſcilicet Chriſtus regnum ſuum plenū & integrum,ſubiectis ſibi omnibus quos æterna Dei voluntas ſuo regno deſtinauit,patri tradet ac reſignabit,& electis ſuis ea bona,quæ neque oculus vidit,neq; auris audiuit,nūquam auferenda donabit,talique regno aſciſcet, vbi non erit amplius vllus luctus aut dolor,vbi nō eſuriēt,neq; ſitiēt amodo neq; cadet ſuper illos ſol,neq; vllus ęſtus,vbi erit vita ęterna quies perpetua,ſempiterna lux & claritas,pax & tranquillitas nunquā finiēda, inenarrabile gaudium & lętitia,certiſſima ſempiternæ felicitatis ſecuritas,copioſiſſimaq; exātlatorū laborum merces. Quòd ſi quiſquā eo pietatis nōdum promouit, vt eius diei accelerationē ex aīo petere necdū poſſit, ſaltem is ardentiſſimis votis exoptet,vt in ſe gratiæ & miſericordiæ Dei regnum adueniat,vt fide,ſpe & charitate(quæ ſunt huius regni præcipuæ partes(de diabolo,mundo & carne feliciter triūphet, vt hoc ſpirituale Dei regnū in eo ſubinde creſcat & augeatur,vt cōſtanter perduret, nec vnquam obdormiat in morte,néve in ſatanę poteſtatē veniat,vt poſt exutum exteriorem hominem,cœptum in ſe regnum Dei,in illa cœleſti vita perficiatur. Denique is ſaltē expectet ſibi eū affectum à Deo donari quo hanc vitam peccatis & periculis plenam contemnat,ac odiſſe incipiat,illam verò alteram vitā,atque deò ſupremum aduentum Dei & ſaluatoris noſtri

Secundus aduētus domini ardēter deſiderandus.

Patres die noctúque ſupremū aduentum domini videre cupiebant.

2.Tim 4
Lucæ.12.
1.Cor.15
1.The.4.
Eſaiæ.64
1.Cor.2.
Apoc.7.
Apoc.21
Lucæ.20
Apoc.14
Matt.13.
Pſal.3.
Eſa.51.35
Matth.5.
Pſal.12.
1.Th e.5

Ieſu Chriſti, vel ex petere incipiat, etſi nōdū ex animo, impe diente infirmitate exoptet, vt nō tantum ſpiritus & animus eius integer in illū diē cōſeruetur, ſed & corpus humilitatis

1. The. 4. ſuæ, corpori claritatis Chriſti conformetur, vtque demū ipſe ſanctorum cœtui cōiunctus, ſimul cum illis obuiam Chriſto in aëra rapiatur, poſthac in æternum cum domino victurus.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Quæſtio.
Cyp. i oratione dominicam.
Aug. de ſerm. domini in mōte.
Pſal. 132.
Pſal. 113.
Heſter. 13
Dilutio.
Duplex voluntas.
Diuina.
Humana
Gene. 6.
Aug ſt.
Gene. 6.

Roges forſan principio, quidnam id ſit quod petimus, Dei fieri volūtatem, num vt Deus faciat quod vult? Nō quidem. Voluntas enim Dei ſemper fit, etſi nos, vt fiat, nunquam poſcamus, quemadmodum ſcriptum eſt: Omnia quæcūque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Et rurſus: Deus autem noſter in cœlo, omnia quæcunque voluit fecit. In eius ſiquidem ditione cuncta ſunt poſita, nec eſt qui poſſit reſiſtere voluntati ſuæ. Et ipſe eſt qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Quid ergo eſt quod petimus, niſi vt Deus non quod vult faciat, ſed vt nos facere poſſimus quod vult Deus? Sed vt penitius intelligas, quid & quanta petantur, ad duplicem voluntatem reſpicere oportet, nempe diuinam & humanam. Diuina nunquam non poteſt eſſe optima, noſtra verò nunquam eſt bona: ſed aut mala, aut ſaltem ad malum prona: nihilò ſecius tamen etſi mala & deprauata ſit, tamen volūtas eſt, quā Deus inuitam ac renitentē non immutat, ſed naturali ac innatæ volendi libertati relinquit. verum quum ipſa ſibi relicta ad peccandum tantum valeat ac perpetuò in malum prona ſit, ſicut ſcriptum eſt: Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, rectè poſtulamus, vt poſt cōcupiſcentias noſtras non eamus, vt à voluntate noſtra auertamur, vt non noſtra, nimirum mala, ſed Dei voluntas (quæ ſemper optima eſt) in nobis fiat ac peragatur. Subnectitur autem ordine quodam elegantiſſimo hæc particula ſuperioribus. Nam primum poſtulamus, vt nomen Dei nobis ac toti orbi innoteſcat ac inclareſcat: deinde, quia nō ſufficit nouiſſe Deum, aut in nos etiam nomen Dei in baptiſmo inuocatum eſſe, niſi ſtatim etiam Deus à baptiſmo poſt deſtructam ſatanæ tyrannidem, incipiat regnare in nobis: idcirco petendo ſubiungimus, vt adueniat ac in dies proferatur regnum eius in nobis. At quoniam in renatis ac regeneratis non

Quomodo differat & priores petitiones.

non ſtatim etiam extinguitur fomes ille peccati, quæ eſt lex membrorum, carnalis vtique cōcupiſcentia aduerſus ſpiritū perpetuò pugnans, ac faciens, vt non quæcūque voluerimus, eadem etiam faciamus, quòd tametſi Chriſtiano iam in Dei regnum tranſlato, voluntas bene agendi adiaceat, repugnante tamen natura vitiata, eam perficere non poſſit, niſi ſpiritu adiuuante. Proinde neceſſe eſt nos ſedulò poſtulare, vt Deus quod in nobis cœpit, etiam perficiat, hoc eſt carnalis cōcupiſcentiæ vim in nobis cōpeſcat, coërceat, ac mortificet, naturam corruptam ſanet, carnē reluctātem ſpiritui ſubiiciat, vtque poſt vocationem ſuam, in nobis etiam voluntatē ſuā impleat, & opus fidei in virtute perficiat, vt quemadmodum ſpiritus iam non reſiſtit Deo, ſequens & faciens voluntatem eius, ita & corpus non reſiſtat ſpiritui, qui nunc corporis infirmitate vexatur, ſed ſimul cum ſpiritu ad perficiendam Dei voluntatem feratur, vt tandem & carne & ſpiritu Deo ſeruire, & cum Dauid dicere poſſimus: Cor meum & caro mea exultabunt in Deum viuum. Sic orat Paulus. 2. Theſſal. 1. Hebræorum. 13. Idem orat Epaphras pro Coloſſenſibus, Coloſſenſ. 4. Rurſus, quum non ſufficiat nos à ſatanæ tyrannide ereptos, ac in regnum Dei tranſlatos eſſe, niſi etiā ad eiuſcemodi regni leges, vitam, omneſque actiones noſtras componere modis omnibus ſtudeamus, ac Deum nos regentem ac ducentem volūtariè ſequamur, quemadmodum ſcriptum eſt: Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mēdax eſt. Præterea, quū nō ſit ſatis declinare à malo, niſi etiā quod bonū eſt faciamus, nos verò nec velle nec facere efficaciter poſſimus quod vult Deus, niſi voluntas diuina nos attraxerit, ac libertatē noſtri arbitrij ſuę voluntati ſociauerit, atque adeò ea bona quæ pręparauit, vt in illis ambulemus, in nobis operatus fuerit: idcirco iuſto ordine petimus, vt Deus poſt gratiam iuſtificantem ſeu operātem, etiam gratiā ſubſequentē, cooperantē, ac coadiuuantē donet, cuius ope voluntatem eius & mandata facerę poſſimus. Denique, qui iamiam popoſceramus aduenire nobis regnum illud gloriæ eccleſię triumphantis, ſcientes interim hoc regno tantum nos potituros, ſi voluntatem Dei fecerimus, dicente Domino; Nō omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnū cœlorū, ſed qui facit volūtatē patris mei. Et iterum: Si vis vitā ingredi, ſerua mandatą: congruo nimirum ordine poſtulamus,

Viſte tiæ petionis. Rom. 7. Gal. 5. Cypria. in orationem dominicā. Augu. de ſerm. domini in monte. Pſal 83. 1. Ioan. 4. Pſal. 33. 2. Cor. 3. Auguſt. Ephe. 2. Matt. 7. Matt. 19.

Voluntas Dei alia atque alia præſcictiæ Dei nō eſt inquirēda ſed adorā da.

vt voluntatem Dei facere poſſimus,quam non facientes, in regnum cœlorum ingredi nequeamus.

POrrò,vt explicatior fiat huius particulæ vis à ſcripturis docemur aliam voluntatē Dei adorādā,aliam agnoſcēdā,aliam faciendā & ſequendā. Voluntas præuidentiæ, præſciētiæ,ſeu prædeſtinationis Dei,potius à nobis adorāda quàm curioſius inquirēda eſt, quemadmodū Paulus Roma.9.docet. Ad hāc voluntatē hæc orationis dominicæ particula eatenus pertinet,vt ardētibus votis petere debeamus, quoDeus nos quos ſecundum voluntatis ſuæ propoſitū prędeſtinauit,ſibi adoptare in filios per Chriſtū, vocās ſcilicet ac iuſtificans,tandem etiam iuſtificatos ac conſeruatos glorificet. Nec debet Chriſtianus hic vlterius progredi ad inquirendū ſcrupuloſius de hac Dei volūtate, multo minus num ipſe ex prædeſtinatis ſit,temerè dubitare ac ambigere. Nam credentes,de hac volūtate Chriſtus certos fecit, Hæc eſt inquit,volūtas patris mei,vt oīs qui videt(hoc eſt agnoſcit)filium,& credit in eum(hoc eſt dictis illius fidit, ipſiq; ſyncera fiducia,quam comitatur charitas, adhæret)habeat vitam æternam. Item: Hæc eſt voluntas eius qui miſit me patris,vt omne quod dedit mihi pater(nimirum per fidem(non perdā ex eo,ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hęc ſecum meditanti ac piis deſideriis ruminanti dulciſſima ſunt:Non glorificantur,niſi iuſtificati:non iuſtificantur,niſi vocati:nō vocantur,niſi prędeſtinati. Rurſus,prædeſtinati ad vitam,ęertiſſimè viuent,nec poſſunt perire cōtra volūtatem ac decretum Dei. Ergo qui fidem(gratuitum Dei donum)in ſe agnoſcit,huic prædeſtinationis Dei voluntas,non ignauiam parit,ſed mirabilem potius amorem Dei intus accendit, & ad omne bonum excitat, faciens vt pia mens orare ac dicere nunquam deſinat,Fiat voluntas tua.&c.

Roma.9 *Ephe.1.* *Nō debet quis ambigere,an ex numero prædeſtinatorum ſit.* *Ioan.6.* *Ibidem.* *Rom.8.*

Voluntas Dei ſcrutāda & agnoſcēda quæ.

SEcundo,eſt voluntas Dei, quam ſcrutari & agnoſci oportet,ea ſcilicet,qua erga nos affectus eſt Deus,quam,vt nota nobis faceret,miſit filium ſuū,qui redimeret nos,& ſanguinem ſuum funderet in remiſſionem peccatorum noſtrorum,Epheſ.1. Qua ei ab æterno placuit,vt per Chriſtum ſanctificaremur & purgaremur à peccatis. Hebræorum 10. quo ſancti eſſemus & mundi, ac ad omne opus bonum inſtructi. 1.Theſſalon. 4.&.5.cap. Quā voluntatē vt faceret Chriſtus, deſcendit de cœlis. Ioannis.6.quam etiam adimplere miro deſi-

deſiderio optauit, Ioãnis. 4. Iam etſi omnes ſancti de hoc vo- luntate edocti ſunt, non ceſſant tamen orare & poſtulare, vt impleantur agnitione voluntatis Dei, gratias agentes Deo pa tri, qui dignos eos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine, qui eripuit eos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ: In quo habemus redemptionẽ & remiſſionem peccatorum, qui eſt caput corporis eccleſiæ, pri mogenitus ex mortuis, in quo placuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eũ reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt, Coloſſen. 1. Eatenus ergo hæc petitio ad eam voluntatem referri poteſt, vt petamus fieri voluntatem Dei, vt ma gis ac magis agnoſcamus tantum myſterium, quod abſconditum fuit à ſeculis & generationibus, vt innoteſcãt nobis diuitiæ gloriæ ſacramenti huius, quod eſt Chriſtus: vt denique huius ſacramẽti vis & Chriſti beneficium ſeu voluntas patris in Chriſto in nobis adimpleatur. Quo deſiderio quid poteſt eſſe ſuauius? Quo Dauid, de longinquo in Chriſtũ reſpiciẽs imbutus clamat: Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me cõſolata eſt in humilitate mea, qui eloquium tuum viuificauit me.

Coloſſ. 1.

Pſal. 118.

Voluntas Dei cognoſcẽda & faciẽda quæ

Tertiò, eſt voluntas Dei bona, quæ & cognoſcenda & facienda eſt, Roman. 12. Epheſ. 5. Hæc eſt illa voluntas in lege Dei comprehenſa, ac ſita in mandatorum diuinorum cu ſtodia. In quam reſpiciens Dauid Pſal. 118. hoc vnum orat, vt eum Deus iuſtificationes ſuas doceat, vt eum in ſemita mãdatorum ſuorum deducat: Tu, inquit, mandaſti mãdata tua cuſtodiri nimis. Vtinam (ergo) dirigantur viæ meæ ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Hanc voluntatem Dei nos Chriſtiani non iam in mortua litera quærimus, ſed in Chriſto, veluti in viuo exẽplari expreſſam cernimus. Voluntas enim Dei eſt, quam Chriſtus & docuit & fecit. Siquidem ipſe eſt, de quo pater cœleſtis de cœlo intonans, dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Docuit autem Chriſtus ſoli Deo conſtantiſſimè fidere, Deum toto corde diligere, amare, in eo quòd pater eſt timere quòd Deus eſt, Deo omnino nihil præponere (quod nec ille nobis quicquã præpoſuerit, etiam filium ſuum vnigenitum pro nobis in mortem ignominioſiſſimam tradens) charitati eius inſeparabiliter adhærere, proximos ſicut noſipſos atque adeò ſuper

Philip. 3.

Cyp. ſ oratiorem dominicam.

Doctrina & via chriſti eſt voluntas Dei.

Matth. 17

Ioan. 1. 14.

Matt. 22.

Marc. 12.

Luc. 10. 11

Matth. 10

Ioan. 2.

Matt. 22.

Matth. 5

Roma.12 nos diligere, iniuriam facere nō noſſe, factam tolerare poſſe,
Ephe.5. cum fratribus pacem ſeruare, cordis munditiam amplecti, ve-
Matth.5. recundiam in verbis, iuſtitiam in factis, humilitatem in con-
Ephe.4. uerſatione, in moribus diſciplinam, & in operibus miſericor
diam tenere ac exhibere. Hoc ſiquidem eſt præceptum Dei, hoc eſt voluntatem patris facere, quam tamen ſolus Chriſtus omnium perfectiſsimè adimpleuit, & vt nos eam pro noſtro
Coloſſ.3. modulo adimplere poſſimus, facit. Hæc eſt illa volūtas Dei,
Matth.6. de qua dictum eſt: Qui autem facerit voluntatem Dei, manet
Luc.18. in æternum, quomodo & Deus manet in æternum. de qua &
Matth.9. Apoſtolus dixit: Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.
1.Ioan.2. Ergo quum dicimus, Fiat voluntas tua, hæc omnia in nobis
1.Theſſ.4 Deo authore agi petimus, ſine quo nihil boni facere poſſu-
Ioan.15. mus. Rurſus, voluntas noſtra ad ea quæ in mundo ſunt prona
1.Ioan.2. eſt, ea diligit, ea ſectatur, quæ nihil aliud ſunt quàm concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorū, & ſuperbia vitæ, quæ non ſunt ex patre, ſed ex cōcupiſcentia mundi, qui tranſibit
Caro habet ſuam etiam voluntatem. & cōcupiſcentia eius. Habet etiā in piis caro voluntatē ſuā, quæ, quandiu corpus hoc terrenum circūferunt, ſubinde negotium faceſſit voluntati ſpiritus. Oramus ergo, vt Deus voluntatem noſtrā cum fructibus ſuis (qui Galat. 5. recenſentur) mortificet, ſuámque voluntatem cum fructibus ſpiritus (qui ſunt charitas, gaudiū, pax, longanimitas, fides, māſuetudo, cōtinētia, caſtitas) in nobis operetur. Atque hæc eſt oratio, quam in pſalmis nuſquā nō obuiā reperias. Dirige (inquit Dauid) greſſus meos ſecundū eloquium tuum, vt nō dominetur mei
Pſal.118. omnis iniuſtitia. Item, Dirige greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. Item, Deduc me domine in via
Pſal.15. tua, vt ingrediar in veritate tua: Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Et reuera, mirādus eſt in hac meditatione Pſal
Pſal.1. tes toto illo celeberrimo pſalmo 118. Quin hæc demū eſt beatitudo noſtra in hac vita corporali, vt volūtas noſtra ſit in lege Dei, vt meditemur in ea die ac nocte, quod demū faciem[9],
Auguſtini dictū. docēte & cooperante Deo: alioqui nequaquā, vt beatus Auguſtinus, in huius petitionis vim reſpeciens, Deum pulchrè appellet, dicens: Fac quod iubes, & iube quod vis.

Dei ſequenda quæ. Denique, eſt voluntas Dei, quæ ſequenda eſt. Hæc eſt ea volūtas Dei, qua omnia in omnibus operatur ſecūdum
Fidei exordium, ſcu beneplacitum ſuum. De qua quum ſæpe, tum in primum ſymboli articulū multa dixim[9]. Certè qui fidei myſteriis initiari
velint,

velint, in primis ſic imbutos eſſe oportet, vt credant & agno ſcant vnum verum Deum, rerum omnium cōditorē, moderatorem ac ſeruatorem, omnipotentem, ſummè ſapientem ac bonum. Cæterum, qui deū omnipotētem agnoſcit, is ſtatim colligit nihil fortuitò, ſed omnia Dei nutu ac potētia fieri. Qui ſummè ſapientem, is iudicat omnes vias dei eſſe iudica, hoc eſt Deū omnia certo cōſilio ac rectiſſimè facere. Qui ſummè bonū, is intelligit omnia opera Dei optima eſſe oportere, tametſi homo animalis hæc non percipiat, quin potius ſæpiſſimè cōtrariū iudicet, quo fit vt interdū Deū blaſphemo ore accuſare & inſectari non formidet. Nō capit enim ratio quomodo Deus curet humana, præſertim cū videt bonos affligi, iniuriis affici ac opprimi, impios verò ac improbos omnium rerum affluentia florere: horum impia conſilia, concupitos ſequi ſucceſſus, illorum pios conatus ſæpe impediri. At homo ſpiritualis, qui de omnibus rectè iudicat, is ītelligit voluntatem Dei in omnibus quæ fiūt ac contingunt, lōge optimam ac iuſtiſſimam eſſe, veluti pios ſemper à Deo conſeruari ac defendi, piis ſuam eſſe, à Deo cōſtitutam mercedē, etſi nunc ipſorum opera, ab impiis veluti vana contēnantur: piis ſuas tentationes ac tribulationes non in iacturam, ſed in maiorem ſalutis profectum ac gloriam cedere, etſi nūc ſecus appareat. Ruſus nouit, Deū ipſos impios ſæpè multis beneficiis temporalibus afficere, vel vt eos beneficētia ſua ad ſe alliciat, ne habeant vllam contra Deum cauſandi materiā, vel vt inuictā ac glorioſam iuſtitiam ſuam, in obſtinatos contemptores diuitiarū bonitatis ſuæ poſtea declaret. Qui hoc etiā ſentit ſpiritualis, ab impiis nihil mali patrari poſſe, niſi permittente Deo, atque adeò quicquid improbi mali perpetrāt, hoc Deum mirabili conſilio cōtra malorum cōſilium ac propoſitum in cumulum gloriæ ſuæ piorúmque vtilitatē & profectum vertere: quod videre eſt in Pharaone, & Iuda, & reliquis Chriſti perſequutoribus, quorū impij conatus Dei gloriam quammaximè illuſtrarunt, atque interim tamen cernit ſpiritualis Deum, deprauatum illum impiorum affectum (in quo ſolo peccati vis cōſiſtit, & cuius author eſt diabolus) omnino non probare, etſi naturæ opus in improbis non prohibeat, quòd niſi mala volūtas accederet, ex ſe malū non eſſet. In ſumma, hoc habet ſpiritualis perſuaſum, Deo voluntatem ſemper, & vbique fieri, ac Deū nihil velle, niſi quod eſt opti

Primū elementum.
Roma. 9.
Deut. 32.
Gene. 1.
1. Corin. 2
Pſal. 72.
1. Corin. 2
Pſal. 33. 36.
Sap. 5.
Roma. 8.
Roma. 1.
Cur impij dei beneficiis afficiantur.
Spirituales ab impiis nihil mali pati poſſunt.
Sap. 5.
Deus malorū conatus in ſuā vertit gloriam.
Iuſtū eſt, vt nos totos dei voluntati ſubmittamus.

Iacob.4. mum,proindéque iuſtum ac ſanctū eſſe,vt nos totos Dei voluntati ſubmittamus,vt Deo nunquam obmurmuremus,ſed potius tam in aduerſis quàm in proſperis gratias ipſi agamus. Atque hoc ipſum eſt quod petimus, dicētes,Fiat volūtas tua. Quo quid aliud poſtulamus?niſi vt Deus eum affectū nobis inſpiret,ne pro noſtro iudicio & ratione,ſed ex Dei volūtate,viuendi agendíque rationem ineamus,ne noſtris conſiliis Dei volūtatem anteuertamus,vtque quicquid agendū ſuſcipimus,Dei volūtati cōmittamus,vt nihil faciamus niſi quod Deo probari confidimus,& vt in iudicando fallamur,hoc tamen ſemper potius ducamus,vt vel Deus conatus noſtros impediat,quàm vt ſuæ voluntati quicquam contrarium operemur:breuiter,vt potius Dei voluntas de nobis fiat quàm noſtra.

Voluntas Dei nō eſt anteuertēda,ſed vocanti Deo obſequendum. Sic nos docet Iacobus,non vt dicamus,Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitaté,& faciemus ibi quidem annum,& mercabimur & lucrum faciemus, qui ignoramus quid erit in craſtino.Sed potius dicamus,Si dominus voluerit,& ſi vixerimus,faciemus hoc aut illud.Sic Paulus non proficiſcitur ad Macedones,niſi vocatus:rurſus in ſpiritu iuſſus reuerti Hieroſolymam,non audit Agabum prophetam prædicentem ipſi vincula & carceres.Non audit diſcipulos profectionē deprecantes,ſed Dei voluntati ſe cōmittit.Ioſiæ(alioqui pio regi) male ſucceſſit,quòd bellum ſuſcipiens Dei voluntatē præuerterit.

Acto.16. Acto.21. Acto.20 4.Re.23.

1.Cor.7. Secundò,quum Dei voluntas ſit,vt vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt,in ea permaneat apud Deum,hoc eſt vt ſortem ſuam æquo animo ferat, non contendat ſtatum ſuum temerè mutare(niſi aliqua cōmoda à domino detur occaſio, melioris conditionis,citra vllam rerum perturbationem amplectendæ)ſed magis vt cuique ſua ſors contigit à Deo,in ea Chriſto quieto ac tranquillo animo ſeruiat.

Vnuſquiſque ī qua vocatione vocatus eſt,in ea permaneat. Alligatus es(inquit Apoſtolus) vxori, noli quęrere ſolutionem.Solutus es ab vxori, noli quęrere vxorem.Si autem acceperis vxorem, non peccaſti,Seruus vocatus es,non ſit tibi curæ,ſed & ſi potes fieri liber,magis vtere.Vnumquenque ergo ſicut vocauit Deus,ita ambulare oportet.Sed quum vix reperias vllum hominem(niſi renouatum)qui eiuſcemodi Dei voluntati libens obſequatur,quod gentilis poeta nō tacuit,quum inquit:

Horatius ſatyra.1. Qui ſit Mœcenas,vt nemo quam ſibi ſorte,Seu ratio dederit,ſeu ſors obiecerit vltro.Contentus viuat,laudet diuerſa ſequentes.

1.Cor.7. Idcirco nobis à Deo poſtulandum eſt,vt vocationem noſtram

ſtram æquo animo feramus, vt in ea trãquilla mente perſeuc remus, vt ſanctè pięq; (quod in omni ſtatu fieri poteſt) viua mus. Vt quicquid affert ſtatus tẽporariç ſolicitudinis, negli gamus: vt qui habent vxores, tanquã nõ habẽtes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam nõ gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam nõ vtãtur: præterit enim figura huius mũdi. Breuiter, vt tantũ ſoliciti ſimus quæ domini ſunt, & quomodo Domino placeamus. Tertiò, hac particula à Deo petimus, vt ęqua mẽte tam in proſperis quàm in aduerſis ſimus, vt Dei voluntas fiat, ſiue nos viuere ſiue mori velit, ſiue affligi vt corrigamur, ſiue ſubleuari, vt ſuæ benignitati gratias agamus. Petimus, inquã, vt iniuriam nobis illatam patienter feramus, vt vindictæ cupiditate careamus, vt per contumelam, vim, vel calamitatem nobis immiſſam, diuinam fieri voluntatem agnoſcamus, quòd hæc omnia ſic adminiſtret Deus, vt noſtra voluntas impediatur, quo magis ſua voluntas in nobis dominari poſſit.

Cyp. ĩ orationem dominicam.

Petimus vt ĩ aduerſis, perĩde atq; ĩ proſperis æqua mẽte ſimus, ſem per Deo gratias agentes.

RVrſus, hoc petimus, vt ſi quis aliter quàm nos volumus faciat quid, aut omittat, loquatur aut ſileat, ne ea re ad iram & impatiẽtiam cõmoueamur, ne queramur, vociferemur, iudicemus, cõdemnemus, aut alios calumniemur. Vt iis qui noſtræ volũtati aduerſantur, placidè cedamus, atque etiã pro rei qualitate gratias agamus, veluti qui optimã Dei voluntatem cõtra noſtram (quæ mala eſt) promouerit. Petimus quoque eum affectũ nobis donari, vt ſentiamus nobis neminem incõmodare poſſe, niſi idem multo magis ſibiipſi coram Deo noceat, vt proinde magis ad miſericordiã, quàm ad vĩdictam cõtra proximũ de nobis male merentẽ incitemur, nec ob id gaudeamus, ſi illi qui nobis minimè parẽtes fuerint, in calamitatem inciderint, vel etiam ipſis, bonum rerum ſucceſſum inuideamus, ſed potius vt bona pro malis rependere ſtudeamus, & ſimiles patri noſtro eſſe pergamus, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Præterea petimus, vt omnis fortunæ, dolorum, cruciatuum, ægritudinum, morborum, breuiter, omnium aduerſitatũ victores ſimus, vt hęc ſimul & inopiam, ignominiam, tyrannides, vim potentiorum, crucẽ, & omnia incõmoda, quin & ipſam mortẽ patiẽter feramus, ſentientes in hoc Dei fieri volũtatem, vt caro noſtra mortificetur. Denique petimus, vt patienter & læto animo hinc emigremus ac obdormiamus, ne impatiẽtia aut deſperatione vi-

Matth. 5

Matt. 7.

Roma. 8.

Matth. 5

Luca. 6.

Roma. 8.

ſti, Dei volũtati repugnaſſe videamur. Hæc oĩa vides Chriſtum Ieſum exactiſſimè, perfectiſſimeq́; & optaſſe & feciſſe & docuiſſe. Ille carnis, mundi, ac ſatanæ voluntatem & tentationes fortiſſimè ſuperauit. Ille non tantum turbæ volẽti eum, vt regem faceret, rapere, ſed & electis diſcipulis, atque adeò amantiſſimę virgini matri (alio, quàm quò patris volũtas) vocantibus, reſtitit, vbiq; teſtatus ſe veniſſe de cœlo, nõ vt faceret voluntatem ſuam, ſed eius qui miſit eum patris. Ille denique agnus omnium innocẽtiſſimus, qui peccatũ nõ fecit, & in cuius ore dolus inuẽtus non eſt, factus eſt obediẽs patri vſque ad mortem, mortem autem crucis, & vt infirmitatem hominis, quem portabat, oſtenderet, dixit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Vt autem exemplum nobis tribueret, quo Dei volũtatẽ noſtrę omnino anteponeremus, ſubiecit: Veruntamen, nõ quod ego volo, ſed quod tu vis. vt pudere debeat hominem ſeruum, ſuã Dei voluntati præferre, vbi vnigenitus Dei filius, in mortem vſque Deo patri obędiens eſſe voluit, atque adeò omnes iniurias, cõtumelias, cõuitia, cruciatus, & cętera quę crucifixores eius ipſi intulerũt, patienter tulit, vt etiam pro illis patrẽ exorauerit, dicẽs: Dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Hinc Chriſti ſpiritũ omnes pij, quotquot ab origine mundi fuerunt, aſſequuti, ſimiles egerunt de ſua voluntate triumphos, Dei voluntati in omnibus obtemperãtes, quemadmodum videre eſt in Abel, Enoch, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Iob, Dauid, ac cæteris patriarchis & prophetis, in ſanctis Apoſtolis, glorioſis martyribus, piis confeſſoribus, ac ſacratis Deo virginibus. Eundem ergo affectum, vt nobis Deus ingeneret, oramus, dicentes, Fiat voluntas tua.

Matth.4 Ioan.6. Luc.2. Matt.16 Ioã 4.6. Eſa.53. Ioan.1. 1.Pet.2. Philip.2. Matt.26 Cyp. in oratione dominicam. Luca.23. Sancti veſtigia Chriſti inſecuti ſunt.

SICVT IN COELO ET IN TERRA] Germanus ac principalis intellectus particulæ eſt: Quẽadmodũ (ô pater cœleſtis) volũtas tua perfectè fit in angelis & cœleſtibus ciuibus qui tibi vnanimes ſeruiũt, tuæq́; diuinæ volũtati ſummo ſtudio adhærẽt, teq; fruũtur, nullo error obnubilãte ſapientiam eorum, nulla item miſeria eorum beatitudinem impediente. Et quemadmodum in cœlo omnia libere fiũt, & nõ alia quidem audiunt angeli, alia verò contemnunt, ſed volũtati cedunt diuinę, & in omnibus obſequuntur, quẽadmodũ Pſaltes ait: Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiẽdam vocem ſermonum

Chryſoſt. in Matth. hom.20. Aug. ad Probam. Sententia particulæ. Pſal.102

num eius. Item: Benedicite domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis volũtatem eius. Ita, ô pater, præſta, vt tua quoque volũtas in hominibus, qui in terra ſunt, & de terra (quod ad corpus attinet) facti ſunt, ſine vlla remora inculpatè & ex integro fiat, vt quemadmodũ in cœlis ſumma pax & cõcordia eſt (vnde eiectus eſt diabolus) ita & in terris per filium tuum, per cuius ſanguinem pacificata ſunt omnia, vel in cœlo vel in terra, pax bonæ voluntatis redũdet, vt quemadmodum angeli, ita homines tuis diuinis iuſſionibus, deuictis carne, mundo ac ſatana, vnanimes ac tranquillè pareant ac obediant. Ad hoc certè reſpicit angelica illa prædicatio, Gloria in excelſis Deo, & in terris pax hominibus bonæ voluntatis, quam alibi explicauimus. Secundo, ſic poteſt intelligi particula, vt quemadmodum in cœlo, hoc eſt in iuſtis, qui cœlis cõparãtur, ita quoque in peccatoribus & in iuſtis (qui in ſcripturis terra appellantur) Dei voluntas fiat, vt ſcilicet peccatis exploſis & immundis ſpiritibus eiectis, Deum agnoſcere incipiant, & ad animi tranquillitatem per pœnitentiã redeuntes, vna cum iuſtis Dei voluntaté faciant & exequẽtur. Tertio, non eſt abſurdus intellectus (quẽ & ſuperius attigimus) vt pro cœlo & terra accipiamus ſpiritum & carnẽ, vt ſit ſenſus: Quemadmodum ſpiritus in renouatis nõ reſiſtit Deo, ſequens & faciẽs voluntatẽ eius, ita & corpus nõ reſiſtat ſpiritui. Et quemadmodum ſpiritu ſeruimus legi Dei, ita etiam carne ſeruiamus, quod tandem perfectè fiat in vita illa æterna, vbi erit ſumma pax, vbi non ſolum velle bonum adiacebit nobis, ſed etiam perficere. Interim tamen orandũ eſt, vt quemadmodum corde ſecundum interiorem hominẽ delectamur legi Dei, ita etiam corpus ſenſim mortificetur, mortificatúmque huic delectationi accedat, vt tandem integer ſpiritus noſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu cõſeruetur. Certè ſi fideliter hoc oramus, fidelis eſt qui vocauit nos, qui etiam faciet.

Gene. 1. / Apoc. 12 / Luc. 1. / Cypri. in oratione dominicã. / Augu. de ſer. domini ĩ mõte. / Auguſt. Ibidem. / 1. Ioan. 5 / Ro. 7. 8. / 1. Thе. 5. / Ibidem. / 1. Cor. 1.

Panẽ noſtrum quotidianũ. da nobis hodie.

SVperiores petitiones ſummam ſalutis noſtræ continent, quibus ea poſtulamus, quæ ad perfectã & abſolutã beatitudinem, quam olim cum angelis cõmunem habebimus, poſtulamus. Sed quoniam interim carnales ac mortales ſumus, multa & ſpiritus & animi ſuſtẽtatione egentes, donec ad vl-

Chryſoſt. in Matth homil. 20

Sequentes petitiones reſpiciunt vitam præſentem.

timam illam immutationem,per quã mortale hoc induet im mortalitatem,perueniamus:Idcirco eas etiam petitiones an nectimusquibus omnia tam ſpiritualia quàm temporalia bo na ad hanc vitam traducẽdam neceſſaria nobis donari poſtu lamus. Mala item omnia(quę nos ab inſtituto curſu ad regnũ cœleſte nobis per Chriſtum promiſſum remorari poſſunt) deprecamur,iuſtiſſimò ordine ab hac particula ordiẽtes, PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

Vis petitionis.

Quæ particula,vt cæteræ omnes, quot dictiones habet,tot habet & myſteria.

Panis appellatione quid veniat.

Panis(vt ſuperius in ſacramentũ Euchariſtiæ diximus)in ſcripturis variè accipitur.Nã quandoque deſignat omnia ad præſentis vitæ ſubſidiũ neceſſaria, & præſertim ea,quæ ad victum & amictum ſpectãt.

Panis corporalis.

In quam ſentẽtiam dixit Iacob Gene.28. Si dominus dederit mihi panem aduefcendum, & veſtimentum ad induendum,erit mihi dominus in Deum,& lapis iſte quem erexi in titulum,vocabitur domus Dei.Vnde hoc vocabulo panis ſic accepto,veniunt omnia quę ſunt ad hanc vitam corporalem neceſſaria, quæ Chriſtus his verbis,Matthęi 6.deſignare voluit,Hæc omnia adiicientur vobis.

Panis ſpiritualis.

Interdũ vero panis ſpiritualiter accipitur,idque trifariam.

Verbum Dei.

Deut.8.

Matth.4

Primum, prò verbo Dei, quo fidelis anima ſubinde reficitur ac ſuſtẽtatur,quemadmodum Deuteronomij octauo,& Matthæi quarto legimus: Non in ſolo pane viuit homo,ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei.

Chriſtus Deus & homo panis.

Secundo,panis propriè Chriſtum Deum & hominem ſignificat,quatenus ſcilicet pro nobis de cœlis deſcendit,carnem induit ac immolatus eſt.Nam quum eatenus fide percipitur.fit veriſſimus ac efficaciſſimus animæ cibus, dũ ſcilicet fide in carnis ſuę immolationẽ nos certos reddit de parta ſalute,ac ſuprà quàm dici poteſt delectabiliter ad vitam ęternam reficit.Quid enim iucundius,quàm cùm tali fiducia freti,nõ dubitamus nos propitium habere Deum & patrem atque hîc fore,vt olim omnibus peccatis exuti,& vera iuſtitia pleni,æternam & beatam vitam cum ipſo Chriſto & patre viuamus?

Locus Ioan.6.explicatus.

In quam ſententiam dixit Ioannis cap.6. Operamini non cibum qui petit, ſed qui permanet in vitam æternã, quem filius hominis dabit vobis.Et ſtatim poſt:Ego ſum panis viuus,qui de cœlis deſcẽdi:ſi quis manducauerit ex hoc pane,viuet in ęternum,& panis quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi vita.

Euchariſtia panis.

Tertiò denique,panem pro ſacroſancta Euchariſti

chariſtia accipi conſtat,in qua,nobis non tantùm caro & ſanguis Chriſti ſpiritualiter,ſed etiam naturaliter & corporaliter porrigitur,quemadmodum Paulus teſtatur,quum ait:Calix benedictionis cui benedicimus,nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quam frangemus, nónne participatio corporis domini eſt? *1.Cor.10.*

IAm conſtat,omnia hæc, quæ appellatione panis continentur,hac precationis dominicæ particula rectè peti.In primis enim hac ipſa particula petimus,quæcũque ad præſentis vitæ ſubſidiũ neceſſaria ſunt veluti ſunt cibus,potus, veſtis, certæ ſedes,ac alio omnia, ſine quibus commodè viuere non poſſumus.Sed roges: Qui fit,vt nos dñs orare iubeat pro his adipiſcendis,quæ huic vitæ neceſſaria ſunt quum ipſe dicat, Nolite ſoliciti eſſe,dicẽtes:Quid mãducabimus,aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis. Nam ſi pro his ſoliciti eſſe non debemus, ne orandum quidem pro eis videtur,quum oratio non niſi cum ſummâ animi intentione ac ſolicitudine dirigenda ſit.Itidẽ quũ Chriſtus dicat,Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis, videntur hæc non quærenda proindeq́ue nec petenda, ſed tantum regnum Dei & iuſtitia eius. Præterea etiamſi non oremus, nihilo ſecius non tantùm piis,ſed & malis hominibus panem quotidianum largitur Deus,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Quid ergo eſt quod Chriſtus non orare iubet in hunc modum,Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie? niſi vt doceat, hæc nos non aliùndè quàm à Deo petere, & expectare oportere. vt ſcilicet nos à mundanis hominibus diſcernat, ac alio affectu quàm vulgari nos præditos eſſe debere declaret.Mundi enim iudicio ſtulta propemodum hæc videtur petitio, quòd mundus, quicquid ad ſuſtentandum corpus pertinet, magis labori ac ſolicitudini humanæ tribuat, quàm à Deo expetat aut expectet. Sed pij,quicquid,id eſt quo vitam traducimus,inter dona Dei computandum eſſe ſciunt. Rurſus, hoc eſt impiis cum piis commune, vt habeant panem ad manducandum,nec raro longè abundantius piis.Sed hoc intereſt,quòd piorũ eſt panem de manu Dei,id eſt benigna illius gratia cum gratiarum actione percipere, quum impiis per iniuſtitiam diabolus præparet.Ergo petitionis huius hic

Auguſt. de ſermo. domini in monte.

Aug. de ſermo.dõmini in monte.
Quæſtio.
Matt.6.
Ibidem.

Matth.5.
Dilutio.

Mundus ſuæ ſolicitudini, nõ Deo, tribuit bona corporalia
Pſal. 48. 72.
Ioan 14.
1.Cor.10.
Coloſſ 3.
Vſus petitionis.

eſt ſenſus: Quemadmodú filij huius mundi, quandiu non ſunt abdicati vel emancipati, ſed in parentum poteſtate cõſtituti, de victu ſoliciti non ſunt, ſed tantum, quum opus eſt cibum à parentibus poſtulant, certi ſe, quod petunt accepturos: ſic
Matt.6. multo minus deceat nos de victu ſolicitos eſſe qui edocti ſumus omnem craſtini ſolicitudinem abiicere, ac agnoſcere patrem noſtrum cœleſtem tam diuitem, tam benignum, tam a-
Ibidem. mantem, cui tantopere curæ ſumus, non cõmiſſurum, vt quũ paſſerculis etiam de victu proſpiciat, quum lilia campi tanto decore veſtiat, nobis in filios cooptatis, victus aut amictus à ſe
Pſal.33. petitus & expectatus vnquam deſit. In quam ſentẽtiam Pſaltes dixit: Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum dereli-
4.Reg.17. ctum, nec ſemen eius quęrẽs panem. Et Salomon Prouerbio-
4.Reg.4 rum decimo ait, Deum nõ occidere fame animã iuſti. Id quod
Dane.14 & inſignibus exemplis. Heliæ, Heliſæi & Danielis prophetarum manifeſtum euadit. Nec tamen hoc putandum eſt, Chriſtum noluiſſe vt laboremus, quum ad laborandum conditi ſimus, quemadmodum aues ad volandũ, & Geneſis teſtatur iuſ-
Gene.3. ſiſſe & ordinaſſe Deum, vt Adam poſt lapſum, victũ in ſudore vultus ſui quęreret, ſed hoc voluit Chriſtus, ne laboribus noſtris, veluti cauſę, rei euẽtum tribueremus, aut victum ſolicitudini noſtrę acceptum ferremus: ſed magis Deo, qui ſi laboribus noſtris ſuam benedictionem nõ addat, terra præter ſpinas ac tribulos nihil nobis germinabit: atq; adeò labores noſtri, ſi Dei benedictio nõn accedat, etiam quod ad corporalẽ ſuſtentationem attinet, parum aut nihil proderunt: quod & res ipſa declarat, quum Deus permittit fruges clade interire: tum enim videmus quàm nõ ſit in nobis ſitum, vt terra labo-
Ibidem. ribus noſtris reſpondeat, ſed planè experimur, totũ à Deo pẽ-
Laborandum nobis auiũ more dere. Laborandum eſt itaque, ſed auium more, quæ officium quidem ſuum cantãdo expediunt, ſed interim de victu ſolicitæ non ſunt, ex Dei prouidentia reperientes, quod edant. La-
1.Theſ.3. borandum inquam eſt, ne Deum tentare videamur, ſi contra
Pſa.144. eius ordinationem foueri cupiamus, ſed ſine ſolicitudine, nimirum labores noſtros Dei benedictioni permittentes, ac ab ex ſolo pẽdentes, qui aperit manũ ſuam, & implet omne ani-
Pſal.127. mal benedictione. Qui ſic in timore Dei laborant, hi ſoli la-
Pſal.126 bores manuum ſuarum mãducabunt, id eſt dona Dei cũ gaudio cordis & gratiarum actione percipient: quũ interim impiis ſeſe labore enecãtibus, vanum ſit ante lucem ſurgere, qui.

etſi

etſi coram mūdo locupletiſsimi appareant non alium tamen, quàm panem doloris manducant.

VT ergo Chriſtus tam vanam ſolicitudinem, & præter benedictionem Dei, prorſus inutilem nobis eximeret, & vt quicquid eſt ſuperfluæ voluptatis magis quàm neceſſariæ frugalitatis reſecaret, in primis ſimplici verbo, panis, vtitur, vt intelligamus, nos nec delicata nec ſuperflua, ſed tātū neceſſaria petere debere, ac habentes alimenta & quibus tegamur, his contentos eſſe oportere. In quem modū Solomonem quoq; poſtulaſſe legimus, Prouerbiorū triceſimo: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantū tribue victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen Dei mei. Et idcirco non fruſtra in hac petitione addimus, NOSTRVM. Noſter enim panis eſt, quē Deus nobis ad vſum tātum humanæ vitæ ſuppeditat, quo commodè & neceſſario ad piè viuendūm, & fratribus inſeruiendum alimur, non quod ad laſciuiēdum præter neceſsitatē luxuriamur. Noſter eſt, quem dominus iuſtis rationibus partim nobis ſuppeditat, non quem fraude, dolo, calumnia, vi cōquirimus, & ex proximi ſuſtantia ac ſanguine exugimus. Nec hoc contentus, addidit Chriſtus, Quotidianū: Item, Hodie, vt omnino quid vellet, intelligeremus. Per quotidianū enī victū, parabilem intelligi voluit, adimens ſtudium ſumptus & deliciarum: per (hodie) denique ſubſtulit curam craſtini. Quemadmodum paulo poſt apud Matthæū ait: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia ſua. Perinde atq; ſi ſingulis noſtrum diceret: Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Non eſt quur anxia ſolicitudine & cura te emaceres, pro victu in annos & dies plurimos congregando, quòd hāc irrideat Deus, quemadmodū Parabola de homine diuite (cuius vberes fructus ager attulit) declarat. Is enim cū multa ſolicitudine ſibi diuitias paraſſet, horrea priora deſtruxiſſet, maiora feciſſet, & illuc omnia, quæ nata ipſi erant cōgregaſſet, & iam animę ſuę diceret: Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare, en ex inſperato audiuit ſibi Deum dicentē: Stulte, hac nocte repetent animā tuā à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? vbi vt parabolæ vim explicaret, continuo ſubiungit, Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & nō

Cypria. in orationem dominicā

Chryſoſt. in Matt.

1. Tim. 5.

Chryſoſt. in Matt.

Chryſoſt. Ibidem.

Matt. 6.

Pſal. 54.

Lucæ. 12.

eſt in Deum diues. Nimirum omnes qui eodem ſunt affectu, eadem damnationis cenſura percellens.

Vis verborũ, da nobis.

NEc grandi myſterio carent hæc verba, DA NOBIS. Quo in primis ſignificamus noſtrã indigentiam & inopiam, deinde conuincimur etiam, quòd ex nobiſipſis hũc panem habere non poſsimus, ſed ſolum Deum eſſe, qui eũ & dare poſsit & velit. Quo etiam hoc ſimul oramus, vt Deus nobis eam cognitionem donet, qua certò ſentiamus eũ panem quo alimur, ac cætera omnia quibus ſuſtentamur, diuinitus nobis donari, vtque pro tanto beneficio ipſi grati ſimus, iuxta illud Pſaltis: Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Item, Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcã in tẽpore opportuno: Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione. Quamobrem parochi ſummo ſtudio plebem admonere debent, ne morem, illum omnium pientiſsimum benedicendi domino ante cibum ſumptum, & gratias agendi Deo poſt ſumptum, (quem à Chriſto profectum & ab omnibus piis in hæc vſque tempora vſitatum conſtat) intermittant, aut negligant quod vel hoc ipſo more quæcunque in hanc particulam diximus, in memoriam nobis reuocentur. fiducia erga Deum alatur, & debitæ gratiæ ipſi pro collatis beneficiis reddantur.

Mos benedicẽdi domino & ante & poſt cibum retinẽdus.

1. Cor. 5.

POrrò quod dicit, NOBIS pluraliter, non mihi, hoc ipſo Chriſtus indicat, Deum, quęcunque dat, non nobis ſolis dare, ſed & aliis per nos, & proinde partem illorũ cedere debere ſibi parare non valentibus: atque eo ipſo tenacitatem tollit rerum communionem (quum neceſsitas proximi poſtulat) largitatémque & liberalitatem cõmendat. Ergo fruſtra in hunc modum orabunt impij, qui nõ tantum pauperibus, quæ acceperunt à Deo communicare renuunt, ſed & inſuper pauperes diripiunt, ſpoliant, ac fraudè dolisque, ſeu etiam iuris verſutia circumueniunt, vt ſolos locupletent, quos ſummopere odit, & quammaximè in prophetis deteſtatur Deus. Certe Chriſtianus iudicare debet ſe nihil tanquam proprium tenere, ſed omnia in vſus proximi, quum res poſtulat lubenti animo communicãda eſſe. Rectè dictum eſt in tenaces & ſordidos: Paſce fame morientem: ſi nõ paueris, occidiſti. Et alibi: Eſurientium panis eſt, quem tu detines: nudorum veſtimentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt pecunia, quàm

Impietas huius ſeculi diuitũ.

Cyrillus.

47. diſt. c. ſicut

quàm tu in terram recondis.

SEcundo,hac particula petimus, vt pater ille cœleſtis non ſolum corporalem,ſed & cœleſtem & ſpiritualem alimoniam,qua animus & ſpiritus noſter vegetatur, nobis impertiat. Et in primis,vt intellectũ diuini verbi,& diuinorũ mandatorum ſuorũ dare dignetur. Verbum enim Dei,verè ſpiritualis panis eſt,qui animum paſcit & reficit,quemadmodum locus ille Matt.cap.4.ſuprà citatus,atque adeò res ipſa teſtatur. Rurſus,meditatio & operatio diuinorum præceptorum panis eſt, quem Pſaltes dulciorẽ eſſe pronũciat ſupra mel & fauum,Petimus,itaq; vt Deus hũc panem nobis dilargiatur, vt ipſe eum nobis frangat ac impertiat,vtq; eodẽ pane & intellectũ & volũtatem noſtrã reficiat ac corroboret.Præterea vt quotidie nos eum panẽ operari (hoc eſt vt nos ſedulò in lege Dei meditari ac ambulare)faciat,quo ſcilicet eiuſcemodi ſpirituali alimonia aliti & cõfortati, tãdem ad illam perfectionẽ,abſolutamq; vitæ beatę ſaturitatẽ peruenire mereamur. Vocatur quoq; & iſte cibus Quotidianus,ꝙ quandiu iſta vita tẽporalis perdies decedentes ſuccedenteſq; peragitur,animi noſtri affectus nũc in ſpiritualia,nũc in carnalia alternãt:quo fit,vt quotidie panis iſte nobis neceſſarius ſit,quo animus ſubinde relabens & eſuriẽs erigatur,reficiaturq;.Petitur autem & hic panis,nobis à Dẽo dari, quòd verbũ Dei nõ aliter ſalutare ſit,nec in animæ viſcera traiiciatur,fructũ ſe dignũ pariens,niſi Deus ipſe intus docuerit. Fruſtrà ſiquidem concionatoris vox aures foris pulſabit,niſi & vnctio(id eſt gratia ſpiritus ſancti) verbi vim in animi receſſus inſerat, ac faciat nos Theodidactos, id eſt à Deo doctos . Certè qui quotidie in ĩtellectu verbi Dei promouet,adoleſcitq; & grandeſcit quotidianis virtutũ auctibus,is ſolus verè ſentit, quàm dulcis animæ cibus ſit,verbũ Dei,vt iam libeat exclamare cum Dauid, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo?Et iterum,Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Hoc cibo iuxta naturæ noſtræ modulũ donec hanc tẽporalem vitam gerimus(quod,hodie, denotat)ali nos oportet,donec ad perfectum robur plenitudinis,quæ eſt in Chriſto Ieſu,nunquam non proficientes perueniamus.

Aug. de ſer. domini in monte. *Verbum Dei panis animæ.* *Pſal.18.* *Aug. Ibidem.* *Quotidianus.* *Verbum Dei nõ aliter ſalutare,niſi Deus ipſe doceat.* *1.Ioan.5.* *Theodidacti.* *Hodie.* *Philip.3.*

TErtio, & magis peculiariter panis quem petimus ipſe Chriſtus eſt, vitæ largitor & author, quem nobis fame pereũtibus de cœlo mittere Deus dignatus eſt. Nõ enim ex-

Chriſtus panis verus quide cœlo deſcendit.

plebat animum noſtrum panis philoſophorum,aut fermentũ
Pſal.106 Phariſæorum,ſed panis ille cœleſtis,qui dat vitã mundo. Pe
Ioan.6. timus ergo,vt Deus hũc panem nobis quotidie det,id eſt vt per ſpiritum ſuum nos doceat incarnationis Chriſti myſteria,idque per fidem,qua ſciamus & cognoſcamus Chriſtum carnem ſuam dediſſe pro mundi vita,hoc eſt pro noſtra redẽptione,Deóque patri pro noſtris peccatis ſatisfeciſſe. Deinde in hac carne reſurrexiſſe,vt certi ſimus,eum regnare nũc
Roma.6 immortalem,in hoc,vt nos in membra ſua coagmẽtatos,planè iuſtificet, & reddat etiam poſt hanc exactam vitam immortales & beatos. Sic enim ſpiritualiter paſcitur animus no
Roma.4 ſter ſuauiter,fide recolens, quòd Ieſus Chriſtus traditus eſt pro delictis noſtris,& reſurrexit propter iuſtificationem no-
2.Cor.3. ſtram Petimus autem hunc panem nobis quotidie dari, hoc
Ioan 14. eſt hanc fidem in nobis in dies augeri, quo tandem eo perducamur,vt& ipſo Deo,id eſt diuinitate Chriſti,qua idẽ eſt cum patre,paſcamur,lætiq; ac alacres vitam ſanctam in Deo
Ioan.6. agamus,certi ac ſecuri,quòd hunc panem manducantes, hoc
1.Cor.13 eſt in Chriſtum pro nobis crucifixum & mortuum credẽtes, non moriemur in æternum, ſed trãſeamus à morte in vitam. Quoniã verò hæc perfruitio deitatis hic nondum plena eſt, tum verò plena erit,quando extincto in nobis per ſpiritum Chriſti omni peccato, Deus in nobis erit omnia in omnib⁹:
1.Cor.15 idcirco poſtulamus hũc panem hodie, hoc eſt quãtiſper nos hanc mortalem vitam viuimus,nobis dari. Petimus etiam,vt
Ioan.6. hunc panẽ ipſe det qui dixit: Et panis quem ego dabo, caro
Fides donum Dei. mea eſt pro mundi vita. Nam hæc fides non aliundè quàm ex mero Dei beneficio animis noſtris infunditur, neque aliter quàm promouẽte ſpiritu Dei augeſcit,ſicut ſcriptũ eſt: Quia
Matt.16 non caro aut ſanguis reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt. Hæc eſt illa fides, qua regeneramur, renaſcimur, ac in
Ioan.1. Chriſto adoleſcimus,quemadmodum ſcriptum eſt: Et dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,his qui credunt in nomine e-
Cyp. in orationẽ dominicam. ius: qui non ex ſanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,ſed ex Deo nati ſunt.

Aug. de ſer. dñi in mõte Matth.5. QVarto: Quoniam neceſſarium erat, vt Chriſtus hanc fidem in nobis ſacramẽto aliquo inſigni ac viſibili roboraret,ac certos etiam efficeret, vbi tale ſacramentum non indignè participaremus,Chriſti beneficium ad nos omnino pertinere: idcirco rectè etiam petimus,vt pater cœleſtis det

nobis

nobis paně illũ ſuperſubſtãtialẽ in ſacroſanctæ Euchariſtię ſacramento tectum& velatum,quem rectè noſtrum dicimus, quia ſicut Deus intelligentium & credentiũ pater eſt, ſic & Chriſtus,quum corpus & ſanguinem eius in Euchariſtia per fidem contingimus & edimus,noſter panis eſt. Petimus autẽ hũc panem nobis quotidie dari, quòd ſic nobis viuendũ ſit, vt eũ quotidie accipere mereamur. Atque vtinã omnes Chriſtiani ſic vitam ſuam inſtituerẽt, vt quemadmodum olim in primitiua eccleſia occidẽtali,non tantũ ſpiritualiter,ſed etiã ſacramentaliter communicabãt corpori dominico,ſic& hodie omnes ad Euchariſtiæ perceptionẽ debita pietate accurrerent,quòd id infirmitas noſtra plurimum requirere videatur. Nam ſi quotidie peccamus,ac peccatum peccato cumulamus,quotidie etiã hic panis myſticus neceſſarius videtur, qui animę laborãti & peccatis obrutæ,certiſſima eſt medicina,& præſentiſſimum remedium. At ſi ea eſt temporũ horũ conditio,vt hic mos nõ facilè in vſum reuocetur,viderint fideles ſacris aſtantes,vt ſaltem ſpiritu ac mente cõmunicent cum deſiderio,quum oportunum erit etiam ſacramentaliter communicandi. Sed de hoc aliàs latius diximus. Datur autẽ hic ſacroſanctæ Euchariſtiæ panis,non ab alio,quàm à Deo & Chriſto filio eius. Ipſe eſt enĩ,nõ miniſter,ſacerdos,qui re vera baptizat,& qui carnem & ſanguinẽ ſuũ nobis præbet in remiſſionem peccatorum. Et quanuis hic panis ſempiternus ſit,quotidianus tamen dicitur,& ad hoc tempus pertinet,inquantum ſcilicet miniſtratur animæ quibuſdam ſignis ac dictis,& quatenus ad quotidianum peccatorum,in quæ in dies incidimus,remiſſionem proficit.

Augu. de ſer. domini ĩ mõte.

Aug. ad Ianuariũ.

Suprà de adminiſtratione ſacramentorum. Itẽ in ſacramentis Euchariſtiæ.

Chriſtus dat nobis corpus & ſanguinẽ ſuum.

Et dimitte nobis debita noſtra.

HIc debitorum nomine peccata ſignificari,manifeſtũ eſt ex Luca,qui eandem petitionẽ in hac verba renarrat: Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Porrò peccata,debita dicuntur ac debitis aſſimilantur, Matth. 18. quòd non ſecus atque debitor obligationis vinculis obſtrictus,ſoluere quod debet,tenetur: ita peccator funibus peccatorum obligatus,pœnę luẽdę obnoxius eſt. Sic Chriſtus de hominibus illis decem & octo,ſu per quos cecidit turris in Siloë,reſpondens: Putatis(inquit) quia hi præter omnes homines habitãtes in Hieruſalem fue-

Augu. de ſerm. domini in monte.

Luc. 7.

Luc. 13.

Auguſt. rũt debitores?id eſt peccatores ac pœnæ obnoxij. nam cõti- *Chriſtus* nuò adiecit: Nõ dico vobis, ſed ſi pœnitentiã nõ habueritis, *non vetat* omnes ſimiliter peribitis. Chriſtus itaque hac orationis par- *pecuniam* ticula non hoc iubet, vt pecuniam mutuo datam debitoribus *mutuo da-* remittamus, ſed tantum, vt veniam demus in nos peccãtibus. *tã repete-* Chriſtiana enim philoſophia ſeu Euangelium docet nos de *re.* quadam ſpirituali & æterna iuſtitia in corde, quæ inter alia *Roma. 1.* poſtulat, vt volẽtes nobis à Deo dimitti peccata, fratribus ſi- *Matth. 5* militer in nos peccantibus offenſam ex corde remittamus, *Marc. 11* quòd alioqui cor aut ira aut vindictæ cupiditate æſtuans, iuſtitiæ ſpiritualis capax omnino non ſit. Interim (vt iam dixi- *Explicatur locus.* mus) non vetat Chriſtus, quo minus repetamus pecuniã mutuo datam, aut quod noſtrũ eſt, qui ne vetat quidem, ob id le- *Matth. 5* gitimo iure experiri. Nã quod apud Matthæũ legimus, do- *Chriſti doctrina nõ abolet imperia ſeu iudicia terrena.* minũ dixiſſe: Ei qui vult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, eo (quemadmodum id genus alia) dictum eſt, vt Chriſtus animum formaret, non vt imperia ſeu iudicia terrena, quæ ſunt ordinationes Dei, aboleret ſeu illicita iudicaret. Vult Chriſtus in ſuis ante omnia vigere charitatem vult vt alieni ſint ab omni ira amorq; *Lucæ. 12.* affectu maximè verò à vĩdicãdi cupiditate. Vult vt ſtudeãt, quatenus in eis eſt, etiam cum rerum ſuarum temporariarum iactura pacem habere cum omnibus hominibus. Is itaq; eſt ſenſus Chriſti verborum: Si incideris in homninem contentioſum, qui malit ad iudicium prouocare, quàm tibi quod tuũ eſt, vel dare vel relinquere, & periculũ ſit te eiuſcemodi aduerſarij tui malitia (vt ferè fit) detrimentum dilectionis proximi facturum, aut amaritudinem quandam, ſeu vindicandi affectum animo inde concepturum, potius eſt vt iacturam rei familiaris, quàm animi facias. Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur? Quin & ethnicis litigandi ſtudium tam inuiſum fuit, vt quoad poſſent, omnem litiganti materiam abſcinderent ac ſubmouerent, iudicantes eum, qui pacem emeret, adeò non facere iacturam, vt etiam plurimum lucraretur. At ſi quis eſt, qui animum Chriſtiano homine dignum gerit, à tranquillitate non facile dimobilem, nec temere amaris af- *Aug de* fectibus, ab his quæ extrinſecus acciderint corrumpendum, *ſerm. do.* is ſalua conſcientia, ac licitè, quod ſuum eſt, iure repetierit, *in monte.* ſi tamen modeſtè ac leniter egerit, hoc eſt ad eam regulam,

vt in animo ſemper paratus ſit,magis amittere quod ſibi debetur,quàm Chriſtianã lædere charitatem,ac iure experiũdo, non tam intendat fructum pecuniæ,quàm vt proximum malitioſum debitorem ſuum corrigat. is enim ſi habet,vnde tibi quod debetur reddat, & reddere per calũniam denegat,tum non ſolum non peccabis in eum,ſed etiam proderis ei plurimum,ſi iure repetas quod tuum eſt,ne ille dum alienam pecuniam lucrum facere vult, damnum fidei patiatur:quod tanto eſt grauius,vt nulla ſit comparatio.Paulus certè non damnat vſum iudiciorum,ad vitam corporalem traducendam apprimè neceſſarium:ſed dãnat,quòd Corinthij mallent apud iniquos,nimirum ethnicos iudices,quàm apud ſanctos iudicari, perinde atque non fuerit inter eos ſapiens quiſquam,qui poſſet iudicare inter fratrem ſuum,qui poſſet cõtrouerſiolas inter fratres ſubortas, citra tumultum aut gẽtilium ſcandalum componere, aut etiam diiudicare. Damnat itaque hoc litigãdi indecorum,procliuitatem ſcilicet ac temeritatem,maximè verò vindicandi(qui rarò à litigando deeſt)affectum:verum iudiciorũ vſum integritate animorum(quæ Chriſtianos docet)ſalua permanente,adeò non damnat,vt alibi valde celebret.Itidem,non vetat Chriſtus,quum iubet dimitti debitoribus noſtris, publicos latrones, homicidas, adulteros.& id genus reipublicę peſtes iure publico accuſari,ac etiam puniri. Multo minus iubet,vt temerè ipſis commiſſum ignoſcamus,aut ad ipſorum ſcelera conniueamus.Nec prohibet etiã, quo minus magiſtratus auxilium ad propellendam vim priuatã imploremus,tametſi dicat,Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe ei & alteram,quod alioqui fruſtra Euangeliũ plurimis aliis in locis doceret,imperia ac magiſtratus,eſſe ordinationes Dei bonas, præſentes item poteſtates obedientia ac honore colendas.Poteſtatem quoq; non fruſtrà gladium portare, ſed in hoc adeò conſtitutam eſſe, vt gladio vtatur in laudem bonorum,& vindictam malefactorum. Neque Chriſtus ipſe Cæſaris imperium ſuis verbis firmaret,quũ ait:Reddite Cæſari,quæ ſunt Cæſaris:& Dei quę ſunt Deo. Quo quidem reſpõſo,etſi ſuum regnum quòd ſpiritale eſt, à corporali regno diſertè diſcreuerit,ſuum tamen cuique tribuendum eſſe indicauit,Deo perpetuam animi iuſtitiam ac innocentiam,Cæſari verò,quod leges ciuiles ac publici mores ei pręſtari volunt,ac iubent. Hic ergo dominicæ

Locus Pauli 1.Corin 6. explicatur.

Paulus dãnat litigãdi peruicaciam ac indecorum, non iudicia.

Rom.13.

Chriſtus non vetat maleficos puniri.

Locus explicatur. Matth.5

Roma.13

1.Pet.2.

Matt. 22

Matth.5.

Roma.12

orationis locus, & ſimiles in Euangelio, qui vindictā prohibent, intelligendi ſunt de priuata vindicta non de publica, quam exercet magiſtratus, quā & Paulus miniſtrum Dei appellat ac variis encomiis illuſtrat. Itaque neq; accuſator ſeu delator publici criminis peccat in Euangelium, modò tamen ceſſet priuata vindicandi libido, ac deſit priuatus animi dolor, ſeſe, ſi liceret, vlciſci paratus, & hoc tantū quæratur, vt publica ſcelera iuxta leges, quæ Dei ordinationes ſunt, puniantur, vtque reipublicæ tranquillitas ſeruetur. Neq; peccat, qui videns ſibi vim intentari, vel ad Cæſarem, vel præſentē prouocat magiſtratū. Idquod & Paulus feciſſe legitur apud Feſti præſidis tribunal. Sed de hoc obiter dictū ſit ſatis. hic admonuiſſe ſuffecerit: verbo debiti hoc loco peccatum venire, nō pecuniam, aut quod alioqui nobis in iure ciuili debetur.

Roma.13 *Accuſare pub icū latronē non eſt peccatum.* *Num.35.* *Paulus appellauit Cæſarem.* *Acto.25*

SEd iam ad expoſitionem dominicę orationis reuertamur. Superius itaque à Deo precati ſumus, omnia ea bona, quę à Deo peti poſſunt. In primis æterna ac ſpiritualia. Deide etiam corporalia ac tēporalia: hic docet nos Chriſtus deprecari omnia mala tam corporis quàm animi, ſiue huius temporis, ſiue æterna. Principio itaque iubet, nos à Deo petere remiſſionem peccatorum noſtrorum, quibus tanquam funibus conſtringimur, quo principio hoc oſtendit, locum etiam eſſe pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum. Fidelibus enim hæc aptatur oratio, quòd qui initiatus baptiſmatis ſacramēto nō fuerit, Deum vocare patrem nō poſſit. Itaque cogentur (velint, nolint) Nouatiani, ſimul & Anabaptiſtæ nobiſcum confiteri, vel remiſſioni peccatorū poſt baptiſmum locum eſſe vel ſaltem orationem dominicam ad ſe non pertinere: quorū ſi hoc conceſſerint, iam ſe planè hæreticos declarant, qui ſe à Chriſto & eccleſia (cui hanc orādi formulam ille pręſcripſit) ſeparant. Secundò, reuocat nos Chriſtus ad noſtræ infirmitatis cōſiderationem, bonumq; humilitatis inſinuat, vt ſcilicet agnoſcamus nos omnes in cōſpectu Dei eſſe peccatores & reos, ne ſcilicet quis ſibi quaſi innocens placeat, ſed quiſque cōſcientiæ ſuæ recordet. Quod & Ioannes in epiſtola ſua monet, dicens: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt. Et Salomon Prouerb. cap. 20. Quis poteſt, inquit, dicere: Mundum eſt cor meū, & purus ſum à peccato? Et rurſum: Non eſt homo qui non peccet. Alio quoque in loco: Septies in die cadet iuſtus, & reſurget,

Ratio ordinis dominicæ precationis. *Vis huius particulæ.* *Nouatiani.* *Anabaptiſtæ.* *Omnes in conſpectu Dei peccatores ſumus.* *Pſal.113.* *1. Ioan .1.* *Rom.7.8*

Nam etſi à conſenſu(qui nos reos æternæ mortis fecit)tẽperemus,quis tamẽ nõ ſentit ſe circũferre carnẽ peccati?qua im pellẽte, fit, vt quiſq; cogatur multa adhuc ĩ ſeipſo deſiderare, & ſentire ſe multa,perpetuaq; cõdonatione egere,ac ſibi ſem per orandum eſſe: Ne intres domine in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens? Hæc certe humilis confeſſio,quæ ex limpido fidei fonte ema nat,ſummum eſt præſidium ad impetrandam veniã,qua ſub- nixus Publicanus,repulſo ſuperbo Phariſæo,deſcendit iuſtifi catus in domum ſuam ab illo. Nam (vt ibi veritas ſubiungit) qui ſe humiliat, exaltabitur: & qui ſe exaltat, humiliabitur. Ac vt Petrus & Iacobus teſtantur: Deus ſuperbis reſiſtit,hu- milibus autẽ dat gratiam. Tertiò,docet Chriſtus hanc pecca- torum remiſſionem nõ aliunde quàm à patre cœleſti peti o- portere. Nemo enĩ poteſt peccata dimittere,niſi ſolus Deus, Marc.2. Et vt ipſe ait Eſa.43. Ego ſum,ego ſum ipſe qui de- leo iniquitates veſtras. Nã quatenus homines peccata remit- tant, diximus ſuperius in pœnitẽtiæ ſacramento. Quarto do cet Chriſtus pronã ac facilem eſſe viã,remiſſionem peccato- rum conſequendi, quòd hanc iubet poſtulare à Deo tanquã patre noſtro,cuius ꝓpriũ eſt,filiorum ad ſe reuertentiũ mi ſereri ac parcere, quod & alibi Chriſtus ipſe inſigni parabo- la de filio prodigo declarauit. Et Pſaltes in laudis confeſſio- nem prorumpens,teſtatur,quũ ait: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,qui ſanat omnes infirmitates tuas,qui redi mit de interitu vitam tuã, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Deinde,eo ipſo oſtendit,patrem ſuum cœle- ſtem facilem eſſe ad cõdonandum nobis delicta noſtra, quod nos idipſum ab eo petere & orare docuerit,ac etiam iuſſerit. Hoc enim ſolo,paternã miſericordiam & veniam preces no- ſtras ſecuturam ſatis promiſit. Qui enim nos ſic iuſſit orare, neque ſemel confirmauit nos exoraturos, quicquid abs Deo in ipſius nomine peteremus,ille certe præbuit petendi fidu- ciã,quòd fidelis ſit & mentiri nõ poſſit pater,qui per filiũ ſuũ ſic nos orare docuit ac iuſſit. Si(inquit Apoſtolus) cõfeſſi fue rimus peccata noſtra, fidelis eſt domin9,qui nobis peccata di mittit. Fidelem certe dominum ad dimittenda peccata aſſerit Apoſtolus,ſignificans Deũ pollicitationis & fidei ſuæ ſeruã- tem,quod & Dauid Pſal.50. teſtatur,cum commiſſorũ veniã deprecans ait: Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci,vt iu

Pſal.113. *Humilis confeſſio, ſũmu præſidium ad obtinendũ veniam.* *Lucæ.18.* *1.Pet.5.* *Iacob.4.* *A ſolo Deo petenda peccatorum remiſſio.* *Facilis via cõſequendi remiſſionẽ peccatorum.* *Lucæ.15* *Pſal.102* *Roma 3.*

ſtificeris in ſermonib⁹ tuis & vincas cū iudicaris,quaſi dicat, Mundus ſibi verè perſuadere non poteſt,te Deum grauiter contra te delinquentibus verè & ſerio ignoſcere.Sed quādo tu Deus pollicitus es peccatoribus ad te reuertentibus ac cōfitentibus delictorum indulgentiam·idcirco planè confiteor me tibi ſoli Deo deliquiſſe,cert⁹ ac ſecur⁹ de venia,veritati promiſſiōis tuæ innixus,qua re ipſa vinces omnes ſecus de te iudicantes. Denique facilitatē remiſſionis confirmat adiecta conditio,qua tanquam ſigno nos certos de ſua volūtate facit Deus, noſtra nq; imbecillitatem ac diffidentiam cōfirmat ac corrigit,hoc inquā ſigno,Remittenti remittetur. Nec enim vel irrationabilis quiſpiā aut in magno aliquo,aut in exiguo delicto de iudicio Dei cōqueri poſſit,aſſerit ī noſtra eſſe poteſtate iudiciū de nobis futurū, perinde atque ſi dicat, quēadmodū tu tibi ipſe iudicabis,ita etiā tibi iudicabo. Si enim (inquit Chriſtus) dimiſeritis hominibus errata ſua, remittet & vobis pater cœleſtis errata veſtra. Ex pacto ergo dominū conuenire poſſumus, vt peccatorum remiſſionē cōcedat. Si tamen aliis à nobis erratorum ſuorum prius facta fit venia. Certe pater agnoſcet à filio præſcriptā conditionem,modò, quod ad nos attinet conditioni ſatisfacere non detrectemus.

Chriſtus per adiectam conditionē,veluti ſigno quodā nos certos facit de remiſſione peccatorum

Matth.5.

Chryſo in Matth.homil.20.

CAeterum verbo dimittendi vſus eſt Chriſtus,vt ſignificaret remiſſionem peccatorum,è ſola gratia Dei pendere, id quod latiūs in materia iuſtificationis explicauimus. Quod autē rogamus(Dimitte nobis)admonemur in hoc fraternæ charitatis,vt non minori mentis ardore ac deuotione petamus proximis noſtris ſua delicta ignoſci, qua nobis noſtra condonari poſtulamus. Quin Chriſtianæ charitatis ardor,latius etiam progreditur. Vt ſancti videantur maiorē habuiſſe in orando proximorum curam,quàm ſuæ propriæ ſalutis, quemadmodum Paulus teſtatur: Veritatem, inquit, dico in Chriſto Ieſu,non mentior teſtimoniū mihi perhibente cōſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt & cōtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,qui ſunt cognati mei ſecundū carnē,qui ſunt Iſraëlitæ,&c. Et Moſes eodē ſpiritu percitus orauit, dicens:Obſecro,inquit,domine peccauit populus iſte peccatū maximum, aut dimitte eis hanc noxā,aut ſi non facis,dele me de libro quem ſcripſiſti. Amen. Dicimus autem: Debita noſtra,non quemadmodum panem quotidianum

Matth.5.

Matth.4

Cur Chriſtus vſus ſit verbo dimittendi.

Nobis.

Roma.9.

Exod.32.

Noſtra.

num noſtrum appellamus,veluti nobis impartitum ac donatum à Deo,à quo omne,quod bonũ eſt, proficiſcitur & ſuo dono noſtrũ fit.Sed noſtra ſunt peccata,veluti quę ex nobiſipſis, & non à Deo ſint,quemadmodum apud Oſee dominus conteſtatur:Perditio, inquit, tua ex te Iſraël, tantummodo ex me eſt auxilium tuum.nã neque in Deo,neque à Deo eſt malum,& nemo Deo authore fit deterior.

QVi hac petitione deprecari etiam peccati pœnam nos affirmant, veluti indiuiduam peccati comitem ac ſtipendium,quemadmodũ Paulus ait: Stipendiũ peccati mors, hi in eccleſiæ ſupplicationem reſpexiſſe videntur,quæ hanc petitionem,veluti paraphraſi quadam explicare voluiſſe videtur,cum orat: Ineffabilem nobis domine miſericordiam tuam clementer oſtende,vt ſimul nos & à peccatis exuas & à pœnis,quas pro his meremur, eripias: atque eo tendit pſalmus ſeptuageſimuſoctauus.

Pœna indiuidua comes peccati. *Rom. 6.* *Oratio eccleſiæ.*

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

SVnt pleriq; ſolo nomine Chriſtiani,quibus videtur fieri vix poſſe,vt homo ex pfecto corde,capitali hoſti & male factori dimittat,ſed hi incipiant fieri Chriſtiani,diſcentes & hunc affectum remittendi proximo non ex nobis eſſe, ſed à Deo peti etiam oportere.Deinde intelligãt nullum planè laborem eſſe, petenti fratri cõdonare errata, ſiquidem inuidia liberari, liuoris, iracundiæque ſolicitudine leuari, magnam reddit menti noſtræ quietem. Odium vero aſſiduè in corde gerere,inuidia torqueri,tormentum eſt,quo non facile reperias maius, vt teſtes nobis ſunt inimicitiarum appetentes & odij amãtes.Ad hæc & ſi præceptũ de diligẽdis inimicis magnũ valde eſſe videatur,tamẽ ſi præmiũ hoc enauantibus cogitaueris,nihil omnino videbitur.Prẹmiũ quidẽ quod à te dimittenti ꝓximo,nullius à te exigetur ratio peccati, atq; etiã merces ampla ĩ futuro tribuetur. Rurſus ſi cogitaueris quàm nõ paria domino facias, in conditione propoſita adimplenda te profectò pudebit vllam hic difficultatem cauſari Deus cùm nullius vnquam indigeat,à te grauiter offenſus,tibi gratis ignoſcit, ab omni peccato prorſus extraneus Tu verò qui proximo dimittis, ipſe quoque remiſſione indiges,nimirum multorum etiam peccatorum erga Deum reus,& fortè maiorũ quàm proximus tuus, cui dimittere iuberis. Sed fac,te in-

Affectus hominum carnaliũ. *Facile eſt remittere proximo.* *Chryſ. in Matt. homil. 20.* *Ibidem.*

iuſta aliqua à proximo eſſe perpeſſum, ea tamen talia procul dubio ſunt, qualia etiam tibi à Deo remitti poſcis, multóque interdum tua commiſſa maiora. Denique ſi Deum vis habere patrem, neceſſe eſt, vt exemplo eius nō tantum amicos, ſed & hoſtes & inimicos diligas & complectaris. Quemadmodum Chriſtus Matth. 5. ait: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calūnian tibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos& malos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. Si enim (vt ſubdit) diligitis eos qui vos diligūt, quā mercedē habetis? nónne& publicani hoc faciūt? Et ſi ſalutaue ritis fratres veſtros tantū, quid amplius facitis? nóne & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & pater veſter perfectus eſt. Atque hic, ne doctrinam euangelicam (vt impoſſibilem auerſemur) Chriſti & ſanctorū fratrum noſtrorum exempla nobis intuenda ac imitanda ſunt, qui pro perſecutoribus & occiſoribus ſuis, inter ipſa etiam verbera ac mortes, ardentiſſimè oraſſe legūtur: quin & Dauidis, viri veteris teſtamenti, affectus intuēdus eſt: Domine, inquit, Deus meus ſi feci iſtud, ſi reddidi retribuētibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Iob quoque (memorabile illud patiētię exēplum) nobis rememorādus eſt: Si gauiſus, inquit, ſum in delicto inimici mei, ſi dixi in corde meo, benefactum eſt, audiat auris mea maledictionē. A quo multū abhorrēt hi, qui cum aduerſariū ſuum malitioſum in ius vocauerint, nec ab eo confeſſionē elicere poſſint, gaudēt tamen, ſi ſaltem eū ad periurij reatum adigant, vt vel ſic animam eius perdant.

Hoſtes no ſtri diligē di. *Matt.* 5. *Luc.* 23. *Acto.* 7. *Pſa.* 130. *Iob.* 31.

Quæſtio. SEd dices: Quid ſi quiſpiam eā adhuc imperfectionem in animo ſuo ſentiat, vt proximo noxā ſtatī remittere poſſe ſibi non videatur, nūquid is penitus ab orādo deſiſtet, aut ſaltem orationis dominicę formulā euitabit? Reſpondemus,

Dilutio. Multum differre, an quis affectum eum nondum habeat, cum tamen à Deo ſibi dari affectet: an verò, quum eū necdum habeat, ne optet etiam habere ac à Deo nanciſci, ſed magis odio ac liuore intabeſcat, eligens magis mori, quàm vindictæ libidinem ponere. Siquidē prior ritè ad orationem accedit, atq; adeò magis oratione indiget, quo corruptiorē gerit affectū. Is itaque piè & dominicam orationē totam recēſebit, ſi hāc particulam quam tractamus, animo permumurās, à Deo expetat ſibi hūc affectum dimittendi proximo, ac ſpiritū dulcē largiri.

Cōſulitur īperfectis. *Imperfectus.*

largiri. Quod faciens, adeò non orabit cõtra ſe, vt etiã quod fideliter petit, ſit impetraturus, quẽadmodum Chriſtus Lucę 11. pollicitus eſt, dicens: Pater veſter dabit ſpiritum bonũ pe tentibus ſe. At poſterior, qui obfirmauit animũ contra proximum ſuum, is certè fruſtra orat ſibi dimitti peccata, Chriſto exertè dicẽte: Si nõ dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra, quod & memorabili parabola declarauit de ſeruo, qui noluit miſereri cõſerui ſui, qui & propterea iuſſus eſt tradi tortoribus, quoaduſq; redderet vniuerſum debitũ: vbi in calce parabolæ vim explicans, ſubiunxit: Sic, inquit, & pater veſter cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Quod & ſæpe alibi, veluti cuius ſummam geſſerit curam, requirit, di cens: Dimittite, & dimittetur vobis. Item, Qua mẽſura mẽſi fueritis, remetietur vobis. Item, Cum ſtabitis ad orandum, di mittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Rurſus Matth. 5. Cum offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ad altare, & vade prius reconc liare fratri tuo, & tũc veniens offer munus tuũ. Ecce quãtam curam Chriſtus huius rei geſſerit, quam tam ſæpe, idque non generatim tãtum, ſed ſpecialiter & exertè inculcat, atque etiam maximum præmiũ facienti pollicetur: interim etiam mille tibi occaſiones man ſuetudinis ac pietatis miniſtrat, vti hoc quod in te eſt beluinum, depellat, & iram (qua flagras) extinguat, téque vndiq; tuis membris reiungat. Quin & Ieſus filius Sirach veteris te ſtamenti ſapiẽs, pulchrè monet: Qui vindicari, inquit, vult, à domino inueniet vindictã, & peccata illius ſeruãs ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tũc deprecãti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat irã, & à domino quęrit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cùm caro ſit, reſeruat iram: & propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Quo quid aliud ſignificat, quàm quòd talis homi nis oratio (iuxta Pſalmiſtæ verbum) ei fiat in peccatum? Nã quid aliud eſt dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ſi nõ dimittamus: quàm, Sicut nos nõ dimittimus debitoribus noſtris, ita nec tu Deus dimittas nobis? quę horrida profecto eſt imprecatio, piis au-

Odio tabeſcens. *Matth. 5* *Matt. 18* *Matth. 6* *Marc. 11.* *Chryſ. in Matth.* *Eccle. 28* *Pſal. 108*

ribus ac mentibus inuiſa.

Quæſtio. AT inquies: Si talis eſt cauſa orantis, qui necdũ ex corde remiſit proximo, multi erunt, qui dum orationẽ dominicã recenſuerint, huiuſmodi particulam inter orandũ omittent. Sed quis hos ſtultos non videt? Primum, quia non orant, vt Chriſtus voluit & docuit, nec ſunt Chriſti diſcipuli. Secundò, quia nec pater libenter exaudit orationem, quã filius nõ dictauit. Cognoſcit enĩ pater filij ſui ſenſus & verba, non ſuſcipit quæ vſurpatio humana excogitauit, ſed quæ ſapientia Chriſti expoſuit. Ergo orationem quidem dicere poſſunt, circumuenire Deum & fallere non poſſunt: nec accipiunt indulgentiam, niſi ipſi indulſerint prius. In ſumma, vt huius particulæ finẽ faciamus, Nobis qui filij Dei & Chriſti diſcipuli, cum dici, tum eſſe volumus, orandum eſt, vt pater noſter cœleſtis nobis donet gratiam ex corde remittendi proximo debita in nos commiſſa, vt eandem remiſſionis gratiam viciſſim ab eo conſequamur.

Dilutio.

Stulti qui aliter orãt quàm Chriſtus docuit.

Et ne nos inducas in tentationem.

Tentare quid ſignificet iſcripturis.

TEntare in ſcripturis cum generatim accipitur, ſignificat periculum facere ſeu experimentum de aliquo ſumere. At tẽtare Deũ, nihil aliud eſt quàm Dei verbis ſeu promiſſis nolle, ſimpliciter credere aut fidere, ſed velle facere periculum, aut experiri, num verũ ſit quod Deus verbo ſuo propoſuit, aut futurũ pollicitus eſt: vel ecõtrario velle aliquid experiri contra legem naturæ inditam, vbi nec Deus id vt fiat, præceperit, nec extrema neceſſitas huc coẽgerit, quod eſt Deũ irritare, exaſperare ac contemnere, quemadmodum legimus Geneſ. 17. Quid (inquit Moyſes ad populum) iurgamini cõtra me? Cur tentatis dominum? Item, Deuter. 6. Non tẽtabis dominum Deum tuum. quem locum Chriſtus contra diabolum tentatorem citat, Matth. 4. Et in Actis, Cur tentatis dominũ, vt imponatis iugum ſuper ceruices diſcipulorũ? quaſi diceret, Nondũ creditis nos iuſtificari per fidem in Chriſtũ Ieſum, quemadmodum ipſe docuit, ſed magis cęremoniis Iudaicis. Dicitur autẽ & Deus tentare, & diabolus, ſed diuerſa ratione ac fine. Deus tentat vt probet ſeu exploret fidem noſtram, non quaſi neſcius mentium humanarũ, ſed vt nos nobiſipſis oſtendat, ac mũdo reddat manifeſtos. Sunt enim plurimi, qui ſibi probè in Chriſtianiſmo profeciſſe videntur,

Acto. 15

Deus tentat.

Diabolus tentat.

Aug. de ſer. domini in monte.

ſibi

ſibi perſuadentes,quaſi toto corde Deo fidant ac adhæreant, idque priuſquam ſui periculum fecerint: at quum aduerſitatis procellæ inciderint,tum demum re ipſa comperiũt quàm longe abſint à perfectione iuſtitiæ,qui ob id tentantur,vt ſibi cogniti fiant,vtque erudiantur,inſtruantur ac probentur. Qui vero iam re vera pij ſunt,hi vt manifeſtentur glorificétúrque,à domino tẽtari perhibentur, ſicut ſcriptum eſt: Vaſa figuli probat fornax, homines autem iuſtos tentatio tribulationis. Sic Deus Abraham multarum gentium patrem in filio tentauit & honorauit: ſic ſanctos apoſtolos,ſic inuictiſsimos matyres, igni & ferro, infinitiſque tormentorum generibus coronauit. Diabolus vero tentat,non vt inſtruat, ſed vt ſubruat:non vt erudiat,ſed vt euertat. Nam cum ſciat carnẽ fragilem eſſe,& ad malum procliuẽ,mundi amantẽ,mentẽmque noſtram veluti captiuã in corpore mortis huius detineri,ſuggerit carni,corporeæ voluptatis cupidinẽ ac illecebras,obiicit oculis mundi ornatũ,faſtum & gloriam:aut ſi hoc nõ ſuccedit,ſolicitat mundum,vt intentet bonorũ direptiones,exilia,& mortes:denique,prouocat mentem ad vitę ſuperbiam, vel triſtitia & amarulentia obſcurat,faciens vndique periculum num poſsit hominem ſubuertere. Dei ergo tẽtatio, probatio:diaboli vero tentatio,deceptio,ſeu praua ſuggeſtio eſt. Abſit ergo,vt quis putet Deum ad hunc modum nempe ſubuertendi gratia,quępiam tentare quamobrem diuus Iacobus ait:Nemo cùm tentatur,dicat,ſe à Deo tẽtari. Deus enim intentator malorum eſt, hoc eſt Deus nõ eſt mali ſuggeſtor, qui eſt autor omnis boni. Quòd autem hic oramus, ne Deus nos in tentationem inducat,ſimili phraſi dictum eſt,qua dominus dicitur induraſſe cor Pharaonis, aut conuertiſſe cor Aegyptiorum,vt odirent populum eius, ſeu concluſiſſe omnia ſub peccato,id eſt permiſiſſe,vt hæc fierent. Nã frequens hæc phraſis eſt in ſcripturis,qua Deus dicitur ea agere ſiue facere,quæ fieri permittit,vt ſit ſenſus: Et ne nos inducas in tẽtationem, id eſt ne permittas nos induci. Tentatio enim hic pro mali ſuggeſtione accipitur. Nec hoc omittendum eſt,tẽtationem aliam humanam dici,veluti quæ à carne ſeu à mundo proficiſcitur. qualis eſt tentatio ad fornicationem, furtũ, & id genus ſimilia vitia,de qua dictum eſt: Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Alia vero eſt diabolica, qua ſatan triſtitia æternæ damnationis, timoris blaſphemia & deſpera-

Eccle.17. *Gene. 22* *Diabolus tentat.* *Roma.6.* *Duplex diaboli machina.* *Illecebræ.* *Sæuitia.* *Amb. li. 1. de Abraham.* *Iacob.1.* *Exod.9.* *Roma.9.* *Aug. de ſer.domini i\~ mõte.* *1.Cor.10.*

tione mentem hominis occupat, qua interdum etiam oculis corporalibus viſibilium rerum ſpectra offert, & aperto marte hominem aggreditur, quæ tentatio maxima quidem eſt & periculoſiſsima, ſed tamen eodẽ ſcuto (quo humana illa) propellitur, quemadmodum infra dicemus.

Aug. de ſer. domini i mõte. INduci autem in tentationem, ſignificat non tantùm tentari, ſed tentationi penitus immergi, aſſentiri, ac à tentatione ſuperari, quemadmonum Pharaoni impiſsimo tyranno contigit, ac paſsim omnibus contingit, qui à concupiſcentia ſua illecti & abſtracti, peccati vinculis collum ſubmittunt, tentationique ſuccumbunt. Quod ne fiat, deprecãdum eſt: nõ autem hoc orandum eſt, ne omnino tentemur: Tum, quòd vitã noſtra ſic cõparata ſit, vt aſsiduè cum hoſtibus animæ pugnã gerere debeamus, quemadmodum Iob cap. 7. legimus: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Tum, quòd ſaluti noſtrę, vt tẽtemur, ſæpe non parum conducat: nẽpe, vt infirmitatis noſtræ nobis conſcij facti, neque ſuperbiamus, neque veluti ſecuri in vtrãque aurem obdormiamus, ſed magis in humilitatis ac virtutum profectu conſeruemur, in timore Dei noſtrã ſalutẽ vigiles operemur. Quod in beato Apoſtolo Paulo relucet, qui 2. Corint. 12. de ſeipſo loquens: Ne, inquit, magnitudo reuelationum me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Atque in hãc ſententiam alibi legis: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Tum denique vtilis eſt tentatio, quòd pręparet ad victoriam & coronam. Si enim nullus eſſet hoſtis, nulla eſſet pugna: ſi nulla pugna, nulla eſſet victoria: ſi nulla victoria, nulla eſſet corona. Quemadmodum Paulus ait: Nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Nimirum, quòd ſoli vincẽti promiſſa ſit à Deo corona vitæ. Apoc. 2. Et vt Iacob. teſtatur: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligẽtibus ſe.

Pharao. — *Cyp. i orationem dominicam.* — *1. Pet. 1.* — *Prou. 28.* — *2. Tim. 2* — *Iacobi. 1.*

Augu. de ſer. domini i mõte. QVæ cum ita ſint, nemo ob id deiecto aut puſillo animo eſſe debet, quòd tentatione agitetur, nec putare ſe proptérea Deo exoſum, multo minus à Deo derelictum eſſe: quin potius hinc ſtatuere ac iudicare debet, ſe Deo curę eſſe. quem enim dirigit filium pater, caſtigat. Et manifeſtum ſanè eſt argumentũ, nondũ eſſe in hoſtis poteſtate, quem is adhuc

acriter

acriter impugnat. At qui nullis tentationibus impetitur, magis habet cur formidet, quòd quem hoſtis iam captiuũ occupat ac vinctum tenet, minus infeſtet, quamobrem diuus Iacobus nos dulciter conſolans, ait: Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectũ habeat, vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. Et quis tandem Chriſtianus eſt, qui tentari omnino recuſet, aut pugnam, cum ingeritur, detrectet, cum Chriſtus ipſe Deus & homo caput noſtrum ſe à diabolo tentari paſſus ſit? Idque eiſdem omnino tẽtationum generibus, quibus nos aggredi ille ſolet tẽtator, nempe ſuggeſtione ac incitatione concupiſcentiæ carnis, cõcupiſcentiæ oculorum & ſuperbiæ vitæ. Quin caput noſtrum nobis imitãdum eſt, ne ſcilicet in tentationis certamen audacius inſiliamus, aut idipſum nobis accerſamus: ſed demum quum ducimur cũ Ieſu in deſertum, vt tentemur, vt tum eius exemplo certamina nõ recuſemus, ac tentari, diabolo fortiter reſiſtamus. *Iacob 1.* *Matt. 4.* *1. Ioan. 2.* *Chryſo. in Matth.*

IAm ad particulæ expoſitionem veniamus. Non ſemel antè docuimus, quãta ſit naturę noſtrę imbecillitas, rurſus quàm potentes hoſtes habeamus, qui nobis nunquam non immineant, nempe caro, mundus & diabolus. Primus hoſtis, domeſticus eſt, intra tecta parietéſque domus noſtræ cõcluſus, qui nec totus, quamdiu in hoc mortis tabernaculo ſumus, excludi poteſt, tanto periculoſior, quanto intimior, nimirum caro. Alter familiaris admodum eſt, ac vicinus, nos vndique circũſtans, interim vt fallat blandiens: interim vt euertat, minitans ac ferociens, mundus ſcilicet. Poſtremò, omnis malitiæ author diabolus, nunquam non circuit tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret, tanto formidabilior, quanto occultior, verſutia ac malitia inſignis, tantæ in ſegnes & oſcitãtes potentiæ, vt non ſit ſuper terram poteſtas quæ ei cõparetur. De qua poteſtate operæprecium duxit Apoſtolus nos admonere, cum ait: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem ſed aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritalia nequitię in cœleſtibus. Ergo ne tãti ac tam propè ſemper imminentes ac fortiter inſtantes hoſtes, nos planè imbecilles euertant, iubet Chriſtus, vt cœleſtem patrem oremus, ne nos permittat induci in tentationem. Quo in primis nos humilitatis rurſus admonuit, & vt indomitæ mentis tu- *Cyp. i oratione dominicam.* *Chryſo. in Matth.* *Roma. 7.* *1. Ioan. 2.* *1. Petri. 5.* *Ephe. 6.* *Vis petitionis.* *Cyp. i oratione dominicam*

Chryſo.in Matth. morem reprimeret, noſtrã nobis infirmitatem oſtendit, quòd ſcilicet omnino ſufficientes non ſimus noſtris viribus, tot & tam infeſtis hoſtibus reſiſtere, ſed cœleſtis patris egeamus auxilio, qui nos etiam ſua virtute in tam difficili pugna faciet tandem victores. Quod & Dauid non tacuit. Pſal. 17. Quoniam in te, inquit, eripiar à tentatione. Et iterum Pſal. 59. In Deo faciemus virtutẽ, & ipſe ad nihilum deducet omnes tribulantes nos. Quis, quæſo, de ſe ſecurus eſſe poterit? quis ſuæ virtuti fidere, qui intelligat, quàm tota hęc vita vndique diaboli laqueis plena ſit, quam non ceſſet tẽtator ille, qui nec veritus eſt & filiũ Dei Ieſum technis ſuis aggredi? Dein qui ſecũ reputet, quod ſatanæ machinis impetitus ſit ſeruus Dei Iob? qui recordetur Saulum prius electum, poſt eiectum à cõſpectu Dei, qui meminerit Dauid appellatum in ſcripturis virũ ſecũdum cor Dei, eo turpitudinis pertractum, vt adulterium homicidio copularet, qui videat Salomonẽ, cui Deus in principio regni ſapientiam dederat vltra omnes homines, eo dementiæ perductum, vt peregrinis ſimulachris immolaret? cui veniat in mẽtem, quid acciderit apoſtolorũ principi Petro, qui fortem vſque ad mortis diſcrimen animum profeſſus, ter dominum ſuum abiurauit. Hæc atque huiuſmodi multa qui conſiderat, is certe non poteſt non inhoreſcere ac formidare tentationis periculum, & humiliare ſe ſub potenti manu Dei, quod hic, vt faciamus, iubet Chriſtus. Secundò, eoipſo quod Chriſtus iubet, vt patrem cœleſtem oremus ne tentatione ſuperemur, nobis certam fiduciam facit omnis tentationis Dei auxilio filialiter vincendæ, quin eoipſo teſtatur, Deum ſemper paratum eſſe, vt nos à tentatione (vbi opem eius implorauerimus) eripiat. Quod & Apoſtolus Paulus 1. ad Corinth. 10. non tacuit, cum ait: Fidelis eſt Deus qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum. Tertiò, oſtendit hoc ipſo Chriſtus nullum eſſe remedium ſalutarius ac efficacius ad ſuperandas tentationes, viuida ac vigilanti oratione quemadmodum & alibi monens, ait: Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem. Fide enim diabolus vincitur. Fidei verò primus fructus, fidelis ac vigilans oratio eſt. quamobrem Apoſtolus Petrus nos cõmonet, vt ſobrij ſimus & vigilemus, vtq; aduerſario noſtro diabolo reſiſtamus, fortes in fide. Et quàm valeat oratio ad ſuperandos hoſtes ſatis oſtendit Amalech tantiſper ſuperatus, quandiu

Marginalia: *Matth. 4.* — *1. Reg. 9. 10.* — *3. Rge. 15. 16.* — *2. Reg. 11.* — *3. Reg. 3.* — *3. Reg. 11.* — *Matt 26.* — *Marc. 14.* — *Lucæ. 22.* — *Ioan. 18.* — *1. Petri. 5.* — *Deus ſemper parat' nos eripere à tentatione.* — *Matt. 26* — *1 Petri. 2.* — *1. Ioan. 5.*

quãdiu oret Moyſes manibus in cœlum leuatis. Certè, ſi hoc remedium adhibueris, non eſt cur diabolum quantumuis potentem, formides, quòd iam te in longe potẽtioris præſidiũ receperis. Accepit quidem diabolus tentandi licentiã, ſed nõ accepit copiam ſubruendi, niſi ſua ſpõte labatur infirmus affectus, qui ſibi conſiliũ nõ nouit exercere. Adeò diaboli inuidentia & omnes eius machinæ nihil ſunt, niſi euanida ac phãtaſtica apparitio, ſibilus & ſuſurrus, quem hoc ſolo viceris, quòd reſtiteris. Debilis (inquit quidam) eſt hoſtis, nõ poteſt vincere, niſi volẽtem: vinci autem vult, qui negligit reſiſtere, quoniam ſuperſedet ſe humiliare & orare. Ergo cum tentator vana & praua ſuggerit, timeamus, recolẽtes noſtrã infirmitatẽ: oremus Deũ, vt ſenſus noſtros cuſtodiat, ne ſuggeſtio pariat delectationem, delectatio conſenſum, cõſenſus peccatum, peccatum autem mortem. Quòd ſi ita ad Deũ humiles confugimus, iam hoſtis ſuperatus eſt. Quòd ſi etiã hoſtis ea ſuggerat, quæ nec anima vellet proferre, nec hominis lingua nominare, veluti planè execrabilia & nefaria, ne ſic quidem conturbabere, quòd non raro tentator, præſertim in oratione (qua maximè Deo appropinquamus) plerunque nobis ea, quæ ſunt plena opprobrij alicuius aut ſceleris, offundat, vel ſic nos à ſtudio precationis auertere cupiens. In hoc ergo congreſſu non referas pedẽ, tametſi tẽtatio fuerit diuturnior, ſed in oratione perſeuerato, & ſedulò verbis Domini tui Chriſti Ieſu, diabolum tentatorem retunde. quod & Athanaſius faciendum monet: Dic, inquit, blaſphemia ſit in caput tuum diabole. Ego ego enim dominũ Deum meum adorabo, & illi ſoli ſeruiam. Dic cum Dauid: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. nam & Athanaſius teſtatur, plures ſanctos expertos eſſe hũc pſalmum, ſummo terrori diabolis eſſe. hoc ergo faciens, in tentatione non timebis, quod tum non ruinæ, ſed magis meriti occaſio tibi futura ſit.

Ambr. de parad c. 2

Gregori⁹

Quo pacto tẽtationibus reſiſtendum.

Iacob. 1.

Tametſi diabolus execrãda ſuggerat, propterea tamen nõ cõturbabimur.

Athanaſ. i quæſtionibus. q. 15.

Pſal. 67.

IN ſumma itaque hac petitione poſtulamus à patre cœleſti eam gratiam nobis donari, qua ſuffulti, carnalem libidinẽ, & quæcunque ſunt à quibus accendi ſolet caro, domemus, ac totis viribus curemus, vt omnia incitamẽta voluptatis, cruci Chriſti affigere & mortificare poſſimus. Adhæc ne nos vlla mũdi creatura, ſua fucata venuſtate ac dulcedine ſolicitet ad peccandum, ſed magis prouocet ad Dei laudem & gloriam:

Caro.

Mundus.

Pſal. 91. & 103.

Roma.1. Rurſus,ne nos mũdi malitia,perſecutiones ac tribulationes, ad impatientiam,vindictam,iram,aliaque vitia incitent,ſed vt conſtantes in mortem vſque,fidem in Deum firmã teneamus *1.Petr.3.* Itidẽ ſi flagellis caſtigemur,ac delicta noſtra plagis iuſtiſſimè immiſſis puniãtur,tum ad hanc petitionis formulam *1.Cor.1.* rectè poſtulauerimus,vt Deus huius tẽtationis felicem exitum faciat,quo ſcilicet patiẽter ferẽtes quod immittitur,hic leuem vindictam experti,poſthac non cum hoc mundo dam*Diabolus* nemur. Denique petimus,ne nos ſatanæ tẽtatio obruat,qua nos quo vel in ſuperbiã, vel in odium & inuidiã,vel in aliã ſpiritualia crimina,atque adeò tandẽ in deſperationem pro*Nos.* trudat,ſubinde impetit. Rogamus autem nõ ſinguli pro nobis,ſed pluraliter,hoc ſenſu, vt cœleſtis pater omniũ illorũ agat curam,qui cum grauibus & magnis tentationibus cõfli*2.Tim 2* ctantur, vt nos omnes defendat, confirmet, & erigat in hac *1.Cor.9.* calamitoſa vita vt ſicut decet Chriſtianos milites,vera fide dimicemus, quo æternæ vitæ coronam, poſt legitimè geſta ac finita certamina in Domino ſimul conſequamur.

Sed libera nos à malo.

Cyp.in orationẽ dominicam. HAec eſt dominicæ orationis clauſula, vniuerſas petitiones ac preces noſtras collecta breuitate concludens. Nã cùm dicimus. Sed libera nos à malo,comprehẽdimus aduerſa cuncta, quæ contra nos in hoc mundo molitur hoſtis diabolus, *Chryſ.in Matth.* quo petito,nihil remanet quod vltra adhuc debeat poſtulari Impetrata enim protectione Dei aduerſus quæcũque mala ſecuri ſtamus & tuti cõtra omnia,quæ diabolus & mũdus in perniciem noſtram operantur,machinanturque. Quis enim ei de ſeculo metus eſt, cui in ſeculo Deus tutor eſt?& quis à diabolo metuat ſi Deus liberet,cuius fida & firma tu*Chryſoſt. ibidem.* tela eſt? Rectè etiam veteres,noſtra quidem ſentẽtia,hic per malum,diabolum intellexere,quòd ille omnis mali (quatenus nobis dãno & exitio eſt)vnicus author ſit. Deinde,quòd cum nihil ſit læſus à nobis,irrecõciliabili tamẽ aduerſus nos certamine,ac odio pluſquam capitali prælietur:ſic, vt ſi ipſi in fide noſtra infirmanda aut in obruẽdo nos,peccati ſarcina non ſuccedat, gaudeat tamen vel externis malis nos vexare *Iob.1.* & excruciare,vt vel hîc periculũ faciat euerſionis,quemad*Vis petitionis.* modũ contra Iob & alios ſanctos feciſſe legitur. Quamobrẽ Chriſtus hãc clauſulam cæteris ſubiecit,dicens: Libera nos à malo,

malo. Vbi in primis dicere nos maluit, à malo, quàm à malis: nos videlicet erudiens, quòd aduerſus proximos, ob mala ea quę ab illis patimur, amarius commoueri nunquã debeamus, ſed magis ab eis in ſatanam omnis mali cauſam & inimicitias (veluti in cunctorum malorum caput) transferre: ſic, vt ſi te lædat proximus, hoc affectu orare debeas cœleſtem patrẽ, vt liberet non ſolum te, ſed & proximum tuum tibi incõmodãtem, à malo, hoc eſt à diaboli laqueis, quibus ille captiuus detẽtus, tibi incõmodat, alioqui nõ incõmodaturus, quòd natura à Deo bonus creatus ſit. Non negamus interim hic mali etiã appellatione venire, quicquid eſt periculorũ ac aduerſitatis, quod corpori & animæ, fortunis & famæ vel iam imminet, vel futurum eſt ac inſtat, ſi tamẽ intelligas (vti diximus) quo cauſa mali referenda ſit nempe ad diabolum: quod tamẽ vt cautè accipias, neceſſe eſt. Nam aliud eſt malum culpæ, aliud pœnæ. Mali (quod culpæ eſt) ſolus diabolus eſt author, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Malum pœnæ hoc ipſum eſt, quod homini accidit in peccati vindictam, id quod ſcriptura Deo tribuere non veretur, veluti quod & bonum & iuſtũ eſt. De quo propheta Amos cap. 3. dixit: Non eſt malũ in ciuitate, quod Dominus nõ fecerit. Et rurſus dominus per Eſaiam, cap. 45. Ego Dominus & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malũ. quanuis interim hoc malum pœnæ, eatenus diabolo tribuatur, quatenus ipſe, Deo iuſtiſſimè permittente, eo in incredulorum & obduratorum perpetuam perniciem abutitur.

Chryſoſt. *Auguſt.* *Malum duplex. Culpæ. Pœnæ.* 1. *Cor.* 11

Hoc autẽ differt hęc particula à priori, quòd ibi poſtulauerimus, vt pater cœleſtis, nos à malo (quod culpæ vocãt) immaculatos ſeruet: hic verò vt à malo pœnę præſentis & futuræ liberet: ibi rogauimus, ne tentationibus ſuccumbere ſinat: hic petimus, ne nos tribulationib⁹, afflictionibus & calamitatibus, præſentibus aut futuris deprimi, aut euerti permittat: hoc eſt petimus, vt à vi aquarum & ignis, à fulgure & grãdine, à fame & annonę caritate, ſeditionibus, bellis, factionibus, tumultibus, ſchiſmatis, malis mortibus, peſtilentiis, ægritudinibus, vinculis, carceribus, exilio, mundi terriculamentis & blandimentis, & reliquis id genus malis, quibus miſeri in hoc mundo præmimur & irretimur: deinde etiam à malis futuris, veluti à ſubitanea & improuiſa morte, & perpetuã ira Dei, & pœnis, quę impios poſt hanc mortem expecta-

Quo differat hæc particula à priori.

aduerſus Deum indignari, aut obmurmurare, ſed magis (vt Paulus docet)eſſe in tribulatione patientes, & à ſolo Deo, humili & æquo animo remedium petere. Sic tamen ne Deo certam legẽ præſcribamus,ſed vt ſemper committamus eius voluntati,quid de nobis fieri velit. Porrò,ſi Apoſtolo credimus,Omnes,qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Quòd per multas tribulationes nos oporteat intrare in regnum Dei. Quamobrẽ patiẽtia nobis ſummopere neceſſaria eſt, quam ſubminiſtrat viuida fides qua intelligimus quòd ſicut oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriam ſuam,ita &nos multo magis compati oporteat, vt ſimul etiam cum illo glorificemur. Atque,hoc eſt quod diſcipulis ſuis inculcans,ait Chriſtus:In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Hæc eſt enim quæ ſerenat ac pacat animos, quæ nullis aduerſitatibus cedit, quæ (vt Apoſtolus Iacobus ait)bonum perfectum habet. *Roma.12* *2.Tim.3* *Luc. 14.* *Roma.8.*

TAmetſi autem,quod hac petitione poſtulamus,quandiu iſtam mortalitatem circunferimus non ſit ſperandum perfectè in nobis adimpletum iri,tamen cum aliquando futurum ſit,rectè vt fiat,poſtulamus, nimirum vt mortalitatis huius onere depoſito, ac morte etiam ipſa per bonam fiduciam futuræ capeſſendæ ac obtinendæ vitæ ſuperata ex omni noſtri parte, opportuno tempore, beatitudo perficiatur. Quam in hac vita quidem inchoamus,ſed demum poſt hanc vitam à Deo Optimo Maximo (ſi tamen fideles permanſerimus)perfectam accipiemus. *Iacob.1.* *Augu.de ſerm. domini in monte.*

Amen.

HAec dictio,vt ſuprà diximus,vox eſt ſermonem confirmantis,& ratum fore precantis,perinde atque dicatur: ita certò fiat, hoc eſt ô pater cœleſtis, ſi hæc vota filiorum tuorum pia ſunt ſi iuxta formam à filio tuo Ieſu præſcriptam concepta,certa nos habet fiducia tuam bonitatem præſtituram quod petimus. *Amen quid.*

Cuius eſt regnum & poteſtas & gloria
in ſecula. Amen.

DE NATVRA, DISTINCTIONE, VI, AC VSU LEGIS, CUM ſUBIUNCTA EXPLICATIONE DECALOGI.

Cur poſtremus locus datus ſit explicationi Decalogi.

NON Temerè in hac inſtitutione doctrinæ Chriſtianæ, poſtremum locum explicationi Decalogi dedimus, non tantum ordinem, quem res ipſa requirebat, ſed & eccleſiæ mentem ac præſcriptum ſequuti. Explicationi enim ſymboli Apoſtolici, quod fidem complectitur, primus locus debebatur, quòd fides ianua ſit, qua ad Deum acceditur: proximum
Heb. 11. eccleſiæ ſacramenta, quæ veluti quædam ſymboli pars eſſe
Roma 5. videntur, atque adeò fidei noſtræ certiſſima ſymbola ſunt, poſtulabant. Tertium vero locum, dominicæ orationis expoſitio meritò tenuit, quòd oratio primum ac præcipuum fi-
Ro. 8. 10 dei opus & exercitium ſit. Fidem enim in Deum ſtatim ſequitur inuocatio. Quartum itaque ac poſtremum locum iure ſibi Decalogus vendicat, qui regulam planè diuinam præſcribit, ad quam credentibus ac ſperantibus in Deum, tota vita deinceps exigenda ſit. Homini enim necdum fi-
Decalog. vitæ regula.
1. *Cor.* 2. dem in Deum aſſequuto ſeu nondum renato, fruſtrà præſcripſeris Decalogum obſeruandum. Porrò eundem ordinem eccleſia in catechizando ac baptizando obſeruat. Primùm enim Deum precatur, vt à baptizando, quem ad fidei rudimenta vocare dignatus eſt, omnē cæcitatem cordis (quod per fidem fit) expellat, vt omnes laqueos ſatanæ, quibus is per incredulitatem fuerat colligatus, diſrumpat, vt ianuam pietatis aperiat: deniq; vt baptizatus ſapientia Dei imbutus, iniquitatum fœtoribus careat, ac ad ſuauē odorē præceptorum Dei lætus in eccleſia eius ipſi deſeruiat. Deinde ſtatim ſub baptiſmum eccleſia ſymbolum & orationem dominicā reddi & recitari iubet. Quo facto baptiſmum in nomine trinitatis peragit. At mox poſt baptiſmū baptizato (quem iam ex aqua & ſpiritu ſancto regeneratum, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum adeptum eſſe conſtanti fide pronunciat) veſtem candidam tradit, dicens: Accipe veſtem candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti: quo nihil aliud ſignificat, quàm baptizatum eam innocentiam, quam per ſpiritum ſanctum in ba-

Ordo Catechiſmi Eccleſiæ ſub baptiſmum.

Veſtis candida.

ptiſmo accepit, per cuſtodiam mandatorum Dei tota vita ſeruare oportere, vt tãdem ad gloriam regeneratis, & in nouitate vitæ ambulantibus paratam perueniat. Decalogus ergo baptizato traditur, non quòd iuſtificato iam per ſpiritum ſanctum in baptiſmo, deinceps opus ſit lege, ſi tamen eundem fidei ſpiritum (qui datur in baptiſmo) per vitæ innocentiam retineat, illiusque ductibus perpetuo obſequatur. Sed propterea vt habeat iam factus Chriſtianus Decalogum veluti ſpeculum quoddam, quod ſemper ob oculos poſitum inſpiciens videre poſſit, quantum in fide ſuſcepta per vitæ nouitatem promouerit. Ad hæc, vt ſubinde poſſit diſpicere, num à ductibus ſpiritus alicubi & quantum deflexerit, num ſpiritum Domini ab innocentia innouata ruiſus labendo cõtriſtarit, num veſtem illam candidam vndiquaq; immaculatam ſeruarit. Porrò ſi in baptiſmo, cõuentis, ac pactis minus ſteterit, tum profectò cernet admodũ exertè in hoc Decalogi ſpeculo maculas illas ſuas, quibus ruiſus poſt baptiſmum, eius quam acceperat tunicę cãdorem incautè deturpauit, idq; non ſine fructu. Fit enim, vt poſtquam viderit fœditatem ac morbum ſuum in ipſo ſpeculo demonſtratum, indoleſcat, pœnitentięque dolore intrinſecus ductus ad eum medicum (qui ęgrotũ, quamlibet ſæpe in eundem vel grauiorem etiã morbum collapſum non aſpernatur) certa ſalutis concepta fiducia recurrat, & dicat: Erraui ſicut ouis quæ periit, require ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

Matt.25 *Decalog. traditur baptizato veluti quoddã vitæ ſpeculum.* Rom.7.8 *Fructus qui ex Decalogi meditatione naſcitur.* *Mat.9.11* *Pſal.118.*

SEd priuſquam ad Decalogum veniamus, dicendum, nobis erit de ſignificatione & natura legis, quòd nullus locus in ſcripturis frequentius occurrat, quo nõ vtcunque intellecto in ſcripturarũ ſenſu cęcutire omnino neceſſe ſit. Iam (vt hic plurima repetamus) quę ſparſim dicta ſunt prius, id tamé lectori moleſtum eſſe non debet, quòd ſatis tradi non poſſit id quod omnino intelligendum ac noſcẽdum eſt ſemel. Lex itaque generale nomen eſt, dictum à delectu. Omnis ergo inſtitutio, quam ſequuti eligimus, quod faciamus, & contrarium vitamus, communi appellatione lex dici poteſt. Sic accepto vocabulo, lex diuiditur in diuinam, humanã, & diabolicam. Diuina rurſus diuiditur in legem naturæ & latam: Lata iterum in veterem & nouam: Vetus in moralem iudicialem, & cæremonialem, quæ breui declaratione indigere videntur.

Lex vnde dicta. *Legis diuiſio.*

Lex diuina quæſit & quid requirat. *Propria vis legis diuinæ.*

LEx diuina eſt,per quã accepta pro captu noſtro Dei notitia de Dei voluntate docemur,requirens in nobis plenam ac perfectam obedientiam erga Deum, qua nos totos ſubmittamus diuinæ voluntati,ac damnans eos qui non præſtant hanc perfectam obedientiam.Hæc eſt enim propria vis legis diuinæ,ſiue ſcripta ſit,ſiue non ſcripta. De non ſcripta legimus,

Roma. 1.

Cum gentes,quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt,eiuſmodi legem non habentes,ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,teſtimonium illis reddente conſciẽtia ipſorum,& inter ſe inuicem cogitationum accuſantium,aut etiam defendentium.

Deute. 6. Matt. 22. Marc. 12 Lucæ. 19. Deut. 27 Galat. 3. Iacob. 2.

De ſcripta verò, Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo,ex tota anima tua,&c.Rurſus: Maledictus qui nõ permanſerit in omnibus his, quæ ſcripta ſunt in libro legis. Et iterum:Quicunq; totam legem ſeruauerit offendat autem in vno,factus eſt omniũ reus.

Lege diuina nihil ſanctius.

Hac diuina lege,vt eſt ab optimo maximo Deo data,nihil iuſtius,nihil ſanctius,nihil ſalubrius eſt, quæ in dilectione Dei & proximi tota conſiſtit.

Roma. 13 *Lumẽ naturæ mẽti inditum.* *Aug. lib 3. cõfeſſio. c. 7. & li. 1. de libero arbitrio. c. 56 & ſeq.* *Prior legis diuinæ pars omnium iuſtiſſima.* *Gen. 1.*

Quum enim homo cõditus ſit potiſſimum ad Deũ agnoſcendum& colẽdũ,idq; per lumen quoddã mẽti humanæ inditũ, quo homo ante lapſum in peccatum certam de Deo notitiã habuit,nempe Deũ eſſe creatorem & gubernatorem omnis creaturæ,iuſtum & bonum,qui hominem ad effigiem & imaginem ſuam in ipſa hominis mente cõdidiſſet:cõſequens eſt, vt priore legis diuinæ parte,quæ Dei amorem reſpicit ac cõplectitur,nihil iuſtius eſſe poſſit:ſiquidem perfectã obediẽtiam hominis ex gratuita Dei bonitate cõditi,erga creatorem ſuum(cuius imaginem ex gratuita beneficentia gerit)poſtulat ac requirit. Cæterũ,quum per idem lumen intelligamus,nos in vno& ex vno homine omnes eſſe creatos,idq; nõ ob aliud,quàm ad Deũ ipſum in quadam vitæ ſocietate collaudandum & glorificandũ:quid,quæſo ſanctius ac ſalubrius altera parte legis diuinę,vel dici, vel excogitari poteſt,quæ iubet proximum propter Deum,ſine concupiſcentia diligi?

Diſcrimẽ legis diuinæ & humanæ.

Hæc vero diuina lex hoc maximè ab humana lege differt, quòd humana externam,ſed diuina magis internã iuſtitiam requirat,id eſt mentem & volũtatem cõſentiẽtem legi Dei, qua Deum verè & ex animo timeamus,& ex toto corde,omni fiducia in eum cõiecta,diligamus: proximũ verò noſtrũ, perinde ac noſipſos ſyncero dilectionis affectu complectamur.

Lex diuina requi-

mur. Proindeq; damnat hæc lex omnem concupiſcentiã malam, omnesq; vitioſos affectus, qui ipſi ſeu obedientiæ perfectæ erga Deum repugnant. Hæc ergo diuina lex, quæ iuſtum decernit, vt omnia ſint ordinatiſſima, ſemper eadem eſt & æterna, quemadmodum Dei voluntas eſt immutabilis, quanuis variè exhibita ſit pro ratione temporum & perſonarum: quo fit, vt in tot ſpecies diducatur, eadem tamen reipſa ſemper exiſtens, quemadmodum inferius latius dicemus. *rit mentē conſentientem legi Dei.*

Lex humana, quæ & ius ciuile appellatur, veluti media eſt inter legem diuinam & diabolicam: quæ quanto ad diuinam magis accedit, tanto ſanctior ac melior eſt: quanto rurſus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauatior. Eſt autem lex humana ordinatio publica, nõ præcipiens de interiori mẽtis iuſtitia, nec iudicãds de occultis, quòd homo non intueatur cor, ſed tãtum de factis externis, honorem deferens operibus extrinſecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis: in hoc conſtituta, vt obedientia ac honor præſentibus magiſtratibus deferatur, & ciuilis quædã & externa pax cõſeruetur. Hæc enim ſtatuit de iure perſonarum, de rerum diuiſione & poſſeſſione, de cõtractibus, de teſtamẽtis, de pœnis delictorũ, & cæteris ſimilibus, ſine qua lege impoſſibile eſt retinere vitam corporalem, vt nõ iniuria anima ciuitatis appellata ſit. Et quãquam de iuſtitia interiori, quam Deus requirit, ferè nihil præcipiat, attamen quatenus ad ſuũ finem refertur, ordinatio & donum Dei eſt, Deo placens. Et quis tam cæcus eſt mente, qui nõ videat, quanto terris ornamento ſit, & quantũ valeat ordo ille reipublicæ in cuiuſdam pacis terrenæ vinculum, coërcens etiam peccatores, vt tantũ donum non poſſit nõ eſſe à Deo. Quamobrem diuus Paulus ait, Oportere omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ob id ſubditam eſſe, quòd non ſit poteſtas niſi à Deo: ſed poteſtates quæ ſunt, à Deo ſunt. Ideoq; ſubdit: Qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit. Itẽ: Dei miniſter eſt, ei qui bene facit in bonum: ei, vero qui male facit, vindex in iram. Et apertè pronuntiat Paulus, neceſſarium eſſe, vt hunc legi obediatur non tantũ propter iram, ſed & propter cõſcientiam, vt qui ſecus fecerit, non tantum pœnæ ciuili ſubiaceat, ſed & peccatũ incurrat. Leges ergo ciuiles, quatenus non pugnant cum lege diuina, per legem diuinã abrogatæ non ſunt, ſed potius lege diuina firmantur. Et vt non faciant, vt rebus externis homo

Lex humanaquæ.

Lex humanæ vis.

1. Pet. 2.

Sũma iuris ciuilis.

Lex anima ciuitatis.

Lex ciuilis Dei ordinatio.

Rom. 13.

Legi ciuili obediẽdũ ſub pœna peccati.

Quatenus lex ciuilis abrogata ſit per legẽ diuinam.
Aug. ad Macedonium, epiſto. 54. circa finem.
1. Tim. 2.
Acto. 5.

bene & ſecundum Deum vtatur (quod nemo niſi fidelis hoc faciat, dicente ſcriptura: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt, infidelis autẽ nec obolus) faciunt tamen, vt malè vtentes rebus corporalibus, minus moleſti ſint, donec fideles & pij inter eos viuentes, perueniant ad illam ciuitatẽ, vbi hęreditas æternitatis eſt, vbi non habet niſi iuſtus locũ, non niſi ſapiens principatum, vbi poſſidebunt, quicunque ibi erũt, verè ſua. Et propterea Paulus pro magiſtratibus etiam ethnicis orare iubet, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hic eſt enim finis legis humanę, à quo ſi aberrauerit, aberrat autem, quum quid contra Deum, aut Dei mandatum apertè iubet, tum demum audienda non eſt, ſed fortiter illi obſiſtendum cum Apoſtolis, quòd oporteat plus obedire Deo, quàm hominibus, maximè quòd tum potius diabolica quàm humana lex cenſenda ſit.

Lex diabolica.
Auguſt.
Chryſoſt.
Gene. 1.
Eſaiæ. 14
Ioan. 8.
Lex diaboli legi Dei contraria.
Ephe. 2.
1. Petr. 5.
Gene. 2.
Eccl. 15. & 17.
Aug. de corrup. & gra.
Gene. 3.

LEx denique diabolica ea eſt, cuius author eſt ſatanas princeps & author omnium malorum, non quòd ſit vlla ſubſtantia per ſe mala, ſed quòd ſicut ipſe ſatanas bene conditus à Deo, ſua peruerſa voluntate degenerauit in malum, ita res alias à Deo bene conditas, quantũ poteſt, vitiat & corrumpit, maximè vero homines quos lege ſua, legi diuinæ ex diametro contraria, ad peccandum ſolicitat. Quemadmodum enim Deus lege ſua fidem & obedientiam erga ſe requirit, ita diabolus ſua lege per diffidentiam & rebellionem hominum mentem inquinat: & quemadmodum lex diuina omnia vult eſſe ordinatiſſima, ita lex diaboli tendit ad omnem ordinem turbandum. Hanc ſatanicam legem, ſcriptura vocat legẽ carnis legem mẽbrorum, legem peccati, quòd illius ſatelles peccatum ſit, ſtipendiũ, mors, cuius origo & vis ſuperius non ſemel oſtenſa eſt. Porrò primi parentes noſtri, quamdiu libero arbitrio & lumine illo diuinitus indito (quo Deus legẽ ſuã initio tradidit & hominis mẽti inſeuit) bene vſi ſunt, ſub lege diuina tãtum fuerunt, qua duce, etiam potuiſſent per ſuperadditam gratiam perfectè obedire Deo, quòd ſcilicet nullã in ſe diſſenſionis materiam aut pugnam ſentirent, ſed magis experirentur carnẽ menti omnino conſentientem. At poſtquam diabolus in paradiſo legem aliam diuinæ illi legi (quæ erat de non edendo ex ligno ſcientiæ boni & mali) omnino contrariã, ipſis propoſuiſſet ac ſuggeſſiſſet, quum diceret: Comedite, ſi comederitis, non moriemini, ſed eritis ſicut dij,

ipſiſque

ipſiq; malè credŭli ac miſerè ſeducti, magis elegiſſent aſſentiri diabolo mendaci q̃ Deo vero, & magis obtemperare legi ſatanæ corruptoris, quàm legi Dei creatoris ac ſeruatoris, protinus in eis obſcuratum eſt lumē illud notitiæ Dei diuinitus infuſum, illo ſcilicet offundente infidelitatis tenebras, quem Chriſtus poteſtatem tenebrarum appellat, proindeque mox vbi præceptum Dei tranſgreſsi ſunt, peccatum velut ægritudo quædam lethalis eos inuaſit, & mors ipſa protinus concepta, ac illa vis (qua ante peccatum mens corpori dominabatur) repente vitiata eſt, ſuccedente lege concupiſcentiæ carnalis deinceps per Adã in omnes homines ex mortis propagine deriuata, quæ eſt omnium peccatorum, omniſque rebellionis cõtra Deum amariſsima radix. In hac peccati lege, quum cõcipiamur & naſcamur, afferimus nobiſcũ Dei ignorantiam, ſeu ſaltem obſcuriſsimam notitiam, diffidentiam, & rebellionem contra Deum. Vacamus enim dum naſcimur, ac tantiſper etiam donec renouemur, vero timore Dei: nã ſi quis eſt in nobis Dei timor, is eſt cum odio coniunctus. nõ tangimur vera fide, dubitantes ſubinde de prouidentia, iuſtitia & miſericordia Dei nõ afficimur vera charitate, ad amorem rerũ fluxarum magis procliues, tametſi adhuc ſentiamus in nobis illam Dei legem non eſſe penitus extinctam, ſed oppreſſam. quo fit, vt nemo non cum Paulo lamentari ac dicere cogatur: Inuenio legem volẽti mihi bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Per hanc legem factus eſt diabolus princeps mundi huius, quem Chriſtus veniens eiecit, delens chirographũ decreti, quo nos huic diabolicæ legi obſtrinximus, quod erat contrarium nobis, auferẽs illud de medio, & affigens cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Ergo qui in Chriſto baptizantur, ab huius quidem legis vi ac dominatione, hoc eſt à peccati reatu & damnatione liberantur. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberat nos à lege peccati & mortis, ſed tamen interim manet concupiſcentia, materia ac fomes peccati, nõ vt dominetur, ſed vt per ſpiritũ nobis in baptiſmo datum ſenſim eradicetur. Quo fit, vt Apoſtolus dicat, nihil demnationis eſſe his, qui ſunt in Chriſto

Diabolus poteſtas tenebrarũ. *Luca. 22.* *Bernar. in ſer. de cœna domini* *Lex diabolica ſeu concupiſcentia, in qua naſcimur, quæ ſecum adferat.* *Roma. 7.* *Diabolus princeps mundi huius.* *Coloſſ. 2.* *Roma. 7.* *Auguſt.* *Ber. in ſermo in cœna domini de baptiſmo.*

Legis diuinæ diuiſio.

Tria tempora quod ad legẽ diuinam attinet ſpectãda.

Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: quo ſignificat ac docet, diabolum in regeneratis, per concupiſcentiam efficacem non eſſe, niſi tamen legem ſpiritus vitæ deſerant, & facti deſertores, relictis Chriſti vexillis, ſua volũtate carnem iterum inſequendo, ſe diaboli legi rurſus alligent, & ex filiis fi dei, fiant filij diffidẽtiæ, in quibus ſolis, efficax eſt ſpiritus ille erroris, quemadmodum in expoſitione ſacramenti baptiſmatis latius diximus.

Lex naturæ.

Lex Moyſi.

Lex Euangelica.

Lex naturæ ſi generatim accipiatur, in omnibus rebus creatis viget.

SEd ad legem diuinam redeamus. Hæc licet (vt diximus) ſemper eadem ſit & immutabilis, aliter tamen atque aliter ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarũ exhibita eſt. Quo fit, vt in legem naturę & legem ſcriptam, ſcripta rurſus in veterem ac nouam diuidatur. Tria ſiquidem tempora ſpectanda ſunt, quod ad hominem pertinet, conditi, lapſi, & reſtituti. Condito data eſt lex naturæ, Lapſo vero, quum hæc naturæ lex nedum per originale peccatum obſcurata, ſed increſcente etiam hominum malitia propemodum obliterata fuiſſet, data eſt lex vetus per Moſen ĩ tabulis lapideis. Dei digito conſcripta. Poſtquam vero & hoc Dei donum, hominum impietas ſibi verterat in occaſionem grauioris damnationis, data eſt lex Eu ãgelica per Chriſtum, quæ digito Dei in cordibus fidelium exaratur.

Lex naturæ homini indita, quo differat à lege naturæ communi.

Pſal.103.

LEx naturæ ſi generatim accipiatur, non tantũ indita eſt mẽti hominis, quin viget quoq; in omnibus rebus creatis, etiam in his quæ ſenſu carent ac ratione, veluti corpora cœleſtia, maria flumina, fontes, plantæ, & omne animantium genus, ſuæ quodque naturæ legibus obtemperant, quod tamen ſic accipi volumus, non quòd natura, ſed quòd Deus naturæ conditor, harum legum ſit author, etſi leges naturæ dicantur. Quicquid enim natura dat aut facit, Deus facit ac generat, quemadmodum ſuperius in ſymbolum diximus. Ceterum, quidnam ſit naturæ lex, quatenus ad hominem tantum refertur, & quatenus ea à communi lege naturæ, qua cæteræ creaturæ reguntur, differat, ex ſuperioribus ſatis intelligi poteſt. Cæteræ creaturæ ſuam legem à condito orbe perpetuo quodã tenore obſeruãt, quia libero carent arbitrio. Soli angeli, ac deinde etiam homo (quòd ipſis data fuerit libera voluntas) hanc legem præuaricati ſunt. Lex ergo naturæ in hominibus eſt illa notitia de Deo, & Dei voluntate, quæ conditis nobis, menti noſtræ per Deum eſt indita. Hæc (vt iam

Lex naturæ ĩ homine quid.

diximus) ante prçuaricationem diuini præcepti, vt lumen illud diuinitus inſitum, tam certa erat ac dilucida, vt ſi voluiſſet homo. potuiſſet Deo per gratiam ſibi in hoc ſuppeditatã obedire. Verum, poſt præuaricationem hoc lumen cum diaboli ſuggeſtione, tum noſtro vitio non aliter obrutum eſt & obſcuratum, quàm fieri videmus in oculo ſaucio. Purus enim & ſyncerus oculus, lumine quodam diuinitus inſito illuſtratur, quo ſuo munere ritè perfungitur. Quòd ſi in eum puluis irruat, aut vehemẽs fumus, vel pituita immigret, ſtatim ſordidus fit ac ſaucius, purgãdus prius, antequam videre aut rectè intueri lumen rurſus poſſit. Non ſecus lumen illud naturæ mẽti primi hominis infuſum, etſi peccato ſuccedente nõ penitus extinctum, mirum tamen in modum obtenebratum fuit. Remanſit adhuc effigies quædam & imago diuinæ ſapiẽtiç, quã ipſe animis noſtris impreſſit ac inſculpſit, ſed tenuis qua tamen nullum eſt in rerum natura certius Dei veſtigiũ. Certe hoc conſtat, nullam eſſe rationalem animam quanuis peruerſam, quæ tamen vllum rationis vſum obtineat, in cuius conſcientia per hanc naturæ legem non loquatur Deus, qui eam in cordibus hominum ſolus inſcribit. Fertur quidẽ animus hominis necdũ renati cçca quadam cupiditate, interim tamen cũ cogitat & ratiocinatur: tum quicquid in ea ratiocinatione verum eſt, nõ ei, ſed huic ipſi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro ſui capacitate illuſtratur, tribuendum eſt, ac agnoſcendus Deus qui inuiſibiliter, ſed ſenſibiliter tamen in mentibus hominum operatur. Hæc itaque naturæ lex in Ethnicis etiam teſtatur & clamitat, Deum conditorem totius naturæ, Deum bonum & iuſtum, Deo obediendum, Deum inuocandum eſſe, ſicut dicit Apoſtolus: Qui cum cognouiſſent Deum (nimirum per naturæ legem) non ſicut Deum glorificauerũt. Hæc item lex facit, vt homo naturaliter intelligat virtutem expetẽdam eſſe propter Deum. Item ſecundã naturam eſſe, parẽtibus ac maioribus obtemperare. Hæc quoque facit iniurias, cædes, furta, ſtupra, adulteria, mendacia, & his ſimilia, naturali iudicio diſpicere, idque atteſtante conſcientia. Sed de hoc ſatis.

Ante lapſum.
Aug. de correp. & grat. cap. 10. 11.
Auguſt. ĩ Ioã. Tractá. 1.
Aug. de ſpiritu & lite. c. 27
Nullũ certiꝰ Dei veſtigium in rerũ natura, quàm lex naturæ.
Aug. de ſermo. domini in mõte. li. 2.
Deus operatur ſenſibiliter in mentibus hominũ.
Lex naturæ docet nos de Deo.
Rom. 1.
Docet ſectãdã virtutẽ et ſcelera vitãda.

VT ad legem latam ſeu ſcriptã veniamus, principio quo intelligi poſſit, cur ea data & quæ eius virtus ſit, repetendum eſt quod toties ſuperius docuimus: nempe, per lapſum primorũ parentũ, viribus liberi arbitrij miſerè abutẽ-

Aug de natura & gratia.

tium legem diuinitus inſitam, atque adeò totam ipſam hominis naturam, cũ viribus ſuis tam grauiter vitiatam ac corruptam fuiſſe, vt per ſuas vires originali innocentię ſeu iuſtitiæ reſtitui nullo modo potuerit. Adeò enim vires illę naturales per peccatum vitiatæ ſunt, vt liberum arbitrium amodo ex ſe ineſficax eſſet ad bonum, ac planè impotẽs ad pręſtandam obedientiam legi Dei, initio mentibus humanis inſculptę, vel ob id, quòd vitiato illo lumine menti hominis diuinitus indito, ſtatim cœperit, idque neceſſaria quadam conſequentia, in natura hominis hærere ignorantia, dubitatio, diffidentia, odium & contemptus Dei, quæ cum lege diuina pugnant, quæ natura ipſa dictãte iubet, vt Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus diligamus, vtq; ſoli Deo ſubiecti ſimus ac adhæreamus. Iam etſi Deus hominem lapſum, & peccato planèobrutum, deque ſalute & reparatione ſua penitus deſperãtem, ineffabili pietate rurſus erexerit, cum promitteret futurum aliquando ſemen ex muliere quod caput ſerpentis contereret, hoc eſt quod regnũ diaboli (peccati ſcilicet & mortis) aboleret, ac hominem à peccati vinculis eximeret: in qua etiam promiſsione non dubium eſt, omnes pios ab orbe cõdito ſuæ ſalutis anchoram poſuiſſe, quinetiam omnes homines in huius promiſsionis fide ſaluari, & per eam bene operari ac legem ſectari potuiſſe, tamen cũ diabolus ſua tyrannide necdum per venturi Chriſti potentiam deſtructa hominũ maximam partem (alioqui ex innata corruptionis labe in malum pronam) in omne inſuper ſcelerum genus ruere feciſſet, ac mẽtibus eorum per accumulatas peccatorum ſordes magis ac magis obſcuratis, hanc promiſsionem ſenſim excuſiſſet, factum eſt, vt paucis admodũ ſanctis ac piis hominibus exceptis qui memoriam eiuſcemodi promiſsionis ſingulari Dei beneficio conſeruabant, & poſtea in Abraham ac Dauid renouatam agnoſcebãt, cæteri huius promiſsionis, & eiuſcemodi ſpiritalis liberationis ignari, lege naturæ male ſint abuſi. Quidam enim eo demẽtiæ ſunt prolapſi, vt Deum eſſe negarent. Siquidem hi, quum hominem in tantam miſeriam per peccatum illud primorum parentum lapſum eſſe nõ agnoſcerent, nec modum viderent, quo ſe è peccati vinculis extricarent, ac etiam cernerent temporariam ſcelerum impunitatem, cæco planè ac impio iudicio prouidentiam Dei ſuſtulerunt, deſideria ſua peſsima inſequẽtes, ac dicẽtes in cordibus

Liberũ arbitriũ poſt lapſum inefficax ad bonum.

Gene. 3.
Aug. epi. 95. de Pelagio ad Innocẽtium.
Gene. 6.

Gene. 12.
2. Reg. 7.
1. Para. 17
Pſal. 55.

Propter excuſſam promiſsionem de Chriſto & abuſum legis naturæ neceſſario erat veniẽdũ ad legẽ ſcriptam.

dibus ſuis, Non eſt Deus: quos tamen non dubium eſt graué mentis lanienam ex delictorum conſcientia ſemper circũtuliſſe, qua tamen vel ſola commonſtrante, ſatis intelligere potuiſſent ſcelerum aliquem vltorem aliquando fore. Quidam verò etſi Deum eſſe naturali iudicio, vtcũque cognouiſſent, non tamen ſicut Deum glorificauerunt, ſed ſuperſtitionibus dediti vanos deos opera manuum ſuarum ac vanos ritus (in quibus omnem ſuam fiduciam conſtituebant) ſibi finxerunt. Quidam denique licet vnũ Deum agnoſcerẽt, cui & obedientiam deberi cenſerent, & quæ lex naturæ, veluti bona ſuggereret, ſequenda, quæ viciſsim mala reſpnenda eſſe putarẽt, tamen cum in proprias vires & opera, & nõ in Dei virtutem ac bonitatem reſpicerent, ſeipſos miſerè deceperunt. Nam etſi manus à publicis criminibus abſtinerent, animum tamen praua concupiſcentia imbutum mundare nõ potuerunt. Hoc enim ſolius Dei & promiſſi mediatoris munus erat, quẽ illi vel ignorabant, vel agnoſcere ſaltem nõ volebant. Quid autem magni eſt, ſi manus retineantur à ſcelere, cum animus legi Dei, interiori concupiſcentia repugnante, nondum cõſentit? Vbi adhuc vitioſi affectus ex concupiſcentia pullulantes, ac perfectam erga Deum charitatem (quæ ex toto corde, & ex omnibus viribus proficiſci debet) vitiantes reliqui ſunt, qui (etſi externum opus peccati non patretur) conſcientiã tamen coram Deo in non renouatis accuſare non deſinunt. Nã vt Apoſtolus ait, Non ſolum digni ſunt morte, qui ea faciũt, ſed & qui facientibus conſentiunt. conſentiunt autem, qui in ſimilia ſcelera cum facientibus omnino ruerent, niſi Deum vt vltorem timerẽt. Certè planè aliud eſt quempiam volũtate benefaciẽdi benefacere: aliud vero, ad malefaciendum ſic inclinari, vt & malũ faceret quis, ſi hoc poſſet impunè permitti. Nam profectò is in ipſa intus volũtate peccat, qui nõ voluntate, ſed timore non peccat, quales ſumus omnes, in quibus nondũ viuit Chriſtus, ꝙ omnes prorſus quotquot ſumus, ſic nos adfectos deprehendimus, vt ſi nulla lex vrgeret, ac abeſſet tã pœnæ metus quàm ſpes premij, eſſetq; planè liberũ nobis facere quiduis, omnino quę peſsima ſunt, faceremus, præſertim vel impellente tentatione, vel prouocante occaſione.

Pſal.13. Roma.2. Deut.32. Roma.1. Auguſt. Deut.6. Matt.22. Rom.ca.1 Quidicantur cõſentire facientibus. Aug. ad Bonifaciũ lib.1. contra.2. epiſtolam Pelagianorũ

QVum ergo naturalis lex per lapſum Adæ in hominum mentibus intantum obtenebrata fuiſſet, vt citra fiduciam promiſsionis venturi ſeminis, in quo benedicerentur

Gen.c.22. Galat.3.

Lex vetus per Myſen data tres potiſſimum ob cauſas.

omnes gentes,ad iuſtificandũ hominem ipſa non ſuffiecret, inſuper etiam per increſcentẽ hominum malitiam propemodum eſſet obliterata:factum eſt ſingulari Dei prouidentia vt lex per Moſen data(quæ & vetus ad differentiam nouæ legis per Chriſtum latę appellatur)ſuccederet,idq; tribus potiſſimum de cauſis. Primò,vt coerceret homines quadã diſciplina,pœnarum metu à flagitiis deterrens:quod vt ita fieret,erat neceſſe,modo ſocietas humani generis aliquo ſaltem modo cõſtare deberet. Nam cum lex naturæ ita eſſet obſcurata, vt etiam manifeſta ſcelera,perinde ac ſi ſcelera non eſſent, diſsimularentur ficbat vt ſtupra,inceſtus,adulteria, rapinæ, cædes,& his ſimilia facinora, non tantum impunè admitterẽtur,ſed & ſcelerati ſeſe laudem inde referre putarẽt. Quare poſt naturæ legem, ſcripta lex ob id in primis diuina authoritate ac beneficio lata eſt, vt hæc externa & manifeſta ſcelera cõprimerẽtur. Quod ſignificans Apoſtolus, ait:Lex iuſto nõ eſt poſita:ſed iniuſtis,& non ſubditis,impiis & peccatoribus ſceleratis & contaminatis,patricidis & matricidis, homicidis,fornicariis,maſculorum concubitoribus, plagiariis,mendacibus & periuris. Hunc vſum diuinę legis(qui ciuilis eſt) lex humana eſt imitata, & eatenus Dei donum eſt, ex lege diuina ſuam originem trahens,quemadmodum ſupra diximus. Secundò.lex diuina lata eſt.vt oſtenderet peccatũ, vt accuſaret,terreret,conturbaret ac confunderet conſcientiam (quem legis vſum lex humana quæ tantum externa reſpicit) ignorat, lex vero diuina ſibi vt proprium vendicat. Quem legis finem Paulus frequenter indicat,vt cum ait Roma.3.Per legem agnitio peccati. Et iterum Roma 7.Peccatum non cognoui,niſi per legem.Nam concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret,Nõ concupiſces.Non quòd ante legem concupiſcentia non eſſet peccatum ſed quòd lateret.Sine lege(inquit Apoſtolus)peccatum mortuũ erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando.Sed cum veniſſet mandatũ,peccatum reuixit. Transfigurat enim Apoſtolus in ſe hominem, qui eſt ante legẽ & ſub lege poſitus.Sine lege peccatũ mortuũ eſt,id eſt occultatũ,quod velut mortuum putatur. Et ego viuebam ſine lege. id eſt nullo ex peccati metu terrebat, quia non apparebat peccatum.cum lex non eſſet. Adueniente autem mandato peccatum reuixit, id eſt peccatum, quod latebat ante prohibitionem,notum factum eſt, ſeu apparuit, per

Lex diſciplina coercẽs hominum cupiditates.

1.Timo.1.

Lex humana imitatrix legis diuinæ.

Lex lata vt indicaret peccatum.

Lex humana non iudicat de occultis.

Ante legẽ quomodo peccatum mortuum.

præuaricationem. Fuit enim ante legem peccatum, ſed vt Apoſtolus ait, Non imputabatur: intellige apud homines, quòd lex naturalis propemodum eſſet abolita. Lex ergo neque peccatum propriè operatur aut inſerit, quia iuſta & ſancta eſt, ſi quis ea legitimè vtatur: neque peccatum vel extirpat, vel viuificat, ſed tantum oſtendit peccatum, idque non eo fine, vt per peccatum occidat, aut per incuſſos nobis terrores perimat, ſed vt animam humanam, quaſi de innocentia ſecuram, ipſa peccati demonſtratione ream faciat, quo tandem illa, intelligens peccatum ſine gratia Dei vinci non poſſe, reatus ſolicitudine ad percipiendam gratiam promiſſi mediatoris conuertatur: quod vix clariori exemplo, quàm ſpeciali indicari poteſt. Speculum nobis turpitudinē ſeu maculā nullā vel adiungit, vel inſerit, vel adimit: ſed tantum oſtēdit, vt de fœditate noſtra (quā ipſi nobis adimere nō poſſumus) cōmoniti ac conturbati, ad eū, qui eiuſcemodi deformitati mederi poſſit, cōfugiamus. Sic Deus per legē oſtēdit homini infirmitatē ſuam eo ſcilicet fine, vt iā ſuæ ſibi infirmitatis conſcius ad eius miſericordiam per fidem confugiēs, ſanetur. In quam ſententiam Paulus dixit: Concluſit Deus omnes ſub peccato, vt omniū miſereatur. Neque enim quiſpiam concupiſcētiæ reſiſtere poterit, niſi adiutus gratia. Nemo naturale vitium deponit, niſi ope conditoris naturę. Nemo incredulitatem, diffidentiā, odium, & contemptum Dei exuit, nemo cum voluntatis delectatione bonū operatur, niſi Deus fidem, ſpem & charitatem per ſpiritū ſuum menti prius immittat. Tertiò, lex data eſt, vt iuſtificatis per fidem regula ſit bene viuendi, in qua cernant opera quæ Deo placent, ac imitētur, vt faciāt quæ requirit Deus: & eatenus præſtat ſapiētiam, paruulis lętificat cor, illuminat oculos. In quam ſententiam Dauid ille diuinus Pſaltes ait, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Nam quanuis iuſtificati, ab onere legis liberi ſint, quia iam per legem non terrentur, conturbantur aut damnantur: tamen ab obedientia legis liberi non ſunt, imò gratia iuſtificationis in ipſis iam facit & operatur, vt legem voluntariè impleant, non conſtituti amodo ſub legis imperio, ſed ſponte ſua facientes, quod lex præſcribit. In ſumma, lex data eſt per Moyſen, ad reuelandam legem naturalem penè obliteratam, ad diſciplinam corrigendam, ad indicandam infirmitatem noſtram, de-

Lex propriè nō eſt cauſa peccati.
Roma. 7.
1 Timo. 1
Aug. de ſpiritu & litera ad Marcellinum.
Quo fine lex oſtendat peccatum.
Speculum legis ſymbolum.
Galat. 3.
Roma. 11
Nemo cōcupiſ. ētiā vincit, niſi per gratiam.
Lex regula bene viuendi incitans ad operandum bonum.
Pſal. 18.
Pſal. 118.
Ro. 4. & 7
Aug. li. quæſtionū veteris teſtamenti. quæſt. 4.

nique fidem in Deum reformandam.

Diuiſio legis Moſaicæ. Diuiditur autem hæc lex, in moralē, cęremonialem & iudicialem Iudicialiś reſpondet primo fini legis, qui eſt in coërcendo per diſciplinam ad retinendam ſocietatem humani generis, ſed per Moyſen potiſſimum tradita ac inſtituta ad gubernationem illius populi Chriſtū expectantis, de ritibus coniugiorū, ſucceſſionibus, pœnis delictorum, & ſimilibus rebus forenſibus præcipiens. *Lex iudicialis tantum tradita Iudæis.* *Moralis.* Moralis, ſecūdo fini reſpōdet, quòd ſit expoſitio legis naturę ac doctrina virtutum carnis fragilitatē oſtendens, & ad gratiā pręparans. *Cæremonialis.* Cæremonialis verò inſtituta fuit ad præfiguranda veturi Chriſti myſteria & veros fidei cultus Deo acceptos, nimirū vltimo fini legis reſpondens. Sunt autem iudiciales ac cæremoniales leges abolitæ non pertinentes amodo ad nos. *Iudicialis & cæremonialis leges abolitæ.* Iudicialis enim data erat ad moderandū populum illum, vtētem cæremoniis Chriſtum pręfigurātibus. Statu ergo illius populi mutato, neceſſe erat, vt & hæc lex ceſſaret. Vnde nos nūc rectè eius loco iure ciuili Imperatorio vtimur, quēadmodū ſuprà diximus & oſtendimus. *Hebr. 7.* Itidē cæremonialis obſoleta eſt, quoniā per Chriſtum adimpleta, ſicut Chriſtus ipſe teſtatur: *Augu. in epiſtol. ad Hebræos.* Lex, inquiens, & prophetæ vſque ad Ioannē, id eſt cæremoniæ & typi veteris legis vſque ad Ioannē. *Matt. 11.* Nā poſt Ioānem cōſummatis omnibus, quæ lex figurabat, & ſublatis typis, gratia & veritas per *Luce. 16.* Ieſum Chriſtū facta eſt. *Ioan. 1.* At ſola lex moralis (cum interpretatio ſit legis naturę) abrogata non eſt, ſed manet, quam Chri- *Matth. 5* ſtus non venit ſoluere, ſed adimplere, eamq́; gratiam conferre, qua & nos adiuti eandem adimplere poſsimus. Id quod ſæpiſſime in hac inſtitutione replicatum meminimus.

Quibus ſemel rectè perceptis, quāplurima in ſcripturis ſubobſcura ſtatim manifeſtiora fiūt. Veluti ſunt, cur lex Moyſi, lex literę, lex operum & timoris, cur itē miniſtratio mortis appelletur, cur occidere, peccatum augere, iram operari, & impoſſibilis eſſe dicatur. *Roma. 8.* Cur pædagogo & ſpeculo comparetur. *Lex literæ* Lex enim literę dicitur (vt quod antea ſemel diximus maioris perſpicuitatis gratia iterum repetamus) quatenus doctrina eſt literis deformata, docens, quid agendū, quid vitandum, cui ſi ſpiritus viuificans ſeu gratia adiuuans (quā ipſa non præſtat) deſit, id eſt ſi non viuat in corde per ſpiritum, quid aliud eſt, quàm mortua litera? *Non ſufficit ſcire literā legis* quam certè nō ſufficit ſcire, ſed opus eſt, vt id quod iubet etiā fiat ī nobis, quod non

non fit virtute legis,ſed ope gratiæ.quamobrem grauiter er- *Aug. de*
rarunt Pelagiani etiā antea per nos notati,aſſerentes homi- *natu.&*
nem ſuis viribus legē adimplere poſſe, eoipſo euacuantes & *gra.cap.*
irritam facientes crucem & redemptionem per Chriſtum.Si 40.
enim poſſibilitas naturalis per liberum arbitriū& doctrinam
legis(qua tantū cognoſcit,quomodo viuere debeat)ad bene
viuendum ſufficit ſibi,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt,qui
certè propterea mortuus eſt,vt peccati imperium in membris
noſtris deſtrueret, & gratiā promereret apud patré,qua ad-
iuti legem alioqui nobis factu impoſſibilé facere poſſemus.
Lex factorum ſeu operum dicitur,quia opera imperat quę fa- *Lex facto-*
cere debeamus,licet non addat poſſibilitatem qua faciamus, *rū ſeu ope-*
neceſſitatem aliunde petendi remedij & auxilij indicans,& *rū quare*
ad medicū prouocans. Lex verò timoris appellatur,quòd ti- *dicatur.*
more pœnæ à peccato coërceat,quodq; quandiu nō accedit *Lex timo-*
ſpiritus coadiuuans,timore non amore fiat,imò omnino nō *ris.*
fiat,quòd lex ſine dilectiōe adīpleri nequaquā poſſit. Quòd *Rom.13.*
autem aculeus & virtus peccati miniſtratioq; mortis appella- *Quomo-*
tur,quòd occidere,quòd peccatum augere quòd iram opera- *do lex ope-*
ri,quòd omnes ſub peccatum includere dicitur,ſic intelligé- *retur pec-*
dum eſt:Non quòd hæc operetur lex diuina ſua natura(nam *catum &*
eatenus differt à lege diabolica,quę propriè lex peccati dici- *iram.*
tur)ſed tantum per occaſionem,idque in hominibus lege di-
uina abutentibus,& eandem ad verum ac vltimum finé, quē
ipſa intendit,nō accommodantibus, quemadmodum apertè
Apoſtolus ait:Concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret: *Roma 7*
Non concupiſces. Et paulo pòſt : Occaſione autem accepta,
peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concu-
piſcentiam. Et poſt pauca:Inuentum eſt mihi mandatū quod
erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem:nam peccatum occaſione
accepta,per mandatum ſeduxit me,& per illud occidit. Itaq;
lex quidem ſancta & mandatum ſanctum & iuſtum & bonū.
Sed peccatum vt appareat peccatum,per bonum operatū eſt
mihi mortem,vt fiat ſupra modum peccans peccatū per mā- *Aug.de*
datum. Elegit Apoſtolus generale quoddam legis, ab omni *ſpiritu &*
peccato prohibentis,vt vna voce cuncta complexus legis in- *liter.ca.4*
firmitatem indicaret, vtque quàm non prodeſſet,ſed obeſſet
magis lex non rectè vtenti,doceret. Proinde ait:Non concu- *Roma.7*
piſces. Neque enim vllum peccatum,niſi concupiſcendo cō- *1.Tim.1.*
tra legem Dei cōmittitur. Eſt ergo ea lex, quæ hoc præcipit

admodum laudabilis,optima etiam ac ſaluberrima. quam ſiquis impleuerit,nullum habebit omnino peccatum. Sed tamē niſi adiuuet ſpiritus ſanctus inſpirans pro cōcupiſcentia mala,concupiſcentiam(vt ita dicamus)bonam hoc eſt niſi ſpiritus charitatem diffundat in cordibus noſtris, lex ipſa quantumuis bona, prohibendo auget deſiderium malum, ſicut aquæ impetus,oppoſito obice,fit vehementior, ſi in eam partem,qua obex poſitus eſt impetu influere non deſinat, euicta enim mole maiori cumulo præcipitatus violentus per prona prouoluitur. Neſcio enim quomodo hoc ipſum,quod concupiſcitur ſit iucundius dum vetatur? Quod & poëta nō tacuit, cum ait: Nitimur in vetitum ſemper,cupimusq; negata. Hoc ergo eſt,quod peccatum,vt (Apoſtolus ait)fallit per mandatū,quodque per illud occidit,cum ſcilicet accedit peccato legis præuaricatio, & fit peccatum (quod ante legem, vel latebat vel non ita angebat)magis peccans peccatum, id eſt grauius. Vnde alibi ait Apoſtolus: Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum, vt ſcilicet eo modo conuictus atque cōfuſus miſer peccator, videret nō tantum doctorem ſibi eſſe neceſſarium, quo docente legem percipiat, verumetiam adiutorem Deū, a quo ſua itinera ſecundum legis præſcriptum dirigantur,vt cōfugiendo ad opem diuinæ miſericordiæ ſanetur: atque ita fit,vt vbi abundauit delictū,ſuperabundet & gratia, nō quidem peccantis merito,ſed ſubuenientis auxilio. Ex quo manifeſte ſequitur (quod ſæpe etiā docuimus prius) Bene viuere donum eſſe diuinum non tantum,quia homini Deus dedit liberum arbitrium,(ſine quo nec male nec bene viuitur)nec ob id tantum,quia præceptum dedit,quo doceat quemadmodum ſit viuendum ſed quia ipſe ſolus eſt,qui charitatem per ſpiritum ſanctum diffundit in cordibus eorū quos iuſtificat. Ergo qui lege ſecus vtuntur, id eſt qui literæ tantum inhærent & qui ſuis propriis viribus putāt ſe legi ſatisfacere velle abſque gratia & dono charitatis iis lex quæ erat ad vitam, per occaſionem fit mortis miniſtratio,peccatum augens,iram efficiens & occidens,quæ admodum ſalubris ipſis fuiſſet ſi in finem præcepti,id eſt liberatorem(cuius gratię participatione mandatum demum impletur)reſpexiſſent, & illius opem impetraſſent. Ex quibus quoque perſpicuum euadit, quatenus lex impoſſibilis facta dicatur. Ex ſe enim (quod extra hominem ſit (lex non iuſtificat, etſi liberum accedat arbitrium.

Aug. de ſpiritu & litera.

Ouidius.

Aug. ibidem. ca. 6 & 7.

Roma 7.

Peccatori vt reſipiſcat nō tā tū doctor, ſed et adiutor Deus neceſſarius.

Pſal 118.

Bene viuere donum diuinum.

Aug. ibi. cap. 5.

Eccle. 5.

Roma. 5.

Finis præcepti Chriſtus ad ſalutem omni credēti.

trium. nam quandiu latet veritatis via,liberum arbitrium ex ſe non valet quicquã,niſi ad peccandum. Quin etiam verita te iam per legem patefacta. lex ad bene agendum non ſuffi cit,niſi enim quod agendum eſt,delectet etiam & ametur,nõ agitur non ſuſcipitur,non bene viuitur. Vt autem quod agen dum eſt,diligatur, neceſſe eſt vt charitas Dei diffundatur in cordibus noſtris,non per liberum arbitrium(quod ſurgit ex nobis) ſed per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis. Impoſſibilis ergo lex eſt,ſi tantum liberi abitrij vires reſpicias, poſſibilis autem factu eſt per gratiam. Quamobrem audiendi nõ ſunt,ſolo nomine Chriſtiani,qui legem ſimpliciter factu impoſſibilẽ eſſe dicunt, atque hinc & interdum etiam ex verbis Apoſtoli male detortis ſuã malitiam excuſare nituntur. Nã cum per Chriſtum redempti, ſpiritum quoque ſanctum in baptiſmo (ritè ſaltem percepto & accepto) ſint adepti, ipſiſque quantumuis peccatorum mole obrutis per eundem Chriſtum (ſi tamen verè pœniteant) redditus pateat ad patrem, & ſpiritus emiſſi participationem,conſequens eſt vt contumeliam Chriſto inferant,ſi legem ſibi ſimpliciter adimpletu impoſſibilem eſſe cauillentur. Certe,quandiu carnales eſſe pergunt, lex ipſis impoſſibilis factu eſt,quia lex ſpiritalis eſt,id eſt exigit ſpiritum,requirit affectum,nõ fit ſolo opere externo: ſed qui ſpiritalis eſt(quales facit ſpiritus gratiæ)is iam Dei ſimilis factus, legem facile implet, nec erit ſub illa,ſed cum illa. Talis autem is eſt,qui nec capitur temporalibus bonis, nec terretur temporalibus malis.

Aug. de ſpiritu & liter. c. 1. 2. *Roma. 5.* *Ioan. 6.* *Hiero. contra Pelagia.* *Auguſt.* *Lex ſpiritualis.* *Roma. 7.*

EX prædictis etiam facile videre eſt,cur lex dicatur pædagogus in Chriſtum,nimirum quòd quemadmodum pædagogus per ferulam & diſciplinam correctionis, pueros ad ſcientiæ perfectionem adducit,ſic lex à malo coërcẽdo,& noſtram infirmitatem nobis demonſtrando,nos ad Chriſtũ mittit. Item ſub pædagogo eſſe dicimur,quãdiu ſumus ſub lege, id eſt quandiu nos lex occulta cenſura damnat,quod ſcilicet ex toto corde legem non faciamus,tandiu legi viuere,id eſt ſub dominatione & imperio legis eſſe dicimur. At poſtquam legis vinculis amodo non cõſtringimur,quia ſcilicet vltro & ex animo,idque Dei amore,non quidem ex nobis,ſed per gratiam legem implemus,quia tum nõ habet lex quod in nobis damnet,pulchra certe periphraſi,legi mori, & per legem ſpiritus vitæ à lege mortis liberari dicimur.

Spiritualis nõ eſt ſub lege,ſed cum lege. *Lex pædagogus.* *Galat. 4.* *Legi viuere quid ſit.* *Legi mori & à lege mortis liberari quid ſit.*

Lex noua euangeliũ eſt. LEx noua quæ ſit, ſatis ex iis quæ de lege veteri diximus,
colligi poteſt. Lex noua, Euangelium eſt quæ & nouũ te-
Nomĩa legis nouæ ſtamentũ, & lex ſpiritus, ſeu lex ſpiritus vitæ, miniſtratio ſpi-
ritus vitæ & iuſtitiæ, lex perfectæ libertatis, lex gratiæ & cir
Euãgelii vocabulũ. cũciſio cordis appellatur. Euãgelij vocabulum Apoſtoli vſur
parunt pro læto nuntio ſeu annuntiatione aduẽtus ac benefi-
cij Chriſti. Quid enim eo nuntio lætius, quo annũtiatur per
Euangelii ſumma. fidem in Chriſtum gratis peccata nobis condonari, ſolui ini-
micitiam inter Deum & hominem, donari nobis ſpiritũ ſan-
ctum nos innouãtem, denique vitam æternam? Habet autem
Euangelii litera. Euangelium ſuam quoque literam, id eſt hiſtoriam & doctri-
nam, quæ in quatuor Euangeliis & Apoſtolicis literis conti-
nẽtur, ſed eatenus (quod & ſuperius nos dixiſſe meminimus)
Matth. 7 non ſumitur differentia legis nouæ à lege veteri, nam multi
Luc. 6. ſunt, qui & hiſtoriam & doctrinã Euangelicam legunt & au-
diunt, quibus tamen Euangelium nõ eſt miniſtratio ſpiritus
Doctrina euãgelica veteris legis explanatio. vitę ſeu iuſtitiæ. Pręterea, quod ad doctrinã attinet, noua lex,
veteris legis tũ explanatio, tum epitome eſt. Legem enim mo
ralem (quæ vna eſt omniũ temporum ac ætatum) non ſuſtu-
lit Euangelium, ſed clariorem reddidit, apertius docens quid
illa requirat, nimirum nõ ſolum opus externum, ſed & animũ
Matth. 5 & affectum. Vnde quod ad literam attinet, ita poſſit occidere
litera Euangelij, ſicut litera legis, ſi non progrediamur vltra
Euangelii gratia. ad Euangelij gratiam, quæ auditu percipitur, fide apprehen-
ditur, & charitate, quæ per ſpiritũ ſanctum datur, in fidelium
Ro. 10. 5. corda diffunditur. Hæc igitur gratia, corda fidelium per fidẽ
Noua lex viuẽs gratia in cordibus. & charitatem innouãs, & viuens in nobis, proprie noua lex,
nouum teſtamentum & Euangelium eſt.

NEc alia ratione Paulus legem ab Euãgelio diſcernit, cũ
Corinthios ſuos appellans, ait: Quoniam eſtis epiſtola
Chriſti miniſtrata per nos, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu
Quo differat lex vetus ab euãgelio. Dei viui, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnali-
bus. Hoc ergo ſolo differunt, quòd lex vetus extra hominem
ſcripta eſt in tabulis lapideis, vt eum perterrefaciat: lex vero
ſpiritus in ipſo homine, vt eum interius iuſtificet. Quũ in ta
2. Cor. 3. bulis ſcribuntur opera charitatis, lex eſt operum, & litera oc-
Aug. de ſpiritu & lite. ca. 17 cidẽs præuaricatorem: quum autem ipſa charitas diffunditur
in corda credentiũ, lex eſt fidei & ſpiritus viuificans dilecto-
rem: quæ hoc intus ſcripta facit diligi, quod foris ſcripta lex
faciebat timeri. Hęc diſcretio legis nouæ & veteris per Hie-
remiam

remiam prophetam pulcherrimo & præclariſſimo teſtimonio (quod & ſuperius, iuſtificationis materiam pertractantes, attulimus ac explicauimus) planè aſſeritur. Id quod hic repetere vanum non putamus, quòd ad ea quæ in Decalogum adferemus plurimum lucis ſit allaturum. Ecce, inquit, dies veniẽt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſraël teſtamẽtum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Aegypti, quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus: quia hoc teſtamentum eſt quod ordinabo domui Iſraël. Poſt illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorũ ſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, & nõ docebit vnuſquiſque ciuem ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum: quia omnes cognoſcent me, à minore vſque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor vltrà. Diligenter intuenda eſt prophetia, quæ veteris & noui teſtamẽti differentiam explicatiſſimè tradit, in cuius verba reſpiciens Apoſtolus dixit: Non quia idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobiſipſis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti, non literæ, ſed ſpiritus: litera enim occidit, ſpiritus autẽ viuificat. Quid enim apertius ad diſcernendũ vetus à nouo dicere potuit Propheta, quàm, Conſummabo ſuper domũ Iſraël, & Iuda, teſtamentum nouum? quaſi ſic dicat, Non ſic condam nouã legem, vt ſim legem quam antè tuli abrogaturus, cùm lex mea ſemper fuerit, & perpetuo futura ſit eadem, ſed conſummabo (id eſt implebo) teſtamentũ nouum. Quod ideo nouum voco, quia conſummatum & impletum. Lex enim, quam patribus dedi, meritò vetus nuncupatur, quòd ex die qua ducti ſunt ex Aegypto, lata quidem, ſed non impleta ſit. Hoc enim eſt quod ſubditur, quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, non quidẽ ipſius legis vitio, quæ bona eſt, ſed vitio ſuo, qui per legem ſuæ infirmitatis adominiti gratiã futuri mediatoris nõ apprehenderũt. Conſummabo ergo teſtamentũ nouũ, ideo ſcilicet nouum, quia dabo leges meas in cor illorum, id eſt ſpiritum innouantem mentes, quo demum idonei ac habiles efficimur ad perficiendã legem. Lex itaque Dei quæ diu ſcripta erat in tabulis lapideis, quæ diu terruit, nec tamẽ im-

Hier. 31. *2. Corin. 3* *Aug. de ſpiritu & litera.* *Lex Moſi cur dicta vetus.* *Lex in corde.*

pleta fuit,ea tum,cum digito Dei (id eſt ſpiritu ſancto) ſcri-
bitur in corde noſtro,verè noua lex efficitur,quia tūc primū
fieri incipit:quod enim recens fit nouum eſt.Subiicit autem
propheta,Et non docebit vnuſquiſque ciuem ſuum,& vnuſ-
Opus eſt quiſque fratrem ſuum,dicens:Cognoſce dominum,nō quòd
in eccleſia non ſit opus Euangelium prædicare Quomodo enim credét
verbi mi- in eum quē non audierunt? Quomodo credent ſine prædicā
niſterio. te?ſed quòd in voce prædicationis exterioris Euangeliū nul
Roma.10 lius ſit efficaciæ,niſi ſpiritus quem dominus per Euangelij fi
1.Corin.1 dem impartitur,intus doceat nā vt Apoſtolus ait: Ego qui-
Aug. ibi dem plantaui,Apollo rigauit,Deus autem incrementu dedit.
dem. Et alibi ſcriptū eſt: Et erūt omnes Theodidacti,id eſt à Deo
Cur lex docti Lex verò vetus data eſt,vt infirmitatem oſtenderet,vt
data. gratia quæreretur.Gratia data eſt,vt infirmitatē adiuuaret,&
Cur gratia lex impleretur. Quod enim impoſſibile erat legi per carné,
Euangelii id eſt cùm obſiſtēte carnali concupiſcentia lex non imple-e-
Roma.8. tur,& eatenus in nobis eſſet imbecillis& infirma,miſit Deus
filium ſuū in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato dāna
uit peccatū in carne,vt iuſtitia legis impleretur in nobis,qui
non ſecundum carnē ambulamus,ſed ſecundum ſpiritū.Con
Galat.3. cluſit itaque ſcriptura omnia ſub peccato,nō ſimpliciter,ſed
Roma.3. in eum vſum,vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credē
tibꝰ.Ex hac enim promiſſione,hoc eſt ex Dei beneficio ipſa
lex impletur, ſine qua promiſſione præuaricatores facit. nam
poſtquam territi per legem confugimus ad mediatorē,& cre-
dimus Chriſtum,qui peccatum non fecit,pro nobis in mortē
1.Petr.2. traditū,ſuſtuliſſe peccata mundi,& in ipſius ſanguine & me-
ritis nos iuſtificari,ſtatim in ea fide(quæ tamen ſine charita-
te veraciter non contingit)incipimus condelectari legi Dei
ſecundum interiorē hominem,quę delectatio non literæ,ſed
Roma.7. ſpiritus donum eſt Et licet alia lex in mēbris adhuc repugnet
legi mentis tamen hæc lex ſpiritus vbi ſemel dominari cœpe
rit,cōcupiſcentiā in dies magis ac magis mortificat,donec in
nouitate ſpiritus(quæ de die in diem in interiori,hoc eſt ſpi
rituali homine augetur)tota vetuſtas mutata pertranſeat,li-
Ibidem. berante nos de corpore mortis huius gratia Dei per Ieſum
Chriſtum dominum noſtrum,

ATque hæc contemplanti liquet,nouum teſtamentū ſeu
Euangelium à veteri teſtamento ſeu lege hinc propriè
non diſtingui,quòd Vetus ſit,teſtamentum illud quod in li-
bris

bris Moyſi & prophetarum: Nouum verò quod in quatuor Euangeliis & literis Apoſtolicis continetur. Nam in libris veteris teſtamenti,non tantũ lex,ſed & Euangeliũ reperitur in promiſſionibus de venturo Chriſto & futura in Chriſto gratia factis,quæ frequentiſſimæ ſunt in prophetis. Quo fit, vt Euangelium non tantum in noui,ſed& in veteris teſtamẽti libris,& viciſſim lex non tantum in legalibus,ſed & Euãgelicis ſcripturis reperiatur. Eſtque vnum & idem Euangelium, in quo omnes ſancti & pij ab initio mũdi ſunt ſaluati. habuerunt enim patres eundem ſpiritum fidei nobiſcum,per quem ſunt ſeruati. quemadmodum Apoſtolus ait: Habentes autem eundem ſpiritum fidei,ſicut & illi ſecũdum quod ſcriptum eſt, Credidi,propter quod loquutus ſum:& nos credimus,propter quod & loquimur,quod & Chriſtus teſtatur,cũ ait: Abraham pater veſter concupiuit videre diem meum. vidit,& gauiſus eſt. Sed hoc intereſt quòd gratia,quæ in veteri teſtamento velata latitabat, in Chriſti Euangelio reuelata eſt,quemadmodum Apoſtolus ait: Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt,teſtificata per legem & prophetas. Quòd ſi manifeſtata,ergo erat prius,licet tecta. Rurſus,ſi teſtificata per legem & prophetas,ergo lex & prophetæ Euangelium obumbratum continent.

Nõ libris ſed efficacia adĩpletionis,lex noua à veteri diſtinguitur.
Au. epi. 95 de Pelagio ad Innocẽtiũ
2. Cor. 4
Ioan. 8.
Auguſt.
Ibidem.
Roma. 3.

QVare vt beneficiũ ſeu gratia Chriſti cognoſcatur, Lex ab Euangelio reipſa potius quàm ſcriptura diſtinguẽda eſt. Lex oſtendens infirmitatem prouocabat ad gratiam. Neque gratia futuri Chriſti, ad quam à lege confugeretur, in legis litera omnino præterita erat,ſed typis obũbrata: idcirco pauci ad eam tunc latentem confugiebant,nõ quærentes in lege promiſſiones Dei,in quibus gratia cõſiſtebat,ſed inhærẽtes literæ legis,ſe per legem iuſtificari,& ad iuſtificationem ſibi ſufficere liberum arbitriũ arbitrabãtur, iuſtitiã ſibi ex natura humana,non ex donata gratia aſſcribẽtes,ſicut de ipſis dictum eſt: Ignorantes Dei iuſtitiam,& ſuam volẽtes conſtituere,legi Dei non ſunt ſubiecti. Sed reuelato Euangelio per Chriſtũ,cum ille iuſſiſſet doceri pœnitentiã& remiſſionẽ peccatorum in nomine ipſius,gratia ſaluatoris per totum orbem illuxit,& non tantum verbo prædicata,ſed & in cordibus fideliũ digito Dei inſcripta eſt. Datus eſt ergo patribus ante Chriſti aduentum(exceptis paucis,iis ſcilicet qui ſpiritu illuſtrati in promiſſiões reſpiciebãt)ſpiritus timoris.

Auguſt.
Ibidem.
Iudæorũ cæcitas.
Ad iuſtificationẽ vires liberi arbitrii nõ ſufficiunt.
Ro. 9. 10.
Luc. 24.
Iudæis datus ſpiritus timoris.

Nobis, amoris. Nobis autem datus eſt per reuelationem euangelij, & per Chriſtum iam exhibitum, & pro nobis paſſum, ſpiritus amoris. In ſumma breuis eſt differentia legis & euãgelij, duobus *Amor. Timor.* nimirum verbis comprehenſa, quæ ſunt amor & timor. Non quòd charitas nõ fuerit ad legis adimpletionem in lege requiſita, imò in ea conſiſtit omnis lex, ſed non præſtabatur *Per arrã gratiæ certificamur nos eſſe filios Dei.* ab illis, qui tantum in legem reſpiciebant, & proinde Iſraël in terroribus legem accepit, nimirum ſpiritum ſeruitutis in timore: Nos vero ſpiritum libertatis in gaudio cordis & animi, data ſcilicet per ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris arra gratiæ, qua certificamur nos eſſe filios Dei & cohæredes Chriſti, in qua clamamus, Abba pater.

Quo differãt lex naturæ & Euangeliũ. EX præcedentibus etiam ſatis liquet, quod ſit diſcrimen legis naturæ & euangelij. Hoc quidem conuenit legi naturæ cum euãgelio, quòd ambo in corde ſcripta dicuntur. *Lex naturæ.* Sed interim euangelium longe aliud eſt, quàm lex naturæ, ſeu etiam legis naturæ explicatio. Lex enim naturæ, eſt illa *Roma. 2.* notitia naturalis, quę animis noſtris indita ac concreata eſt, *1. Cor. 2.* gentibus etiam & ſapientibus huius ſeculi nõ incognita: ſed *Ioan. 1.* euangelium nõ eſt nota naturaliter nobis indita, nec huius *Euãgelij myſteriũ.* mundi, aut huius mundi principum ſapientia, ſed myſterium abſconditum à ſeculis, reuelatũ autem & euulgatũ per Chri- *Lex naturæ nõ ſatis docet nos de Dei erganos miſericordia Auguſt.* ſtum, ſicut ſcriptum eſt: Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarauit nobis. Per Euãgelium enim annuntiatur & exponitur nobis bona Dei voluntas, qua illi viſum eſt nos perditos per filium ſuum redimere, gratis per fidem iuſtificare, ac ſimul Spiritum ſanctum cordibus noſtris infundere, qui certo perſuadeat nos eſſe filios Dei, & in nobis Dei voluntatem, hoc eſt fructus ſpiri- *Lumẽ naturæ non præbet vires perficiẽdi boni.* tus operetur. Oſtendit quidem ratio, cui lex naturæ indita eſt quædam, quæ ſunt voluntati Dei conſentenea Sed non oſtendit, an & quomodo peccatis noſtris ignoſcat Deus, an nobis propitius, & quemadmodum erga nos affectus ſit. Et cùm omnes naturæ corruptionem ſentiamus, ac experiamur *Gratia euãgelij corda noſtra trãquillat ac inouat.* etiam nos à perfectione boni (quod vel ipſa ratio nedũ Dei ſpiritus ſuggerit) longe abeſſe, conſtat hanc legem nullas omnino vires prębere perficiẽdi boni. Quod & poëta Comicus non tacuit: Video (inquit) meliora proboq́; (nimirum per lumen naturæ) at deteriora ſequor. Verum Euangelij gratia *Ioan. 2.* corda noſtra de remiſſione peccatorum per Chriſtum, deque

meum

ſumma Dei erga nos dilectione,benignitate & cleméntia cer tificat,ac inſuper emundat ac innouat, vt iam non deteriora ſed meliora ſpõte ac volũtariè ſequamur. Et vt quãdã adhuc imperfectionem in nobis ſentiamus(quã fit,vt nemo in hac vita legi Dei perfectè ſatisfaciat)hinc tamen nos(quaſi ſcilicet ob id maledicto legis,obnoxij, proındéque Deo inuiſi ſimus)conturbari non oportere docet,nimirũ oſtendẽs,quo pacto in Chriſto manentes,legem etſi non perfecte(quod ad noſtram obedientiam attinet)imputatiuè tamen impleamus, hoc eſt à Chriſto cui per fidem inſiti ſumus,mutuata iuſtitia, legis maledictum euadamus. Quæ omnia lex naturæ, tanto euangelio inferior,non docet. Quamobrem Paulus Euangelium virtutem ſeu potentiam Dei appellat ad ſalutem omni credenti,quòd ſcilicet per Euangelij gratiam cordibus noſtris inſitam,ſalutem ac certiſſimam æternæ vitæ ſpem conſequamur. In ſumma,euangelium,& legem naturę & ſcriptã multis rationibus antecellit, quanuis interim eadem, quæ lex naturalis & moralis præcipiat ac doceat. quin potius ad perfectionem adducat,atque adeò quod illæ faciendum ſuadent,hoc Euangelium faciat & adimpleat.

Euãgeliũ gratiæ quatenus liberet ab imperio legis moralis.

Imperfectionẽ noſtram ſupplet gratia per Chriſtũ.

Ephe. 3.

Roma. 8

Galat. 3.

Euãgeliũ legẽ naturæ & ſcriptam conſummat.

VNde etiam cõſequens eſt, nõ leuiter eos deſipere, qui legem ſpiritus,ob id ſpiritalem vocari putant,perinde atque officio corporali non ſit opus, & quaſi iuſtitia noſtra tantum in corde & in quadam præſumptione fidei conſiſtat, non ſolicita interim quid operum agamus, imò euangelica lex quammaximè operoſa eſt. Nam quum propterea ſpiritalis appelletur, quòd requirat in primis ſpiritum, quin propriè ſit viua illa charitas diffuſa in cordibus noſtris,ſequitur, quòd otioſa eſſe nõ poſſit,quæ cordibus noſtris ĩſcripta planè viuit. Spiritus enim propterea datur,vt mẽte viuificati,legem adimplere poſſimus,atq; adeò pro modulo noſtro adimpleamus. Vnde qui Euangelium profitentur,hos maximè oportet eſſe factores verbi, & non auditores tantum: alioqui fruſtrà gloriãtur de lege ſpiritus, in quibus nullus eſt ſpiritus bonorũ operum effector. Siquidẽ vt Apoſtolus teſtatur, Qui dicit ſe noſſe Deum,& mandata eius non cuſtodit,mendax eſt. Et iterũ: Filioli,nemo vos ſeducat:qui facit iuſtitiã, iuſtus eſt:qui facit peccatum, ex diabolo eſt. Et paulò poſt: Filioli mei,non diligamus verbo,neque lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus,quoniam ex veritate ſumus. Et

Cur Euãgeliũ dicatur lex ſpiritus.

Euangelica lex operoſa.

Roma. 5

Euangelij profeſſores debẽt eſſe verbi factores.

1. Ioã. 2. & 3.

poſt pauca: Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrũ, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo, & in hoc ſcimus, quia manet in nobis ex ſpiritu quem dedit nobis. Ecce vides Euangelium duo cõplecti. In primis annuntiationem gratiæ & remiſſionis peccatorũ: deinde viuam charitatem, indiuiduam veræ fidei comitem, ac mandatorum Dei effectricem, quam qui nondum in ſe experiuntur, hi ſe euangelicos eſſe deſinãt gloriari: necdum enim in eis lætum illud angelorum nuntium Chriſto recens nato allatum, adimpletur: Nempe, Et in terra pax, & in hominibus bona voluntas. Sed de hoc alibi latius

Euãgeliũ duo complectitur.

Lucæ. 2.

His, de legis natura, diſtinctione, vſu, ac poteſtate parlibatis, ad expoſitionem Decalogi (hoc eſt decem verborum) quæ duabus lapideis tabulis inſcripta, Deus populo ſuo promulganda Moſi tradidit, veniendum nobis eſt. Hæc Decalogi lex, etſi olim peculiariter populo Iſraëlitico data ſit propter tranſgreſſionem vitãdam donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris, hoc eſt Moyſi, qui erat inter Deum & populum, veluti quidam medius ſequeſter. Iam tamen ad omnes gentes ex æquo pertinere putandus eſt, quòd (vt ſuprà diximus) explicatio quædam ſit legis naturæ, vitio primorum parentum in hominum mentibus obſcuratæ. Et vt poſt Chriſti aduentum leges iudiciales ac cæremoniales partim abolitæ ſiunt partim immutatæ, & ad Euãgelicam pietatem accommodatæ, ab hoc tamen Decalogo qui moralem legem compendio cõplectitur, non aliter liberat Euangeliũ, niſi quòd aucta in nobis charitate, ea ſponte facimus & lubentes, quæ Iudæorum populus faciebat metu pœnæ, vt eatenus qui ſpiritu ambulamus, à legis imperio & terrore per Chriſtũ liberati ſimus, quatenus ſcilicet lex nolentem cogit, nõ quatenus facienda eſt: alioqui diabolica, non Chriſtiana libertas eſt qua mœchari, furari, aut peierare licet. Non enim eo Chriſtus venit in mundum, vt nobis à ſe redemptis permitteret impune peccare, ſed ne omnino peccemus, renati in eum, qui nõ nouit peccatũ, & qui pec catis noſtris mortuus eſt, & reſurrexit propter iuſtificationé noſtram. Sunt nonnulli, qui decem præcepta in Decalogum contracta, rudi ac intractabili populo Iſraëlitico tradita eſſe putant, tanquam prima rudiméta pietatis, potiſſimum ob id,

Decalog° pertinet ad omnes gentes.

Galat. 3.

Moſes mediator.

Euangelii gratia quatenus liberet ab ĩperio legis moralis.

Diabolica libertas qua licet facere quiduis.

1. Pet. 2.

Roma. 4.

Quorũdã ſententia excutitur

De

ne in omnia paſsim facinora prolaberetur, vtq; ab his clemẽtis ad alia præcepta, quæ cõ ſummatoria videntur proficeret, donec veniret ad perfectionem euangelicam: proindeq; dominum dixiſſe: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: quaſi dominus hiſce verbis indicare voluerit, Decalogum limẽ eſſe & ingreſſum ad pietatem, non autẽ conſummatam pietatem continere: putantq; eos, qui in hoc laborant, vt vniuerſa præcepta ſiue iubentia ſiue vetantia, ad hæc decem redigãt, ſedulam verius diligẽtiam quàm ſeriam adhibere. Qui etiam duo illa poſtrema, quæ non tantum malũ facinus, ſed & malam prohibent concupiſcentiam. ſic intelligũt vt cõcupiſcẽtia eo loco non tam qualemcunq; vxoris aut rei alienę cupiditatem, quàm conatum maleficij ſignificare videatur, quẽadmodum dicimur inſidiis appetere aliquem, non quòd illũ læſerimus, ſed quod ſtuctis inſidiis conati ſumus eum lędere. Sed nobis magis aliorum ſententia placet qui aſſerunt, Decolagum conſummatam complecti iuſtitiam, hoc eſt iuſtitiã requirentem, non tantum externam, ſed & ſpiritualem, veram & perfectam obedientiam erga Deum: quodcue in Decalogum tanquam in aptiſsimam methodum, quicquid eſt legum naturæ, & moralium præceptorum (vbicunque tandem ea, ſiue in prophetis ſiue in Euãgelicis ac Apoſtolicis literis extent) referri ac includi poſsint. Certè fons omnium pręceptorum eſt primum illud, hoc eſt omnium maximum, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mẽte tua & ex tota virtute tua. Deinde, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Qui ſanè ſermo ipſiſsimam medullam ac genuinum ſenſum omnium præceptorum complectitur, quem qui nõ præſtat etſi verbis legis ſatisfacere videatur, legem tamen non obſeruat, veluti ſi quis inimicum non occidat non quòd illi minus male velit, ſed quòd minas legis metuat, is apud Deum homicida eſt, vel ipſo Moſe teſte, qui iubet Deum ex toto corde diligi. & proximum ſicut ſeipſum. Ad hæc Moſes, vt doceret Deũ per decalogum non ſolũ externa operà vel cultus requirere, ſed & internos cordis affectus, ſtatim poſt promulgatam legẽ ad populũ, ſic ait: Ponite hæc verba mea in cordibus & animis veſtris. Rurſus Apoſtolo teſte, quòd lex dicit, Non concupiſces, non in eam ſententiam accipiendum eſt, vt cauere tantum debeamus, ne affectus noſter in conatum ſe protẽdat, ſed vt planè ab omni,

Matt.19.

Verbũ cõcupiſcẽtię

Decalogus complectitur cõſummatam iuſtitiam.

Deut.6.
Mat.22.
Marc.12.
Luca.10.

Homicida apud Deũ animũ occidẽdi habẽs, niſi vetaret lex.

Deut. 6.
Matth.5.
Roma. 7.

Roma. 7. malo affectu intrinſecus temperemus. Nec dubium eſt, legem propterea ſpiritualem dici, quòd ſpirituales motus requirat. *Matt. 5. 15. & 23* Et Chriſtus ſic vbiq; legem interpretatur, & Phariſæos verba quidem legis ſectantes, & opera, quanuis in ſpeciem eximia edentes, propter internos tamen affectus malos, irritum feciſſe mandatum Dei pronuntiat, ac ſepulchra foris dealbata appellat.

Methodi doctrinæ christianæ Symbolū. Oratio dominica. Decalog⁹ Caeterum, quum omnino referat, vt in omni doctrina res latè ac ſparſim traditæ in ſumma quaſdam ac methodos contrahantur, vt ordine quodam rerum capita ac fontes videri ac complecti poſsint, quod diuino certè beneficio factū videmus in doctrina Chriſtiana, vbi quicquid ad fidem pertinet, diuinis voluminibus latè traditum, contractum videmus in ſymbolum Apoſtolicum: rurſus, quicquid à Deo rectè peti poteſt, aut vnquam à piis hominibus petitum eſt, videmus in oratione dominica compendio comprehenſum eſſe. *Martian⁹ in l. nam & Demoſt. ff. de legibus.* Sic nobis placet, vt & quicquid ad mores pertinet, in Decalogum, veluti ἐπιτομὴν quandam, non humana, ſed diuina ſapiētia compoſitam contrahatur, qua ne poteſt quidem vlla aptior excogitari. *Vlpianus in l. Ius ciuil. ff. de iuſti. & iure.* Iureconſulti atque alij viri præſtantes, acutè viderunt, ius etiam illud, quod ciuile appellamus, non humana proditum ſapientia, ſed magis inuentum ac munus eſſe Deorum, quod ſcilicet à iure naturali, omnibus indito initium ſumat, ab eo nunquam in totum recedens. Iam illi vt *Iuſtinia. inſtitu. de iuſti. & iure. paragrapho. iuris præcepta.* quicquid iure imperatur, ſummatim comprehenderent (non dubium quin naturale iudicium ſequuti) tria iuris præcepta fecerunt, quæ ſunt honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere, quæ rurſus in plurimos titulos diſtribuunt: in quibus de his quæ Deo, quæ parētibus, quæ liberis, quæ patriæ debeamus: item, de propulſandis iniuriis, de vitę honeſtate, veluti de coniugiorū iure ac ritibus, de rerum ac dominiorū proprietate ac diſtinctione, de cōtractibus, ſucceſsionibus, de iudiciis publicis ac priuatis præcipiūt, ſed ita, vt de externa quadam ac ciuili iuſtitia hominem inſtruant, de corrigēdis affectibus nihil ſoliciti, quòd verę religionis, hoc eſt iuris Deo debiti, vnde omne reliquum ius fluit, ignari & *Decalog⁹ omne ius ciuile lōge ſuperat.* expertes fuerint. Verū Decalogus à ſummo legiſlatore Moſi exhibitus, quicquid eſt iuris naturalis ac moralis, aptiſsimo ac pulcherrimo ordine compendio quodam tradit, atq; etiam explicat, eadem illa tria nos edocēs, nēpe ius ſuū vnicuique tribuere.

tribuere, alterum non lædere, & quod ad nos attinet, honeſtè viuere, at longe perfectius quàm vlla lex ciuilis, quòd præcipiat non tantū de externa iuſtitia, quanuis & de hac, ſed magis de interna, quæ in animi munditiæ conſiſtit, quæ ſola coram Deo valet, & ſola rectè iuſtitia nuncupatur. Vide vero quàm pulchrè Decalogus ad naturæ leges reſpōdeat. Lex naturæ iubet Deum agnoſcere, & glorificare, quemadmodum Paulus Rom. 1. teſtatur, religionem colendam ac cæremonias conſeruandas iudicat. Deinde docet parentibus ac aliis, qui parentum loco ſunt, & nobis imperant obediēdum eſſe, quòd aliter humana ſocietas retineri non poſsit: iniurias ac priuatas vindictas deteſtatur, abhorret vagos concubitus, verecūdiam & caſtitatem amplectitur. Ad hæc, tametſi quod ad ipſarum rerum naturam attinet, iudicet omnia eſſe communia, tamen ſecundum eam naturam hominis, qualis nunc eſt (nimirum prauis cupiditatibus corrupta) intelligit neceſſariam eſſe ad conſeruandam humani generis ſocietatem, rerum diuiſionem, quæ tamen rerum communionem in totum non abolet, ſed magis ſancit ac confirmat, quòd natura quoq; doceat, quo pacto per honeſtos contractus, res omnes inter nos communes fiant: idq; decenti quadam æqualitate. Nam quæ tandem ea foret rerum communio, ſi qui cæteris potentiores ſunt, cupiditate æſtuātes, quantum poſſent rerum, vi occuparent, reliquis à communi rerum vſu depulſis? Denique, quid magis ſecundum naturam eſt, quàm veritas in pactis, teſtimoniis, ac iudiciis? Iam ſi Decalogum inſpicias, videbis hāc totam naturæ legem, haud abſque decēti ordine in eo comprehēdi, vt in primis id nos facere iubeat, quod natura Deo tribuendum intelligit: deinde, quod parentibus ac magiſtratibus exhibendum eſſe iudicat. Denique, quod de iniuriarum prohibitione, coniugiis, dominiorum diſtinctione, ac pactorum & teſtimoniorum fide conſeruandis ſentit. Ex hac itaque lege naturæ in Decalogo expoſita, omnes leges ciuiles ortas eſſe, dubium non eſt, quas cōſtat tanto meliores eſſe, quo minus ab illo naturali iudicio diſcedunt. Sed ad Decalogum.

Collatio decalogi ad leges naturæ.

Roma. 1.

Leges naturæ.

Iure naturæ quatenus omnia communia ſunt.

Rerū diuiſio, rerum cōmunionem confirmat.

Decalogi ſeries.

Omnis lex ciuilis & lege naturæ in decalogo explicata ortū ſumpſit.

PRincipio Decalogus ob id ab ipſo Deo tradi debuit, vt verè ſciremus, quænam opera Deo placerēt. Gētes varios cultus commentæ ſunt: varia item operum genera ſibi finxerunt, in quibus ſibi placebant, ſed ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei ſubiecti non

Cur decalog⁹ a deo traditus.

Rom. 10. Roman. 1. 1. Cor. 1. Augu. de ſpiritu & litera. Pſal. 147 Roma. 3.

fuerunt, euaneſcentes in cogitationibus ſuis, & volentes ſapientes videri ſtulti facti ſunt. Quibus Iſraëlitæ longè feliciores fuerunt, quòd per Decalogum edocti fuerunt de cultu & operibus, quæ ſciret Deo placere, vt vel hinc copioſam haberent gloriandi materiam. Qui annuntiat (inquit Pſaltes) verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſraël. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et Paulus teſtatur Iudæis, hoc nomine iure gloriari licuiſſe, quod credita fuerint illis eloquia Dei, quę gloriandi materia poſtea Iudæis carnalibus adempta, in nos ſpirituales Abrahæ filios (quis legis ſpiritualis, ſpirituales ſectatores ſumus) tranſlata eſt. Ex hoc autem capimus hunc fructum, vt non ſit neceſſe nos eſſe ſolicitos, quibúſnã operibus Deo placere poſſimus. Nam Decalogus ipſe ea præſcribit, quæ certo ſcimus Deo placere, nimirum ab eo præcepta, laudata, celebrata, & ingenti benedictionis mercede facientibus, ea cumulata.

Gloria Iſraël in nos tranſlata.

Aliter atque aliter lex vetus & lex euãgelica prodita.

Legis grauitas.

Cur Moſes fregerit tabulas priores.

Exod. 20.

DEinde Deus Decalogum duabus tabulis lapideis, quas ſuo opere fecerat, digito ſuo inſcripſit, ac in monte, quem populus etiam attingere prohibebatur, Moſi tradidit, vbi ignis terribilis, fumus, incẽdium, fulgura ac tonitrua viſebãtur, idque ob hãc cauſam, vt indicaret legis onus & grauitatem in lapideis Iſraëlitarum cordibus, quæ etſi ſua virtute abſque adiutrice gratia non iuſtificaret, terreret tamen animos ac conſcientias, incitaretque ad quærendum adimplendæ legis auxilium à Deo. Nec aliam ob cauſam Moſes haſce tabulas de cœlo portans, fregiſſe videtur, quàm vt oſtẽderet, legem eſſe, quæ corda ſcinderet ac frangeret. Diuerſa ſanè ratione prodita eſt, ipſo ſancto die Pentecoſtes lex Euãgelica. Tantum hoc conuenit, quòd vtrobique loci ſublimitas & ignis fuerit: ſed illic nihil aliud erat, quàm mons Sinai craſſus & terrenus, quem populus diſcors & obmurmurãs attingere prohibebatur, à præcepto Sina dictus, quòd Decalogus in hoc daretur, vt præceptis coërceret rebellem populũ. Hic mons Sion, qui ſpeculum ſonat, vnde deſpiciuntur omnia terrena, vnde per fidem velut è propinquo proſpectantur cœleſtia. Et in ipſo monte domus eſt, in qua etiam cõclaue, vbi Apoſtoli quieti vnaniméſque deprecantur, expectantes cœleſte donum à Chriſto promiſſum. Illic ignis, fulgura, tonitrua, & cætera omnia terribilia, vt ĩtelligas legis vim in terrendo ſitam eſſe, vti Paulus inquit: Lex iram operatur. Hic

Sina mons vnde dictus. Mõs Syõ. Act. 1. 2. Roma. 4.

ſpiritus

ſpiritus vehemẽs,ſed alacritatem adferens, non terrorem, & ignis,qui non exurat corpora,ſed mẽtem cæcam illuminet, voluntatemq; torpentem accendat, vt iam non terrore, veluti coacta,legi collum ſub mittat,ſed amore incitata ac dilatata in via mandatorum Dei currat,eorum quę retro ſunt obliuiſcens,& in anteriora ſe extendens. Vides quàm pulchrè hiſce externis ſignis,legis & Euangelij diſcrimen adumbratum,delineatumque ſit. *Pſal.118.* *Philip.2.*

SVnt autem duæ tabulæ Decalogi,quarum prima complectitur ea quæ Deo debemus,& quibus propriè cum Deo, agimus,hoc eſt verum Dei cultum,tam internum quàm externum. Secunda docet, quales eſſe debeamus erga proximum. Quanquam hoc ſciendum ac retinendum eſt,ſecundũ tabulam è priore manare,ſic vt opera ſecundæ tabulæ ſine prioris operibus verè fieri nequaquam poſſint. Nam tum demum proximus rectè diligitur,ſi non propriæ vtilitatis aut alterius cuiuſcunq; rei contemplatione,ſed tantum propter Deum diligatur, hoc eſt,propterea quia Deus, cui credimus & toto corde adhæremus,præcepit ac voluit, vt proximũ tãquam fratrem ac viſcera noſtra complectamur. Origenes, quem Hieronymus ſequitur,primę tabulæ quatuor pręcepta tribuit,ex primo duo faciẽs,in quorum primo ſpiritalem,in altero craſſam illam & externam idololatriam prohiberi dicit,vt primum ſit;Non habebis deos alienos coram me. Alterum,Non facies tibi ſculptile. In ſecundam tabulam ſex retulit,duo vltima præcepta, de non concupiſcendo vxorem & res proximi connectens. At Auguſtinus, & ferè quotquot Auguſtinum ſequuti ſunt,primæ tabulæ tría pręcepta,ſecũdæ ſeptem tribuerunt:qui primum mandatũ de vitanda idololatria ſiue ſpirituali,ſiue corporali,vnum faciũt. Poſtrema verò præcepta, quæ ſunt de non concupiſcendo vel vxorem vel res proximi,in duo ſecant, quorum ſententiam eccleſiæ magis placuiſſe conſtat,vel ob id quòd magis ad myſterium ſanctæ Trinitatis reſpiciat,vt primum mandatum ad patrem referatur,ſecundum ad filium(qui propriè nomen & verbũ Dei,non creatura eſt) tertium ad ſpiritum ſanctum, quo in nobis operante,ſabbatizamus,& ab omnibus ſeruilibus,hoc eſt noſtris operibus,quæ caro ſine ſpiritu gignit,quieſcimus ac nos continemus. Orditur autem Deus Decalogum, hoc prooemio præmiſſo.

Duæ tabulæ Decalogi.

Quomodo proximus diligendus.

Origenes Hieronymus.

Aug. lib. 2. q. ſuper Exodum.

Aug. ibidem.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo ſeruitutis.

Modus cognoſcendi Deũ præſcribitur. HOc procœmio, ſeu (ſi malis) primi præcepti exordio, Deus formã ſui cognoſcẽdi præſcribit, ac pleraq; inſinuat, quæ ad ferendæ legis reuerentiam & obſeruationem plurimum faciunt. In primis quum maieſtatem, tum bonitatem ſuam proponit, quæ in legiſlatore coniuncta eſſe oportet, vt maieſtas legibus authoritatem, bonitas amorem faciẽdæ legis apud ſubiectos cõciliet, qui tum facile obtemperãt, quum perſuaſum habent, leges in ſuum commodum & commune bonum latas eſſe, quanuis interim hoc procœmio Deus in primis fidem in nobis formet ſeu excitet. Dominum ergo & Deum ſe nuncupat, vt priori nomine maieſtatem ſuã inſinuat, altero bonitatem ſuam proponat, idq; nõ ſine emphaſi pronominis, Ego, inquit, & nõ alius. Ego, inquam, ſolus ſum Dominus, hoc eſt non vt cæteri, qui vulgari more domini dicuntur, ſed verè ſum Dominus, à quo ſunt omnia, per quem omnia, in quo omnia, cuius eſt orbis terræ & plenitudo eius, quem omnia obſeruant, timent ac venerantur, omniſcius & omnipotens, ac faciens omnia ſecundũ beneplacitum voluntatis meæ. Ego, inquam, ſum ſolus rex regum & dominus dominantiũ, & nõ eſt alius præter me. In cuius manu eſt mors & vita, ſalus & interius. Huc reſpicit nomen illud apud Hebræos ineffabile Tetragrammaton, quod quatuor literis ſcribitur, quæ ſonari non poſſint. Deductum tamen nomen ab eſſendo, ſeu à quo nomen, eſſe, deriuatur. Et profectò nõ eſt alia vox, quæ propius accedat ad exprimendam naturã diuinam. Nam ſolus Deus verè eſt, qui incõmutabiliter eſt ſine tempore, qui eſt ipſum eſſe, & à quo venit omnibus rebus cõditis, vt ſint aliquo modo. Sic Exodi. 3. legimus: Ego ſum, qui ſum. &, Qui eſt, miſit me ad vos. Ex quo id nobis diſcendum eſt, hoc primum eſſe in cognitione Dei, vt ſciamus ſiue cognoſcamus eſſe, qui natura eſt, qui ipſe eſt, & à nullo accipit vt ſit, atque perpetuò eſt. Vnde liquido colligimus, omnia quæcunq; videmus & nõ videmus, non à ſe, ſed à Deo eſſe & conſtare qui omnibus eſſe tribuit, atq; ita tribuit, vt nulla ratione eſſe, nulloq; mométo cõſiſtere poſſint, niſi Deus ſeruaret, ſuſtineret, ac regeret. Quis (inquit Eſaias) mẽſus eſt pugillo

[Margin notes: *Maieſtas* / *Bonitas.* — *Dominus Deus.* — *Ego.* — *Rom. 11.* — *Pſal. 23.* — *Deut. 32.* — *Nomẽ tetragrãmaton ineffabile.* — *Solus Deus vere eſt.* — *In cognitione Dei primum.* — *Gene. 1.* — *Acto. 17.* — *Eſa. 40.*]

gillo aquas,& cœlos palmo ponderauit?Quis appẽdit tribus digitis molem terræ?atq; hæc contemplantibus ſatis perſpicuum euadit,quid ſibi velint hæc verba, Ego ſum Dominus, *Ego ſum* quæ piè intellecta, iuſtũ Dei timorem ac metũ nobis inge- *dominus.* nerant,quem nos mortales ſeruos atq; adeò miſellas creaturas erga æternum Dominũ omnipotentiſſimumque creatorem ac ſeruatorem omniũ rerum habere oportet,vt ſupra hũc Dominũ excelſiſſimũ nihil timeamus,metuamus, adoremus *Qualiter* ac colamus,quemadmodũ ſcriptum eſt in Deuter. Dominũ *Deus ti-* Deum tuum timebis,&illi ſoli ſeruies.Dominus relatiuũ eſt. *mendus.* Dicitur enim dominus ſerui dominus.Domino ergo domi- *Deute.6* norum ſumma ſeruitus debetur, atq; eo etiam ſpectat, quod *Dominus* in Euangelio dicitur:Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. *Math.6* Item,Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Vnde facile *Acto.5.* colligis,quòd omnino Deo magis obediendum ſit,quàm ho *Deo opor* minibus,tum ſcilicet, quum diuerſa à Dei inſtituto præci- *tet plus obe* piunt.Siquidem non habent homines poteſtatem,qua domi- *dire, quã* ni dicuntur,niſi deſuper conceſſam,qua ſi in Domini domi- *hominib⁹* norum contumeliam abutantur,quis non videt eos audiẽdos *Ioan.19.* non eſſe,ſed fortiter cõtemnẽdos? quemadmodum Chriſtus *Homines* docet:Nolite(inquit)timere eos,qui occidunt corpus, ani *quatenus* mam autẽ occidere non poſſunt,ſed potius timete eum(nimi *domini.* rum Dominum illum dominorum)qui & corpus,& animam *Matt.10* mittere poteſt in gehennã. Hunc, inquit,ac repetit timete. Ergo ſi in quodcunque diſcrimen venerimus,ac ſatanas,veluti nactus occaſionem vel ipſe vel per ſuos miniſtros titulo dominationis id agere incipiat, vt nos à præſcripto diuinæ legis dimoueat,tum protinus exemplo Chriſti gladius ſpiritus nobis accipiendus eſt,hoc eſt verbum Dei,quo retundamus hoſtem,dicentes: Vade poſt me ſatana,dominum Deum *Matth.4* tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.

HEbræi ad obumbrandam ineffabilem hanc Dei maieſta *Plurima* tem,ac ſummam,æternamq; dominationem variis no- *Dei nomi* minibus vſi ſunt,quibus latinè redditis, nos Deum appella- *na apud* mus,Deum virtutum,dominũ exercituum, omnipotentem, *Hebræos* conditorem cœli & terræ,regem gloriæ,regem regum,dominum dominantium, cuius maieſtate pleni ſunt cœli & terra. Atque hactenus de domini nomine dixiſſe ſuffecerit.

IAm quum Legiſlator noſter maieſtatem ſuam hiſce verbis *Deus.* (Ego ſum dñs) inſinuaſſet, quæ nobis Dei timorem in-

Alij dicũt deriuari. ἀπὸ τοῦ θέομαι, quod ſpe ctet oĩa & timeatur á cũctis vi de Amb. lib.1.de fi de. Ambr.in hymno. 1.Pet. 2. Roma.1. Acto.17.

cutit,ſtatim & Deũ ſe appellat, vt ad amorem quoq; ſui nos prouocet. Nam Dei nomen ad beneficentiam refertur,quòd nos à Græcis mutuauimus. Apud Græcos enim θεὸς dicitur, ἀπὸ θεῖν, hoc eſt á currẽdo,quòd vbiq; dũ opus eſt accurrat, adſit,opemq́;ferat,quam vocabuli proprietatem nos Germani ſequuti,Deum,Got,appellamus,nimirũ à bonitate.Ergo quum audis,Ego ſum Deus,nihil aliud dici exiſtimabis,quã ego(vt ſum omnipotẽs rerum omniũ conditor ac dominus) ita ſum omnibonus oĩs boni fons ac largitor, rerũ tenax vigor,vita,lux,robur,& firmamẽtũ. Breuiter,ſaluator & Deus, totius cõſolationis vndiq; expoſitus,beneuolus,mitis,largus, liberalis, exorabilis, ac ſuprà quàm dici aut excogitari poteſt,miſericors,clemẽs,ac beneficus, cuius bonitas in omniũ creaturarũ cõditione & cõſeruatione relucet.Deniq; is ſum qui potiſſimũ gaudeã homines huius bonitatis meæ vndique expoſitę,quoad fieri poteſt,effici pticipes,ſemper ad optitu laudũ accinctus,ad ſuccurrẽdũ promptus, cuius deliciæ ſunt eſſe cum filiis hominum, hoc eſt qui cupiam ab omnibus apprehendi,teneri & poſſideri,qui velim vt omnes me fruantur,in me æternam vitam ac felicitatem habituri,atq; hoc eſt quod pronomen,Tuus,hic ſubiectum denotat.Quàm autem ſeſe exercuerit patres ac ſancti Dei homines in diuinę bonitatis contẽplatione,varia illa nomina,quę ex interna fide ab effectu,operatiõe & virtute ei impoſuerũt,ſatis declarãt,appellãtes ſcilicet Deũ,robur,petram,rupem,ſcutum, clypeũ, cornu ſalutis,propugnatorẽ,ereptorẽ,exaltationẽ:breuiter, Deũ ſuum, Deum noſtrũ, gloriam & laudem ſuam, quòd ſic apud ſe de Deo ſentirẽt,imò quòd intra ſe reipſa per fidem iam experti eſſent, Deum ipſum reuera eis hæc omnia eſſe.

Tuus. Patrũ pie tas. Suus. Noſter. Gloria, laus noſtra.

Parechorũ munus

Q Vamobrem vt eadem fides omniũ mẽtibus inſeratur, Parochi diligentes eſſe debent,in erudiendo populũ, quid Deus ſibi hiſce verbis velit, Ego ſum dominus Deus tuus,nempe ego ſum,qui omnia condidi,in cuius manu ſunt omnia,Creator, ſeruator & gubernator tuus, qui vt te condidi,ita te guberno,à malis, à peccatis, à damnatione libero ac redimo, ac infinitis beneficiis cumulo, ne ſcilicet tuæ prudẽtię,tuis viribus,tuę iuſtitiæ,hęc accepta feras,ſed tãtũ mihi. Tuus inquã,dominus ac Deus ſum, totus in tuam felicitatẽ profuſus,qui tecũ in omni curſu vitę verſor,qui de te ſolicitus ſum,qui & poſſim & velim te feliciſſimè regere.Hac

Rom.12. Tuus.

doctrina

doctrina prouocatur animus ad fidem,quæ vt eſt initiũ ſalutis noſtræ:ita in omnibus cogitationibus,verbis & factis primas partes tenere debet,quæ cor purificat,ac facit vt omnia munda mundis ſint,qua ſine,quicquid fit,Apoſtolus peccatũ eſſe pronũtiat.Hanc caſtus timor & ſuauis Dei amor comitatur,quæ omnia primum præceptum docet ac complectitur. Nempe vt agnoſcamus vnum Deum,illi fidamus,illum timeamus ac amemus,vnde cętera omnia planè dependent.

Fides in Deum debet tenere primas partes in omni opere.

Tit.1.

Rom.14.

Caſtus timor.

Amor.

Qui eduxi te de terra Aegypti,& de domo ſeruitutis.

MOdum ſe cognoſcendi addit Deus. Nam quum Deus quod ad eſſentiam ſuam attinet,incomprehenſibilis ac inuiſibilis ſit,ſicut ſcriptum eſt:Non videbit me homo & viuet. Et iterum:Deum nemo vidit vnquam,neceſſe erat vt certum opus ac teſtimonium adderetur,quo veluti à poſteriori apprehẽdi poſſet,ne quis hæſitaret quiſnã is Deus eſſet, qui ſe mandatis iſtis colendũ præcepiſſet.quaſi dicat:Is ego ſum verus ille Deus, qui hoc ſpectatiſſimum opus peregi, qui te populum meum ex Aegypto mirabiliter eduxi,idq; tam manifeſtis verbis & ſignis,quæ vidiſti,vt negare non poſſis hęc me authore facta fuiſſe,& hunc qui fecit verum Deum eſſe. Fatenus enim,nẽpe per euidẽtia verba ac ſigna,Deus alioqui inuiſibilis agnoſcitur,atque ita conciliantur,ſcripturæ, quæ alibi Deum videri negant,alibi Iacob & Moſi facie ad faciẽ viſum eſſe perhibent.Ergo quum Moſes Deutero.5.dixiſſet: Nullam ſpeciem Dei vidiſtis:citra vllam repugnantiam, addidit,facie ad faciem loquutus eſt vobiſcum in mõte de medio ignis.Deinde Deus hoc opus & teſtimonium adiecit, vt intelligeres id verum eſſe quod dixerat,nempe ſe eſſe dominum Deum tuũ,id eſt te regentem,gubernantem,aſſerentẽ, redimentem,reſpicientem,curantem, & ſaluantem Inſignis enim Dei potentia ſimul & bonitas declarata ſunt ab nunquã ſatis admirãdo opere eductionis filiorum Iſraël de Aegypto. In quo Moſes & prophetæ omnes Dei maieſtatem,magnificentiam & bonitatem erga populum ſuum illuſtratam vbiq; deprædicant ac collaudant.Atq; interim hinc etiam diſcimus non tantum iuſtũ ac ęquum eſſe,ſed noſtra etiam quàm plurimum referre, vt legibus tam potentis Domini ac clemẽtis

Modus cognoſcendi Dei ab affectibus.

Exod.33

Ioan.1.

Verbis ac ſignis agnoſcitur Deus.

Ioan.1.

Gene.32.

Exod.33.

Deut.5.

Exod.15.

Pſal.104 113.

Noſtra plurimum refert,vt legibus Dei obtemperemus.

Dei(qui nō ſibi,ſed nobis conſulere voluerit) ex animo obtemperemus,mente cōplectantes,quantā ſemper populo ſuo benignitatem exhibuerit,cōtra quantam ſeueritatem in aduerſarios,ſuis præceptis ac iuſſis repugnantes oſtenderit.

PRIMVM PRAECEPTVM.

Non habebis deos alienos corā me: Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem,quæ eſt in cœlo deſuper,ac quæ eſt in terra deorſum,nec eorum quæ ſunt in aquis,ſub terra,non adorabis ea, neque coles.

Præcepta negatiue tradita,& cur.

Præcepta prohibēt quæcūque ex nobis, tanquā ex nouis facimus.

HIc in primis animaduertendum eſt præcepta maxima ex parte negatiuè eſſe tradita. Quod qua ratione factū ſit,nemo non videt. Siquidem quum Deus hominem rectum ac bonum cōdiderit,ac lumen illud naturæ menti diuinitus inſeuerit,ſua quidem natura malum abhorrens,ac bonum veluti cognatum ſibi agnoſcens ac amplectens,id verò lumen non multo poſt fuerit obtenebratum,ob id ſcilicet,quòd homo diabolum ac ſeipſum magis ſequi maluiſſet quàm Deum, quem tamen ſolum meritò in ſe operari permiſiſſet,à ſuis adinuentionibus abſtinēs. Conſequens erat, vt homo ignorantiæ tenebris obtectus,prohibendo ac vetando doceretur,inquātum à lege illa in corde diuinitus ſcripta receſſiſſet,vtq; vel ſic inſtrueretur ac doceretur ſeſe rurſus à ſuis adinuentionibus abſtinere: Dei vero inſtinctum, vocationem ac voluntatem omnino ſequi oportere. Et tamen in hoc etiam natura ſermonis cōſideranda eſt. Nam oratio negatiua è regione affirmatiuam requirit, Sic vt qui prohibet,contrarium eius præcepiſſe videatur. Debet itaque in ſingulis iſtis præceptis non ſolum id attendi,quid prohibeatur,ſed etiam quid à contrario Deus(etſi non expreſſis verbis)requirat. Hoc autē tradendi ac docendi ordinē vtemur,vt in primis verborum vim,& quid ſingula præcepta à nobis requirāt,explicemus. Deinde,quibuſnam modis in ſingula peccetur, quàm poterimus breuiter ac dilucidè tradamus.

Negatiua è regione requirit affirmatiuam.

Quid ſit prohiberi deos alienos.

AVdis itaque in hoc primo præcepto prohiberi deos alienos. Ex quo intelligis præter vnū ac verū Deum, alios quoque

quoque eſſe,ſiue in cœlo,ſiue in terra,qui dicantur dij,lõge tamẽ alia ratione quàm ille vnus viuus & verus Deus qui de ſeipſo dixit: Videte quòd ego ſum ſolus,& non ſit alius præter me. In Exodo legis, Dei nomen tranſlatum ad Moſen. Sic enĩ ad Moſen legitur Deus dixiſſe: Ecce cõſtitui te Deũ Pharaoni. Et ſcriptura deos publica dignitate præcellẽtes appellat,quemadmodum Exodi.22.ſcribitur: Diis non detrahes,& principi populi non maledices. Rurſus Pſal. 81. ſcribitur: Ego dixi, Dij eſtis,& filij excelſi omnes,quẽ locum in Euangelio dominus aperuit prophetas cõpetere, dum depellit blaſpemiæ crimen, quòd Deum patrem appellans,ſignificaſſet ſe eſſe filiũ Dei. Similiter & angeli dicuntur dij, vt in Pſal.8. Minuiſti eum paulominus ab angelis,quòd ibi hebraicè ſit Eloim,vnũ ex cognomentis Dei,etſi vox numeri ſit anciptis. Quin Paulus ſatanam Deum appellat huius ſeculi. Et idola quoque hoc nomine intelligũtur Gene.31. Vbi narratur Rachel furata deos patris ſui, haud dubiũ,quin idola. Quid ergo inquis? Num hoc præcepto Deus,ne dij nominentur,aut habeantur,prohibet,quos ſcriptura deos nominat? Non quidem. Sed ſic prohibet Deus,ne (coram ſe) dij habeantur, id eſt ne ſibi ęquentur,néve quæ ſibi peculiaria ſunt,veluti omnipotentia,ſapientia ac bonitas,aliis quàm ſibi ſoli,veluti authori tribuãtur. Rurſus,ne bonos ſibi debitus aliis reddatur. Alioqui nihil vetat alios, deos quoq; vocari, non ſuapte quidem natura,ſed clemẽtia Dei. Dij (vt Origenes ait) dicti ſunt, quaſi à Deo dati domini, quaſi à domino poteſtatem ſortiti, non autem in propriam gloriam,ſed Dei,& ſubiectorum vſum & commoditatem. Atque hinc deſcendit,quòd Deũ noſtrum, Deum deorũ,ac dominum dominorum vocamus, quẽ nõ appellaremus hoc nomine,niſi eſſent & alij dicti dij. Verum (vt diuus Paulus ait) etſi ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra,ſiquidem ſunt dij multi,& domini multi,nobis tamen Chriſtianis vnus Deus pater,ex quo omnia, & nos in illo,& vnus dominus Ieſus Chriſtus,per quem omnia, & nos per ipſum: hunc enim ſolũ nos agnoſcimus,cui ſoli,quæ Dei propria ſunt,tribuimus,ſcientes quòd nihil eſt idolũ in mundo,& nullus eſt Deus,niſi vnus,cui ſoli nos fidere,in quẽ ſperare,quem denique ſuper omnia amare oportet. Cæterum & aliud inſinuãt hæc verba, Coram me, nimirum Deum vbique eſſe præſentem, hoc itaque dicens admonet, vt in omni

Deut.32 *Dei nomẽ trãſlatũ ad Moſen* *Exod.7.* *Principes.* *Prophetæ dii.* *Ioan.10.* *Angeli dei* *Pſal.8.* *Eloim.* *Satanas deus hui*. ſeculi.* *Idola dii gentium.* *Dilutio.* *Corã me.* *Dii domini.* *Origen.* *Deus noſter.* *Deus deorum.* *Dominus dominorum.* *Dii multi.* *1.Cor.8.* *Nobis de*. vnus.* *Ad ſolum Deũ omni tẽpore recurrendũ.*

loco atque omni tempore, eius ſolius gloriæ ſtudeamus & ab eo toti pendeamus, nobis perſuaſum habentes, eũ vbique eſſe præſentem & opitulantẽ, ne quis putet ad alios quoque deos (quaſi non vbique ille præſens ſit) recurrendum eſſe. Vis ergo huius præcepti eſt, vt in vnum verũ Deũ credamus, in eum omni fiducia nos proripiamus, eũ ſuper omnia timeamus ac diligamus. Vt ſummatim dicamus: Hæc lex fidẽ, ſpem, & charitatem requirit, quemadmodũ innumerę ſentẽtiæ in ſcripturis, quæ ſunt primi præcepti enarrationes, abũdè declarãt. Et in primis ex quæ in Deuteronomio recẽſentur, veluti: Deũ tuu timebis & illi ſoli ſeruies, vbi timorẽ ac fiduciã erga Deũ ſummam poſtulat. Rurſus, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. vel, vt alibi legimus, ex tota fortitudine & virtute tua, hoc eſt vt quantũ animo, intellectu, voluntate conſequi poſſumus, Deum diligamus: breuiter, vt omnem affectum, ac omnes tam animi quàm corporis vires, ad amandum, honorandum, colendũ Deum, ad obtemperandum, obſequendum, ac obediendum ei conuertamus. Atque hoc eſt illud primum ac magnum mandatum in lege, quod quũ perfectam obedientiam erga Deum requirat, ac omnes carnales affectus ac motus ei repugnantes damnet, tãtum ac tam magnum eſt, vt quamdiu ſumus in hac carne peccati nemo dicere poſſit, ſe hoc præceptum perfectè adimpleuiſſe, adimplendum tandem in cœleſti patria, quum charitas noſtra perficietur, & quod ex parte eſt, euacuabitur. 1. Corinth. 13.

Vis præcepti. *Hoc præceptũ requirit fidem, ſpem & charitatẽ.* *Deut. 6.* *Ibidem.* *Matt. 22.* *Marc. 12.* *Lucæ. 10.* *Primum & magnũ mãdatũ in lege.* *Aug. de ſpiritu & lite. ca. 36.*

Diximus autem ſuperius, primam huius præcepti particulam idololatriam ſpiritualem prohibere, & ad affectus internos propriè referri, ne ſcilicet, quid amemus aut formidemus, aut cuius etiã creaturæ fidamus ſupra Deũ: Quẽadmodum & Salomon in Prouerbiis hãc legem interpretatur. Ergo peccant in hanc legem, qui in potentia ſua, in curribus & equis gloriantur, qualis erat princeps Tyri, cui per prophetam Ezechielem dominus ait: Eleuatũ eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris, quũ ſis homo & non Deus, & dediſti cor tuum, quaſi cor Dei. Tales notat Pſaltes, quum ait: Hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.

Prima præcepti particula ſpiritualẽ idololatriam prohibet. *Peccãt in hoc præceptum.* *Ezech. 28* *Pſal. 10.*

Rvrſus in hoc pręceptum peccant, qui principum fauorem Dei amori præponunt, ac Deum huius ſeculi magnatibus

gnatibus poſthabent,de quibus ſcriptum eſt:Maledictus om nis qui confidit in homine.Atque huc reſpicit tam acris ſcripturæ comminatio,quum inquit:Nolite confidere in principibus,in filiis hominũ,in quibus nõ eſt ſalus.Ad hæc,qui ſibi in ſua ſapientia ſeu prudẽtia placent,hic impingũt,de quibus dictũ eſt:Perdam ſapientiã ſapientum,& prudentiã prudentũ reprobabo. Qui in fortitudine & virtute ſua cõfidũt, & in multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriantur. De quibus ſcriptus eſt Pſalmus quadrageſimus octauus. Et Paulus auaritiã ſimulachrorũ ſeruitutẽ appellat,Coloſſ.3.Qui voluptatibus plus quàm pietati ſtudẽt. De quibus ſcriptura ait, quòd tanquam iumenta in ſuo ſtercore peribunt.De quibus& Paulus ad Philip.3.dixit,quorũ Deus venter, & gloria in cõfuſione eorum.Qui ita liberũ iactant arbitrium,vt obliuiſcantur omnia ſe gratiæ debere,hoc eſt qui citra Chriſti meritũ & gratiam propriis operib⁹ iuſtos ſe ac ſaluos futuros putãt,quales ſunt Iudęi,de quibus dictũ eſt, quòd volẽtes ſuã iuſtitiã cõſtituere,iuſtitię Dei nõ ſunt ſubiecti.Atq; adeò omne crimen ad idololatriã ſpiritualẽ pertinere poteſt,quòd qui criminaliter peccat,magis in creaturam quàm in Deũ affectus ſit.Sic qui in gratiam vxoris offendit Deum, Deum abnegauit,& vxorẽ pro Deo coluit.Qui in gratiam regis ſpoliat pupillos immeritos,aut aliud ſimile crimen admittit, principẽ pro Deo colit. Blandiantur enim tales ſibi quantum velint, recitent hoc pręceptum millies,ore profitentes Deum,Paulus illis reclamat,dicens:Factis negant.

Pſal.145. *Eſa.29.* *1.Cor.1.* *Augu. de ſpiritu & litera.* *Iudæi.* *Rom.10* *Omne crimẽ pertinet ad idololatriam ſpiritualẽ* *Matt.10* *Luca.14* *Titum.1*

HIc incidit locus de inuocatione ſanctorum. Iam dudũ inter omnes conuenit ſanctorum memoriam reuerẽter colendã,idque triplici potiſſimum ratione.Primum,vt eximia Dei opera in illis exhibita celebremus,Quemadmodum ſcriptura vbiq; facit,ac Deũ in ſanctis ſuis laudari vult.Deinde,vt fidẽ etiã ſanctorum(qua vicerũt regna,operati ſunt iuſtitiã,adepti ſunt repromiſſiões)ſuſpiciamus. Ipſosq; veluti iam perpetuos filios Dei,fratres & cohæredes Chriſti,ac tẽpla Spiritus ſancti honoremus:nam planè ſuperbus atq; etiã impius eſt,qui quos honorificat pater cœleſtis,ſecundũ Chriſti teſtimoniũ,Ioã.12.honorare recuſet, atq; adeò vilipẽdat. Deniq;,vt imitatione ſanctioris vitæ, ſanctos colamus, quæ honoris ſpecies nõ eſt minima,vt ſcilicet ſimus imitatores illorum,ſicut & ipſi Chriſti. Adaugent certe ſanctorũ vitæ no

Inter omnes conuenit ſanctorũ memoriã colẽdã ob tres cauſas. Eccl.44 Hebr.11 Roma.8 2.Cor.6. 1.Cor.11

Bernar.in ſermo. de omnibus ſanctis. bis fiduciā aſſequendi brauij, quod currēdo appetimus. Addunt operandi alacritatē, quòd quæ illos per Chriſtum iram aſſecutos intelligimus, eodem authore nos aſſecuturos nō dubitemus. Huc ſpectant egregiæ illæ ſanctorum veteris legis *Eccle.44* laudes apud Ieſum filiū Syrach, apud Paulum quoque in epi*Hebræ.11* ſtola ad Hebræos. Nam is vbi ſanctos ex fide admodum com*Sanctorū fides & opera noſtram fiduciá corroboret.* mendaſſet, ſubiecit: Ideóque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circunſtās nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Ad hoc vertunt nouatores in dubium, Num inuocatio ſanctorum hoc præcepto prohibeatur, & vt non vetetur, *An ſit licita ſanctorū inuocatio, an etiam ſit pia.* num pia ac vtilis ſit. Hic multis verbis non eſt opus, quòd piis & non contentioſis in hac re paucis ſatisfieri poſsit. Verbum, inuocare, ſi propriè & ſecundum magis communē ſcripturę intellectum accipias, nimirum pro eo, quod eſt aliquē, tanquam ſuæ ſalutis primum ac ſolum authorem appellare, & pro ope aut auxilio, ſua virtute impartiendo interpellare: Si, *Sancti nō ſunt inuocandi, vti pricipales authores ſalutis.* inquam, ſic accipias vocabulum, conſtat ſanctos inuocandos nō eſſe, ne quod ſolius Dei eſt, ſanctis tribuamus, qui ſanè hoc inuocandi genus nequaquam agnoſcunt, veluti noſtri cōſerui, vnum eundémque Deum nobiſcum adorātes, illius bonitati quicquid eſt boni operis, auxilij, ſalutis, felicitatis, veluti ſummo authori nobiſcum tribuentes. Quamobrem in Apoc. *Apo.19 22.* legimus, Ioānem ab eiuſcemodi inuocatione & adoratione ab angelo prohibitū eſſe. Sic Petrus in Actis Corneliū pro*Acto.10.* cidentem ad pedes eius increpauit & eleuauit, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. & Iudæos ſtupētes de ſanato & erecto *Ibidem.* claudo inſtruēs: Viri, inquit, Iſraëlitæ, quid miramini ī hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate, fe*Acto.3.* cerimus hunc ambulare? Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, & Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum. Et poſt pauca: Et in fide nominis eius hunc quem vos vidiſtis & noſtis confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omniū veſtrum. Sic Paulus & Barnabas Liſtrios, eis immolare feſtinantes, grauiſſimè increpauerunt, cōſciſſis etiam tunicis exiliē*Acto.15.* tes in turbas, clamātes & dicētes: Viri, quid hic facitis, & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annūtiātes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terrā, & mare

& mare & omnia quæ in eis ſunt? Solus itaque Deus ad hanc rationem inuocandus eſt, tanquam author omnis ſalutis noſtræ, vnicum refugium, & virtus adiutor in tribulationibus, opitulator in aduerſis, qui ſolus ſua virtute, & non alius præter eũ nos ſaluat ac protegit, qui occidit & viuere facit, percutit & ſanat. De quo Iob dixit: Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt. *Pſal.* 45. *Deut.* 32 *Iob.* 1.

VErum ſi verbum inuocare latè & propemodum impropriè accipias, pro eo, quod eſt ſimpliciter interpellare, ſeu miniſteriu m alicuius aut officium expetere, certe hac ratione non videmus, quur quiſpiam impiũ eſſe putet inuocare ſanctos, veluti noſtra membra ac fratres, multi iam meriti ac fauoris apud Deum, eo fine vt Deũ pro nobis (cuius optatiſſima fruuntur præſentia) rogent & implorent, quo is ſcilicet nobis laborantibus, ſua, non ipſorum ſanctorum virtute opem adferat ſalutarem. Quemadmodum Apoſtoli Chriſtũ pro muliere Chananæa deprecabantur, dicentes: Dimitte eã, quia clamat poſt nos. Quod Theophylactus non inſcitè ad ſanctorũ implorationem accommodat. Et cum ad hãc rationem, quis nõ abſurdè dicatur opem medici inuocare, tanquã miniſtri Dei, per quẽ Deus velit iuuare, quid prohibet, quo minus fratres iam in Chriſto viuẽtes interpellemus, vt ij ſaltem dominum pro nobis exorent, ad adiuuandũ nos? Aſa rex cum ægrotaſſet dolore pedũ vehementiſſimo, non ob id reprehenditur, quia medicum accerſerat, quod alibi ſcriptura dicat, Honora medicum, propter neceſſitatẽ enim creauit eũ Deus. Sed quia in arte medicorum magis confiſus eſt, & quia dominum non quæſierat, quod erat ante omnia faciendum, quod abſque domino ne tantillũ quidem, omnis medicorum ars taceat natura, valeat, ſicut ſcriptum eſt: Nũquid medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi? Sola ergo fiducia principaliter in Deum, veluti ſalutis authorem, hoc præcepto ponẽda præcipitur. Non prohibetur autem quo minus ſanctorũ precibus apud Deũ adiuuari deſideremus. Quòd ſi rem acutius perpendamus, tota contẽtio (modò abſit ſuperſtitio) in verbis tantum ſita eſt. Conuenit enim & abſque cõtrouerſia eſt, Sanctos qui in domino obdormierunt, ſedulò & cõtinuè orare pro nobis, veluti vnius eiuſdemque corporis membra, qui noſtram ſalutem, ſine quibus conſummandi non ſunt, et pectant & deſiderant. Alioqui articulus de ſanctorum commu *Matt.* 15 *Theophylactus ibidem in Matth.* *1. Par.* 16 *Eccle.* 38 *Pſal.* 87. *Fiducia principaliter in ſolũ Deũ collocanda.* *Conuenit ſãctos pro nobis in cœlo aſſidue orare* *Hebr.* 11 *Cõmunio ſanctorũ.*

nione ſymbolo fidei eximendus erit,aut eccleſia triumphans à militãte reſcindẽda,quòd planè Chriſtianæ aures abhorrent.Iam quid prohibet,vt quos ſedulò pro nobis Deum deprecari ſcimus,eorũ etiã precibus cõcedi petamus,vt in omnibus diuinę protectionis muniamur auxilio? Certè nõ poterit nobis fructus cõmunionis ſanctorũ eccleſiæ triũphantis applicari,quemadmodum nec alia quæ ſymbolo cõtinentur, niſi per fidem,quæ piis votis ac deſideriis excitãda eſt. Ergo etſi nihil ſanctis hinc accedat,ꝙ eos interpellamus,vt Deum pro nobis deprecẽtur, tamẽ eoipſo fidẽ cõmunionis ſanctorũ in nobis excitamus,vt quod illi pro nobis aſſiduè faciũt, nobis etiã applicetur & ſalutare ſit,quemadmodum Auguſtinus alibi dicit:Non contẽnendũ eſſe affectum morietis,qui deſiderarit,poſt obitũ corpus ſuum in baſilicam martyris poni, ſiquidem is crediderit animã ſuã martyris precibus adiuuari. Hoc enĩ(vt ſubdit)quòd ita credidit,ſupplicatio quædam fuit,& hæc profuit, ſi quid profuit. Non reſpuit igitur eccleſia,quicquid citra Dei iniuriã fit,quo fides ĩ nobis excitatur,veluti cum ſancti nos, tanquã patronis poſt Chriſtum apud dominũ adiuuandos orando cõmendamus. Deus enim cordis inſpector eſt,& voti pietatem examinat,non ſtructurã verborũ. Nam quid refert apud Deum,ſiue dicamus:Scimus ô Deus,ſanctum Petrum orare pro nobis:eius itaque precibus cõcede,vt nos tuæ protectionis auxilio muniamur.quã ſi dicamus:Sancte Petre,ora pro nobis.niſi quòd quantũ ad nos attinet,cum ſanctos nominatim appellamus,nõ ſolum fidem,ſed etiã mutuæ charitatis affectum exprimimus,perſuaſum habentes Apoſtolos & martyres, qui adhuc in corpore conſtituti,& voluerunt & potuerunt pro cæteris orare,nũc tanto magis pro nobis eſſe ſolicitos,quanto poſt coronas,victorias,& triumphos nos ardentiori charitate cõplectuntur. Agnoſcit eccleſia vnum mediatorẽ redẽptionis & ſalutis noſtræ opificem Chriſtum Ieſum. Nec eſt enim aliud nomẽ ſub cœlo,in quo oporteat ſaluari,& tamen nõ refugit ſcriptura, Moſen vocare ſequeſtrum,atque adeò mediatorẽ inter Deũ & Iſraëlitas. Non quidem quòd propria virtute ſalutem attulerit,ſed qui tãtum fuerit interceſſor. Sic legis Deum ſuſcitaſſe Iſraëlitis ſaluatorem Othonielem. Et alibi: Deum dediſſe illis ſaluatores,qui ſaluauerũt eos. Quæ tamen idcirco dicta nõ velimus,vt vllo modo probare videamur,ſi quid in ſancto-

Aug. de cura pro mortuis gerenda.

In cultu ſanctorũ hoc tantũ ſpectatur vt intẽtio ſit pia.

Pſal. 16.

Cum ſanctos nominatim appellamus, mutuæ charitatis affectũ exprimimus

Hie. cõtra Vigilãtiũ

Vnus mediator redẽptionis & ſalutis Chriſtus.

1. Tim. 4

Acto. 4.

Moſes mediator.

Deute. 5.

Galat. 3.

Iudic. 3.

4. Re. 13.

Nehe. 9.

ſanctorum interpellatione hactenus ſuperſtitioſius eſt actum. Forſan eo deuentũ eſt, vt nobis peculiares quoſdã ex ſanctis delegerimus,quos auxiliatores appellauimus,quos & vt adiuuarent,& opem ferrent,implorauimus. Sed vtinam defuiſſet verbis ſuperſtitioſus affectus,quod totum ſitum erat in parochis,qui populum docere debebant,ſanctos non aliter adiuuare nos, niſi interceſsione apud Deum. Nõ autem quòd ipſi ſalutem ſua virtute dilargiantur,ſed quòd opem nobis à Deo impetrent, quemadmodum diuus Paulus,non ſine magno ſcrio ſanctorum etiam viuentium orationibus ſe commendat: Obſecro,inquit,vos fratres per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatẽ ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. Irrepſit,fatemur,paſtorum dormitantiũ incuria error in eccleſiã, quo vulgus veræ pietatis non ſatis intelligens,ſingulorum morborum curam ſingulis ſanctis aſsignauit. Vel quòd in euangelio ſcriptum intelligeret Chriſtum ad preces cuiuſpiam ab Apoſtolis morbum quempiam depuliſſe veluti quòd ad Petri preces rogantis pro ſocru ſua magna febri laborante,Dominus febrem increpauerit, & priſtinæ ſanitati ſocrum Petri reſtituerit. Vel quòd ſanctos,cum adhuc in hac vita ſuperſtites eſſent,quoſdam morbos in nomine Ieſu curaſſe, vel quòd ad ſanctorum reliquias ſiue memorias ad fidelium preces certas quaſdã infirmitates ablatas acceperit,veluti quod rẽfertur Cõſtantiam Conſtantini Auguſti filiam virginem,fœdis vulneribus obſeſſam, ita vt à capite vſque ad pedes,nulla membrorum pars libera remanſerit, precibus fuſis fuiſſe ſanatam:vel quòd audiat eccleſiã ea ſupplicia recolere,quę ſanctis pro Chriſti nominis gloria ſunt perpeſsi,quorũ ſuppliciorũ ſimilibus morbis vulgus vexatur. Hinc enim malè edocta ac perſuaſa plebs cæco iudicio collegit,ſcripturam ipſis ſanctis curam certorũ morborum peculiariter aſſcribere, ſeu quoſdã ſanctos ſanãdi morbos poteſtatem pęculiariter obtinere,quòd à pietate, & eccleſiæ ſententia ac ſupplicationis vſu eſt alienũ. Interim tamen non abhorret eccleſia fidei & ſpei in Deum excitandæ gratia, ſubinde admonere dominum eorũ miraculorum, quæ ad ſuorum ſanctorum interceſsionem in morbis depellendis oſtendit,veluti cùm orat,vt quemadmodũ dominus ad Petri fideles preces ſocrum eius ſanitati reſtituit,ita nunc quoque interceſsione beati Petri infirmos à febriũ paroxiſmis & ar-

Superſtitio in peccatorũ inuocatione nõ probatur.

Sancti nõ aliter auxiliantur, quàm iter cedendo.

Reprehenditur ſuperſtitio, qua cura ſingulorũ morborũ principaliter ſingulis ſanctis tributa eſt

Marci. 1. Lucæ. 4.

Pie oramus dominũ vt quẽadmodũ olim ad preces ſanctorum quoſdam morbos populis, ita & eoſdẽ nũc pellat.

doribus liberare dignetur: vbi ſpes ſanitatis cõſequendæ, nõ in Petrum, ſed in Chriſtum conijcitur, idque fide, per recordationem facti miraculi ad Petri preces excitata. Sic in hiſtoria Agnetis legis, Conſtantiam, Agnetem virginem precibus pulſaſſe, non vt illa vulneribus eius mederetur, ſed vt pro ſe ad Chriſtum, ſuum ſpõſum intercederet. Subinde legis ipſam Agnetem, Conſtantiæ repentina ſomni ſuauitate correptæ reſpondiſſe, Conſtanter age Conſtantia, & crede in Dominũ Ieſum, per quem modò conſequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris ſanitatem, vbi Agnes nõ ſibi, ſed Ieſu donũ ſanitatis apertè tribuit. Sic cum oramus, vt quemadmodum Deus animum Appoloniæ virginis confirmauit, ne percuſsione dentium à fide Chriſti excideret, ita & nos, cum dẽtium dolore vexamur patientes faciat ac corroboret, tum nõ aſsignamus Appollonię dẽtium medelam, ſed prouocamus in nos Dei miſericordiã, quã exhibuit in Appollonia. Hic itaq; vigilandũ eſt parochis, vt plebem à ſuperſtitione contineãt, & ad pietatem reuocẽt, quod fecerint ſi populum docuerint, vt Deo tanquam omnis boni, ac ſalutis tam ſpiritualis quàm corporalis authori, ſuas preces offerat, ſanctis vero nõ aliter, quàm interceſſoribus, coniecta interim omni cura in ſolum Deum, quemadmodum Petrus iubet, cum ait: Omnem ſolicitudinem proiicientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis. Quòd ſi factum fuerit, tum recordatione fidei ſanctorum, nõ tantum Dei gloriam non imminuemus, ſed magis celebrabimus, idque modo quodam, noſtræ fragilitati vtili & accõmodo. nam, vt ſupra diximus, Deus amat nobis inſinuari ſignis & exemplis, ac inuocari etiam ad eorundem exemplorum recordationem. Quamobrẽ piè oramus, vt quemadmodũ Deus in manu Moyſi liberauit Iſraẽlẽ de manu Aegyptiorum, ita nos liberare dignetur à poteſtate diaboli principis tenebrarum & quẽadmodum propitius fuit Abrahã, Iſaac, & Iacob, ita & nobis eiuſdẽ fidei ſucceſſoribus miſericordiã ſuã præſtet. Beatus Auguſtinus, vt curam pro mortuis gerendum eſſe oſtenderet duplici vtitur teſtimonio. In primis locũ ex Machabæis citat, quo oſtendit oblatum pro mortuis ſacrificium, non abſterritus, quòd hic liber in canonem Iudæorum nõ ſit receptus, ſed ſolo cõtentus, quòd eccleſia eum liberum, certè antiquiſsimum, veluti impiũ nõ reiecerit. Deinde totius eccleſiæ vniuerſalem conſenſum adducit, cuius nõ paruam, ſed longè

Ambr. in hiſtoria Agnetis.

Quomodo docendi plebs interpellare ſanctos.

1. Petr. 5.

Per recordationẽ fidei ſanctorũ, gloriã Dei celebramus.

Pſal. 76.

Augu. de cura pro mortuis gerenda.

2. Mac. 12

longè maximam authoritatem eſſe contendit Nos itaque eiſdem rationibus,piam ſanctorum interpellationem,impiã eſſe nõ poſſe,haud omnino ineptè aſtruemus .In Machabęis enim ad eundem modum de ſanctis legimus:nempe Iudam Machabæum vidiſſe Oniam manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Poſt hæc etiam vidiſſe alium virum ætate & gloria mirabilẽ,de quo dixerit Onias: Hic eſt fratrũ amator & populi Iſraël.hic eſt qui multum orat pro populo,& vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta domini . Deinde etſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur,nõ parua tamen clareret vniuerſalis Eccleſiæ tam Græcæ quàm Latinæ authoritas, quæ ſanctorum interpellationes ad eum quem diximus modum factas,adeò non reiicit,vt & tanquam piam approbet ac celebret. Ex Latinis teſtes ſunt, vt cæteros ſileamus,Cyprianus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius,Bernardus. Ex Gręcis Dionyſius,Chryſoſtomus, Theophylactus,Damaſcenus,cum omnibus fermè,qui & ante & poſt eos in eccleſia,ſanctitate vitæ & ſpiritus virtute floruerunt. Porrò ſi in hoc error fuit,videbimur nõ iniuſtè cum Auguſtino,ipſi domino dicere poſſe: Domine,à te decepti ſumus. Nã tot & tãtis ſignis confirmata eſt eiuſcemodi ſanctorũ interpellatio ac intercesſio,quæ niſi per dominũ omnino fieri nõ potuiſſet. Sed de hac re ſatis. Nunc ad alteram primi præcepti particulam pergendum eſt. Sequitur itaque:

2. Mac.15 Cui dubiũ Iudã hæc videntem, animo ſaltem ; oſtulaſſe hoc perpetuo vt faceret. Vniuerſalis eccleſiæ conſenſus. Cyprian. Ambroſ. Hierony. Auguſt. Gregorius Bernard. Dionyſ. Chryſoſt. Theophy. Damaſce.

Non facies tibi ſculptile.

HAec particula de externa & craſſa idololatria rectè intelligitur, etſi ſint qui primum præceptum totum propriè ad affectus referẽdum eſſe dicant, ac ſculptile interpretentur, quicquid ſculpit cor noſtrum, hoc eſt quicquid apud ſe fingit quod maioris facit quàm Deum.ſed nobis magis placet,vt hæc particula,non tantũ cordis ſed & craſſam illam & externam idololatriam comprehendat. In hac in primis peccabant ethnici qui idola & ſimilitudines creaturarum, opera manuum ſuarum adorabant,& à ſimulachris,veluti diuinitatem aliquam habẽtibus, ſeu vel prodeſſe vel nocere potentibus pendebant, quos ſcriptura acerrimè inſectatur . Peccant item in hoc præceptum,qui eleuatis oculis ad cœlum vidẽtes ſolem & lunam,& omnia aſtra ſeu militiam cœli,errore decepti adorãt & colunt ea quæ creauit dominus Deus noſter,nõ

Sculptile. Hæc particula reſpicit externam idolatriam. Roma.1. Deute.4. Planetæ et aſtra cætera cur creata.

vt adorétur,ſed in miniſterium cunctis gẽtibus quæ ſub cœlo ſunt. Item,qui aut ignem,aut ſpiritum,aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam,aut ſolem & lunam, rectores orbis terrarum,& deos putauerunt,qui ſi illorũ ſpecie delectabantur,magis ſcire debebant,quanto his dominator eorum ſpecioſior ſit. Ad hæc, Qui Genethliacis & Aſtrologis fidem accommodant, ſuámque vitam & opera ad cœli ſigna,iuxta tẽporum diſcrimen comparant. Ob quod Paulus grauiter corripit Galatas,quòd ſcilicet conuerterantur iterũ ad infirma & egena elementa,quòd dies obſeruarent & menſes,& tempora,& annos. Fatemur quidem, quod & res ipſa oſtendit,& ſcriptura non negat, Superiora corpora, in hæc inferiora ſuam quandam influentiam habere, nec tãtùm in inanimata & beſtias, ſed etiam in corpora humana, quæ conſtat certis temporibus melius,certis peiùs habere. At anima rationalis ſeu ſpiritus hominis qui à Deo creatur, & homini infunditur, nullis conſtellationibus ſubiacet,quod qui non credit, fidem abnegauit, & bapriſmum violauit. Vide quod in prooemium dominicæ Orationis diximus. Præterea, in hoc præceptum peccant,qui hariolos ſciſcitantur,qui ſomnia atque auguria obſeruant,qui maleficos & incantatores, ſeu pythones,aut diuinos cõſulunt,vt noua inquirant,vt ſecreta rimentur, vt futura præſagiant,vt perdita recuperent. Item, qui veneficis mulieribus fidem accommodant, & credunt ea reuera fieri, quæ ipſæ diabolicis illuſionibus deceptæ,iactãt. De quibus in Decretis põtificum ſic legis, Quædam ſceleratæ mulieres poſt ſatanam conuerſæ, dæmonum illuſionibus & phantaſmatibus deceptæ, credunt ſe cum Diana horis nocturnis cum innumera multitudine equitare ſupra quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire,ſuis iuſsionibus obedire,& certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Sed vtinam hæ ſolæ in ſua perfidia periiſſent, nam innumera multitudo hac falſa opinione decepta, hæc vera eſſe credit,& credẽdo à vera fide errori paganorum inuoluitur,cùm aliquid diuinitatis extra vnum Deum arbitratur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnia falſa eſſe,& à maligno ſpiritu talia phantaſmata,mentibus fideliũ irrogari. Hęc ibi. Eiuſdem criminis rei ſunt,credentes maleficas iſtas ſua virtute ſeu opera,hominibus reuera

incommodare

Sapien.13

Galat.4.

Quatenus corpora cœleſtia in nos agant.

Eccle.12.

Mens nulli conſtellationibus ſubiacet.

Deute. 8.

Deut.20.

Quid de maleficis mulierib⁹ ſentiendũ.

Ex conci. Acquirẽſ. c.1.ca. epiſcopi.26. quæſt.5.

ſncõmodare poſſe, quòd nec diabolus (quem ſcriptura huius aëris ſpiritum ſeu poteſtatem appellat) vllo damno afficere quempiam poſſit, niſi permittente Deo. Maleficæ igitur nõ faciunt grandines, tonitrua, & his ſimilia, ſed diabolus, quatenus Deus hoc illi permittit. Permittit autem vt fidem ſuorũ exploret. Quamobrem etſi quandoque eueniant, quæ maleficæ iſtæ minantur, aut quæ diuinatores futura prędicũt, vt cũ lædere ſanos aut ſanare videntur lãguidos, nõ eo magis ipſis credendũ eſt, quia hoc ſolius Dei permiſſu fit, vt ipſi qui hoc audiũt, vel vident, probẽtur & appareat qua fide ſint, vel deuotione erga Deum ſicut in Deuteronomio legimus: Si ſurrexerit (inquit Moyſes) in medio tui propheta, aut qui ſomnium ſe dicat vidiſſe, & prædixerit ſignum atque portentũ, & euenerit quod loquutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos, quos ignoramus, & ſeruiamus eis, nõ audies verba prophetę aut ſomniatoris, quia tẽtat vos dñs Deus veſter, vt palàm fiat, vtrũ diligatis eum an non. In toto corde, & in tota anima veſtra dominũ Deum veſtru ſequamini, ipſum timete, mandata eius cuſtodite & audite vocem illius, ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c. Porrò diabolum nõ poſſe piis plus incommodare, quàm illi à Deo fuerit conceſſum, liber Iob inſigni teſtimonio confirmat, quin nec diabolus in impios poteſtatẽ habet maiorem, quàm illi Deus permittit, alioqui non dubium impios ac malos funditus ſtatim perderet, quos Deus patiẽter fert, vt ad pœnitentiã adducat. Vnde qui aduerſam fortunam ſuſtinent, docendi ſunt hoc amanter & demiſſo erga Deum animo ferre, non ſine gratiarũ actione, qua ſe Deo velut Iob ille totos reſignent, dicentes: Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domini benedictum. Ex quibus conſequẽs eſt, In hoc præceptum eos etiam impingere, qui licitum arbitrãtur maleficia maleficiis tollere quales ſunt, qui maleficos cõſulũt ad indicandũ quæ furto ablata ſunt. Certè præſtat mortem oppetere, taceo rerum iacturam ferre, quàm hæc aduerſus Dei præcepta tentare: diabolus in hoc permittitur ſuum in Chriſtianos odium exercere, vt vel peccata eorum puniãtur aut fides probetur. Non ergo tum à Deo ad diabolũ deſciſcendum, ſed ad Deum recurrendum eſt, ac fideliter precandum, vt nos à malo liberet, aut ſi id noſtra non retulerit, tum quæcunque acciderint, in noſtrum bonum vertat.

Ephe. 2.

Maleficæ ſua virtute nihil facere poſſũt

Augu in lib. de ciu. Dei cap. nec mirũ. 26.q.9.

Deut. 13.

Diabolus nõ poteſt nobis incõmodare, niſi permittente Deo.

Iob. 1.

Quomodo docẽdi qui aduerſam fortunã periũtur.

Iob. 1.

Non licet maleficia maleficiis tollere. c. nec mirũ. 26.q.5.

Maleficijs quomodo obſiſtẽdũ.

tas literas ſtultis hominibus diuédũt, perſuadétes illis, quòd dum eiuſcemodi characteres ſecum portauerĩt, tum eos à periculis ſecuros fore, quos lex diuina damnat, ac eccleſia pronuntiat fidem Chriſtianam & baptiſmum præuaricaſſe, paganos, apoſtatas, & Dei inimicos effectos.

Ex conci. Acquir. c 1. c. epiſcopi. 26. quæſt 5.

IN hoc ergo ſoliciti debent eſſe parochi, vt plebem ab his ſacrilegis ritibus auocent, vtque ipſi, pios & ab eccleſia receptos exorciſmos in parato habeant, quos viuida fide ſuper vexatos recenſeant. Interim tamen mos ille in totum dânandus non eſt, quòd hactenus Chriſtiani, tẽpore triſti rebus externis, veluti cereis, aqua ſale, floribusq; benedictis vſi ſunt, quódque herbas per inuocationem diuini nominis conſecratas, brutis etiã animalib⁹, ignota lue laborãtibus comedẽdas prębuerint, modò tamẽ omnis ceſſet ſuperſtitio, hoc eſt ſi in has res externas, nullam fiduciã coniiciamus, ſed tantũ potẽtiæ verbi Dei per earũ vſum admoneamur, & fide nominis diuini excitemur. Nam non temerè in Actis Apoſtolicis refertur fideles liberatos à morbis, ſi vel ſemicictia, vel ſudaria ab Apoſtolis recepiſſent. Vetus eccleſię mos eſt, vt die Palmarũ nouelli rami arborũ benedicantur: idque non ſine magna ratiõe. Principio enim id fit, vt hiſce ramis inſpectis, admoneamur regni Chriſti, qui in aſina ſedẽs, Hieroſolymã ingreſſus ramis palmarũ exceptus eſt, auſpicaturus regnum, aduerſus quod princeps huius mundi nihil poſſet. Deinde cũ eo tẽpore ver inſtet, quo omnia refloreſcere incipiunt, par eſt, vt tũ arborũ rami benedicãtur, quo plebs intelligat, quæcũque futurus proferet annus, ea nobis ſola domini benedictione, nõ noſtra prouidẽtia aut fortuitò obuenire. Eadẽ ratione herbę (quę medicinales ſunt) die qui Aſſumptiõi glorioſę virginis deſtinatus eſt cõſecrantur, vt intelligamus herbas, nõ ſua virtute, ſed Dei beneficio morbis mederi, vtq; in omnibus quæ vel facimus, vel percipimus, gratias agamus Deo. Certè Cõciliũ ſub Martino Papa habitũ, etſi acerrimè ꝓhibeat in herbarũ collectionibus quaſlibet incãtationes attẽdere: probat tamen ſi herbis cum ſymbolo diuino, aut Oratione dominica vtamur, vt tantũ Deus omniũ creator & dominus honoretur. Et Paulus Apoſtolus teſtatur: Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendũ, quod cum gratiarũ actione percipitur: ſanctificatur enim (vt ſubiicit) per verbũ Dei & oratioñe. Sed hic iterũ atq; iterum admonemus, vt ceſſet omnis

Officiũ parrochorũ.

Preſpere poteſt cedere quicquid ſimpliciter in Dei deuotiõe fit, teſtis Am. in epi. ad Gala. c. 4

Act. 19. c, nõ liceat. 26. q. 5.

Mos bene dicendi ramos in die pa'marũ excutitur.

Ioan. 12.

Oĩa nobis obueniũt benedictiõe domini.

Cõcilium ſub Martino papa. 26. q. 5. c. nõ liceat.

1. Tim. 4.

Externis rebus nõ aliter quã ſignis vtẽdum.

ſuperſtitio, hoc eſt vt res iſtæ non aliter quàm ſigna fidei noſtræ adhibeantur, vt in eas nulla, verùm omnis in Deum fiducia ponatur, alioqui magis retulerit, vt omnia ſigna tollãtur, quam vt idololatriam crimen omniũ maximum incurratur.

De veneratiõe reliquiarũ & imaginũ.

Reliquiæ martyrũ ĩ omni Eccleſia religioſe habitæ.

Hieronymus. *Ambroſ.* *Auguſt.* *Chryſoſt.* *2.Cor.6.* *Hebr.11.* *1.Cor.4.* *Aug li.de ciui.Dei.* *Ambr. in ſer.de ſã. Gerua & Protha.*

Reſtat paucis de veneratione reliquiarum, & imaginum Chriſti, ac ſanctorum, quatenus ea licita ſit, & quatenus illicita dicere, vt ceſſet ſuperſtitio & vetus pietas retineatur. Quamlibet reclament nouatores, compertum eſt ſanctorum, qui in Chriſto publica confeſſione deceſſiſſent, reliquias in eccleſia tam Græca quàm Latina ſemper religioſe eſſe habitas, cuius inter alios, idonei teſtes ſunt Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, & Chryſoſtomus, idque ob cauſas non contemnẽdas. Primum quod eiuſcemodi reliquiæ nos fidei, quæ in ſanctis fuit, plus quàm vllæ ſcripturæ commonefacerent, recogitãtibus nobis, hæc eadem eſſe oſſa, quibus compaginatum olim fuit corpus, domicilium inhabitãtis gratiæ, quibus membra cohæſerunt iam pridem templum ſpiritus ſancti, cuius recordatiõe, & fides noſtra in Deũ excitatur ac fulcitur, nimirum cùm mente cõplectimur, vt quemadmodũ illi per fidem omnia aduerſa vicerunt, atque adeò miracula ſupra humanũ captum non ſua, ſed Chriſti virtute fecerunt, ita & nos eundem fidei ſpiritum habentes, & ſanctorum communione per fidem fruentes, quæcũque nobis aduerſantur in domino vincamus. Auguſtinus referens eccleſiam plaudentem in miraculo apud memoriam beati Stephani facto: Quid erat, inquiens, in cordibus exultantiũ, niſi fides Chriſti pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt? Et beatus Ambroſius vel hinc oſtẽdit Arrianos non habuiſſe rectam fidem, quòd miraculis ad monumẽta martyrũ factis detraherent: Re ipſa, inquit, oſtẽdunt alterius fidei fuiſſe martyres, quàm ipſi credunt, neque enim aliter operibus eorum inuiderẽt, niſi fidem in his fuiſſe eam quam iſti non habẽt, iudicarent. Hic tamẽ (quod negare nõ poſſumus) ab eccleſię præſidibus mirum in modum dormitatũ eſt. Olim fideles in animi vel corporis grauedine conſtituti, pio inſtinctu ducti ad ſanctorum memorias non ſuperſtitioſe, ſed religioſe profecti ſunt. Nam cum cõſtet ad monumẽta martyrum mortuos frequenter ſuſcitatos, tortos dæmones, obſeſſos à dæmonibus ſolutos, valetudinarios reſtitutos, peccatores ad pœnitentiam conuerſos, idque in fide Chriſti pro qua ſanctorum ſanguis profuſus eſt. Quis tã cæ-

Hæreticos malę habẽt martyrũ reliquias religioſe haberi.

Abuſus.

cutit,

cutit, vt eiuſcemodi piam reliquiarum venerationem ac viſitationem cõtemnere auſit? niſi tamen hoc negare velis, quod diabolus etiam, licet inuitus, exactus & tortus confitetur. Sed noſtro ſeculo hic variè, idque parochorum ſocordia erratum eſſe, inficiari non poſſumus.

Eccleſia vetus pium Chriſtianorum affectum, in inuictam martyrum fidem non in miracula principaliter reſpicientem comprobauit. Atq; interim nulla miracula euulgari paſſa eſt, niſi quæ ſupra naturalem rerum euẽtum fidelibus multũ commodaſſe, ac plurimum habere virtutis ad firmandã fidẽ catholicam certiſſimis argumentis cõperiſſet. Deinde nõ alias reliquias, quàm quas verè cõſtaret ſpiritus ſancti templa fuiſſe venerari permiſit. Quas tamẽ publicè exponi vetuit, ad quæſtum autẽ exponi, veluti ſacrilegium iudicauit. At noſtro ſeculo non admodũ multum de fide ſanctorũ populo inculcatum eſt, ſed multa miraculorũ mentio, quæ tamẽ interdũ vel impudentiſſimè ficta, vel talia fuerunt, vt de eorum authore non iniuria dubitaueris, iuſſusq; eſt populus non quidem ob martyrum fidem, ſed magis ob recẽs edita miracula accurrere, id quod factum non oportuit, quòd poſt tot edita in primitiua eccleſia, ſigna & prodigia alia poſtulanda non fuerunt. Quiſquis enim (vt Auguſt. ait) adhuc prodigia, vt credat, inquirit, magnũ eſt ipſe prodigiũ, qui mundo toto credẽte ipſe non credit. Quin alius quiſpiam teſtatur ceſſurũ in diſſeſſiones & ſchiſmata, ſi adhuc veluti in primitiua eccleſia ſigna fierẽt. Et Chriſtus vetat apoſtolos gaudere, quoniã dæmonia ipſis obedierint, ſed quoniam nomina ipſorum ſcripta eſſent in cœlis. Expoſitę ſunt paſſim ad quæſtum reliquiæ, eędemq; incertæ, & forſan hinc præbita eſt non paucis, necdum bene Chriſtianis occaſio, magis in ſanctorum oſſibus confidendi, quàm in Deũ viuum, quod factum non oportuit. Corrigẽdus ergo omnis talis abuſus eſt, vt neque eorũ pietas, qui fidei ſuę iuuãdæ, excitandæq; gratia, ad indubitata ſanctorum monumenta occurrũt, contẽnatur, neq; ſuperſtitioſus cultus in exponendis ad quæſtũ reliquiis, vel recẽſendis incertis ac prodigioſis miraculis deinceps feratur. Secũdo, viſum eſt, nõ iniuria ſanctorũ oſſa ad eũ modũ reuerenter haberi poſſe, quo filius demortui patris veſtẽ, honorificẽter, tractat, aut quemadmodum quiſpiam annulo (quem amicus decedens legauit) oblectatur, quo etiã vix vnquam vtitur, niſi chari amici ima-

Quæ miracula vulgãda ſint.
De vene. ſãctorum, & reliquiarum. ca. 1. & 2.
Alia miracula poſtulanda non ſunt.
Auguſt.
Chryſoſt.
Lucæ. 10.
Abuſus quomodo corrigendus.
Secunda cauſa.

go ſubeat,niſi & verborũ & factorum meminerit,& annulum veluti perpetuæ amicitiæ pignus relictũ exoſculatus fuerit. Nam quid ſunt aliud ſanctorum cineres & oſſa,niſi quædam ſanctorum pignora in terris relicta? Tertio,reliquiarum venerationem, non ſolum non reiiciendam, ſed vtilem iudicauit vetuſtas,quòd reliquiæ & futuram reſurrectionẽ nobis promittant, & ſpem noſtrã in futuram corporis glorificationem erigant, contemplantibus nobis eadem ſanctorum corpora, etſi immutata quandoq; ad vitã excitenda,ac Deum noſtrum eſſe Deũ Abrahã, Deũ Iſaac,Deũ Iacob,Deũ inquã nõ mortuorum ſed viuentium. In ſumma,populus docẽdus eſt,nõ fidere reliquiis nec reliquias adorare, ſed tãtum ſanctorum fidem in reliquiis exoſculari, vitæ ac doctrinæ recordatione accẽdi, ac in ſpe futuræ reſurrectionis fulciri. Quòd cum fit procul erit. vel aduerſariis teſtibus, à veneratione reliquiarum omnis idololatria. Sed iam de imaginum vſu pauca ſubiiciamus. Qui verba huius primi præcepti vrgent,ij omnem imaginum vſum penitus vetitum eſſe audaces pronuntiat. Quòd ſcilicet ſi præceptum ad verbum exigas, videatur vere omnem ſimilitudinem eorum quę ſunt in cœlo deſuper,& quæ in terra deorſum, & quæ ſunt in aquis, ſub terra. Sed ſi hunc ſenſum verborũ mordicus tueri velis,cogeris,velis nolis, fateri, ipſum etiam Moſen huius legis promulgatorem idololatram fuiſſe,atq; adeò Deum alibi idololatriam (quod piæ aures abhorrent) præcepiſſe.quòd Moſes ex præſcripto Dei duos Cherubim aureos poſuerit in tabernaculo in ſummis propitiatorij partibus. Quemadmodum legis Exodi.25. In vaſis quoque templi quod extruxit Solomon erant boũ, leonum,& Cherubim ſculptiles imagines. Rurſus 2.Paralipomenon.3. Sculpuntur Cherubim in parietibus. In mitra quoque pontificis erat imago lunæ.In veſte vero, malorum punicorum ſimulachra. Vnde conſequens eſt.Iudæis hoc primo præcepto,non ſimpliciter interdictum omne genus imaginum.ſed tãtum nefandũ vſum,ne ſcilicet more gentiũ haberent ſimulachra, quæ proponerentur adoranda. Id quod ſequẽtia præcepti verba, nempe: Non adorabis ea neq; coles manifeſtè indicant,ac velut exponendo declarant:quo etiam pertinet. quod dictum eſt, Coram me, id eſt non habendas imagines Deo æquandas,quibus aliquam tribuamus diuinitatem. Aliud ergo eſt imaginem ſeu picturam adorare, quod nequa-

Sanctorũ cineres,ſãctorum pignora.

Matt.22

De vſu imaginum Iconomachi.

Non omnis imago prohibita

3.Reg 6. 7.

Nõ imagines,ſed imaginum adoratio prohibita

Corã me.

Imagines retinẽdæ

neq[u]aquam licet hac lege prohibente,aliud per picturæ hiſto riam quid ſit adorandũ, vel venerandum, vel cõtemplandum addiſcere. Id enim cũ ne Iudæis quidẽ ſimpliciter fuerit prohibitum, (populo ad gentium ſi perſtitionem mirè procliui) multo minore periculo populo Chriſtiano permittitur, modò tamen omnis abſit ſuperſtitio, poſteaquam per euãgelium lucem extinctus eſt paganiſmus. Permittitur autem(vt diximus)ad excitãdam geſtorum recordationem & hiſtoriæ memoriam & intellectum. Nam quod legentibus ſcriptura eſt, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus,quia in ipſa ignorantes vidẽt,quid ſequi debeant,& in ipſa legunt,qui literas neſciunt,imò interdum plus præſtat imago cernẽti,quàm ſcriptura legenti,quòd vnico contuitu tabula rem oculis inſpectantium proponat,quæ ex ſcriptura nõn niſi paulatim diſcitur. Deinde doctus etiam interdũ plus videt in tabula,quàm in literis ac vehementius afficitur veluti magis commoueremur ſi conſpiceremus Chriſtũ in cruce pendentem,quàm ſi legeremus illum crucifixum:Pictura verò,rem quatenus licet ponit ab oculos. Quemobrem Gregorius magnus quendam Secundinum hic laudat,quòd imaginẽ Chriſti quam colebat ſibi dirigi poſtulauerit,nimirũ quòd illum ſumma cordis intentione quæreret,cuius imaginem præ oculis habere deſiderabat,vt dum picturam quotidie videret,ad illum animo inardeſceret. Et paucis interiectis,ſubiungit,Scimus quia tu imaginem ſaluatoris noſtri,ideo non petis,vt quaſi Deum colas, ſed ob recordationẽ filij Dei vt in eius amore incaleſcas,cuius imaginem videre deſideras,& nos quidem nõ quaſi ante diuinitatem, ante ipſam proſternimur,ſed illum adoramus,quem per imaginem aut natum:aut paſſum, vel in throno ſedẽtem, recordamur. Et dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filium Dei reducimus,animum noſtrum de reſurrectione letificat,aut de paſſione mulcet. Hæc ille. Grauiter autem idem Gregorius Seruiũ epiſcopum Maſſilienſem arguit, quòd inconſiderato zelo ſucceuſus Sanctorum imagines confregerit. In ſeptima quoq; ſynodo damnati ſunt Iconomachi, in qua & hoc Decretũ legitur Venerabiles imagines,Chriſtiani non deos appellant,neque ſeruiunt eis vt diis,neq; ſpẽ ſalutis ponũt in eis,neque ab eis ſperant futurum iudicium, ſed ad memoriam & recordationem primitiuorũ venerãtur eas. Damaſcenus ait: Patres noſtros conſtituiſſe,in imagini-

tãquã mutæ hiſtoriæ.

Imaginũ vtilitas.

Gregori° c. perlatũ de conſec. diſt. 3.

Pictura quãdoque vehementius afficimur quàm literis.

Gregor.

Imago ſaluatoris quomodo colenda.

Gregori°

Seruiũ violatarũ imaginũ damnat.

In ſeptimã ſyndo dãnati Iocõnomachi.

Damaſc.

bus quædam veluti trophæa repræſentare,ad promptam memoriam,ſiquidē ob negligentiam,frequenter cogitatione nō tenentes paſſionē Chriſti imaginem transfixionis Chriſti videntes in paſſionis Chriſti memoriam redimus,& procidētes adoramus,non imaginem,ſed imagine repræſentatum. Et vt quum codicem exoſculamur,non materiam,ex qua ſcriptum eſt Euangelium,ſed ipſum Euangelium veneramur. Sic nec crucis materiam adoramus,ſed quod typo figuráque exprimitur. Atq; hinc nimirum factum eſt,quemadmodū Athanaſius ille Alexandrinus epiſcopus teſtatur, vt olim fideles, cruces quidem cōformes cruci Chriſti facerent, ſacræ autem lāceæ, vel arundini,vel ſpongiæ cōformia non fabricarent,ea ſcilicet ratione,vt ſi quis infidelium eos accuſare pergeret, quòd lignum adorarent,facile poſſent crucis figuram ex duobus lignis compoſitam ſeparare, & ſic formam crucis deſtruentes (quaſi inanem hanc ligni materiam reputādo) eidem infideli perſuadere,quòd non lignum colerent, ſed crucis figurā. De lancea autem & arundine & ſpongia hoc facere & oſtendere nō poſſent. Ergo qui caput inclinat ſigno crucifixi,ſcit ligno nihil honoris deberi, ſed ad occaſionē imaginis veneratur illud, quod ea repræſentat. Talem imaginum venerationem, neque impiam, neq; aſpernandam eſſe,teſtes ſunt,quos ante citauimus ex Latinis,Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius,Beda,&c. Ex Græcis Chryſoſtomus,Damaſcenus. Quorum teſtimonia quàm maximè corroborant aliquot generalia Concilia,quæ Iconomachos damnarunt.

Athanas. Imago cruci olim ī eccleſia, ſed nō lāceæ aut clauorū

Quo affectu caput inclinādū imagini.

Septima ſynod⁹,cōciliū Frācfordien.

VErùm cùm multus etiam abuſus circa imaginum venerationem ſenſim irrepſerit,veluti, quòd earū etiam rerum imagines in Eccleſiam inuectæ ſunt quæ in ſacris ſcripturis,aut à probatis authoribus nullum habent teſtimoniū. Quòd ſtatuæ ſupra modum plurimæ,magnis ſumptibus & impenſis in templis certatim collocatæ ſunt,quaſi in hoc magna pietatis pars ſita eſſet,neglectis interim Chriſti pauperibus,qui ſunt viuæ Chriſti imagines. Deinde,quòd Iconas ſic depictas ac deliniatas cernimus,vt nō ad Chriſtianæ honeſtatis formā ſed ad ſeculi vanitatis incitaméta effictavideantur. Denique, quòd rudis plebs permiſſa eſt imagines quadam in ipſas collocata fiducia colere. Id quod ab idololatria nō omnino immune eſt,vt ab ea excuſari non poſſint,qui imaginem aliquam ſibi ad adorandū elegerint, idq; vel ob pulchritudinem,

Abuſus circa imaginū venerationem corrigēdi.

Ioā.Gerſonus in opere tripart.

nem,vel deformitatem,vel nouitatem,vel vetuſtaté, creden tes hanc aliquid præ cęteris habere virtutis,aut etiam numinis ſiue diuinitatis. Qui error planè dãnandus eſt,& in ſumma omnes abuſus diligétiſſimè corrigédi ac deinceps docendum erit ſignum Chriſti ac cæteras imagines, veluti pietatis ſigna cõſeruanda, eademq; non propter ſe, ſed propter ipſa, quæ repræſentant myſteria veneranda. Solum vero Deum, vnum ac verum adorandum,ac nihil beneficij,auxilij aut ſolaminis aliũde quàm à Deo exquirendum. Quin ad eum ſolum in omnibus anxietatibus & tribulationibus noſtris veluti potétiſſimum refugium ac opitulatorem recurrendũ eſſe. Quæ ſi ad eum modum ſedulò docuerint Parochi,parum erit periculi ab imaginum conſeruatione. Sequitur:

Quid docendũ de imaginibus.

Pſal.145

Ego enĩ ſum dominus Deus tuus, Deus æmulator,viſitãs iniquitatẽ patrũ ſuper filios in tertiã & quartã generationẽ,his qui oderũt me,et faciẽs miſericordiã ĩ multa milia, diligẽtibus me,et ſeruãtibus præcepta mea.

Quia Deus hoc vnum à nobis quãmaximè requirit, vt agnoſcamus, qualis erga nos ſit nimirum fortiſſimus iudex & vindex contemptoribus,diligentibus verò ſe pientiſſimus pater. Quumq; hoc vnum tota ſcriptura ferè ſolum requirat,vt ita comparati ſimus, quo autem Deo accommodantes, ab eo nunquam non audiamus: Ego ſum dominus Deus tuus. Quod fit viuida cordis fide in Deũ erecta. Idcirco vt Deus id quod omnium præcipuum eſt,nobis quàm maxime inculcaret,iterum atq; iterũ repetit ac dicit: Ego ſum dominus Deus tuus, perinde atq; ſi dicat: Porrò vnũ eſt neceſſarium,nempe,vt me in omnibus cogitationibus & actionibus tuis talem agnoſcas,mihi adhæreas,ac in me totã ſpem tuam reclines. Atq; etiam hoc ſcias, me Deum tuum fortem & zelotem eſſe:ex quo vult intelligi, quàm grauiter ferat,ſi quis à fide ipſi data ad idololatriam,à fiducia in diffidentiã, à dilectione in Dei contemptũ ac neglectum deſciſcat. Frequentiſſima eſt hæc in ſcripturis, præſertim in prophetis collatio,qua Deus ſeſe marito, animam vero ſeu ſynagogam

De° agnoſci vult qualis erga nos ſit.

Pſal. 80.

Deut. 5.

Lucæ.10.

Vnum neceſſariũ

Scripturæ tropo quo De° marito,populus ſponſæ,ſi-

des coniugio cōparatur. Matt.22

vel eccleſiam ſponſæ, veram verò in ſe fidem coniugio cōparat. Quemadmodum videre eſt Hierem.3. Oſee.1.2.&.4. Amos.7. Et huc reſpicit parabola illa Euangelica de nuptiis, quas rex filio ſuo parauit. Et quod apud Apoſtolum.2.Cor. 11.legimus. Quum ergo zelotypum ſe vocat, vehemétiſſimè idololatris (qui ab eo deflectunt, & cum creaturis quodāmodo fornicantur) comminatur. Sicut Pſal.72. ſcriptum legis: Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Conſtat enim zelotypum eū dici qui ita vxorem deamat, vt ſibiipſi metuat, ne quis eam ad adulterium ſolicitet, néve ipſa cuiuſpiam blādi-tiis decipiatur, adeò vt ægrè ferat aliquem propius coniugi ſuę aſſidere, nec facile permittat, niſi ſe prę̨ſente vxoré in publicum progredi, quòd ſe ſolū amari ac ſuſpici velit. Talis à nobis haberi vult Deus, quemadmodum Exod.24. & Eſaiæ 28.legimus. Addit autem Deus ſeueritatem ſuam in deſciſcētes & cōtemptores ſuos; & miſericordiam in fideles, vt vel ſic tranſgreſſuros metu pœnæ reuocet, pios vero pietatis & miſericordiæ ſuæ pollicitatione in via mandatorum ſuorum alacres faciat, & ſuapte ſponte currentes.

zelotypus

Quæſtio. Ezec.18.

SEd inquies: Quidnam, id eſt quòd Deus ait ſe viſitare iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, quùm econtra in Ezechiele dicatur: Quid eſt, quòd inter vos parabolā vertitis in prouerbiū iſtud, in terra Iſraël, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorū obſtupuerunt. Viuo ego dicit dominus Deus: Si erit vltrà vobis parabola hęc in prouerbium in Iſraël? Ecce omnes animę meæ ſunt, vt anima patris, ita & anima filij mea eſt, quæ peccauerit, ipſa moriatur? Sed ſi acutius inſpicias, videbis eū locū huic adeò contrariū non eſſe vt magis hunc exponat. Nā quod hic dicit, viſitans iniquitaté in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, ibi apertius dictum eſt: Omnem animam quæ peccauerit (hoc eſt dominum oderit) eſſe puniendam. Vnde hic locus non damnat tertiam & quartam generationē ob ſolam naturæ propagationé, ſed magis ob imitationē & hæreditationé paternæ impietatis. Conuenit autem & hoc affectui hominis zelotypi, vt adulteros delicti authores, & cōiugem adulteram deceptam pari pœnæ inuoluat. Quanuis interim aliorum ſententia, hic locus & de pœna temporali poſſet intelligi, quæ interdū ob peccata parentū in poſteros tranſmittitur. Et animaduerſum eſt à quibuſdam

Dilutio. Locus apud Ezechielem hunc locū exponit. Generatio impiorū non dānatur ob naturæ propagationem. Alius loci intellectus.

buſdam hanc comminationem etiam ſecũdum literam fuiſſe in filiis Iſraël adimpletam, quòd iniquitas patrum, qui Ioſeph fratrem ſuum vendiderant reddita ſit in tertiã & quartam generationem, non tamen abſque miſericordia: nam ſoluta captiuitate, reuertebãtur de Aegypto generatione quarta. Iucundum eſt autem hic videre, quàm differenter hic de ſeueritate & miſericordia loquatur? Seueritatem in tertiam & quartam generationem prædicit, miſericordiam in mille ſe facturum pronuntiat, vt diſcamus miſericordiam Dei ſeueritate tanto eſſe maiorem, quanto millenarius ternario aut etiam quaternario eſt maior: Quin milliũ finito numero pro infinito vtitur, quòd miſericordia Dei infinitè exuperet iudicium, quòd nullum ſit Dei iudicium, in quo non ſuperexaltet miſericordia iudicium. Miſericordia enim domini ſuper omnia opera eius. Et propheta ait: Quum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Et in hanc ſentẽtiam dictum eſt Pſalmo. 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. Quæ omnia huc dicta ſunt, ne quãtumlibet peccatores de miſericordia Dei deſperemus, néve de miſericordia Dei diffidamus, perĩde atq; omnia de neceſſitate abſoluta euentura ſint, ac nihil referat, ſiue conuertamur, ſiue non conuertamur à viis noſtris peſſimis. Rurſus, ne in miſericordiã Dei peccemus, ſed magis ſi peccauerimus, quieſcamus, pœnitentiam agamus, & longanimitate Dei non abutamur, certi Deũ nunquam obliuiſci animæ, quam ſibi ſemel per fidem deſpõſauit, ac omnino nolle, ea vt peccet, ſed vt quàm ocyſſimè purgetur. Contrà verò certo futurum, vt ſi ſponſum ſuum ridere pergat, in æternum perdatur, vtque dominus viciſſim in interitu eius in æternum rideat.

Miſericordia Dei ſuper omnia opera eı°. *Iacobi. 2.* *Pſal. 144* *Aba. 1. 3*

Neq; de miſericordia Dei deſperandũ, neque in miſericordiam peccandum.

PRAECEPTVM SECVNDVM.

Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanum. Nec enim habebit dominus inſontem, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra.

PVlcherrimo ordine, hoc ſecundũ præceptũ primo ſubnectitur, veluti ex eo promanãs. Primũ docet ac iubet, nos vnum verum Deum agnoſcere, requirit fidem, ſpem &

Ordinis ratio.

eius in ore meo. Item: Benedic anima mea domino,& noli obliuiſci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuã,qui coronat te in miſericordia & miſerationibus,ac aliis ſexcentis in locis. Huius mirificum exemplum habes in Iob,qui quum grauiſsimis omnibus calamitatibus premeretur,in hanc laudis ac gratiarum actionis vocem prorupit: Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? Dominus dedit,dominus abſtulit,Sicut domino placuit,ita factum eſt,ſit nomẽ domini benedictum. Tertiò,bene vſurpamus nomen domini,quũ verbũ eius ſyncerè prędicamus ac inuulgamus,& priuatim & publicè. Priuatim quidẽ,quum vbiq; nomen Dei noſtri magnificamus ac celebramus,& quantum in nobis eſt,omnes homines in eiuſdem Dei noſtri celebrationẽ & verbis & operibus noſtris trahere ſtudemus. Rurſus,quum auerſamur omnes qui Deum noſtrum,vt par eſt,non reuerentur. Sic affectos fuiſſe videmus omnes ſanctos,quibus nihil vnquam moleſtius fuit, quàm videre aut audire aliquid agi in Dei contemptũ & cõtumeliam. Quemadmodum videre eſt in Dauid,quũ ait: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cũ dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Publicè vero prædicatur ab his quibus miniſterium verbi commiſſum eſt,quibus dictum eſt: Prędica verbũ,inſta opportunè & importunè. Quartò,ritè vſurpamus nomẽ Dei,Deum in omnibus inuocando ac ipſius auxiliũ poſtulando & expectãdo, ſiue vt actus noſtros in via mandatorũ ſuorũ dirigat ac proſperet, ſiue vt ab aduerſariis nos eruat ac eripiat. Hic certè eſt veriſsimus ille Dei cultus, quem à nobis ipſe requirit, quo nobiſipſis penitus diffidẽtes ei ſoli omniũ rerũ & actionum noſtrarum, exordia,progreſſus & fines tribuimus. Rurſus,quo ab eo ſolo auxiliũ & redẽptionem in tribulationibus expetimus & expectamus. Quod genus vbiq; etiam obuiũ eſt in Pſalmis, veluti quum orat Dauid: Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,vt non moueãtur veſtigia mea. Item: Deduc me in ſemita mandatorũ tuorũ. Itẽ: Inclina cor meũ in teſtimonia tua. Itẽ: Non in arcu meo ſperabo,& gladius meus non ſaluabit me,ſed dextera tua & brachium tuũ & illuminatio vultus tui. Quem cultũ etiam Deus apud Pſaltẽ à nobis requirit hiſce verbis: Inuoca me ĩ diẽ tribulatiõis:& eruã te,& honorificabis me. Ad hęc rectè vtimur

Pſal.12. *Iob.1.* *Prædicatio priuata.* *Pſal.41.* *Publica prædicatio verbi.* *2.Tim.4* *Inuocatio præcipuus Dei cult⁹.* *Pſal.16.* *Pſal.118.* *Pſal.43.* *Pſal.49.*

nomine Dei, quum illud pro veritatis alioqui periclitaturè confirmatione, ſeu ob publicam vtilitatem adhibemus. Quod tamen genus ſub prioribus, maximè quod in laudãdo ſeu inuocando conſiſtit, contineri cõſtat. De quo dictum eſt Deutero. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomẽ eius iurabis. Et apud Hieremiam cap 4. Iurabis, inquit, viuit dominus in veritate & in iudicio & in iuſtitia. Qui hiſce modis Dei nomen aſſumit, is ſe intra huius præcepti limites continet: qui ſecus, is in præceptum impingit.

Qui ĩ hoc præceptũ impingãt. Principio ergo in hoc præcepto peccant, qui vel blanditiis vel tormentis victi, Deum verum, ſeu Chriſtum dominum aut eius rectam, ſanctam & Catholicam fidem abnegant. Quibus Chriſtus in hunc modum comminatur; Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo. Quos nequaquam excuſat, quamuis mente ſe à Dei cõfeſsione nunquam deceſsiſſe dicant, ſi vel ore diſcedant, quũ res publicam confeſsionem poſtulat. Nam ſcriptum eſt: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Exibilatur enim è ſchola Chriſti, & exploditur è vita Chriſtianorum impia illa vox, Iurata lingua eſt, animus iniuratus. Sic grauiſsimè peccauit ſapientiſsimus ille Salomon, qui in gratiam vxoris phanũ idolo Moab, & Moloch idolo filiorũ Ammon ædificauit. Sic & Petrus, ſed hic recipiſcens, gratiam à domino conſequutus eſt. Itidem peccant, qui quum Chriſtiani dici ac eſſe velint, omnia Chriſtianæ diſciplinę ac moribus contraria & verbis & factis agunt. Propter quos nomẽ Dei in gentibus blaſphematur: Dicentes enim verbis ſe noſſe Deũ, factis negãt. Quales ſunt, qui ſcurrilitates & colloquia praua (quæ bonos mores corrumpunt) ſe ctantur, qui de facinoroſa vita, quam agunt gloriantur, de quibus dictum eſt: Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis. Deinde peccant in hoc præceptum, qui non in domino, ſed in ſe laudari appetunt: Qui ſibi nomen, aut gloriæ, vel ſapientiæ, vel bonitatis extra Deum quærunt, de quibus dixit Pſaltes: Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis: Qui Dei bonitatem, munificentiam & miſericordiam non agnoſcunt, qui per impatiẽtiam, vel ſibiipſis vel domino maledicũt, quos ſcriptura Leuit. 24 morti addicit. Id quod vulgare eſt alea ludentibus & perfidis militibus. Sunt etiam ex hoc genere, qui ſe deuouent, vel qui ſibi neſcio quid mali imprecãtur, ſi res aliter,

Margin notes: *Matt. 10.* *Chryſoſt.* *Nõ ſufficit mente non diſcedere, ſi verbis neges fidem.* *Roma. 10* *Impia vox* *3. Reg. 11.* *Matt. 26* *Roma. 2.* *Titum. 1.* *Pſal. 48.*

ter,quàm ipſi dicunt aut ſtatuũt,euenerit. Præterea hoc prę-ceptũ pręuaricantur,qui nomen Dei dehoneſtant,vel de ho-neſtantibus non reſiſtunt,ſed cõniuent: Quòd non tãtum rei ſint,qui faciũt,ſed & qui cõſentiunt faciẽtibus,quod frequẽs eſt in adulatoribus. Publicè verò,non tantũ priuatim peccãt in hoc præceptum Parochi,& qui verbi miniſterium gerunt, tam omittẽdo quàm cõmittendo. Omittendo,quum concre-ditum munus exequi cõtemnunt,quæ ſua ſunt,non quæ Ieſu Chriſti quęrẽtes,quos vę horrẽdũ manet,ſicut dicit Apoſto-lus: Væ mihi,ſi nõ euãgelizauero,quia diſpenſatio mihi cre-dita eſt. In cõmittẽdo verò qui haud legitimè miſsi ſeu voca-ti,ſe verbi miniſterio temerè ingerunt, qui ſacrã ſcripturam falſis enarrationibus aut interpretationibus maculãt. Qui di uinas literas ad impiã opinionem tuendam detorquent. Qui rudem populũ nouis & à præſcriptis eccleſiæ alienis dogma-tibus imbuunt. Qui ſacramenta Dei irrident. Qui potentiam ac virtutẽ Dei in ſanctis ſuis exhibitam ac cõmonſtratam bla ſphema voce aſpernãtur. Breuiter,qui aliter docét, quàm ca-tholica docuit eccleſia, ab Apoſtolis ad nos vſque deriuata, quos vehementer cauẽdos Chriſtus iubet,& Apoſtoli grauiſ-ſimè inſectantur,veluti adulterantes verbũ Dei. Quibus con-fines ſunt,qui ex ſuggeſtis non niſi placentia plebi loquũtur, qui populo peccata ſua non annunciant,ſed magis in abſen-tes,eoſdemque indefenſos impudẽter vociferantur. Qui ſub prætextu verbi Dei,ſeditiones & turbas excitãt,ac Parochos ritè vocatos,ſuis ſedibus(quos ipſi vi ac iniuria inuadũt)ex-trudere nõ formidant. Breuiter,qui non rectè ſecant verbum veritatis,ſed vel ad ſua vitia tegenda,vel ad quæſtum ſeu lu-xum ſuum,vel ad lites & contentiones ſeminandas,abiecta o-mni modeſtia & tranquillitate ſpiritus (quam ſyncera verbi Dei diſſeminatio requirit) verbo Dei abutuntur. Inſuper in hoc præceptum delinquunt, qui Dei nomen vel in proſperis vel in aduerſis inuocare contemnunt. De quibus Pſaltes di-xit: Deum nõ inuocauerunt. Item,qui etſi inuocent,in ſpiri-tu tamen & veritate non adorant. Quales ſunt,de quibus di-xit Eſaias: Populus meus labiis me adorat,cor autem eorum longe eſt à me. Qui in aduerſis poſiti,non ad nomen domini cõfugiunt,ſed vel diffidentes Deo,vel Dei auxilium cõtem-nentes,aliunde remediũ petũt,qui aduerſa impatiẽter ferũt, qui in his etiam Dei clementiam hæc vel ingerentis aut per-

Roman. 1. *Parochi & omittẽdo, & cõmittẽdo in hoc præceptum qui peccent.* *Philip. 2.* *Hæretici.* *Matt. 24* *Galat. 1.* *1. Tim. 4.* *2. Tim. 3.* *2. Petr. 2.* *Eſa. 3. & 58.* *1 Petri. 5.* *Pſal. 13.* *Eſaiæ. 29* *Matt. 15.*

mittentis non agnoſcunt. Atq; adeò qui ſuam voluntaté Dei voluntati præponere ſatagunt. Deniq; in hoc præceptũ peccant, qui vel temerè, vel falſo, vel impiè ac iniuſtè iurãt, multò magis qui peierant, vel iuſta vota Deo præſtita infringũt.

Quatenus liceat iurare.

Duo errores.

VT autem quid velimus, apertius intelligatur, operæpretiũ viſum eſt paucis docere, quatenus iurare liceat, quatenus non liceat. Vtrinque enim in hoc non leuiter erratur. Sunt enim qui putant licere indiſcriminatim iurare, quod vi detur Iudæis cum gentibus fuiſſe commune, exiſtimantibus non eſſe crimen, ſi paſsim ſermoni familiari Deus teſtis adhibeatur modò dicatur verum. Qui error vtinam in Chriſtianorũ mores non dimanaſſet, quòd is error cum hoc præcepto & Chriſti doctrina (quam ſtatim afferemus) ex diametro pugnet. Sunt alij, qui aſſerunt Chriſtiano homini, omnino quacunq; etiã ex cauſa iurare nõ licere, atq; adeò iurate damnabile eſſe innixi in primis verbo Chriſti, Matt. 5. dicentis: Dictũ eſt antiquis, Nõ peierabis, reddes autem domino iuraméta tua. Ego auté dico vobis, non iurare omnino, neq; per cœlũ, quia thronus Dei eſt, neque per terrã, quia ſcabellũ eſt pedũ eius, neq; per Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni regis, neque per caput tuũ iurabis, qui non potes vnũ capillũ albũ facere aut nigrum. Sit auté ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Quod autem abũdantius eſt, à malo eſt. Et quod Iacobi. 5. in eãdem ſentẽtiam legimus, quum inquit: Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcũque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, vt non ſub iudicio decidatis. Verùm hi Chriſti verba ad ſuam ſententiam abſtruendã nimis vrgẽt. Ergo vt intelligas, quid in hac re, non leuis certè momenti, & ſentire & facere te oporteat, videbis vt germanam Chriſti verborũ ſentẽtiam teneas. Nos eam, quæ patribus viſa eſt, cum verbis, tum menti Chriſti magis cõuenire, ſimplici fide recitabimus. Hoc cõuenit inter patres iuſiurãdũ, quod homines mutuo præſtãt aut exigunt, non eſſe ponendũ inter probata, ſeu quæ ſua natura bona ſunt, ſed inter neceſſaria. Loquimur auté de iuraméto humano. Nam ſicubi iurat Deus, qui falli nõ poteſt, aut Chriſtus (qui eſt ipſa veritas) aut angeli, qui Dei nomine abuti nequaquam poſſunt, nihil propemodũ ad nos attinet. Iuramentum verò humanum de numero eorum non eſſe, quæ ſua natura bona ſunt, vel origo eius ſatis declarat. Nã ſi diuo Chryſoſtomo

Sententia eccleſiaſtica.

Aug. de verbis domini ĩ mõte. lib. 1.

Iuramẽtũ nõ de numero ſuis natura bonorum.

ſoſtomo credimus,nõ ſtatim ab orbe condito, ſed dudũ poſt irrepſit inter homines iuramentum,nimirum tum,quum ma la creuiſſent,quum ſurſum & deorſum confuſio facta fuiſſet, quum ad idolorum ſeruitutẽ homines declinaſſent,tunc,inquam quum infideles apparerent,teſtem inuocabãt Deũ,tãquam dignum dãtes dictorum vadem:hoc enim eſt iuramentum,morum infidelium vadimoniũ,vt niſi cum ſpõſore creditur,& ſponſore quidem magno.Propter multam enim incredulitatem, non hominem volunt ſponſorem, ſed Deum. Hactenus ille.Qui & ob id eum Euangelij locum(Quod autem abundantius eſt,à malo eſt)de diabolo interpretatus eſt. Quẽ ſequitur Theophylactus: Iurare(inquit)& adiicere amplius,etiam,vel non,à diabolo eſt,nimirũ quòd omnis infidelitatis,diabolus primus ſit author.Porrò ſi dicas,quur igitur iurare iubet Moſi lex,quę nihil niſi quod bonũ eſt pręcipit,ſi de genere bonorum iuramentum non eſt? Reſpondebit Chryſoſtomus.Nõ ſtatim omnia,quę lex Moſi præcipit, boni perfectionem habent,quæ pleraque talia ſunt,quę accipientiũ legẽ infirmitas exigebat,quale eſt & illud quòd Moſes iuſſit dare libellum repudij,quũ Chriſtus hoc factũ teſtetur propter duritiam cordis Iudæorum, non quòd repudiũ ſua natura bonũ fuerit. Nã& nidore victimarũ coli,quàm ſit ſatis indignum Deo,quis non videt?& tamen rudi illi populo ad idololatriã admodũ propenſo pręceptum eſt,vt ſiquidẽ omnino ſacrificando prohiberi nõ poſſit,ſaltem ſacrificaret non idolis,ſed Deo viuo ac vero. Ad eundem ergo modũ Iudæis ad iurandum admodum facilibus permiſſum eſt iurare per Dei nomen, ne ſaltem per ſimulachra iurarent,& tamen non aliter permiſſum eſt,quàm reuerentiſſimè& rei neceſſitate poſtulante,quod hoc ſecundo pręcepto ſatis oſtenditur. Lex ergo quum iubebat,vt iuraturi non aliter quàm per nomen Dei iurarent,bonum quidem iubebat,ſed non abſolutè bonũ. Verùm tale,quo rudes Iudæi ad boni perfectionẽ ſenſim adduci poſſint. Et laudabantur Iudæi,qui proximo, idq; in Deo,iuraſſent,& proximum nõ decepiſſent. Hoc eſt enim quod lex iubebat, Reddes domino iuramẽta tua,id eſt iurãs verum loqueris. Laudabãtur,inquam,non quia rem omnino ſanctã ac piam,ſed magis illo tempore permiſſam feciſſent,à prohibitis tanto peioribus abſtinentes. Quamobrem iuſtitia Phariſçorũ erat,nõ peierare. At Chriſtus legis cõſummator,

Chryſoſt. ho. 26. ad populum. Antioch.

Chryſoſt. in Matth.

Theoph. in Matth. cap. 5.

Quæſtio. Cur Moyſi lex iurare iubeat.

Dilutio. Chryſ. in Matth.

Matt. 19

Cur victimæ iudæis præceptæ.

Quatenus olim Iudæis permiſſum iurare.

Pſal. 62.

Reddere domino iuramenta.

Alia phariſæorũ, alia Chriſtiani iuſtitia.

abſolutæq; & perfectæ iuſtitiæ doctor, oſtēdere volēs, quàm procul abeſſent Phariſæi à perfectione, non tantum execra-
Matth. 5 tur periurium quod & lex facit, ſed & ſuis diſcipulis indignū cenſet, quomodolibet iurare, etſi iuramēta reddant Deo, hoc eſt verum iurent, id quod lex non tantū permittit, ſed & factum vt videtur, laudat: Idq; facit Chriſtus duplici potiſſimū ex cauſa. In primis, quòd ſua doctrina ea ſit, quæ interiorem hominem, hoc eſt animum transformat: non tantum externā
Cur Chriſtus iuſſerit omnino non iurare. iuſtitiā, ſed & interiorem innocentiā in ſuis diſcipulis requirens, qua vnuſquiſq; quod ſibi fieri velit, alteri faciat. Quod verò ſibi fieri nolit, in alterum non committat. Nunc quorſum attinet iurare, ſi nemo ſit, qui quēquam velit circūueni-re, etiā ſi id poſſet impune, ſi nemo alteri diffidat, ſi quiſque
Matt. 7. quod ſimplici verbo dixiſſet, non minori fide ac religione ſeruaret quàm ſi iuſiurandum interceſſiſſet. Deinde, quod
Chryſoſt. quiſquis iurat ſe grauiſſimo periurij periculo exponat: propterea quod homo ob imbecillitatem mentis, ob obliuionē, ob ſenſus fallaces, ſæpenumero putat ſe præſtare poſſe, quod
Matth. 5 nō poteſt. Quod Chriſtus hoc ipſo ſatis indicare voluit, quū vetat, ne per caput noſtrum iuremus, quia ſcilicet non poſſimus vnum capillum albū facere aut nigrum. quaſi dicat, Nō permitto vt vel per illud iures, quod proprium tuum eſſe putas. Nā & illud adeò nō eſt tuū, vt ne minimū quidē, quod in eo eſt, poſſis cōficere. Nimirū vt in capite quod omnino tuū eſſe putas, nō ſolū capillū vllū producere nō poſſis, ſed nec ipſam coloris eius cōuertere qualitatē. Quo magis metuēdū indicat, ne hoc iuramēto nos facturos affirmemus, quod minus in poteſtate noſtra, quàm quod noſtrū videtur, ſitū eſt.
Quid ſit apud Mat. 5. nō iurare omnino. Ergo hæc eſt planiſſima Chriſtianæ doctrinæ ſententia, nō eſſe Chriſtianæ innocentiæ aut perfectionis iurare, aut iuramentū exigere, præſertim in his rebus, quarū contemptū prę cœleſtibus Chriſtiani profitentur, abundè ſatis eſſe, vt in omnibus actionib⁹ noſtris ſimplici negatiōe nos facturos negemus, quod nō pollicemur, & præſtemus, quod ſimplici ſermone nos præſtaturos receperamus. Certè qui iurat, nō bene ſentit de eo cui iurat, aut diffidit de iuraturo qui iuſiurandū exigit. At quū Chriſtus ſuos inter ſeſe optima fide cūcta loqui & agere vult, pcul ab omni dolo, fraude & mēdacio ſemotos. Cōſequēs ergo eſt, vt nec iurare eos inuicē velit, etiā in re ſeria. Veraces enim eſſe debent, & alter alterū talē ęſtimare.

re.Veracibus autẽ verax fidẽ abſq; iuramento facere ſufficit.

QVid ergo inquis, Damnat Chriſtus omne iuramẽtum? *Quæſtio.*
quòd ſi ita eſt,quomodo excuſabimus Apoſtolũ Pau-
lum,ne contra præceptum domini feciſſe videatur, qui ſæ-
pe iuraſſe comperitur?veluti quum dicit: Quæ autem ſcribo *Galat.1.*
vobis,ecce coramDeo,quia non mentior.Et iterum: Deus & *2.Cor.11*
pater domini noſtri Ieſu Chriſti,qui eſt benedictus in ſecu-
la,ſcit quia non mentior.Item,Teſtis mihi eſt Deus,cui ſer- *Roma.1.*
uio ĩ ſpiritu meo, in Euãgelio filij eius,quomodo ſine ĩter-
miſſione memoriã veſtri facio ſemper in orationibus meis. *1.Cor.15*
Et alibi: Quotidie morior per veſtram gloriam. Quam cõte *Aug.de*
ſtationem,iurationem eſſe,eandémque ſe domino debere,i- *ſer.domi-*
dem vt oſtenderet,addidit: Quam habeo in Chriſto Ieſu. *ni in mon*

HIc quidam ſic reſpondẽt, vt dicãt iuſiurandum promo- *te.lib.1.*
uendo Euangelio conceſſum eſſe,vt ſcilicet liceat,quũ *Quorun*
neceſſitas exigit,apud infirmos veritatem iureiurãdo corro- *dã ſenten*
borare,atque hac ratione excuſant Paulum iurantem, qui & *tia.*
tanto fuerit iurando ſecurior,quod iurauit in his literis quas
afflatu ſpiritus ſancti prodidit continentes non hominis,ſed
Dei verbum. Sed hi iurandi permiſſionem nimis reſtringe-
re & in arctum cogere videntur. Nobis itaque magis placet *Dilutio.*
beati Auguſtini ſentẽtia,qui hanc rẽ non tã ex verbis, quàm *Aug.de*
ex mente Chriſti æſtimans,ſic determinat.Principio,vt verũ *ſer.domi-*
eſſe fateatur Chriſtum reuera hoc velle,omnem aſſeueratio- *ni in mon*
nem inter perfectosChriſtianos ſuperuacaneam eſſe. Verùm *te.lib.1.*
quum interim in eccleſia ſint non tantũ perfecti,ſed & infir-
mi,bonũ eſſe ait,& verè Chriſtianis omnino appetendũ, ne
omnino iurent At ſi iurare cogantur,infirmitate fratris vel
neceſſitate cauſę ita poſtulante ſciãt id de neceſſitate veni-
re infirmitatis eorum,quibus aliquid ſuadent. Quæ infirmi-
tas etſi malum ſit, ſciant tamen ſe malum non facere, quum
bene vtantur iuratione. Nam etſi ea non bona fuerit, tamen
neceſſaria eſt, vt alteri perſuadeatur quod vtiliter perſuade-
tur. Excuſat ergo Auguſtinus non tantum in Euangelij, ſed
& in aliis negotiis iurãtẽ, modò infirmitas eius cui iuratur, *Quatenus*
& cauſæ grauitas ſeu neceſſitas iuramentum extorſerit,quod *excuſetur*
tamen,quoad fieri poteſt,vitandum eſſe docet. Quam ſentẽ- *iurans.*
tiam communis eccleſiæ cõſenſus ſequi videtur,qui permit *Infirmitas*
tit,vt perhibet,nõ tantum in confirmatione verbi Dei,ſed e- *Grauitas.*
tiam in fœderibus principum, in ſuſcipiendo magiſtratu,in *Neceſſitas*

iudiciis,maxime ſi magiſtratus exegerit,ac ſicubi cauſę grauitas poſtulauerit,nos iuramẽtũ ſine peccato præſtare poſſe. Quin etiam peccaturos,niſi id præſtiterimus modo ad publicam vtilitatem,tranquillitatem & pacem,aut etiam proximi commoditatem fecerit,& omiſſum allaturum ſit vtilitati vel publicæ vel proximi detrimentum. Quod & à mẽte Chriſti abhorrere non videtur,ſi ſcilicet intelligamus eum non ſimpliciter iurare vetuiſſe, ſed tãtum inter ſuos,qui verè & perfectè ſunt Chriſtiani,quòd nulli omnino iuramẽto apud eos locus relinquatur,nimirum vnoquoq; de alio etiam iniurato optime & ſentiente & ſperante. At ſi res nobis agenda ſit cũ malis(qui bonis numero lõge plures ſunt)aut etiam cum infirmis non aliter credituris,niſi iuremus,tumChriſtum non ſimpliciter,ſed eo modo iuramenta fieri vetuiſſe,quo vulgato more hominum fiebãt,quemadmodum vetuit iraſci,ſalutare quenquam in via,reſiſtere malo,appellare magiſtros,vocare patrem in terris. Vulgato autẽ hominum more fiebãt iuramenta indiſcriminatim,idque impune,modo verum iuraretur,tametſi nulla cauſæ neceſſitas, vel proximi infirmitas exigeret,quod nobis omnino ſine peccato non licet,quibus iurandi cõſuetudo(vt Hilarius inquit)omnino adempta eſt. At ſi vel proximi conditio vel rei grauitas exegerint vt nobis iurãdum ſit,tum licet quod ad nos attinet,ad hoc inuitis veniendum ſit,tamẽ neceſſitate atque adeò charitate(quę nihil agit perperam) poſtulante, impunè ac ſine peccati reatu iurabimus, modo tamen iuſiurandum noſtrum tres comites habuerit,quemadmodum Dominus apud Hieremiam cap.4 præcipit dicẽs: Et iurabis, viuit dominus in veritate,in iudicio,& in iuſtitia. Veritas prima comes,iuramenti cauſa erit, ac ſubſtantia,vt non aliter præſtetur, quàm vt mendaciũ opus diaboli deſtruatur, veritas verò detegatur ac firmetur. Deinde iudicium adhibendum eſt,vt non temerè,ſed cũ magna diſcretione & deliberatione ad iuramentũ veniatur,nẽpe vt iurans prius cõſideret, an rei neceſſitas aut grauitas iuramẽtum exigat,an hoc quod iurat,facere queat,nécne. Itẽ, ne vel nõ ſuo tẽpore & loco,vel ira,aut alio prauo affectu cõcitatus iuret. Poſtremo vidẽdum,vt nihil niſi quod iuſtũ,æquum,honeſtum,ac rectum eſt iuret,vtq; rei turpi aut illicitæ nullum iuramẽtum adhibeatur,hos comites quũ habuerit iuramẽtum,dãnabile nõ eſt,tametſi in rebus prophanis adhibeatur,

Inter perfectos Chriſtianos iuramẽto nullus locus relinquitur.

Matth.5.

Hilarius.

1.*Cor.*13.

Iuramentum debet habere tres comites.

Veritas.

Iudicium

Iuſtitia.

beatur, ꝙ tũ ipſo iuraméto veritas, pax, & concordia defendatur: falſitas, lis, & diſſentio deſtruãtur, ad quod certe inuentũ eſt iuramẽtũ. Hebr. 6. Omnis cõtrouerſiæ finis eſt iuramẽtũ.

IN primis ergo ex hac parte in hoc præceptũ peccãt, qui praua cõſuetudine tertio quoque verbo addunt, per Deũ, per mortẽ Dei, per animæ ſalutem, & id genus ſimiles deiurationes. Quòd tales in iurãdo nullũ adhibeant iudiciũ, ſed nomẽ Dei ſui temerè vſurpant quod & Ieſus filius Sirach quàmaximè deteſtatur: Iurationi, inquit, non aſſueſcat os tuum. multi enim caſus in illa. Nominatio Dei nõ ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorũ non admiſcearis: quoniã non eris immunis ab eis. omnis iurans, & nominans, in toto à peccato nõ purgabitur. Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & nõ diſcedet à domo illius plaga. Et cap. 27. Loquela multũ iurans, horripilationem capiti ſtatuet, & irreuerentia illius obturatio aurium. Hactenus ille. Hanc prauã iurandi conſuetudinem adeò inſectat Chryſoſtomus, vt iuramento videri poſſit paulò iniquior, niſi quòd conueniebat, vt aduerſus eam partem, in quã magis propendent hominũ ingenia, & vnde grauis imminet periculum, eſſet vehemẽtior. Is ergo à iurandi conſuetudine deterrens, Chriſtus, inquit, & per propriũ caput iurare prohibuit: nos verò tam paruipendimus Dei gloriam, vt eũ paſſim trahamus. Neſcitis quid ſit Deus, & quali debeat ore vocari? Quòd ſi de ſtudioſo quopiã viro ſermo inciderit, dicimus, os tuum ablue, & ita cõmemora. Nunc vero nomen ſuper omne nomẽ venerandum, in omni terra admirabile, (quod audiẽtes dæmones horrẽt) temerariè circunferimus. Et paulò poſt: Ille tãtus pio zelo æſtuans epiſcopus, ab eccleſia prohibet eos, qui paſſim iurãt, quos & ad ſe deferri iubet, vt iudicẽtur, eoſdẽmque ab ore & lingua, quòd veri Chriſtiani non ſint, dignoſci ait, quẽadmodum pſitaci voce noſcũtur. Secundò, hîc impingunt, qui etiam in rebus etiã ſeriis, nõ tamẽ magni momenti, iuramẽta adhibent, ex quibus nõ ſit manifeſta vel publica vel ꝓximi vtilitas ſequutura. Quod Chryſoſtomus etiã hinc excuſari negat, ꝙ ſit aliquis, qui neceſſitatẽ iuratiõis imponat. Sit, inquit, tibi timor Dei omni neceſſitate violẽtior. Si enim velis huiuſmodi occaſiones ſemper obiicere, nihil de his quæ ſunt imperata cuſtodias. Excuſari ergo nequaquam poſſunt, qui in omni penè negotio iuramentum adhibent, quòd ſolẽt mercatores, qui lucri gratia in extrudendis mercibus, nihil nõ

Qui peccãt in hoc præceptũ male iurando.

Eccle. 23

Conſuetudo iurãdi deteſtabilis.

Chryſ. homil. 26. & 27.

Pſal. 8.

Ibidem.

Chryſ. in Matt. c. 5

In omni negotio adhiberi iuramẽtũ nõ debet.

Matt.16 iuramentorum admiſcent, raro etiam ſine periurio. Sed quid
Auguſt tandem proderit eis, ſi vniuerſum mundum lucrentur, animę
verò ſuæ detrimentum patiantur? Lucraris (inquit quidam) pe
Obiecto. cuniam, & perdis animã. Sed dices: Exigit à me iuramentum,
Chryſoſt. qui mecum contrahit, de cõmerciis hæſitans, Deum in ſpõſio-
nem trahit, & dicit ſe non acceſſurũ, niſi capiat illum ſponſo-
Reſpõſio. rem. O ingẽtem inſenſibilitatem & contumeliam; qui vermis
es & terra, cinis & fumus, dominum Deum tuũ citas in vadi-
moniũ, & illum trahere cogis? Dic mihi, ſi ſeruis veſtris inter
ſe cõtendentibus & ſibi fidẽ nõ habentibus, diceret cõſeruus
ſe prius non crediturum, quàm communem dominũ ſponſo-
rẽ acciperet, nónne multa tuliſſet verbera, didiciſſetq́; quòd
ad alia domino ſit vtendum, non ad huiuſmodi? Quin tu qui
hinc te excuſas, quòd aliter tibi iniurato non credet, eius es
cauſa, eo quòd facile iuras, quoniã ſi id nõ faceres, ſed omni-
bus conſtaret, quòd non iures, mihi crede dicenti, quòd his,
Moderanda forẽſia iuramẽta, homil. 36 37. qui mille deierant iuramenta, maiorem ipſe fidem ſolo nutu
inuenires. Damnat quoque Chryſoſtomus forenſia iuramen-
ta, & nos certe probare nõ poſſumus, quòd paſſim in iudiciis
abſq; omni iudicio iuramenta etiã pro decem obulis exigũ-
tur & præſtantur. Mirandum certe, quum tot iuramenta, quę
malitię appellãt, ac cætera eiuſdem generis temerè fiũt, quòd
quandoque fulmen ſuperius non veniat in tantæ temeritatis
vltionem. Sed propterea quòd non punimur, nos ne peccare
Trahẽs hominẽ in iuramẽtum nõ eſt ſine culpa. cogitem*. Illud eſt miſericordiæ Dei, nõ virtutis noſtrę. Dic
mihi quæſo (inquit ille) trahens hominem in iuramentũ, quid
expectas, vtrum vt peieret? ſed hoc eſt extremæ dementiæ, &
in caput tuũ pœna cõuertetur, melius eſt te pecunias amit-
tere, quàm illum perire. At non peieraturum expectas, igitur
& abſque iuramento crede. Sed multi ſunt, inquis, qui ſine iu
ramento defraudare voluerunt, non autem cum iuramento.
Teipſum decipis homo, homo furari, ſolitus, & iniuria proxi
mum afficere, neque iuramentũ frequenter peſſundare dubi
Epilogus. tauerit. Quòd ſi fuerit in iurãdo reuerens, & in ferenda iniu
ria multo magis erit. In ſumma, iuſtum ac decẽs eſt, Chriſtia-
Quales iudices eſſe debeãt in exigendis iuramẽtis. nũ hominem omnem iuramenti præſtationẽ tam in cõtracti-
bus, quàm in iudiciis, quoad fieri poteſt, euitare. Deinde, iudi
ces in exigendis iuramentis plurimũ diſcretos eſſe oportet,
atque adeò tales, qui priuſquam iuramenta, vel à litigatorib⁹
vel à teſtibus exigant, omnem adhibeant diligentiã, quo iu-
ramenta,

ramenta, ea ſaltem, quæ communi partium conſenſu remitti poſſunt, remittantur, ac nulla (niſi rei neceſſitate, aut grauitate exigente) præſtentur, quod facile perſuadebunt litigatoribus, ſi affirment nos hanc reuerentiam Deo debere, præſertim in cauſis ac negotiis modici momenti, vnde non ſit euidés vtilitas, vel publica vel proximi expectanda. Id quod multo magis eccleſiaſticos viros decet, quos certe turpe eſt aſſiduitati iurandi intétos eſſe, quum potius ſeſe veluti exemplaria euãgelicæ perfectionis laicis exhibere debeãt. Deus cordiũ reformator & rector, hanc iurãdi aſſiduitaté ac temeritatem corrigere dignetur ad ſui nominis gloriam & honorem.

In iudiciis eccleſiaſticis à iuramẽtis quoad fieri poteſt tẽperandum.

TErtiò, in hoc præceptum ex hac parte grauius peccant, qui vſurpato nomine Dei deierant (hoc eſt, ſanctè ac vehementer iurant) ac ſeſe quodammodo iurando execrãtur & deuouent, quod Petrum Apoſtolum feciſſe legimus, quum dominum tertiò negaret. Hos peccati pondere ſuperant, qui peierant, hoc eſt ſcienter falſum iurant: aut qui iurant vt facilius fallent, aut per temulentiã iracundiámve, aut animi gratia iurant, qui blaſphemiæ proximi ſunt. Dein, adhuc grauius peccant in hoc præceptum, qui nomen Domini blaſphemauerint, ac execrabiliter deteſtati fuerint, quos vetus lex morti addicit. Quæ de iureiurãdo & quatenus in hoc præceptum temerè iurando committatur, dixiſſe ſuffecerit.

Deierãtes
Matt. 26
Peierãtes
Balſphemantes.
Leuit. 24

POſtremo, peccãt in hoc præceptum, idque grauiſſimè, qui vota Deo facta temerè violant ac rumpunt. Scriptum eſt enim Leuitici tertio: Quod ſemel egreſſum eſt è labiis tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Deo tuo. Item Eccleſiaſtici quinto: Si quid vouiſti Deo, nõ tardabis reddere, quia Dominus Deus requiret illud. Monendi ergo ſunt omnis generis homines, ne temerè quid voueãt, præſertim tale quod an præſtare poſſint, incerti ſunt, vel quod ſine ſuperſtitione aut turpitudine præſtare nequeãt. Diſplicet enim Deo ſtulta promiſſio. Eccleſiaſtici quinto. Sunt vota ſuperuacanea, vana & incauta, ſunt impia & turpia, ſunt deniq; licita ac honeſta. Sed interim hoc certũ eſt vtrinque grauiſſimè peccari, népe ſi vel licita ac honeſta vota temerè violentur, vel illicita Deo fiant ac præſtantur. In impiis quidem ac turpibus votis decretũ mutare, in malis promiſſis reſcindere fidem oportet, quòd impia ſit promiſſio, quæ cum ſcelere adimpletur, qualis fuit promiſſio Herodis facta Herodiadi, & Iudæorum qui voue-

Voti violatores.
Leuit. 3.
Nõ temerè emittẽdũ votũ.
Votorum diſtinctio.
Impia ac turpia vota pie reſcindũtur ſed impie ac turpiter fiunt.

Marc.6. runt ſe nõ comeſturos,niſi prius occidiſſent Paulũ. Sed in-
Acto.23 terim conſtat non alios tantũ grauiſſimè peccaſſe,ſed ſimul
omnes qui talibus votis ſe obſtringunt, etſi nullus ſequatur
Vota ſuperſtitioſa & ſuper nacanca. effectus.Idem de ſuperſtitioſis & ſuperuacaneis votis ſentiẽ-
dum putamus. Nempe,vt tametſi ęquum fuerit,ea nõ pręſta-
re,grauiſſimè tamen eos peccare,qui talia præſtiterint, nullũ
adhibentes in vouendo vel iurãdo iudiciũ,aut diſcretionem.
De voto perpetuæ caſtitatis. Votũ perpetuæ caſtitatis,modò tamẽ ſano cõſilio,animóque
deliberato factum fuerit,ab exordio eccleſiæ licitum & hone
ſtum,atque adeò pium ſemper eſt habitum,idque non ſolum
authoritate humana,ſed & diuina. Quòd Chriſtus inter alios
Matt.19 Eunuchos eos potiſſimum commendauerit,qui ſe caſtrarunt
propter regnum cœlorum.Itidem quòd Paulus cum benefa-
1.Cor.7. cere dicat,qui ſtatuit in corde ſuo firmus,non habens neceſſi
tatem,poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis,iudicauit in
corde ſuo ſeruare virginẽ ſuã:vt interim prętereamus vete-
rum patrum Concilia non multo poſt Apoſtolorum tempora,
Conſiliũ Gagarenſe. in Eccleſia Dei habita,inter quæ antiquiſſimũ illud Ganga-
renſe pari cenſura damnat tam eos,qui continentiæ & virgi-
nitatis profeſſionẽ ac ſanctum propoſitũ violant, quàm qui
non profeſſos, ſed matrimonio iunctos damnant.

Votũ perpetuæ caſtitatis nõ temerè emittendũ. IAm ſi votum hoc piũ ac ſanctũ eſt,modò legitimè præſte-
tur,quod nemo pius negauerit, tãto certe magis cauere o-
portet ne temerè emittatur,nimirũ à talibus qui ſuę infirmi
tatis ignari,eiuſcemodi votũ nõ principaliter reſpectu Dei,
ſed vel præſentis cõmoditatis gratia,vel blãdè illecti ſeu ĩdu
cti cõtinentiã vouẽt.Nã quantũuis tales quũ eos emiſsi voti
pœnitere cœperit,cõtẽdant,melius eſſe nubere quàm vri,&
violare votum quàm fornicari,negare tamẽ omnino nõ poſ
ſunt(niſi verbũ Dei & Apoſtoli Pauli doctrinã cõtẽnere per-
gãt)ſe non leui dãnatione obnoxios eſſe,quũ voti immemo-
res cõnubio temerè ſe alligãt.Nã vt hoc demõſtraret Apſto-
lus,de eccleſiæ viduis ait 1.Timot.5.Cum luxuriatæ fuerint
(hoc eſt in deliciis degerint) in Chriſto nubere volũt,haben
Aug.27 q.1.c.nuptiarum. tes dãnationẽ,quoniã primã fidem irritã fecerũt. Quod Apo
ſtoli verbũ,omnis eccleſia ſic ſemper itellexit,vt etſi nuptiæ
quas tales contra votũ præſtitũ contrahebant,ex ſe dãnãdę
nõ iudicarentur, tamen omnino dãnari propoſiti fraudẽ,dã-
nari voti fracti fidem,dãnari non ſolũm ſuſceptionẽ à bono
inferiori,ſed ruinã ex bono ſuperiori,damnari denique tales
non

non quia coniugalẽ fidem poſterius inierunt, ſed quia cõtinẽtię fidem primã irritã fecerũt. Ergo quia nõ omnes capiũt verbũ hoc (ſicut dñs ait) ſed qui poteſt capere, capiat, ducant ante votũ qui ſe non cõtinent: qui non cœpit, deliberet, qui egreſſus eſt, pſeueret, nulla aduerſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio. Nos in medio relinquimus. ac eccleſiæ in futuro Concilio determinãdum cõmittimus, nũ expediat veterẽ morẽ immutari. Deinde, nũ nuptię, quę cõtra votũ cõtractæ ſunt, irritæ, ac velut adulteria cenſenda ſint, nihiloſecius tamen etiã hoc inter omnes cõuenire putamus, in contrahentibus eiuſcemodi nuptias, etſi nõ ipſas nuptias, grauiſſimè tamẽ dãnari fractã voti fidẽ, & quòd nomen dñi fruſtrà ſeu temerè vſurpatũ ſit, vtcũq; etiã tales vouẽtes ſe excuſent, vel per ætatẽ, modo ea doli ſaltẽ capax fuerit, vel per incogitantiã. Quo magis miramur eos qui hodie temerè votum cõtinentię infringũt, nec ſolum nuptias ſuas, quas quabet occaſione oblatas irreligioſiſſimè ineunt, contẽpto voto defendere conantur, ſed etiã putant ſe Eccleſiaſtes ac Parochos eſſe nõ poſſe, niſi votũ cõtinentiæ infregerint, cùm tamẽ Apoſtolus epiſcopũ velit eſſe vndique irreprehẽſibilẽ, & ſi fieri queat, ab vxore & omni ſolicitudine ſolutũ. Et quo pacto quæſo Paulus tuliſſet Parochum, hoc eſt eccleſiæ moderatorẽ, qui votum ſolenne violaſſet, qui ne mulierculas quidẽ tanto gradu inferiores in miniſterio eccleſiæ ferre voluit, quæ primã fidẽ nubẽdo irritam feciſſent, quas & dãnationẽ habere pronũtiat? ſaltẽ hi votorũ temerarij violatores veteribus canonibus hanc vim permittãt, vt ſe ob voti fracti reatum excõmunicatos & indignos etiã officio ſacerdotali eſſe fateãtur, vt interì largiamur, ipſis humanitatẽ exhiberi poſſe, ſi ita probauerit, qui eius rei poteſtatẽ habet, epiſcopus.

Auguſt. *Matt.* 10 *Cõcilium euangelio conſentaneum.* *Qui cõtra votum cõtrahũt matrimoniũ grauiſſimè peccãt* *1. Tim.* 3 *1. Cor.* 7. *1. Tim.* 5 *Cõcilium Chalcedonẽſe. c.* 19.

Nec enim habebit dominus inſontẽ eum, qui aſſumpſerit nomẽ Dei ſui fruſtrà.

GRauis certè cenſura in huius præcepti violatores, cuius hæc eſt ſententia, Deum nõ habiturum innocentẽ eũ, qui nomen eius fruſtrà aſſumpſerit, ſed grauiſſimis pœnis ſuam iniuriam vlturum, etſi non in hoc ſeculo, quanuis & in hoc ſæpiſſimè, ſaltem tamen in futuro. Certe vt nullũ aliud crimen noſtrũ extaret, quæ tamen maxima ſunt & ſine nu-

Sententia præcepti.

Crimē bla ſphemiæ & periurij ſufficiens ad inducē dā omnē plagam. mero, vnicum tamen illud blaſphemandi & peierandi, & in vniuerſum nephas illud & prauiſſima conſuetudo nomen domini indignè vſurpādi, ſufficeret inuoluere nos omnibus, & maioribus etiā quam iis malis, calamitatibus ac miſeris, quæ noſtra ſentit ætas, quibus meritò premimur, & non dubium, prememur, ſi (vt cœptum eſt) in dehoneſtando domini nomine pergere voluerimus. *Quidā iudicant periurium homicidio & adulterio grauius.* Sunt qui nō omnino abſque ratione hoc crimen adulterio ac homicidio grauius iudicant, quòd hæc non ſic tranſeant in cōſuetudinem, & durius puniantur. Hoc autem commune fiat omnibus, & ſemper, idq; etſi non apud Deū, apud homines tamē propemodū impune. *Chryſoſt.* Quamobrem adnitendum eſt omnibus modis, vt tollatur è medio horribilis corruptela nominandi in vanum ſacroſanctum & glorioſiſſimum nomen Dei, vt obſcœnitates verborum, ſtultiloquia, turpiloquia, mēdacia, cōuitia, detractationes, maximè autē vt blaſphemię in Deum & Chriſtū dominū, illiusq; membra ſanctiſſima: Sacroſancta item vulnera vſque ad amariſſimam mortem pro nobis afflicta & benedictum pro nobis effuſum ac precioſum ſanguinem omnino eliminētur, quod Deo authore fiet, ſi populus, & verbo, & exemplo doceatur, vt ſermo eius ſemper gratioſus & ſale conditus ſit. *Quid cauendum.* *Coloſſ. 3.*

TERTIVM PRAECEPTVM.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies oīa opera tua. Septimo aūt die ſabbatū domini Dei tui eſt. Nō facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumētū tuū & aduena, qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlū & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificauit illam.

ORdine planè pulcherrimo tria iſta prima præcepta,quę quodammodo vnum ſunt,& ad Dei cultum,quem Latriam vocamus,pertinent,ſeſe conſequuntur. Primum enim pręceptū(vt ſuprà diximus)animū format,in verā Dei agnitionē nos ducit,deq; interiori cultu(qui in fide, ſpe & charitate erga Deum cōſiſtit)inſtituit. Verum cum ex abundātia cordis os loquatur,&fieri non poſſit,quin lingua(quę animi noſtri interpres eſt)hoc ſonemus,quod mente ſumus cōplexi. Proinde ſecundus locus debebatur præcepto proximo quod docet qualiter deDeo loqui oporteat.Iam quod ſubſequitur tertium præceptū amborū illorum abſolutio eſt,quo docemur de omni alio exteriori cultu Deo pręſtando ac exhibendo. Vt autem huius pręcepti ſententia manifeſtior fiat, conſtat ſabbatū Hebręis ſonare requiem, &ſabbatizare idem eſſe quod requieſcere. Et quia ſeptimus hebdomadæ dies requiei peculiariter deputatus erat:idcirco idem dies apudHebræos propriè ſabbatū dictus eſt,quemadmodū Exod.30.legimus:Septimus dies erit vobis ſanctus,ſabbatum & requies domini. Poſtea etiā ſabbati appellatione(ſed latius accepto vocabulo)tota hebdomada ſignificari cœpta eſt. Sic Luc.18. legimus:Ieiuno bis ſabbato

Ordinis ratio. *Matt.12* *Luca.16* *Sabbatū* *Sabbatizare.*

IN vniuerſum autem duplex eſt ſabbatū, Externum & internum ſeu ſpirituale. Rurſus externum ſuum habet cęremoniale,ſuum item morale. Quod ad cæremoniam attinet, non habet hoc præceptum eandem omnino rationem apud Chriſtianos quā habebat apud Iudæos. Siquidem quod ſabbatum apud Iudæos certæ diei alligatū erat, cæremonia eſt apud Chriſtianos,vt conſtat,abrogata,qui nō Iudaizant ſeu ſabbatizant cum Iudæis. Iudæi verò hanc cęremoniā(magis verba quàm verborum genuinum ſenſum vim ac ſpiritū ſectantes)mordicus adhuc tenent,temetſi ęx prophetis cōſtet eam obſeruationem quādoq; abrogandam. Verum,quod ad morale legis pertinet nihil mutatū eſt. Id vero cōſtat in eo ſitum eſſe,vt homo qui corpore cōſtat,& anima, aliquo ſaltē deſtinato tempore,& corpore,& animo interquieſcat,totus laudi,cōtemplationi ac venerationi Dei intentus,vt & corpus labore fatigatum alterna requie nō careat. & mens ipſa, externis laboribus diſtracta,diuinæ legis meditatione,ac diuinorum beneficiorū recordatione reficiatur ſaginetúrque. Vnde cōſequens eſt,nedum apud Iudæos,ſed & apud Chri-

Duplex ſabbatum *Hoc præceptum aliam olim apud Iudæos,liā apud nos habet rationem.* *Eſaia. 1.* *Quod ad morale attinet,nihil mutatum*

Ferię ſunt de iure diuino.

ſtianos iuris eſſe diuini, vt ſaltem aliquo deſtinato tẽpore, cęremoniæ inſtitutæ ad audiendũ verbum Dei, & ad cõmonendam ac excitandam fidem & charitatem erga Deũ, & ad vacandũ hymnis, precationibus, aliiſq; ſpiritualibus ſacrificiis retineantur ac cõſeruentur.

Externũ ſabbatum cur præceptum.

Externũ ſabbatum inter Deũ & homines.

Deinde conſtat externum ſabbatum in hoc datum & præceptũ eſſe, vt eſſet certum ſignum, inter Deum & homines Deum agnoſcentes, quemadmodum Exod. 31. dominum dicentem legimus: Videte (inquit) vt cuſtodiatis ſabbatum meum, quia ſignum eſt inter me & vos. Iudæis enim ſabbatum ſignũ erat & memoriale, quo in primis admonerentur illius ineffabilis operis, nempe creationis totius orbis, ſex dierum opificio abſoluti, vt vel hinc in admirationem potentiæ, ſapientiæ & bonitatis Dei excitarentur. Quod Deus in huius præcepti verbis ſignificauit, cũ inquit: Sex diebus fecit Deus cœlum & terrã & mare & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo. Secundo, ſabbatum Iudæis erat memoriale, quo ſubinde admonebãtur, vt cũ ſumma gratiarum actione recordarentur inſignis illius beneficẽtiæ ac miſericordiæ diuinæ, qua à duriſſima ſeruitute Pharaonis liberati fuerunt, quod in Deuteronomio explicatius

Deut. 5.

ponitur: Memento (inquit) ꝙ & ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxerit te inde dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extẽto. Idcirco præcepit tibi, vt obſeruares diem ſabbati. Tertio, ſignificabat Iudæis ſabbatũ externũ requiẽ internam & ſabbatũ ſpiritale, vt ſcilicet hinc admonerẽtur à ſuis operibus requieſcere, ac ſinere, vt dominus eos non ipſi ſeſe ſanctificarent. Quod dominus apud Ezechielem prophetam cap. 20. nõ tacuit, cũ inquit: Inſuper & ſabbata mea dedi eis vt eſſent ſignum inter me & eos, & ſciant quòd ego dominus ſanctificãs eos.

Deus in ſcripturis dicitur odiſſe ſabbata, & cur.

Quãquam interim Iudæorum vulgus quemadmodum nunc, ita & olim magis ſignis quàm rebus ſignatis inhæſerit, quo factũ eſt vt ſcriptura teſtetur, Deum Iudæorum ſabbata odiſſe cœpiſſe, vti apud Eſaiam cap. 1. Dominũ increpantem Iſraëlem legimus in hæc verba: Neomeniã & ſabbatum, & feſtiuitates veſtras nõ feram, iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinẽs. Et ne mireris cur Deus dicat ſe odiſſe ſabbatum, quod præcepiſſe videtur cauſam odij ipſe ſubiungit, nempe quòd Iudæi ſabbato non ad quietem animi, & ad mentis tranquillitatem erga Deum

com-

comparandam(ob quod potiſsimum erat inſtitutum) ſed tãtum ad externam & corporalem quietem(quam illi ſolam ſuperſtitioſius obſeruabant) abuterentur. Sequitur enim apud eundem prophetam:Et cum extenderitis manus veſtras,auertam oculos meos à vobis:& cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam:manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini,mũdi eſtote,auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis:quieſcite agere peruerſe,diſcite benefacere.

Porrò eadem propemodum,quę ſabbatum externum Iudæis ſignificabat, nobis ſignificat dies dominicus. Niſi quòd nos loco liberationis Iſraël ex Aegypto (qui typus erat)admonemur, vt meminerimus, nos per agni immaculati ſanguinem, à fediſsima tyrannide ſatanæ redemptos, ne per ingratitudinem reuoluamur in maiorem ſeruitutem. Deinde hic dies nos monet, vt quemadmodum Chriſtus noſtri cauſa factus eſt obediẽs patri vſq; ad mortem,mortem autẽ crucis, vtq; is ſuperata morte,ac operibus ſuæ diſpẽſationis cõſummatis requieuit in ſepulchro: Ita & nos mortificata carne,omnibusq; carnalibus deſideriis cõſopitis,totos Deo ſubmittamus & conſepulti Chriſto per baptiſmum vltra non ſeruiamus peccato,ſed exhibeamus mẽbra noſtra Deo ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Quamobrem & eccleſia,eo die,pleraſque alias non cõtemnendas ceremonias nos huc prouocantes admonet.Quòd enim aquam benedictam aſpergit,quid aliud eſt,niſi quòd nos baptiſmi,per quem Chriſto in ſpiritualem requiem conſepulti ſumus,commonefacit,ac veluti ſigno declarat nos oportere ſubinde mortificare carnẽ,& cũ Chriſto quieſcentes auſcultare Deo? Quòd item proceſsiones celebrat,in quibus populus ſignum crucifixi,& vexilia veluti tro phæa quædam reſurgentis domini comitatur,quid aliud eſt, niſi pia quædam cæremonia, qua admonemur nos potiſsimũ ea die totos intentos eſſe oportere,vt per omnem vitã Chriſtum crucifixum ſequamur,vt carnem vnà cum vitiis & cõcupiſcentiis ſuis Chriſto cruci cõfigamus,vt parati ſimus(ſi res ita poſtulauerit)pro Chriſti nomine, & in carcerẽ & in mortem ire,ac omnem crucẽ tribulationis,vndecũque nobis impoſitam,patienter poſt Chriſtum portare? Vt item meminerimus glorioſi illius de diabolo triumphi per Chriſtum acti, vtq; quemadmodum Chriſtus reſurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Denique quòd thuri-

Dies dominicus quid nobis ſignificet.

Philip. 2.

Roma. 6.

Cur aqua benedicta die dominico ſpargatur.

Cur agantur proceſſiones die dominico.

Roman. 6

Cur thuri

centur altaria. ficantur altaria, quodq́ue thus deinde ad pſallentes defertur, quid aliud deſignat, niſi quòd externo ſigno teſtamur nos corda ſurſum habere ad dominũ, in laudem, gratiarum actionem & preces profuſa? Quid enim aliud ſunt altaria, quàm
Altaria. corda noſtra? Quid ignis, niſi feruor charitatis? Quid thus, ni
Ignis. *Thus.* ſi orationes ſanctorum? Quemadmodum Dauid dixit: Diri-
Pſal. 140 gatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et in Apo-
Apoc. 8. calypſi legimus: Angelo (cum impleuiſſet thuribulũ de igne altaris) data eſt incenſa multa, vt offerret de orationibus ſanctorũ. Quis ergo negauerit eiuſcemodi cęremonias eſſe pias, modò ad eum finem adhibeantur ad quem ſunt inſtitutæ?

Quid parochus præſtandum circa cæremonias. HOc ego Parochis præſtandum erat, vt populus diſceret inhærere rebus ſignatis, non nudis ſignis, nam & eatenus ab eccleſia cæremoniæ reprobentur, ſi quis putet in illis ſalutem conſiſtere. Atque hinc etiam fit, vt inter decem præcepta hoc ſolum quod de ſabbato eſt, quãtum ad exteriorem
Auguſt. cęremoniam attinet, non tantum charitati Dei, ſed & proxi-
Cæremonia ſabbati cedit charitati. mi cedere debeat, quod non ita ſe habet cum duobus prioribus. Nam, vt ſuprà diximus, nulla charitas eſt, ne dicamus cæremonia, quã debeamus præponere charitati ac gloriæ Dei, quàm duo proxima præcepta requirunt. At quũ externũ ſabbatũ Iudæis ſacramentũ fuerit, nobis quoq; ſignũ ſit ſabbati
Sabbatum ſpirituale. ſpiritualis (quod propriè in charitate Dei & proximi conſiſtit) omnino cedere debet, quod ad cęremoniam exteriorem
Matt. 12. attinet, non tantũ dilectioni Dei, ſed & proximi, quod & lex ipſa, licet Iudæis obcæcatis, id non vidẽtibus, ſatis demõſtrabat, quæ iubebat, ſacerdotes operari in templo. Item circuncidere infantes die ſabbati. Quin & Machabæi in ſabbato pu-
Neceſsitas et charitas in omnib⁹ externis diſpẽſant. gnaſſe leguntur, Atq; hoc vniuerſale eſt, neceſsitatem & charitatem in omnibus externis (vt dici ſolet) diſpẽſare. Quamobrem Chriſtus toties Iudęorum cæcitatem damnat, qui externam cæremoniam ſaluti hominis (quam ſabbatum ſignat) præponebant. Sic legis apud Matthęum. 12. Chriſtum diſcipulos ſuos præ eſurie ſpicas ſabbato vellentes ac mãducãtes aduerſus Iudęorũ calumniam ex ipſa etiã lege defendiſſe, cum
Marci. 2. inquit: Non legiſtis quid fecerit Dauid quãdo eſuriit, & qui
Lucæ. 6. cum eo erãt quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine

crimine

crimine ſunt? Dico autẽ vobis, quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis, quid eſt, Miſericordiã volo & non ſacrificium, nũquam condamnaſſetis innocẽtes. Dominus enim eſt filius hominis etiã ſabbati. Et ſtatim poſt, cum veniſſet in ſynagogam eorũ, & vidiſſet hominẽ habentem manũ aridam, & ipſi interrogarẽt eum, Si liceret ſabbatis curare? Idq́; dolo malo, vt accuſarent eum. Reſpondit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueã, nónne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue? Itaq́;, vt ſubiicit, licet ſabbatis benefacere. Eſt ſtatim ad domini iuſſum reſtitua eſt manus hominis ſanitati, ſicut altera. Quod factum ſaluatoris etſi pientiſsimũ ac lege etiam ipſa roboratum, cæci Iudæis velamen ob oculos habentes, & in legis corticem tantum reſpicientes, tam indignè tulerunt, vt conſilium inirent aduerſus eum, quomodo ipſum perderent. Verùm nos quibus per Chriſtũ velamen ablatum eſt, & veritas nudata, ſcimus ſabbati ſignũ, ſignato ſabbati cedere, hoc eſt requiem corporalem requiei ſpirituali, qua tum fruimur, cùm fides per dilectionem operatur, ſola enim charitas eſt, quæ diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, opera bona cum requie operatur, quòd alioqui opera noſtra habẽda ſint vt ſeruilia, veluti, quæ fiant, aut cum peccato, aut cum timore, nõ cum dilectione. Atque ideo ſabbatum requies ſancta dño dicitur, quæ ſcilicet Dei gratiæ tribuenda ſit, non nobis veluti ex nobis obueniens. Quin & pontificum Decreta permittunt Dominicis ac aliis feſtis diebus, rei alioqui tempore perituræ, vnde victus ſuppeditari poſsit conſuli ac intendi. Quemadmodum etiam eſum carniũ in Quadrageſima, ac in aliis diebus ieiunio deſtinatis infirmis ac debilibus indulgent, quòd legis neceſsitas non ſubiaceat, & maius periculum ſemper veniat euitandum. Vnde liquet eos iniuriam eccleſię Romanę inferre, qui fingunt eam, cæremonias charitati præferre atque adeò ſolis cæremoniis vim iuſtificationis ac ſalutis tribuere.

Matt. 12.

Iudæorũ malitia.

Sabbati ſignatũ præfertur ſigno.

Requies ſpiritualis

Auguſt. Roman. 5.

Omnia opera extra charitatẽ, ſeruilia.

Sabbatum requies ſãcta domino Alexãder. 3. c. licet de feriis.

EX quibus etiam liquet, cur factum ſit, vt olim deſtinatus ille dies, nempe Saturni, Iudæis (vt videtur) in lege peculiariter præſcriptus, in alium, nempe dominicum immutatus ſit. Nam id initio factum eſt, ne quis iudaizans putaret vnum illum certum ac deſtinatum diem cęteris hebdomadæ diebus (quod ad ſe attinet) ſanctiorem eſſe, aut ſabbatum nos, & non

Cur ſabbatũ in diem dominicã tranſlatũ.

MM

Galat. 4. potius nos ſabbatū ipſum ſanctificare, vt iam in nos nō com-
Hierony. petat id quo Paulus Galatas increpat dicens: Dies (inquit)
ibidem. obſeruatis, & tempora, & annos, qui ſcimus omnes dies æqua
oēs dies les eſſe, nec paraſceuen tantùm Chriſtum crucifigi, & die do-
æquales. minica reſurgere, ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe
Dies reſur diem ac ſemper Chriſtum carnem ſuam & ſanguinem dare
rectionis pro mundi vita. Sed propter finem iuſtitutionis diem feſtum
iugis. agimus, qui nimirum is eſt, quo quandoque in vnum omnes
Ad quem pariter veniamus, vt ex conſpectu metuo lætitia maior oria-
finē inſtitu tur, vtque Dei verbū audiamus, ac Dei opera erga nos exhi-
ta feſta. bita in memoriam reuocemus, & ſanctis ſacramentis commu-
Feſta ma- nicemus, breuiter vt Deo toti vacemus. Eſtq; id neceſſarium
gis inſtitu nō tam propter ſpirituales in eccleſia (qui continùum ſabba-
ta ob infir tum agunt, quemadmodum ſtatim dicemus) ſed ob infirmio-
miores. res, qui magis ſeculo vacāt quàm Deo, nec poſſunt, imo no-
lunt toto in eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante hu-
manos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Se-
Deus bis cundò, dies ſeptimus in octauum mutatus eſt, vt cæremonia
condidit noſtra diſpenſationi operum Chriſti reſpondeat. Deus enim
mundum. quodammodo bis cōdidit mundum, & in hoc hominem, imò
mundum propter hominem. Primum enim creauit quod non
erat vtique per filium, dein per eundem incarnatum reſtituit
quòd perierat. Ibi requieuiſſe dicitur ab opere cōdendi. Hic
Chriſtus ab operibus diſpenſationis requieſcens, dum corpo-
re requieſcit in ſepulchro, velut abrogat Iudaicum ſabbatiſ-
mum, dumq; octaui diei diluculo reſurgit immortalis, ſabba-
Heb. 4. tum euangelicum (quod apoſtolica ſcriptura iuge appellat)
Dies domi nobis commēdauit, eoq; is dies dominicus dicitur, de quo ca-
nicus cur nit eccleſia: Hic dies quem fecit dominus. Itaq; poſt Chriſti
ſit dictus. reſurrectionē ſabbatum Iudaicum deinceps celebrari deſiit,
Aug. de quòd Chriſtus eo die in ſepulchro requieſcens reipſa indi-
geneſi cō- caret, anteà requiem quidem mortuorum fuiſſe ſed nō glori-
tra Mani ficatam verum reſurrectione ſua apertè declarabat iam adi-
chæ. li. 1. tum factum eſſe, ad requiem ſempiternam nunquam finien-
dam, quam die dominico recolimus. Quin & animę omnium
ſanctorum ante reſurrectionem corporis in requie quidem
ſunt, ſed nō in ea ſunt actione, qua receptis ruſum corpori-
bus perpetua & corporis & animi quiete & immortalitate
perfruentur. In cuius futuræ glorioſiſsimæ quietis, certiſsi-
1. Cor. 15. mum teſtimonium Chriſtus primitiæ ex dormientibus, ex
mortuis

mortuis reſurgens, iam non moritur, ſed ad dexteram Dei patris omnipotentis ſine ſolicitudine, vniuerſa gubernans immortalis ſedet. Dies ergo dominicus ex reſurrectione dominica declaratus eſt, & ex illa cœpit habere feſtiuitatem ſuam, ſtatim poſt Chriſti abitionem ab ipſis Apoſtolis inſtitutus. Quod Ioannes in Apocal. teſtatur, cum ait: Ego Ioannes fui in ſpiritu in dominica die. *Roma. 6.* *Auguſt.* *Apoca. 1.*

ET quanuis ea ſit diei dominici inſtitutio, pertineatque illius pia & Chriſtiana obſeruatio ad hoc præcepti non tamen putãdum eſt ſolum hoc iuberi, vt tantum hic dies ſanctificetur, ſed accipi debet præceptum de omnibus diebus feſtis hebdomadæ, cõmuni eccleſiæ conſenſu receptis. Nam cùm Deus omnino velit, vt aliquo ſaltem tempore ab omnibus operibus ſeruilibus abſtineamus, & ipſi ſoli vacemus, is certè dies ſabbati putandus eſt, quem ad hoc eccleſia communi conſenſu deſtinauit, nec vllus eſt, qui ſit in veteribus & Latinis & Græcis ſcriptoribus vel mediocriter verſatus, qui ignoret præter dies dominicos ab ipſis fermè Apoſtolorum temporibus in eccleſia celebres etiam plurimos alios fuiſſe dies ad recolendum mirabilia Dei opera in Virgine matre, in ſanctis Apoſtolis & martyribus exhibita. Et cur hoc non liceat eccleſiæ in natalibus martyrum, qui cum Chriſto de hoſtibus triumphantes regnant, quod licuit ſynagogæ in dedicandis diebus, ob quaſpiam inſignes victorias, Dei ope per viros aut mulieres illuſtres, veluti Heſter, Iudith, Iudam Machabæorum, ac ſimiles partas? *De feſtis ſanctorũ.* *Quæ apud nos dies ſabbati.*

EX prædictis ſatis percipi poteſt, quænam ſit huius præcepti vis, ſiquidem hæc partim fidem, partim dilectionẽ reſpicit. Nam quum hoc præceptum ad externum ſabbatum & ſecundum proprium ſenſum verborum accommodatur con. conſtat in primis ipſum ſpectare ad exercendam fidem & charitatem erga Deum, cum iubet vt tempus decernatur, quo homo totus vacet operibus latriæ, hoc eſt quo oret ardẽtius & copioſius, quo de reformandis ſuis & ſuorum moribus cogitet, quo ſe ſuamq; familiam ad audiẽdũ Dei verbũ, Deumq; ſuper omnia laudandũ, incitet ac prouocet. Atq; adeò totum diem non ad fatigationem corporis, ſed ad recreationem ſpiritus & mentis conferat. Spectat etiã ad dilectionem ſeu humanitatem erga proximum exhibendã, quòd hic doceamur debere nos nõ noſtræ tantum ſaluti, ſed & eorum qui nobiſ- *Vis huius præcepti & fidẽ & dilectionẽ complectitur.* *Ad dilectionẽ proximi ſpe.*

ctat ſabbatum. cum verſantur cõſulere, vt & ſerui noſtri, ancillæ, filij, & domeſtici omnes, quin aduenæ quoq; qui morantur intra por-*Aduenæ.* tas noſtras, hoc eſt omnes, qui nobiſcum habitant in eadẽ vrbe vel vico, ſerui vel ciues, aduenæ vel negotiatores, ab omni opere ceſsẽt. Nulli enĩ cohabitãti permittitur ſabbati diſſolutio, imò & iumenta ipſa interquieſcere debent. Hæc enĩ charitas expoſtulat: nec hanc cauſam diſſimulat lex, cùm addit Deuteron. 5. Meméto quòd & ipſe ſeruieris in Aegypto, & duxerit te inde dominus tuus, vt ſcilicet diuinæ mãſuetudinis memoria exemplum eſſet humanitatis erga proximũ. Quòd autẽ additur de boue & aſino, huc reſpicit, quòd longius ſubmoueamur ab inhumanitate erga homines, cum iubeamur, & iumentis parcere. Siquidem inclementia in hæc quæ & nobis ſeruiũt iumenta, gradus eſt ad inclementiã erga nobis ſubiectos homines. Nec putandum eſt Paulum Apo-*1. Cor. 9.* ſtolum, cum diceret: Nũquid de bobus cura eſt Deo? ſentire *Matt. 10* Deo nullam curam eſſe boum, quum & in Euangelio dominus teſtetur, ne paſſerculum quidem ſine illo cadere in terrã, ſed Apoſtolus pręcipuã Dei curam à bobus in homines trãſ-*Gene. 1.* fert: quemadmodum enim iumenta creauit propter hominem, ita & curat illa in hominis vtilitatem.

VTitur autem Deus in hoc præcepto ferendo imperãdi *Memẽto.* verbo, nempe Memento, in quo nos ſegnes & oſcitantes ad ea, quæ præceptũ iſtud requirit, excitat. Nam quàm tardi ſimus ad vacandũ ſanctis exercitiis, quàm ſegnes ad audiendum verbum Dei, quis nõ videt? Quem torporem vt dominus animis noſtris eiiceret præceptum oculis ingerit, quo *Sabbatũ ſanctificãdum.* ſedulò nos interpellat dicens: Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Quo etiam nõ tantum de otio diei, ſed de ſanctificatione quoq; diſertè præcipit. Quamobrem grauiſſimè errãt, & nequaquam hoc præceptum ſeruant, qui ſabbatis ita tantũ quieſcunt vt eos dies vel ſommo, vel fabulæ, vel inertiæ dẽt, *Sãctificare.* non præſtantes hoc cuius gratia præceptum eſt proditum. Sanctificari enim iubet dominus diem ſabbati: Sanctificare autem eſt, diem ſanctis operibus tranſigere, in vſus ſanctos collocare, nec vllis Deo indignis actionibus prophanarẽ, quod eſt huius præcepti præcipuum. Nam quod interim etiam à ſeruilibus ſeu externis & prophanis laboribus abſtine-*Labor ex ſe bonus.* re nos iubet Deus, id facit, non vt laborem, veluti vitioſum damnet, qui per ſe bonus eſt, aut iners otium commendet

quod

quod malum eſt,ſed vt quod per ſe bonum eſt aliquo ſaltem tempore ei cedat,quod eſt optimum,& cuius gratia pręcipuè conditus eſt homo,videlicet vt cognoſcat,veneretur, colat, ametq; Deum ſuper omnia. Nam etſi in mediis etiam laboribus Deus & coli debeat & poſſit, vix tamen homo, vt par eſt,animum in Deum attollere poterit, niſi ab his laboribus vacet,qui & tempus abſumunt & animũ aliò, quàm ad ſolam Dei bonitatem contemplandam,vocant,& à conuentu eccleſiaſtico retrahunt.propterea dictum eſt:Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua:hoc eſt nõ torpebis inerti otio, ſed labores manuum tuarum,non tantum tuę,ſed & proximi neceſſitati cõſules.Septimo autem die ſabbatum domini Dei tui eſt, id eſt ſeptimũ diẽ domino Deo tuo ſolo ſeparabis ac dedicabis,vt tum cęteris neglectis hoc cures,quod optimum eſt,nempe vt Deo ſoli vaces.Et vel hinc eſt videre hanc legẽ quod ad externum ſabbatum attinet potiſſimum infirmis datam eſſe,quò vel per externũ otium certo tempore in dictũ, diſcerent,non tantum corpus,ſed & animum habere à tumultuoſis cupiditatibus feriatum,videlicet ab odio,ab ira,ab ambitione,à libidine,cæteriſque carnis affectibus.

Labor externus reuocat ipſos à contemplatione Dei.

Sex dieb' operaberis.

Externũ ſabbatũ infirmis datum in ſignum.

SVbiungitur autem & cauſa præcepti,quum dicitur : Sex enim diebus fecit dominus cœlum & terram,& mare, & omnia quæ in eis ſunt,&requieuit die ſeptimo,idcirco benedixit dominus diei ſabbati,& ſanctificauit illum.perinde atque ſi diceret: Idcirco diem ſabbati ſanctificabis,quòd Deus illo die ab omni opere ſuo requieuerit,quodq; eidẽ diei benedixerit,quòd illũ ſanctificarit,hoc eſt ſegregarit & in hoc ordinarit:vt tum ipſi Deo creatori ſoli vacares. Nõ putabis autem ſcripturã ſibiipſi contrariã eſſe,quòd hic dicat Deum ſeptem diebus vniuerſam creationem perfeciſſe, alibi verò legas vnum diem tantum,in quo vniuerſa mundana cõditio ſit creata.Nam qui in Geneſi per dies ſingulos cõdita omnia retulit.qualiter etiam ſimul omnia vna die creata ſubiunxit? niſi vt liquidò oſtẽderet,quòd creatura omnis ſimul per ſubſtantiam extitit,ſed non ſimul per ſpeciem proceſſit. Rerum quippe origo ſeu materia ſimul creata, ſed ſimul ſpecies formata non eſt,& quod ſimul extitit per ſubſtantiã materię,nõ ſimul apparuit per ſubſtantiã formæ.Cũ enim ſimul facta,cœlũ & terra dicũtur,ſimul ſpiritualia & corporalia,ſimul quicquid de cœlo oritur,ſimul quicquid de terra producitur,in-

Cauſa præcepti.

Occurritur obiectioni.

Deus creauit omnia ſimul. Gene. 1.

Cœlum & terra ſimul facta

Eccleſia. dicatur. Scriptum eſt enim: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Deinde cum audis Deum requieuiſſe die ſeptima ab vniuerſo opere ſuo, non imaginaberis Deum poſt mũdi fabricam, opera ſex dierum abſolutam, quaſi fatigatum ac laſſum, otio indulſiſſe: quid enĩ ſtultius de Deo cogitari poſſit? qui ſolo verbo ac nutu abſq; omni labore ac tædio cõdidit vniuerſa? Sed tota ſcriptura Geneſeos myſtica, illud voluit Iudæos meminiſſe, quòd hic mũdus à Deo cõditus ſit, nõ vt in his quæ huius mũdi ſunt, cõquieſceremus, ſed vt ex his quę condita ſunt, agnoſcentes conditorem, ad illius exemplũ requieſceremus ab amore rerum viſibilium ac per fidem vitæq; innocentiam (quæ vera animi pax eſt) ad æternam illam requiem properaremus. Nam ſi omnia condita ſunt propter hominẽ, homo verò propter Deum cõtemplandum & amandũ, Deus autem teſtetur ſe ab omni opere ſuo requieuiſſe, omnino cæcus eſt qui nõ videt hoc ipſo Deũ indicare voluiſſe, vt & ipſe homo conquieſcat ab his quæ huius mundi ſunt, vtque requieſcat in ſolo Deo. Atq; his agnoſcendus eſt vſitatus ille ſcripturæ tropus, quo de operibus Dei loquẽs verba ad captum noſtrũ accommodat, ac Deum plerunque ſic affectũ deſcribit, qualiter homines vel affecti ſunt, vel Deus eos affici velit. Quẽadmodũ enim homines poſt opus aliquod egregiè abſolutum (cui nihil noui affingunt, ſed quod factum eſt, cõſeruant) ab opere ſuo requieuiſſe dicũtur: Sic Deus requieuiſſe dicitur ab omni opere ſuo, nõ quaſi fatigatus ab opere, ſed quòd deinceps nihil noui operis crearit. Interim tamen à rerum conditarum conſeruatione, propagine, reparatione & gubernatione, nunquam deſiſtens. In quam ſententiam accipiendum eſt, quod Chriſtus Ioannis quinto ait: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Quæ de principali ſententia huius præcepti dicta ſuffecerint.

Auguſt. Deus dicitur requieuiſſe tropo quodã ſermonis. Augu. de Geneſi cõtra Manichæ. lib. 1 Gene. 1. Pſal. 8. Scriptura verba ad captũ noſtrũ accõmodat. Ioan. 5. Deus vſq; modo operatur.

Verùm cùm Chriſtus venerit, nõ vt ſoluat legem, ſed vt adimpleat, hoc eſt vt doceat & faciat, non tantum quæ inchoant hominem, qualia externus legis cortex requirere tantum videtur, ſed etiam ea quæ hominem perficiunt. Idcirco Apoſtoli domini aliique viri apoſtolici hoc præceptũ quod ad perfectè Chriſtianos & vere pios attinet latius etiã ſe porrigere cõteſtati ſunt, atque adeò præceptum ſanctis ac piis hominibus totum myſticum eſſe volũt, quò Deus ſignificet populũ ſuum iuge ſabbatũ celebrare oportere, hoc eſt requiem

De æterno ſabbato. Matth. 5 Heb. 4. Auguſt. Pius hoc præceptũ totum myſticum. Iuge ſabbatum.

requiē internam, quā certe nulli externi labores in verè piis interturbare vnquam poſſunt. Sic Apoſtolus Paulus teſtatur Iudæos, quibus prioribus annuntiatum eſt de ſabbatō nō introiſſe in requiē propter incredulitatem. Proindeq; Deū iterum terminaſſe diem quendam in Dauid dicendo: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Nam (vt ſubiicit) ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſthac die, vt cōſequens ſit relinqui ſabbatiſmū populo Dei. Qui enim eſt ingreſſus in requiē eius, etiā ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut & à ſuis Deus. quamobrē etiam ſubinde iubet Apoſtolus, vt feſtinemus per ſingulos dies, donec hodie cognominatur ingredi in illam requiem, quæ eſt iugis & perpetuus ſabbatiſmus. Quem etſi patres veteris legis ac prophetæ haud obſcurè indicauerint, veluti cū Dauid ait: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Et iterum: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Eum tamē ſolus Chriſtus & expertiſſimè, perfectiſſiméq; docuit, & tota vita celebrari iuſſit. Qui in hoc conſiſtit, vt ne nos quidpiā tanquam ex nobis, humanos affectus ſequuti operemur, ſed aſſentiendo patiamur ſpiritū Dei in nobis operari, quieti ſcilicet & attēti, quid in nobis loquatur dominus Deus. Operatur autē in nobis ſpiritus Dei bifariā. In primis mortificādo carnem. Deinde viuificando ſpiritū. Itaque ad hunc ſabbatiſmū pertinet, vt ſedulò ac per totam vitam carnem mortifices, omnesq; affectus & concupiſcentias eius in Chriſto cruci configas, ac penitus enecare ſatagas, donec tandem hoc mortale totū abſorbeatur. Nā quo magis carnem mortificaueris, tāto magis ſabbatum ſanctificaueris, & requiē animi pleniorem adipiſceris, quòd caro quandiu in totum mortificata non fuerit, rebellionē aduerſus ſpiritū moliatur. Itidē hoc ſabbatiſmo (qui propriè Chriſtianorū eſt) exigit, vt renuntiemus, ſaltem animo omnibus quæ poſſidemus, hoc eſt vt rebus iſtis tēporariis, quanuis affluant, cor nō apponamus, ſed vt theſaurum noſtrū in cœlis repoſitum eſſe agnoſcamus, vt mētem à reb⁹ externis intro reuocemus, vt amori Dei omnia poſtponamus, atq; adeò vt perdamus animā noſtram propter Deū & Chriſtum eius, hoc eſt vt ne quidem hanc vitam Deo chariorem habeamus. Præterea vt crucem noſtram in humeros tollamus, & Chriſtū ſequamur, hoc eſt vt quæcunque aduerſa nobis illata fuerint exemplo Chriſti patienter feramus; ab omni vindictę cupidi

Heb. 4. *Pſal. 94.* *Aug. in Gene.* *Iugis ſabbatiſm⁹ ī dicatus à patribus.* *Pſal. 45.* *36.* *Iugis ſabbatiſm⁹ ī quo conſiſtat.* *Pſal. 48.* *Spiritus Dei in nobis bifariā operatur.* *Gal. 5.* *Chriſtianus oībus quæ poſſidet renuntiare debet, & quo modo.* *Pſal. 61.* *Matth. 6* *Matt. 16* *Singulis ſua crux ferenda.* *Matt. 16.*

Patientia. Requies. Ioan.16.

tate,ſeu animi amarulentia penitus alieni. Reuera enim tolerantia ac patientia omnis aduerſitatis,requies ſpiritus eſt,de qua Chriſtus dixit: In mundo preſſurã habebitis,in me vero pacẽ. Et alibi: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Quomodo comparãdum animi gaudiũ in tribulationibus. Acto.5. Pſal.1. Lucæ.10.

Ad hunc ergo modum ſanctificamus ſabbatum, quum vehementer læſi,non retaliamus iniuriam,ſed ceſſamus ac permittimus,vt Deus in nobis non tantum patientiam (qua domino omnem vindictam reſignamus) ſed etiam gaudium in tribulationibus operetur: quod fit cùm ſpiritu intus docemur,nos externa moleſtia affici,vel vt mortificeť caro,vel vt præſens peccatum,vel veteris peccati reliquiæ tollantur,vel quòd digni ſimus habiti pro nomine Ieſu contumeliam pati, de quo ſuperius in ſecundam & tertiam particulam orationis dominicæ fuſius diximus.

Augu.in Gene. Spirit⁹ ſanct⁹ effecit in nobis requiem. Rom.5. Auguſt. Hoc præceptũ tribuitur ſpiritui ſancto.

Deniq; hoc ſabbatum celebramus,quum in lege domini iugiter meditamur,quum nobis penitus diffiſi,ad pedes Domini,quieti & attẽti ſedemus,& audimus verbum illius: quum nõ noſtro,ſed Dei ſpiritu ducimur ac gubernamur,hoc eſt quum omnia opera noſtra,non ex noſtris affectibus, ſed ex Dei cooperãtis præſcripto & inſtinctu agimus. Quemadmodum Apoſtolus ait. Deum eſſe qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Nec enim aliter requieſcere poterimus,niſi ſpiritus ſanctus in nobis requiem illã effecerit,quam quidem vbique oramus,ſed niſi Deum amando non inuenimus. Inuenimus autem quum charitas diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum. Vnde & hoc tertium præceptum non abſurdè ab Auguſtino tribuitur ſpiritui ſancto,ficut primum patri,ſecundum vero filio.

Externi labores non impediunt iugẽ ſabbatiſmum. Auguſt. Sabbatũ ex ſabbato. Matt.16 Marci.8. Lucæ.14.

NEq; vero ob id exiſtimabis te hunc ſpiritalem non agere ſabbatiſmum,vel quòd non ſemper abſtineas ab externis operibus,vel quòd nondum videris in hac vita perfectam nactus quietem. Nam etſi quamdiu in hoc es corpore, corpore penitus & omnino vacare non poſſis,animo tamen, Dei dono adiutus,vacare poteris,præſertim ſi omnia ſic opereris,vt tua intentio, nõ niſi in futuram illam ac ſempiternã requiem ſit directa,in qua erit ſabbati plenitudo,quam ſcriptura ſabbatum ex ſabbato,ſeu ſabbatum ſabbatorum myſtica ratione deſignat, quod tum demum facies,ſi fidem ſubinde excites, ſpem acuas,charitatem extimules,Deum in omni opere tuo celebres,ſalutaria ſemper petas & pro omnib⁹ gratias agas Hic autem ſabbatiſmus tam eſt nobis neceſſarius,vt

neget Chriſtus ſe agnoſciturũ pro diſcipulo,aut reputaturũ dignum ſe,qui hunc ſabbatiſmum agere neglexerit. Quod & in lege ſignificatum eſt, quæ teſtatur Deum ſabbatum benedixiſſe & ſanctificaſſe,hoc eſt ſegregaſſe ſoli ſibi,quo quid aliud indicatur, quàm ſolum ſabbatum, hoc eſt internam requiem,qua ab operibus noſtris quieſcentes,aſſentiendo ſinimus Deum:operari in nobis,à Deo benedictum eſſet reliquã omnem vitam & opera noſtra veluti prophana cenſenda? Et reuera maxima eſt piorum conſolatio, quòd non tantum hoc habent præ aliis peculiare,quòd in omnibus,ſiue proſperis ſiue aduerſis æquam ac quietam mentem ſeruent. Sed quòd & certò ſciunt hunc ſabbatiſmum, quem in hac vita inchoãt plenitudine optatiſſimæ quietis(quæ in requie ſempiterna olim continget)perficiendum eſſe,idque edocti ex Chriſti verbis, qui hunc ſpiritualem ſabbatiſmum vnum ac ſolum nobis neceſſarium,nunquam item finiendum aſſeuerat,de Maria Magdalena ad pedes ſuos, in hunc modum ſabbatizante, ſic inquiens. Porrò vnum eſt neceſſarium,Maria optimam partem elegit,quæ non auferetur ab ea. *Lucæ.* 10

Quid ſignet quod Deus ſolũ ſabbatum & nõ alios dies legitur benedixiſſe.

Cõſolatio piorum.

QVanquã autem Chriſtianis verè piis,omnis dies,Dominicus habendus, ac in hunc modum ſpitualiter ſabbatizandum perpetuo ac continuè ſit, propterea tamen externum ſabbatum abrogatum cenſeri non debet. Nam quum (vt ſuprà diximus) inter Chriſtianos plurimi adhuc ſint imbecilles & infirmi,qui ad eam ſabbatizandi perfectionẽ nondum pertingunt,retinenda erat hæc lex in eccleſia tanquam pædagogus imperfectorũm,in eam ſenſim perfectionem, quę eſt in Chriſto Ieſu,adducens. Quin non tantum infirmis,ſed & perfectioribus,ac iam tota mente Deo vacantibus, diebus feſti ab omni opere externo ceſſandum eſt: Tum ad conſeruandam eccleſiæ diſciplinam, tum ob vitandum ſcandalum, tum denique vt animus ab omni corporea actione auocatus, alacrior ac ardentior in Dei contemplatione aſſurgat.

Chriſtus non abrogauit externũ ſabbatum.

Quib⁹ modis externum ſabbatũ ſanctificetur.

SAnctificant ergo(vt ſuperius meminimus)hoc externum ſabbatum. In primis, qui die dominico,diuinæ vacationi deſtinato, ſe totos huc conferunt,vt ſi quid per cæteros dies ex humanis negotiis contractum eſt labis,id vt diluant ac cũ Deo in gratiam redeãt,& ſi quid cum quoquam ſimultatis habeant, ex animo reiiciant,& ſic Deum ab omni odio puri, & ab omni crimine requieti,ingrediantur domini templum,to-

Et cũ Deo & cũ proximo in gratiã redeundũ.

tos ſe ad Dei laudem componentes. Sic enim ſabbatizandum
Matth.11 iuſſit Chriſtus quũ ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus veſtris.

Roma.12 Deinde, rectè ſanctificant ſabbatum,qui eo die corpora ſua exhibent hoſtiam viuentem,ſanctam, Deo placentẽ,qui mortificant membra ſua quæ ſunt ſuper terram, hoc eſt ſuos affectus carnales mactant,ac igne ſpiritali abſumunt,qui cor con-
Pſal.50. tritum & humiliatum ad Deum adferunt. Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus. Qui propoſitum certum faciunt, deinceps ab omni opere ſeruili,hoc eſt ab omni peccato abſti-
Ioan.8. nẽdi. Quòd omnis qui peccet ſeruus ſit peccati. Prętereа ſab-
Chryſoſt. in Ioã. homil.2. batum ſanctificant, qui eo die neglectis omnibus præ ſtudio audiendi & diſcendi verbum Dei in eccleſiã properant,vt ex ore ſacerdotis diſcant Euangelium & voluntatem Dei:qui ex eccleſia redeuntes interpretationem Euangelij auditã domi repetunt,ac veluti ruminant:qui auditum verbum neq; leuiter tranſmittũt,neque ſpinis cupiditatũ huius ſeculi enecant, neq; diabolo ſuffocanti verbi ſemen aditum præbent,ſed au-
Matth.13 ditum verbum cum Maria in corde recondunt ac cõferũt vt
Lucæ.2. fructum permanentem faciant. Ad hęc,ſabbatum ſanctificant, qui Dei beneficia in ſe collata cum ſumma gratiarum actione rememorãt, & præſertim qui ſummi illius beneficij (cuius ſignum eſt,ſabbatum noſtrum) nimirum paſſionis ac reſurrectionis Ieſu Chriſti piam agũt memoriam:qui diuinis etiam ſacramentis, & potiſſimum (quod Chriſtus in ſui commemorationem inſtituit)communicant:qui non ventris,ſed animę
Ambroſ. ſermo.1. ſolicitudinem gerũt. Neq;enim facile excuſare ſe poteſt,qui quum ſacramentorũ die prandium domi ſibi pręparauit, prãdium celeſte contemnit,& ventris curam faciens animæ ſuæ negligat medicinã. Verùm ne hic duriores videamur,ſi hæc eſt præſentium temporum conditio,vt non facile in vſum reuocari queat aſſidua illa ſacramentalis communio,quæ olim ſingulis diebus dominicis ſumma cum pietate fiebat, ſaltem hoc requirimus,vt his diebus tota miſſa à non impeditis deuotè audiatur,vtque ſaltem ſacræ doctrinæ,præcationis,laudis, & gratiarum actionis communio ſpiritualis celebretur.

Præterea ſabbatum ſanctificant,qui toti in Dei laudem & gratiarum actionem diebus feſtis profuſi ſunt. Nam hoc eſt ſacrificium laudis, quo honorificari vult dominus, Pſal.49. Ad
Coloſſ.1. quod etiam Paulus inuitat,quum vult,vt ſimus commonẽtes

noſ-

noſmetipſos in pſalmis & in hymnis & cãticis ſpiritualibus in gratia cantãtes in cordibus noſtris Deo. Deniq;, recte ſanctificant ſabbatum, qui ad exemplum Chriſti domini ſui ope ribus miſericordiæ erga proximum exhibẽdis, feſtis potiſſimum diebus toti incumbunt. Sic enim Chriſtus ſabbato para lyticos curabat, cęcos illuminabat, aridos reſtituebat, ac quibuſlibet morbis oppreſſos ſanabat. Qui & teſtatur, Deũ miſericordiam velle, & non ſacrificium: quin hoc eſſe ſacrificium Deo placens, ſi à fratre noſtro neceſſitatem patienti, viſcera noſtra non claudamus. Si (vti dominus apud Zachariam cap. 7. iubet) vnuſquiſque cũ fratre ſuo miſericordiam & miſerationes faciat. Et quod apud Nehemiam & Eſdram præcipit: Si mittamus partem his, qui non præparauerunt pinguia, & mulſum, quia ſanctus dies domini. Recte ergo diuus Ambroſius monet vt in feſtiuitatibus & delictorum fæce nos purgemus, & eleemoſynam faciamus largiorem, ne extranei ſint a limoniis, qui fratres ſunt in ſacramẽtis. Quale enim, vt ſubiicit, erit, ſi in vna eademque domo inter ſeruulos vnius domini alter exultet in holoſericis, alter conſumat in pannis, alter æſtuet cibo, alter famem, frigusq; ſuſtineat. Sed iam videamus, quibus modis in præceptum peccetur.

Matth. 9 · *1. Ioan. 3.* · *Nehe. 8.* · *Ambroſ. ſerm. 14. de Natali domini.*

Peccant itaq; in hoc præceptũ, qui aliquid operis externi (quod quæſtus gratia ſolet exerceri) faciunt, veluti ſunt arare, fabricare, negotiari, niſi tamen excuſet aut magna neceſſitas aut magna vtilitas. Nam cùm ſemper Dei cauſa cæteris rebus longe anteponẽda ſit, & quotidie pietati ſtudendũ, quis nõ videt ſcelus eſſe, nolle vt vel diebus dominicis externa cedant rebus internis, quum huc pariter inuitent & Apoſtolorum inſtitutio, & populi Chriſtiani ſolennis cõuentus, ſacra etiã lectio, ſacra concio, ac religioſi ritus à patribus inſtituti? Numeri 15. legimus, eum hominem qui ligna collegerat in die ſabbati, oblatum Moſi, Aaron. & vniuerſæ multitudini, iuſſu domini lapidibus obrutum eſſe, extra caſtra. Exodi quoque 14. narratur, quàm grauiter peccauerint, qui contra mandatum domini abierunt colligere mãna in die ſabbati. Quanto ergo magis putandum eſt, eos grauiſſime peccare, qui negotiationibus diebus feſtis toti incumbunt? Nec videamus, qui excuſari poſſint magiſtratus, qui non prohibet hiſce diebus haberi nundinas, & patere cauponas, quum hic palàm in hoc præceptum committatur non ſine graui indigna-

Peccãt in hoc præceptum. · *Nũdinas diebus feſtis haberi ſcelus.*

tioneDei. Deinde impingunt in hoc præceptum,qui diebus
Choreæ. feſtis ſpectaculis,ludis,aleę,ſaltationib⁹,aut choreis ſunt intéti,qui comeſſationibus,ebrietatibus,ſumptibus vacãt,qui colloquiis prauis,ac turpibus cantilenis diem ſanctum con-
Carthag. ſpurcant,quos Carthaginenſe & Toletanum Cõcilium ex-
Toletanũ cõmunicandos decernũt. Non enim ſolẽnitates & feſta ideo
Chryſ.ho inſtituta ſunt,vt turpitudini ſeruiamus,ſeu vt delicta cõgre
milia in 1 gemus,ſed vt illa prorſus abiiciamus. Nec ideo ĩſtituta ſunt,
epiſtol.ad vt ea ciborũ abũdantia,ſed ſpiritus exultatione celebremus.
Cor.c.11. Et qui fieri poteſt, vt in choreis ſabbati ſanctificatio ſerue-
Am.li.3 tur,vbi intuta verecundia,illecebra ſuſpecta eſt? Nemo enĩ
devirgini (vt dixit quidam ſeculariũ doctor)ſaltat ſobrius,niſi qui in-
tate. ſanit. Quòd ſi iuxta ſapiẽtiã ſecularem,ſaltationis,aut temulentia author eſt,aut demẽtia,quid diuinarum ſcripturarum cautũ putamus exemplis? Quum Ioannes Chriſti prænũtius ſaltãtis optione iugulatus exẽplo ſit, plus nocuiſſe ſaltationis illecebrã,quàm ſacrilegi furoris amentiã: & qui fieri po
2.Reg.11 teſt,vt à ſpectaculis quis illæſus euadat, quum Dauid ex eo quod vidit Berſabeam lauantem ſe,prouocatus ſit ad libidi-
Gene.34 nem? Et Dina tabernaculum patris egreſſa, tantum vt filios Sichem ſpectaret,ſpectata ipſa vitiũ paſſa ſit. Et quid eſt(in-
Theatrũ. quit Chryſoſtomus)in theatro,niſi riſus ineptitudo, diabolicus faſtus,effuſio temporis,impẽdium & ſuperflua dierũ cõſumptio, malæ cupiditatis inductio,adulterij meditatio, intemperãtiæ ſchola,turpitudinis exhortatio,riſus materia,inhoneſtatis exemplar? Neque tamen hi tantũ qui choreis indulgent ac theatris intendunt,in hoc præceptum peccãt,ſed etiã qui tametſi in eccleſiã diebus feſtis ſe recipiant & ceremoniam obſeruent,ſpiritu tamen,ea ipſa ob quę conuenitur, nõn perficiunt,quos dominus apud Eſaiam cap.29.deſignat, dicens:Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum lõge eſt à me. Quin apud Hieremiam 48. is maledictus pronuntiatur,qui opus Dei facit negligenter. Nam hoc demũ bonũ eſt,vt Michæas cap.6.teſtatur,ſi ſolicitus ambules corã Deo tuo. His vero grauius peccãt,qui in templis diebus feſtis deambulant,de rebus prophanis,ſæpe etiã vanis ac turpibus ſinẽ vlla Dei reuerẽtia ac veneratione confabulantur. Qui ne ſuum delictum leue eſſe putent, recolant Chriſtum, Ioan.2. facto de funiculis flagello,eieciſſe emẽtes & vendentes de tẽplo,& menſas nummulariorũ ſubuertiſſe, ac dixiſſe:Domus

mea,

mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Peccant itidem in hoc præceptũ, qui diebus feſtis Dei verbũ & ſacrũ non audiunt: item, qui nõ orant nec Deo ſpiritu ſeruiunt. Deniq;, internũ ſabbatum prophanant, qui ſe Deo nõ totos ſubmittũt: qui non ſic omnia ſecũ agi velint, vt vult ipſe Deus: qui ſeipſos vlciſcuntur: qui non audiunt quid in eis loquatur Deus, ſed ſuos affectus ſequuntur, & ſi quid in ſpeciẽ boni agunt, veluti qui orãtes aut ieiunantes aut eleemoſynam facientes, huc ſe magis humano ductos affectu, nimirum eo fine, vt cõſpiciantur ab hominibus, quàm per Spiritum ſanctum, hoc eſt charitatem Dei & proximi concitatos, agnoſcunt. Itidem peccant, qui non commodant proximo neceſſitatem patienti, quum poſſunt.

In tribus prioribus præceptis tota vis chriſtianiſmi cõprehenditur.

EX his omnibus vides quanta & quàm non leuis momẽti ſint ea, quæ præcepta primæ tabulæ docẽt: quibus certe tota vis Chriſtianiſmi, veluti breui quodam compendio comprehẽditur, quæ & in hoc tertio precepto myſticè intellecto in vnum quiddam redigitur: Nempe, vt animã noſtram odiamus, noſipſos abnegemus, ac toti nobis diffiſi, ad pedes Chriſti ſedeamus, verbum illius audiamus, fide, ſpe & charitate erga Deum inardeſcamus, ac Dei ductibus obſequamur, fructũ bonorum operum in Deo facientes & mãdatũ eius obſeruãtes. Atque hæc omnia ſic cohærẽt, vt qui vnum habet omnia habeat, & qui vno caret, careat quoq; cæteris. Habet enĩ doctrina Chriſtiana (ſicut & cæteræ) plurima dogmata, habet fides cõplures articulos, ſed omnia tãdem rediguntur in vnũ, hoc eſt in ſpirituale ſabbatum, quæ eſt charitas de corde puro & conſciẽtia bona & fide non ficta, diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, finis & adimpletio legis per quam Chriſtus ſalus, & vita noſtra, principiũ item & finis legis, mẽtes noſtras inhabitat. Porrò quũ tanta ſint quæ his præceptis continentur, quis non videt ea hominem ſuis viribus nequaquam præſtare poſſe? quum nullum hominẽ in hac vita eadẽ perfectè vnquam preſtitiſſe conſtet. Aliam ergo quàm ex nobis viam, Chriſtus commõſtrauit, qua eadem à Deo, qui hæc ſolus operatur in nobis pro noſtro modulo adipiſcamur, quę eſt ardens & fidelis ad Deũ oratio. Cõſtat enim nos id quod primo præcepto exigitur in oratione dominica, tum precari quum dicimus, Sanctificetur nomen tuũ. Itidem quod ſecũdo præcipitur, quũ dicimus: Adueniat regnum tuũ. Deniq;

In doctrina chriſtiana omnia rediguntur ad vnũ, id eſt ſpirituale ſabbatum.

1. Tim. 1.

Aug. de litera & ſpiritu. ca. 26.

Oratione conſequimur, vt primę tabulæ obſequamur.

quod tertio iubet̃,quũ dicimus,Fiat volũtas tua ſicut ĩ cælo & in terra,vt pulcherrimè hæc oratio ad Decalogũ quadret.

SECVNDA TABVLA, QVAE PROXIMORVM DILECTIONEM RESPICIT.

QVARTVM PRAECEPTVM.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, & eris longæus in terra.

INter præcepta ſecundæ tabulæ non immeritò primum eſt quod de honore parentibus tribuendo conſtituitur. Conueniebat enĩ,vt poſt pręcepta primæ tabulæ,quibus ad Deũ ordinamur, ipſumq; ſuper omnia amare ac colere iubemur, præceptũ de honorandis parẽtibus(qui Dei loco ſunt)proximè ſubſequeretur. Vt autẽ intelligas,quàm latè ſe hoc pręceptum porrigat,nõ noſſe oportet,quinam veniant appellatione parẽtum in ſcripturis. In primis itaque parentes propriè ſunt,qui nos carnaliter genuerunt,quibus poſt Deũ hoc debemus,quòd ſumus,de quibus Eccleſiaſt. 3.dicitur: Qui timet Deum,honorat parẽtes,& quaſi ſeruiet his qui ſe genuerunt. Deinde parẽtes dicũtur,qui nobis prælati ſunt ac pręſident. E quorum numero primi ſunt animarum præfecti,ſacerdotes ac paſtores. Hos enim recte quis dixerit patres,nẽpe ſpirituales,quemadmodum Apoſtolus 1.Corint.4.ait? Nõ vt confundam vos,hæc ſcribo,ſed vt filios meos chariſſimos moneo.Nam ſi decem millia pędagogorum habeatis in Chriſto,ſed non multos patres,nã in Chriſto Ieſu per Euangeliũ ego vos genui. Et iterum Galat.4.Filij mei quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. De quibus etiam potiſſimum dictum eſſe videtur:Interroga patrem tuum, & dicet tibi:maiores tuos,& annuntiabunt tibi.Proximè & ſecundũ ſacerdotes & paſtores, ſcriptura magiſtratus ciuiles, qui gladij poteſtatẽ habent, parentum loco ducit.Sic 4. Regum 5.legis famulos Naaman principis,dominũ ſuum patrẽ appellaſſe:Pater,inquiunt,ſi grandem dixiſſet tibi rem propheta,facere debuiſſes. Breuiter, quicunque nobis præſunt, ſiue publicè, ſiue priuatim, rectè patres appellantur, quales ſunt omnes,quorum imperio paremus,& quos dominos vocemus.Denique,qui quãcunque noſtri curã gerũt,veluti tutores,

Parẽtum appellatione qui veniant.

Carnales.

Spirituales.

Deut.32.

Magiſtratus.

Qui nobis imperant publicè vel priuatum.

tores & curatores, præceptores & pædagogi: nam quũ in paternum officium ſuccedant, iuſtũ eſt, vt & noméclaturæ honorem ferant. Quamobrem apud Romanos pulcherrimo vocabulo vocati ſunt patres familias & matresfamilias, qui domui & toti familiæ præſiderent, Principes verò etiam patriæ patres appellati ſunt. Præterea non repugnamus, vt & quoſcunque ſeniores, qui nos annis anteſtant (præſertim modò vitæ inculpatæ ſint (patres appelles. Ad omnia ergo hæc parentum genera hoc præceptũ porrigitur, quãuis ordine quodam, eſtque inter ſequẽtia præcipuum & primum in promiſſione, vti Apoſtolus ait. & nos latius exponemus.

Principes patriæ patres.

Seniores.

IVbet verò Deus vt honore parentes afficiamus. Honor tria complectitur, nempe amorem, obedientiam, & reuerentiã, quæ vt parentibus nõ tantum affectu, ſed & re ipſa & affectu exhibeamus, id Deus à nobis hoc mandato requirit. Parentes ergo, ex quibus prognati ſumus, poſt Deum intimo ac ſupremo amore proſequemur & amplectemur, cogitantes eos non tantum eſſe proximos noſtros, quos ſicut nos diligẽter præcipimur, ſed & vitæ noſtræ cauſam, qua ex parte in eis quoddã diuinæ maieſtatis veſtigium adũbratur. Vnde quicquid ſummus ac ſyncerus amor poſtulat, hoc totum in parẽtes ex animo perfundere, eoſdémque & animi & corporis bonis, quod in nobis eſt, cumulare debemus. Quamobrem ſi parentes habeas, in quibus pietatem deſideres, ſumma ope niti debes, vt eos non quidem acerbè, ſed reuerẽtiſſimè admonitos ad Chriſtum ac pietaté trahas, vt de Dei voluntate inſtructos, ex malis bonos efficias, quod pleroſque ſanctorũ pĩetiſſimo ſtudio feciſſe legimus. Deinde cura eorũ quammaxima habenda eſt, ne quid eis quod ad corporalem neceſſitatem attinet, deſit. Potentiſſimum exemplum filialis amoris erga parẽtes Chriſtum habes, quem Euangeliſta memorat, etiam dum in cruce poſitum, & crudeliſſimè tractatum ſub inſtantem mortem dilectiſſimæ matris, non ſine affectu longe omnium piẽtiſſimo memoré fuiſſe, eádemque virginem diſcipulo virgini cõmẽdaſſe. Tobias quoque iunior, quàm fuerit in patrem pius, hiſtoria, quæ Tobię inſcribitur, declarat; nam & manuum ſuarum labore patrem ſuũ ſenem & luminibus orbum educauit. Quod exemplũ omnibus imitandũ eſt. quibus ſunt parentes eorũ ope indigentes, his enim victũ atque alia omnia ad vitã cõmodè traducendã neceſſaria, hilariter ſuppeditare debent,

Honor tria complectitur.

Parẽtes carnales quomodo amandi.

Parentes Dei loco.

Parentes impii ad pietatem adducẽdi.

Tales legimus de ſãcto Panthaleone martyre.

Exemplũ pietatis in parentes.

Chriſtus. Ioan. 19.

Tobias.

Hãc legẽ Chriſtꝰ ſpiritualẽ eſſe docet cui credere debeãt quæuis externa. *Sũma religio pietas in parẽtes.*

nec vllam cauſam parentũ ſaluti anteponere. Accerrimè Chriſtus increpat Phariſæos, qui auaritiæ ſuæ religionẽ prætexentes filios à pietate in parentes auertebant, docentes eos matri vel patri indigentibus, vt dicerent, Corban, quod eſt, donum quodcunque ex me tibi profuerit: nec permittebãt eos quicquam facere patri ſuo aut matri, reſcindẽtes verbum Dei per traditiones ſuas. Certè maxima religio eſt, parẽtes pauperes, exules, ſenes & pios cõplecti, illiſq; modis omnibus ſuccurrere, nam hæc eſt Dei voluntas hoc præcepto declarata. Debes autem benefaciendo parentibus ſic affectus eſſe, vt quantumcunque benefeceris, nunquam te feciſſe ſatis exiſtimes. Atque interim Deo maximas gratias agas, quòd tibi hũc affectum de parentibus benemerendi donauerit.

Quæſtio.

SEd dices, Si hęc ita ſe habẽt, quid ſibi vult, quod Chriſtus ait Lucæ 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus? Et iterũ Matth. 10. Veni ſeparare hominẽ aduerſus patrem ſuum & filiam aduerſus matrẽ ſuam. Et quod Chriſtus Lucæ 9. volenti prius ſepelire patrem ſuum, antequam eum ſequeretur, dixit: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos?

Dilutio. *Amor dei amori parentũ anteponẽdus.*

Reſpondemus, ipſum Chriſtum te hiſce locis docere, quidnã velit, vt interprete nõ ſit opus. Sic enim inquit apud Matth. cap. 10. Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me, nõ eſt me dignus. Quin ad eũ modum nõ tantum qui parẽtes, ſed & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Qui amat animam ſuam, hoc eſt vitam iſtam tẽporalem, plus quàm Chriſtum hic (Chriſti teſtimonio) non eſt Chriſto dignus.

Ordo dilectionis.

Primus enim dilectionis gradus ad Deum & Chriſtum ordinãdus eſt. Deinde parẽtes & cæteri ſuo quique ordine diligendi: Nam ſi officium parẽtibus exhibendum eſt, quanto magis authori parentũ, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes? Amandus eſt pater, ſed præponendus eſt Creator: debetur affectus parentibus, ſed maius obſequium ſalutis debetur authori.

Quo odio impij parẽtes proſequendi. *Matt. 11.*

Ergo parẽtes quantumcũque alioqui amandi, relinquendi ſunt, ſi impediant deuotæ mentis affectũ, relinquendi quidẽ nõ odio perſequutionis, ſed diſsimulationis pietatis, non crudelitatis. Abſit enim, vt Chriſtus, qui dixit, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, amarulentũ odiũ filiis in parentes mãdauerit. In ſumma, quum licet parentes ſimul cum Deo colere, proximè poſt Deum

Deũ colẽdi ſunt:ſi vtrunq; cũ animæ ſalute fieri non poteſt, dicẽdũ eſt patri & matri, Neſcio vos, & fratribus ac filiis ignoro vos. Debet enim copula terrenæ cognationis agnoſci:ſed ſi curſum mẽtis præpedit ignorari, debet affectus in parẽtes viſcera mẽtis implere, ſed à ſpirituali propoſito non auertere.

Quatenus copula terrenæ cognationis agnoſcenda.

SEcundò, quum Deus iubet honorari parentes, obedientiã præcipit. Obedientia omnium virtutum mater eſt, & iuſtitia vniuerſalis, cuius primns gradus eſt, poſt Deum obedire iudicio & authoritati parentũ. Audi (inquit Salomon) fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuę, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Exempla ſanctorũ habes innumera, quæ huc te cohortãtur. Iſaac figura Chriſti, triginta iam annos agens, patri ſe colliganti non reſtitit, imò & ad immolandum quoque ſe, copiam ſui fecit, quanuis non ſine diuino inſtinctu. Rechabitæ iuſſu Benadab patris, abſtemij facti ſunt. Sed quid homines mortales referimus? Chriſtus Ieſus Dei & hominis filius Ioſeph & Mariæ parẽtibus ſubditus fuiſſe legitur. Deus ſeruulis, imò Ioſeph nõ alia ratione, quàm quòd eſſet pater opinione ac lege, non natura.

Obediẽtia parentibus debita, & quæ.
Prouer. 1.
Exempla obediẽtiæ erga parẽtes.
Gene. 22.
Hiere. 35.
Chriſtus.
Lucæ. 2.

POſtremò, Deus non tantum requirit, vt obedientiam, ſed & honorem (quod eſt ſummum vtique obedientiæ opus) parentibus præſtemus. Honor in eo cõſiſtit, vt magnificè de parẽtibus ſentiamus, vt eos honorificẽtiſsimè colamus, ipſorum iudicio & authoritati plurimũ tribuentes ac deferentes. Nunquam autẽ cõtemnamus aut vilipẽdamus, etſi pauperes, ſenes, capulares, aut etiã deliri ac moroſi fuerint. Quibuſlibet enim vitiis nomen patris & matris anteponendũ eſt, nec quales parentes, ſed quòd parentes habeamus, æſtimandum. Nam vt in maximam claritudinem perueneris, patri etiam ignobiliſsimo, hanc claritudininem acceptam referre debes: cui poſt Deũ debes, quòd es. Ioſeph ille in Aegyptũ vẽditus, ac dein Dei prouidẽtia ſublimatus, vt eſſet primus poſt regem, quãto honore proſequutus ſit patrem Iacob deſcendentem ad ſe in Aegyptum, quanta celebritate in Aegypto defunctum extulerit, ac ad patres in terra Chanaam appoſuerit ac ſepelierit, cap. Gene. 46. 47. & 48. legimus. Solomon matri ſurgenti aſſurrexit, eamque adorans, iuxta ſe in ſolium regium collocauit. Fili (inquit Sapiens) ſuſcipe ſenectutem patris tui: & ne contriſtes eum in vita ſua: ſi defecerint ſenſus ſui, da veniam ei: & ne ſpernas illum in virtute tua. Et iterum: In opere &

Honor parẽtibus debitus.
Honor parẽtibus in quo conſiſtat.
Nõ debemus eſſe cæcuti in parentũ vitia aut ignobilitatem.
3. Reg. 2.
Eccle. 3.

ſermone & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo. Debent autem hæc tria, nempe amor, obedientia & honor parentibus, non tantùm externo quodam apparatu, ſed ſynceriter & ex intimo cordis affectu exhiberi propter Deum, queádmodum diuus Paulus ait Ephe.6. Filij, obedite parentibus veſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt: Honora patrem & matrem tuam, quod eſt primũ mandatum in promiſsione, vt bene ſit tibi, & ſis longęuus ſuper terrã. Item, Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in domino.

Honorãdi parẽtes in timo mentis affectu

Ephe.6.

Debes autem eadem illa tria, amorem ſcilicet, obedientiã & reuerentiam, & cæteris, qui in patris officium & nomenclaturam ſuccedũt. In primis autem patribus ſpiritualibus, qui ſunt animæ parẽtes: hi enim præcipuo quodam dilectionis affectu diligi debent, quale teſtimonium diuus Paulus Galatis præbet, quòd ſcilicet ſi fieri potuiſſet, etiam oculos ſuos eruiſſent, & dediſſent ei. Quamobrem ante omnia curãdum eſt, vt eorum neceſsitati ſuccurratur, vtque ipſis, quę ad victum pertinét, idque abundè, libenter, & ex animo ſuppeditentur. Quemadmodũ Paulus 1. Corint. 9. docet: Quis (inquit) militat ſuis ſtipẽdiis vnquam? Quis paſcit gregem. & de lacte gregis non manducat? Neque enim magnum eſt, ſi qui ſpiritualia ſeminant, temporalia etiam metant. Et rurſus: Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Quin & lex vetus præcipit, non alligandum os boui trituranti. Quod vtique non boum cauſa, ſed propter nos dictum eſſe conſtat. Eccleſiaſtici quoque cap. 7. legis: Honorifica ſacerdotes, & da illis partẽ, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis. Et huc faciunt, quæ de decimis & primitiis in domum Dei deferendis, Exodi 22. ac 23. Leuitici quoque 27. & Numeri 18. præcipiuntur.

Patres ſpirituales diligendi.

Galat.4.

Ante omnia ſuccurrẽdum neceſsitati patrum ſpiritualium.

Decimæ.

Primitiæ.

Deinde, debetur ipſis obedientia, quemadmodũ Apoſtolus ad Heb. cap. 13. teſtatur: Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem de animabus veſtris reddituri. Et Chriſtus monet, etiã Phariſæis ſedẽtibus ſuper cathedrã Moſi, obediẽdum eſſe: Quæ, inquit, dicunt, facite, ſecundum opera verò illorũ nolite facere. Porrò vt eccleſiæ præſides duplicem clauem à Chriſto acceptam habere debẽt poteſtatis ſcilicet ac ſciẽtię ſeu diſcretionis, ſic par eſt, vt ipſis, quod ad vtranque clauẽ attinet, pareatur.

Obediẽtia debita patribus ſpiritualibus.

Matt.23.

Clauis poteſtatis.

tur. Quemobrem cum publicè criminoſos,contumaces ac ecclesiæ rebelles excommunicationi illigant,cēſura ipſorū nō aſpernenda,ſed modis omnibus obſeruanda eſt,donec in eccleſiæ gratiam redeant excōmunicati,quēadmodum Apoſtolus docuit 1.Corint.5.&.2.Corint.2.Rurſus par eſt,vt conſtitutionibus & ordinationibus eorū ad eccleſiæ decorem,diſciplinam & tranquillitatem editis,reuerenter pareatur.

Non ſpernendæ cenſuræ eccleſiaſticæ. Clauis ſcientiæ.

SEd hic pugnāt nobiſcū nouatores,qui eccleſiaſticas conſtitutiones,veluti humana quædā figmenta irrident,atq; adeò vt damnabiles aſpernantur.Qui ne quēpiam decipiant, ſeu perſuaſione ſua eccleſię minus obtemperantem aut rebellem faciant,noſſe oportet,quatenus conſtitutiones illę eccleſiaſticæ obligent,&quatenus ſeſe earū vis porrigat.In primis itaque conſtat ex cōſtitutionibus ſeu traditionibus eccleſiaſticis,neque vim iuſtificādi pēdere,neque cæremoniis externis,quāuis piis,remiſſionem peccatorem aut ſalutem deberi. Quamobrē qui in operibus eiuſcemodi legum eccleſiaſticarum,ſuam ſpem ſalutēmque cōtineri putaret ac collocaret,is grauiter erraret. Et in hanc ſentētiam Paulus dānat circunciſionem:Ecce(inquiens)ego Paulus dico vobis, quòd ſi circuncidamini,Chriſtus vobis nihil proderit, quū tamen ipſe nihilo ſecius Timotheū circunciderit.Damnat quoq. ciborū delectum ac dierum diſcrimen,quum inquit:Nemo vos iudicet in cibo vel in potu,aut in parte diei feſti,aut neomenię, aut ſabbatorū,quum tamen interim ipſe legatur cōtinētiſſimè vixiſſe,& ſabbatū etiam externum ſanctificaſſe. Ergo nō aliter haſce etiā cæremoniales Iudaiſmi leges damnat Apoſtolus,quàm ſi eis iuſtificationis ac ſalutis vis(quæ ſoli Chriſto tribuenda eſt)aſſcribatur. Deinde conſtat externam tantum obſeruationē harum conſtitutionē coramDeo inutilem eſſe,niſi & animus accedat, qui eiſdē vtatur ad finē pietatis, ad quam ſint inſtitutæ. In quā ſententiam Deus apud Eſaiā dixit(quod & Chriſtus repetit) Fruſtrà colunt me mandatis hominum. Et tamen alibi Chriſtus vult, vt & hæ conſtitutiones(ſed vt diximus ad ſuum finem)obſeruentur,ſic tamen, vt his quæ præcipua legis ſunt,poſtponātur,quū inquit,Oportet quidem hæc facere,illa verò non omittere.

De conſtitutionibus humanis quid ſentiendum. Vis iuſtificā li detrahitur cōſtitutionibus eccleſiaſticis. Galat.5. Act.16 Coloſſ.2. 2.Cor.11 Acto.21 Cōſtitutiones humanæ inutiles,niſi eis ad pietatē vtamur. Eſaiæ.29 Matth.15 Matt.23.

IAm ſi quæratur,peccet ne ſaltē grauiter, qui receptos eccleſiæ mores,aut eccleſiaſticas cōſtitutiones violat? Reſpōdendum eſt,eiuſcemodi conſuetudines ſeu cōſtitutiones nō

An criminaliter peccet,qui violat conſtitutiōes humanas.

NN ij

Augu. ad Ianuariū. ca. illa. 12 diſtinct.

vuius generis eſſe, nam aliæ ſunt, quę toto terrarū orbe obſeruantur, à patribus acceptæ, quales ſunt de annua Quadrageſima celebranda, de diebus paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis in cœlum, Pentecoſtes, & id genus aliis diebus feriandis. Has certè & ſimiles cōſuetudines ſeu cōſtitutiones in ſanctū ac pium finé cōſtitutas, ac à tota eccleſia receptas, nemo ſine

Roma. 13

Obediendum propter conſcientiam

reatu peccati (niſi vel magna neceſſitate vel vtilitate excuſetur) violauerit, quin tales cōſtitutiones temerè pręuaricātes, & in hoc & in præcedens præceptū delinquunt, quemadmodum ibi fuſius oſtendimus. Nec mirum, nam ſi obediendū eſt magiſtratibus prophanis, non ſolum propter iram, ſed etiam propter cōſcientiam, hoc eſt ne conſciētia polluatur peccato mortali, atque hoc obtinet in legibus ciuilibus, quæ tantū ad retinendā ciuilem politiam & rerū proprietatem muniendā, ordinatæ ſunt, quāto magis peccato ſe inuoluunt, qui eiuſcemodi eccleſiaſticas conſtitutiones ſeu mores tam ad cōſeruationem & augmētū pietatis quàm eccleſiæ decorem, diſciplinam & tranquillitatem proditas ac receptas temerè violant.

Dei authoritas nō minori periculo cōtēnitur in prælatis, quā in magiſtratibus.

Chryſo. in lib. de ſacerdotio.

Ambroſ.

Nec enim Deus minus nos ſubiecit eccleſię præſidibus quā prophanis magiſtratibus, nec minori periculo Dei authoritas in eccleſię miniſtris, quàm in magiſtratibus cōtemnitur, pręſertim quòd horum miniſterium incomparabiliter maius ſit quàm illorū, vt diuus Chryſoſt. in libris de ſacerdotio grauiter oſtendit, Ambroſio etiā cōteſtante, dignitatem ac miniſterium ſacerdotale regali tantū præferendum eſſe, quantū aurū argento, aut etiam ſol lunę præſtat.

Nō humana authoritas, ſed inobedientia nos peccato inuoluit.

Proinde vt nō eſt cōſequens, eū non peccare mortaliter qui magiſtratibus nō obtēperat, quòd leges ciuiles vim iuſtificādi non habeāt. Ita nō cōſequitur, eum criminis reū nō eſſe, qui cōſtitutiones eccleſiaſticas temerè violat, etſi in eis baſim ſalutis cōſtituere haud oporteat. Ipſa enim inobedientia (quàm execratur Deus) nos delicti reos facit.

Acto. 14.

Scādalum quoque reos facit violatores receptæ conſtitutionis eccleſiaſticæ.

Certe nō fruſtra Paulus Apoſtolus, perambulans Syriam & Ciliciam, & cōfirmās eccleſias tanto ſerio præcepit cuſtodiri præcepta Apoſtolorū & ſeniorū, nō abſoluturus (vt putamus) à crimine, quos reperiſſet peruicaces trāſgreſſores. Et vt inobedientiæ nota ceſſet, ſcandali tamen ratio nō permittit vt à crimine immunis ſit, qui cōſtitutiones ſeu conſuetudines publicè receptas cōtēnunt ac irridēt. Nam & Paulus paſſim iubet ne faciamus quippiā, in quo frater noſter, offendi, ſcandalizari, aut infirmari poſſit, quin ſe

carne

carnes potius in æternum non manducaturum conteſtatur, quàm offendat fratrem. Porrò planè ſtupidi ſunt qui eccleſię præſidibus poteſtatem cōdendarum cōſtitutionum ad pietatem conducibiliū abrogant, quum Paulus iubeat, omnia in eccleſiis ordine ac decēter fieri. Conſtat etiam ipſum Apoſtolum eiuſcemodi ordinationes quāplures feciſſe, quales erāt, vt mulieres velatę eccleſiam intrarent. Itē, vt ordo in lectionibus in eccleſia obſeruaretur. Quibus tātū etiam tribuit, vt immorigerum aut contradicentem non videretur laturus. Si quis, inquit, vult contētioſus eſſe, nos talem cōſuetudinē non habemus, neq; eccleſia Dei. Quæ de cōſtitutionibus ſeu moribus eccleſiæ vniuerſalis dicta ſuffecerint. Sūt & aliæ cōſtitutiones particulares, quas per ſingulas diœceſes ſinguli epiſcopi promulgant, quarū finis ſi fuerit pietas ſeu eccleſiæ honeſtas & tranquillitas, eandē planè habent cum prioribus rationē, ſic ſcilicet, vt ſine peccato in ea diœceſi, ī qua promulgatæ ſunt, niſi tamen iuſta cauſa ſubſit, prævaricari non poſſint. Idem de variis eccleſiarū moribus ſentiendum eſt. Nam mores ſingularum eccleſiarū in ſingulis eccleſiis omnino cuſtodies, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi, quēadmodum diuus Ambroſius Auguſtinum docuit. In moribus autem ſimpliciter adiaphoris, alia ratio eſt, veluti eſt, ꝙ alij ex more diē Mercurij ieiunant, alij non, alij quotidie cōmunicant corpori & ſanguini domini, alij certis diebus. Totum enim hoc genus liberas habet obſeruationes: quod enī neque cōtra fidem catholicam, neq; cōtra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruandū. Interim nō negamus pręſidibus eccleſiaſticis (ſi quid cōtra Dei mādatū, quod abſit, pręcipitur) nō eſſe parendū, quòd oporteat magis obedire Deo quàm hominibus. Tale erat, quod olim in Iudaiſmo ſcribę & phariſęi docebant potius eſſe, vt parētes egeſtate laborarēt, quàm vt filij neceſſitati eorū ſuccurrētes, tēplo de oblationibus aliquid ſubtraherēt. Quòd autem hodie quidam fingunt traditionem de perpetuo cœlibatu ſacerdotum aut monachorum, in his etiam qui perpetuā caſtitatē non coacti nec temere, ſed animo deliberato ſunt profeſſi, eiuſdē generis eſſe, id quale ſit, in proximum præceptum adnotauimus.

SEd vt vnde digreſſi ſumus reuertamur, præter amorem ac obediētiam, eccleſiæ miniſtris nō vulgaris veneratio de-

Rom.14. *Apud eccleſiæ præſides authoritas ſtatuendi.* *1.Cor.14* *1.Cor.11* *1.Cor.14* *Varij mores eccleſiarum.* *ca.illa.12 diſtinct.* *Acto.5.* *Matt.15.* *Eccleſiæ miniſtris debetur veneratio.*

betur.Idq́ue eius muneris ac miniſterij gratia quod in eccleſia gerunt: Nam par eſt, vt omnes homines hoc miniſterium ſumma cum pietate venerentur, ac operam etiam dent, vt cõſeruetur ac ornetũ. quòd nihil ſit niſi repręſentatio eius mi-

Ioan.20. niſterij, quod geſſit Chriſtus, ipſo atteſtante, cũ ait: Sicut mi

Matt.10 ſit me viues pater, ita mitto vos. Et alibi: Qui recipit vos, me

1.Tim.5 recipit. Proinde Apoſtolus 1. ad Timoth. 5. Duplici, inquit, honore digni ſunt, qui bene præſunt ĩ verbo & doctrina. Itẽ 1. Theſſ. 5. Rogamus autẽ fratres, vt agnoſcatis eos qui laborant inter vos & qui præſunt vobis in domino & admonẽt,

Epilogus. vt habeatis illos in ſummo pretio. In ſumma, docemur hoc præcepto non ſolum de patribus noſtris carnalibus, ſed & de ſpiritualibus reuerenter ſentire, eóſque amare & ornare, ac omni officij genere conſeruare ac proſequi.

Magiſtratus ciuiles honorãdi. Amandi. C. de Iudæis & cœlicol. l. nullus.

PRoximè & ſecundũ ſacerdotes magiſtratus ciuiles, reges ac principes gladij miniſtri, veluti patriæ patres modo non diſſimili honorę afficiendi ſunt. Qua de re in primis ex animo amãdi ſunt magiſtratus, vti Dei miniſtri, ꝑ quos Deus nobis nõ vulgaria beneficia impartit, veluti externam pacẽ, politicam ſocietatem, tranquillitatem publicam, legum ciuilium (ſine quibus reſpublica non conſiſtit) conſeruationem. Breuiter per quos præſtat, vt inter improbos tuta ſit innocẽ-

Sedulo pro magiſtratibus orandum.

tia, & ne quis ſibi permittat vltionem. Sentire ergo oportet, quòd pro his beneficiis & Deo & magiſtratibus nõ vulgarẽ gratitudinem debeamus. Atque adeò tantus dilectionis affectus erga magiſtratus eſſe debet, vt pro eis Deũ ſedulò pre-

1.Tim.2 cari ſimus parati. Quemadmodũ diuus Paulus monet, quum inquit: Obſecro primum omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Deinde Apoſtolus requirit, vt & cætera officia corporalia, veluti tributa, vectigalia, ac ſumptus neceſſarios, ſine quibus reſpublicæ regi nõ

Roma.13 poſſunt, eis liberali animo ac libẽter pręſtemus: Reddite (inquiens) omnibus debita: cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.

Obediẽtia debita magiſtratib⁹ 1.Petr.2.

AD hęc magiſtratibus ex animo obedire debemus, idq́ue propter Deũ, quòd ſcilicet Dei miniſtri ſint, quemadmodum Petrus Apoſtolus præcipit, dicens: Subiecti eſtote

omni

omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis. Quinimo Paulus adeò ſeuerè præcipit de obedientia, vt doceat peccatum eſſe criminale, non parere mandatis magiſtratuum, quum inquit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autē ſunt à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Et poſt pauca: Ideoque poteſtati ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Perinde atque ſi dicat: Neceſſe eſt obedire, non tantum propter iram, id eſt non tantum propter pœnam corporalem, qua magiſtratus pleɛtit non obtemperātes, vindex in iram ei qui male agit, ſed etiam propter cōſcientiam, hoc eſt ne conſcientia coram Deo rea fiat. Vnde & Titum inſtruens iubet, vt admoneat ſuos Cretenſes principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, diɛto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

Peccatum mortale nō parere magiſtratibus in rebus licitis.
Rom. 13.
Ibidem
Obedire propter iram.
Propter cōſcientiā
Titum. 1.

Denique magiſtratibus honor tribuendus eſt: Idque non tantum externa reuerentiæ ſignificatione, ſed magis animi iudicio ac voluntate, videlicet vt agnoſcamus in eis Dei miniſterium & ordinationem. Ob quod ſcriptura non dubitat eos & deos vocare, hoc eſt Dei vicem in terris gerentes, cū inquit: Ego dixi, dij eſtis. Et rurſus: Applica eos ad deos. Quo reſpiciens Petrus Apoſtolus: Regem (inquit) honorificate. Debemus autem hoc nō tantum bonis ac modeſtis principibus, ſed etiam impiis, dyſcolis, malis, & indiſciplinatis Tum propter miniſterium quod gerunt, quæ eſt ordinatio Dei: Tum propter religionem, diſciplinam, pacem, & tranquillitatem publicam retinendam. Sic legis Baruch prophetā, & qui cum eo erant in Babylonia captiuos, Iudæis, qui reſidui adhuc erant in Hieruſalem ſcripſiſſe in hæc verba: Orate pro vita Nabuchodonoſor, & pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram. Et vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpeɛtu eorum. Et Petrus Apoſtolus iubet, vt ſubditi ſimus in omni timore dominis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiā dyſcolis. Proinde ſi nobis efferus & inhumanus princeps (qui magis vi quàm iure agat) contigit, is tamen non ſtatim contemnendus eſt, nec ob id obmurmurā-

Magiſtratib⁹ tribuendus honos.
Pſal. 81.
Exod. 22.
1. Pet. 2.
Etiā malis principib⁹ debetur honos
1. Pet. 2.
Rom. 13.
Baruch. 1
Quid agēdū ſi obtīgat effer⁹

Princeps aut magiſtratus. dum nobis, multo minus mouenda ſeditio eſt, ne publica pax perturbetur. Hæc enim gratia (vt idem Apoſtolus ait) ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè, *1. Petr. 2.* in hoc enim vocati ſumus, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, qui peccatū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui quum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. Duplici tantum remedio nobis ad emolliendā magiſtratuum tyrannidem vti permittitur ac etiam præcipitur. *Duplex remediū ad emolliēdā tyrannidē magiſtratuum.* Primum, vt pro eis Deum precemur, quo ad meliorē mentem reuocentur, quod tum magis ſoliciti faciemus, ſi agnoſcamus malos magiſtratus nobis immiſſos, ad puniendum peccata. Quemadmodum *Iob. 24.* Iob teſtatur, quòd dominus regnare faciat malos & hypocritas propter peccata populi.

SEcundo, hic meminiſſe debent Parochi officij ſui, nempe vt efferos magiſtratus per Dei verbū cū omni modeſtia corripiant, erudiant, admoneant, arguant, increpent, & ad frugem vitæ melioris adducere pergant. Ad hoc enim conſtituti *Hier. 1.* ſunt, quemadmodum Dominus apud Hieremiam teſtatur: Ecce (inquit) dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſ- *Mat. 14.* perdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Et vt ſit in arguen- *Marc. 6.* do periculum, nihilo ſecius tamen verbi miniſtros ſuo officio fungi oportet, quemadmodum vides Ioannem Baptiſtam, Herodem, atque adeò ipſum Chriſtum ſcribas ac phariſæos liberrimè (quanuis non ſine ſumma modeſtia) arguiſſe & increpaſſe, ac omne corporale periculum veritate longe poſt habuiſſe.

Magiſtratibus non eſt obtēperandū cōtra Dei præceptū. HAec tamen quæ de honorandis magiſtratibus diximus, intelligenda ſunt, niſi ſubditis aliquid præcipiant contra Dei mandatū: tum enim potius ſubditi obedire Deo, quàm hominibus debent, quemadmodum hiſtoria Danielis & Acta Apoſtolica docent. Quod & Chriſtus non tacuit, cum ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non *Daniel. 3* poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt corpus & *Actor. 5.* animam ſimul perdere in gehennam. Alibi etiā Chriſtus bea- *Mat. 10.* tos pronuntiat, qui perſecutionem patiuntur propter iuſti- *Mat. 5.* tiam, quos & gaudere & exultare vult, quoniam merces eo- *1. Pet. 3.* rum copioſa eſt in cœlis. Quod & Petrus non tacuit, cum inquit:

inquit; Et quis eſt qui vobis noceat,ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam,beati: timorem autem eorum ne timueritis vt non conturbemini. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris,parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt,ſpe & fide,ſed cum modeſtia & timore. Hactenus de magiſtratibus.

POſtremo (vti ſuprà meminimus) hoc præceptum ad omnes eos porrigitur, quicunque nobis præſunt,ſeu quamcũque noſtri curã gerũt,veluti ſunt domini,heri,tutores, curatores, præceptores, & pædagogi. Quibus etiam tria illa, amorem,obedientiam ac honorem debemus. De ſeruis Petrũ dicentẽ audis:Serui,ſubditi eſtote in omni timore dominis, Et Paulum Ephe.6. Serui,obedite dominis carnalibus cũ timore ac tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes,quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatẽ Dei ex animo, cũ bona voluntate ſeruientes,ſicut domino, & non ſicut hominibus. Id quod & ad Coloſſ.3. repetit. Vides vero quomodo Paulus nõ tantum externam obedientiam,ſed magis internam reuerentiam ac bonam voluntatem ſeruorum & mercenariorũ erga dominos & heros requirat. De reliquis qui annis anteſtant, vel qui tui curam gerunt, vides dominum per Moſen præcipientem & dicentem:Coram cano capite aſſurge,conſurge & honora perſonam ſenis. Et alibi Moſen dicentem : Interroga patrem tuũ, & annuntiabit tibi,maiores tuos,& dicent tibi. Exemplum autem horum habes Chriſtum dominum,de quo legis,quòd ſubditus fuerit non tantum Mariæ,ſed & Ioſeph, qui non alia ratione,quàm opinione ac cura Chriſti parens fuit. Exemplum item habes Paulum ſedentem ad pedes Gamalielis,& diſcentem veritatem paternæ legis.

Omnes honorãdi qui nobis præſunt.

1. Pet. 2.

Qui annis anteſtant vel curam gerunt noſtri.

Deute. 32

Acto. 22

EX prædictis autem ſatis colliqueſcit, quibuſnam modis in hoc præceptum peccetur. Nam in primis huius præcepti rei ſunt,qui parentes non ex animo diligunt ac magnifaciunt. Item,quos inopiæ ſeu cuiuſcunque miſeriæ, vel humilitatis parentum pudet, qui non proſpiciunt eis victum ac alia neceſſaria,qui eos non venerantur. Hi enim huius legis interpretationem contemnunt, quã habes Eccleſiaſtici.3. in hæc verba:Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui,& non contriſtes eũ in vita illius:& ſi defecerit ſenſu,veniam da,& ne ſpernas

Quib⁹ modis in hoc præceptũ peccetur.

eum in tua virtute,eleemoſyna enim patris non erit in obliuione.Et rurſus eodem capite:Qui timet Deum,honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his;qui ſe genuerũt,in opere & ſermone,& omni patientia.Itẽ,Quàm malæ famæ eſt, qui relinquit patrem?&c.Præterea grauius peccant,qui parentes ſuos affligũt,rident,duris verbis à ſe abigunt,ſubſannãt, deuouent,execrantur,aut verberant,qui odio eos & inobedientia afficiunt.De quibus Exodi.21 ſcriptũ legis:Qui percuſſerit patrem ſuũ, aut matrẽ,morte moriatur. Et Leuit.cap.20. Patri matrique qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum.

Prou.19. 20.&30

Rurſus Prouerb.19.Qui affligit patrem,& fugit matrẽ,ignominioſus erit & infelix.Item Prouer.20.Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Item,Oculum qui ſubſannat patrem,qui deſpicit partũ matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus,& comedent eum filij aquilæ.

Cham. Gene 9. Ruben.

Exemplo eſt Cham filius Noë,qui ſe,totãq; poſteritatem ſuam maledictioni inuoluit,quòd patris ſui turpitudinem non operuerit,ſed deriſerit.Itidem Ruben patriarchæ Iacob primogenitus pari maledictioni addictus eſt, quia aſcenderat cubile patris ſui.

2 Reg.18

Et Abſalon, qui patrem de regno expellere conabatur,inſigni eademq; miſerrima morte abſumptus eſt.Tertio,peccant in hoc præceptum qui eccleſię præſidibus ac patribus ſpiritualibus iniurij & inobedientes ſunt.

Num.16

Quemadmodum Dathan,Chore & Abiron,qui propter ſuam erga Moſen & Aaron inobedientiam viui abſorpti referuntur. Item,qui in ſacerdotes, mordices iocos, amarulentaque ſcommata iaciunt, qui ex ſuggeſtis ipſis maledicunt,ac publicè contumeliam inferunt: qui de ipſis temerè, id eſt nõ ſuo loco & tempore iudicant. Qui ipſorum turpitudinem ad populum circunferunt ac denudant. Quis enim nõ videt eos fratres eſſe Cham,non Sem & Iaphet,qui patris turpitudinem verecundè contexerunt,vnde & benedictionem ſunt conſecuti?

Quomodo arguẽdi eccleſiæ præſides.

Non prohibemus vt præſides eccleſiæ aberrantes arguas & increpes,modò id ad regulam Euangelicam facias,cum omni animi lenitate,ac modeſtia.Deinde ſuo loco & tempore,vbi ſcilicet fructũ correptionis expectes.Nõ autem permittimus id,vt facias ad mobile vulgus,ad ſeditionem cõtra Eccleſiaſticos præſides mouendam ſuopte ingenio procliue:non prohibemus doctorem,ſed criminatorem,quem & Paulus prohibet & ſatanæ tradit,qui etiam monet, vt ſermo noſter ſale condiatur.

diatur. Rurſus peccant in hoc præceptum, qui eccleſiæ cõſti tutiones ac pios mores irrident, contemnunt, ac temerè prę uaricantur, de quibus dixit Auguſtinus: Non habebit Deum patrem, qui eccleſiam contẽnit habere matrem. Dein qui excommunicationẽ qui eccleſiæ clauem ligantem ac ſoluẽtem nihili pendunt, quos Chriſtus habendos decernit, ſicut ethnicos & publicanos. Item, in hoc prçceptum peccant, qui magiſtratibus ea quæ diximus officia ipſis debita non impendũt, idq́; diui Pauli teſtimonio qui conſcientiam hominis nõ obtemperantis poteſtati reatu criminis obſtringit. In ſumma peccant in hoc præceptum, qui eos quorum curæ commiſſi ſunt, temerè aſpernantur, aut debito honore nõ afficiunt, aut obſeruant, quiq́; his neq; fidi, neque parentes ſunt, id quod ſuperius plus ſatis oſtendimus.

Aug. de expoſitione ſymboli.
Matt. 18.

Et eris longæuus ſuper terram.

HIc audis, quid velit Apoſtolus quum dicit, hoc præceptum eſſe primum in promiſſione. Eſt enim primũ, cui inter præcepta ſecũdæ tabulæ merces promittitur, eaq́; non vulgaris, nempe vitæ longitudo, ipſi tanquam præcipuo operi charitatis debita: nec abs re, ꝙ deceat, vt ipſis vita prolõgetur qui parentes colunt, huius vitæ poſt Deum authores. Intellige autẽ hiſce verbis nobis non tantũ vitæ longitudinẽ, ſed & ea oĩa quæ ad vitã ſeu vſum vitæ pertinẽt, vt ſunt trãquillitas, pax, rerũ ſucceſſus, victus, atq; alia id generis, ſine quibus vita lõga eſt iniucunda. Nobis tamen Chriſtianis præmiũ: non tã huius quàm futuræ vitę (cuius longitudo interminabilis eſt) ſpectari debet. Nã vt Deus piũ aliquẽ hominem in parentes, præmatura (vt nobis apparet) morte hinc abſtulerit, ob id tamen putandũ non eſt, hunc perdere huius præcepti mercedẽ, quàm copioſius recipiet in ea vita, cuius longæuitatis nõ eſt finis. Imò dubitandũ non eſt, Deũ eiuſcemodi homini, vel ob pietatẽ in parentes cita illa morte cõſulere voluiſſe, quo in veram illam & beatam vitam ocyus cõcederet. Quemadmodum dictum eſt, Ablatus eſt iuſtus ante diẽ, ne malitia ſenſum eius immutaret. Vt autem vides filiis morigeris omnia proſpera eſſe promiſſa, ita è regione intelliges immorigeros (veluti ſub Dei maledictione poſitos) omnia aduerſa manere, quod paulò ante plurimis ſcripturæ exemplis commonſtrauimus.

Vitæ lõgitudo merces.
Vitæ lõgitudo Chriſtianis.

PRAECEPTVM QVINTVM.

Non occides.

Ordinis ratio. PRincipio decens ordo cõſiderãdus eſt: Tria prima præcepta ad deũ pertinẽtẽ, quo vt eſt nihil melius, ita nobis nihil charius eſſe debet. quartũ parẽtes reſpicit, quibus ſecundũ Deũ honos, & gratitudo debetur, veluti eis qui Dei vice quodammodo funguntur. Quæ merito ſequẽtia præcepta, quæ ad priuatam proximi dilectionem ſpectant, præcedunt. Nam quando animus ſe rectè habet erga Deum, & eos qui Dei loco ſunt, fieri vix poteſt, quin cętera quoq; quæ proximo debemus facile ſequantur. Contrà verò dubiũ non eſt eum, qui neque Deum neque parẽtes reueretur, facilimè cõmittere in proximum, vt meritò quis priorum præceptorum tranſgreſſionem, veluti radicem quandam cæterorum flagitiorum, atque adeò omnium malorum eſſe putauerit. Qui enim fieri poteſt, vt non irruat in omnia flagitia, qui deſertus à Deo & ſub domini maledictione (quam præcedentiũ mandatorũ præuaricatio irrogat) poſitus, ſatanæ mancipiũ effectus eſt. Iam cùm poſt Deum & parentes iubeamur diligere proximos ſicut nos ipſos, aptiſſimè ſanè inter ea mãdata quę proximi læſionem prohibẽt, primum illud eſt, quod ad proximi vitã ac corpus ptinet, quę poſſeſſio cuiq; chariſſima eſt.

Ad omne opus malũ inſtructus qui neque Deum neque parentes reuereatur.

Hoc præceptũ ad vitã & corpus proximi reſpicit.

Duo docet Chriſtus.

Matth. 5.

Lex ſpiritualis.

VT autẽ hoc præceptum cum duobus ſequẽtibus intelligas, nõ eſt neceſſe interpretationem remotius petere. Quod Chriſtus ipſe apud Matth. cap. 6. ea dilucidè admodũ enarret ac exponat. Vbi etiam duo inter cætera Chriſtũ docere vides. Primum, legem eſſe ſpiritualem, quę non ſolo externo opere, ſed ſpiritu magis & affectu ſit adimplenda. Secundo, docet Chriſtus præcepta iſta negatiua è regione affirmatiuam requirere, quòd poſtea in ſingulis ex ipſius Chriſti verbis fiet manifeſtius. Nam vt ab enarratione iſtius præcepti incipiamus, ſi verborum corticem tãtum intuearis, videtur hoc præcepto tantum retuſam Iudæorum craſſam malitiam, quã in homicidio committendo adhibebãt. At Chriſtus declarat non ſufficere, vt huic præcepto ſatisfacias, cõtinere manũ à cęde, niſi etiã cõtineas animũ ab omnibus affectibus qui huc tendũt, cũ ait: Audiſtis, quia dictũ eſt antiquis, Non occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia oĩs qui iraſcitur fratri ſuo, re⁹ erit iudicio: qui autem

Matth. 5.

Augu de verbis domini in mõte, lib. 1

tem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio: qui autē dixerit fatue, reus erit gehēnæ ignis. Primus enī gradus ad lædendū eſt ira in animo cōcepta, quæ nihil aliud eſt, quàm dolor flagitans vindictam. Proximus ira irrumpens in vocem indignationis quam dominus appellat Racha. Tertius eſt dolor irrumpens in manifeſtū cōuitium, vt cum dicimus, fatue. Planè ergo Chriſtus docet, nō tantum homicidam eſſe apud Deum, qui vitā proximo eripuit, ſed & omnē illū qui proximum odit, hoc eſt qui male vult, tametſi irā animo celauerit, & necdum in vllā indignationis vocem proruperit. Accipe tamen Chriſti ſermonē de ea ira, quæ lædendi affectum coniunctū habet, alioqui iraſcimur & his, quibus bene volumus, non vt lædamus, ſed vt corrigamus: & odimus in homine, nō quod fecit Deus, ſed quod fecit ipſe. Idq; zelo iuſtitiæ ſine peccato. In quam ſentētiam Pſaltes dixit: Iraſcimini & nolite peccare. Et alibi. Iniquos odio habui. Illud ergo intuendū eſt quid ſit iraſci, indignari, & cōuitiū inferre fratri ſuo, quoniam non fratri iraſcitur, qui peccato fratris iraſcitur, quod non prohibet Chriſtus, ſed qui ſine cauſa iraſcitur, is nō peccato, ſed fratri iraſcitur, ꝙ Chriſtus vetat. In his ergo ſententiis, ſubaudiendū eſt (ſine cauſa) aut ſi mauis, vindicādi ſtudio. Nā alioqui & Paulus in hoc præceptū impegiſſet, cū pontificis iuſſu palma percuſſus, aiebat: Percutiat te dominus, paries dealbate. Et cum Galatas ſtultos vocat. nō enim id fecit Paulus ſine cauſa: fecit item id cum ſumma manſuetudine citra vllam perturbati animi indignationem, quod vtrobique ſatis ex ſequentibus conſtat. Nam vt illic teſtaretur, quàm immotam cuſtodiſſet animi tranquillitatē, & quòd nihil iratus dixiſſet, inſultantibus ſibi Iudæis ac dicentibus. Principi ſacerdotum maledicis? reſpondit: Neſciui fratres, quia princeps eſt ſacerdotū. Nemo enim perturbatioris animi in hunc modum tam citò reſpondiſſet. Hic verò nempe ad Galatas ſcribens. ne id quòd ſtultos eos vocarat, cōtumeliæ cauſa feciſſe videatur, eos etiam fratres nominat. Vtrobiq; ergo Paulus iuſtam cauſam habebat, quòd quæ diceret tuendę veritatis gratia (cui Ananias impiè maledicebat indignus ſacerdotum principatu) deinde etiam corrigendi ſtudio diceret. Docet itaque Chriſtus vim huius præcepti hoc poſtulare, vt omnem deponamus affectum in proximi læſionē procliuem. Porrò, quum irā prohibet, qui primus gradus eſt quo à man-

Ira, grad⁹ in lædēdo

Indignatiōis vox. Racha.

Conuitiū.

De qua ira loquit̄ Chriſtus.

Auguſti. de ſermo. domini in monte li. 1

Pſa. 4. 118

Sine cauſa iraſci prohibitum.

Acto. 23.

Galat. 1.

Augu. de ſer. domi ni in monte lib. 1.

Vis huius præcepti.

Augu. de ſer. domi ni in monte lib. 1.

ſuetudine & mititate deflectimus, multo magis odium prohibuiſſe videbitur, quæ eſt ira inueterata. Nam ſi iraſci nō eſt fas fratri ſine cauſa, multo min⁹ fas eſt, animo tenere aliquid vt in odium indignatio cōuertatur. Ad quod pertinet quòd Paulus ait: Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram. Et cū vtraque peior ſit inuidia, quæ alienam felicitatem, ſuā interpretatur iniuriam: quis dubitat, vetita ira, magis etiam inuidiam vetitam eſſe? Nec mirum, & iraſcentem & indignātem, & conuitium inferentem in hoc præceptum impingere. Sūt enim huiuſmodi præcepta ſecundæ tabulæ pertinentia ad doctrinā de dilectione proximi, quę ſola in omnibus huiuſmodi mandatis potiſſimū quæritur, quā ſi habeas quomodo fratri iraſceris? At hæc ſi exciderit animo, vel ſola ira ſubintrāte, qua fratri malè velis, quis non videt te potioris huius mādati partis, iam coram Deo factum eſſe trāgreſſorē? Et ſi enim manū non admoueas: iā mente peccaſti. Porrò, qui fratrē ſuū ratione ac prudētia priuat, facitque vt à nulla differat beſtia, quomodo immunis eſt à reatu huius pręcepti, quod vt cætera, charitatē proximi requirit? Etenim qui ſcōmatis & côtumeliis perſequitur, charitatē deſtruit, qua deſtructa ſimul omnes tolluntur virtutes, ſicut omnes conſeruantur ea ſalua. Damnatur igitur hîc in vniuerſum cor erga fratrem male affectum, & priuatæ vindictæ cupiditas.

Ira. *Odium.* *Ephe. 4.* *Inuidia.* *Indignantis vox.* *Conuitiū.* *Dānatur cor male affectū erga fratrē.*

Atque hinc liquet hoc pręceptum non pertinere ad magiſtratus, qui publica iudicia exercent, & legitimis pœnis ſontes afficiunt: non enim ipſi ſunt qui occidunt, ſed lex Dei ferit, iubēs vnum membrum tolli ob totius corporis incolumitatem: non enim iudex ſuo nomine, ſed Dei vindicat. Nec fruſtrà gladium portat, vindex in iram, ei qui male agit: quin magiſtratus animaduertendo in ſontes quammaximè Deū refert, vnde & dij vocantur iudices, tantum abeſt vt occidendo delinquant, qui niſi occiderent, delinquerēt, quòd mandatum habeant exercendi vindictam iuxta legem, quæ nō humana: ſed diuina poti⁹, hoc eſt diuinitus ordinata exiſtimanda eſt. Sic Moſes (quo nihil clementius fuit) percuſſit, & ſacerdos Phinees percuſſit, & ceſſauit quaſſatio. Legitur & Helias multos morte affeciſſe, & propria manu & igne diuinitus impetrato, nimirū diuinitus iuſſus, non deſiderio vindictæ ſed amore correctionis. De quo Helia quum exemplū diſcipuli domino ſuggererēt, cōmemorantes, quid ab eo factum

Hoc præceptū non pertinet ad magiſtratus. *Roma. 13* *Iudices dij* *Vindicta exercenda ſecundum legem.* *Exod 32.* *Num. 25* *Pſal. 105* *4. Reg. 1*

ctum ſit, vt etiã ipſis daret poteſtatẽ petendi de cœlo ignẽ ad conſumendum eos, quis ſibi hoſpitium non prȩberent, reprehendit in eis dominus, non exemplum prophetæ ſancti, ſed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus. Verùm, quoniam Deus temerarium ſanguinis effuſionem magnopere odit. (Nunquam enim nõ occurrit in veteri teſtamento ſanguinis prohibitio, quod & myſterio prohibiti eſus ſanguinis ſatis demonſtratum eſt) omnino vidẽdum eſt magiſtratui, vt in negotiis, vbi de ſanguine fundẽdo diſceptatur, circumſpectè, cõſiderateque agat. Quod faciet, ſi & ritè & rectè iudicare inſtituerit. Ritè iudicat, cum iuris ordine ſeruato ſententiam profert, quod in Deuteronomio prȩcipitur, cũ dicitur: Iuſtè quod iuſtum eſt, exequaris. Rectè iudicat, qui ex legis præſcripto, tanquam miniſter Dei, zelo iuſtitiæ maleficium punit. Nam qui corruptè iudicat, aut legibus ad priuatum odium commodúmve abutitur, ſeu ex cupiditate, alióve quocunque malo affectu, aut cum acceptione perſonarum iudicat aut maiorem pœnam, quàm lex infligit, is iudex homicidium patrat, etiam ſi nocens morte dignus ſit.

Eſus ſanguinis prohibitio quid ſit.

Ritè ac rectè iudicãdum.

Deut. 16.

Rectè.

IDem de bello ſentiẽdum eſt. Nam etſi Chriſtianos deceat ac optandum ſit, vt omnes ſic à bellis abhorreant, quaſi ſit parricidium illic occidere, quando omnis Chriſtianus Chriſtiano germanus eſt, tamen cum mali maiori ſemper numero ſint, qui non tantũ ad perfectionem Chriſtianiſmi non accedunt, ſed ne nomen quidem Chriſtiani hominis ſibi iure vendicãt, quis nõ videt neceſſe eſſe, vt ſint & i eccleſia magiſtratus, qui vim vi repellant, qui latrocinia & ſeditiones armis & bello cõpeſcant, ne reſpublicæ & vita communis diſsipẽtur? Sed viderint principes, vt nõ aliter bellum, quàm iuſtè & legitimè ſuſcipiant & gerant. Iuſtè autẽ tum demũ ſuſcipitur, quum nõ voluntariè, ſed coactè, tum demum quum nulla alia ſpes eſt pacis ac iuſtitiæ tuendæ, non priuata, ſed publica authoritate, hoc eſt permiſſu ſupremi magiſtratus (qui nobis Cæſar eſt) initur. Deinde, cum non aliter quàm ex iuſta cauſa indicitur, veluti ſunt pacis & tranquillitatis publicȩ tuitio, patriæ defenſio, & in primis ſeditionis compreſsio. Rectè verò geritur nõ aliter, quàm ſi eodem quo diximus affectu, idq; iuſtis conditionibus geratur. Siquidem ſcriptura docet, non ante in bellum deſcẽdẽdum, niſi hoſtibus pax offeratur: atque illi pacem dare nolint: deinde ne propter minus malum

An liceat Chriſtianis bellum gerere.

Quãdo bellũ iuſtè ſuſcipiatur.

Rectè quãdo geratur.

Deut. 19.

peius cõmittatur, vt inſontibꝰ parcatur, vt imbecilles agricolæ protegantur, vt fides etiam hoſti ſeruetur. denique, vt ſola pax quæratur, qua parta, deinceps omnis belli ſtrepitus omnino ceſſet. Ad hũc modum Dauid aliósque viros pios ac ſanctos pugnaſſe legimus. Atque vt vnum aut alterum exẽplum belli iure ſuſcepti ac rectè geſti afferamus. Cùm Abſalom ſeditionem mouiſſet, ac patrem Dauid regno expuliſſet, neceſſitàs bellum ſuaſit, deſcendit Ioab parua manu contra ingentem exercitum Abſalom, committitur prælium, vincit Ioab. At ſtatim cũ exercitus terga vertiſſet, Ioab qui poterat inſequẽdo omnem ſeditioſum Iſraël ad vnum interemiſſe, retinet exercitum ſuum ne perſequatur Iſraël fugientem, volens parcere multitudini. Quid verò Dauid? nunquid poſt cædem miſit ad occidendum eos, qui filio ſuo in hac factione fauerant? qui in bello contra ſe geſto fuerant duces, tribuni & céturiones? Neutiquam. Quin & Amaſiæ, qui ſeditioſum exercitum duxerat dixiſſe legitur: Nonne os meum & caro mea es? Hæc faciat Deus & addat, ſi nõ magiſter militiæ fueris coram me. Itidem cum nõ multo poſt Siba vir Belial factionem ſimilem concitaſſet, ac tuba ceciniſſet, Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai, & iam cum coniuratis in Abelam veniſſet, Ioab cum exercitu ſecutus, vt expugnaret Abelam, interpellatus per mulierem, cur præcipitaret hæreditatem domini? Reſpondit: Abſit hoc, abſit hoc. Tradite mihi ſolum Sibam, qui leuauit manũ ſuam contra regem. Quod cùm factum eſſet, & proiectum per murum abſciſſum caput vidiſſet Ioab, non deprædatus eſt ſeditioſam vrbem, nulla ſpolia retulit, ſed abſciſſo capite authoris motæ ſeditionis côtentus, receptui cecinit ac abiit. Cæterùm principes qui eiuſcemodi exempla non inſequuntur, veluti qui non neceſsitate adacti, neque reipub. ſed ſtudio ob priuatos affectus bellũ ſuſcipiunt, aut non legitimè gerunt, vel fidem fallunt, tot homicidia committunt, quot homines in eo bello vel pereunt, vel ad famem adiguntur. Adde, quíſquis vel odio, vel ſpe prædæ currit ad bellum, etiam ſi neminem occidat, corã Deo tamen homicida eſt: nõ enim voluntas abfuit, ſed volũtati defuit occaſio. Ioãnes ille Baptiſta militibus legem pręſcripſit, nec dubium talem, quàm ſi præuaricentur, maximi criminis rei fierent. Neminem, inquit, concutiatis, nemini calumniam infetatis, ſed contenti eſtote ſtipendiis veſtris. quam meritò principes

Dauid pugnator. *2. Reg. 15. 16. 17. 18.* *Mititas Ioab.* *Mititas Dauid.* *Amaſias.* *2. Reg. 20* *Grauis cẽſura ĩ principes qui iniuſtè bel ligerãtur.* *In milites ſtipendiarios.* *Luc. c. 3.*

principes ſuis militibus ſedulo inculcandam curarent.

VErtunt etiam quidam in quęſtioné, num lex ciuilis, quę hominí priuato vím vi repellere concedit, pugnet cum Euangelio. Nos putamus non pugnare, ſed licere capitis periculum intentantis exitio depellere, ſi tamen certa mors intenditur, nec eſt aliud effugium. Nam cum eo caſu certo quodam ordine & modo, quē lex præſcribit, magiſtratus vim vi depellere concedat, videbitur inuadens, hoc ordine & modo occiſus magis ipſius magiſtratus, quàm priuata authoritate. Verū, quum plurima ſint quæ ad obſeruandum hūc ordinem & modum requiruntur, veluti inter alia ac potiſsimum, vt omnis affectus lædendi inuaſorem penitus abſit: talis autē affectus nō facilè in cōflictu retineatur: idcirco nos homini Chriſtiano ſuaſerimus, vt in ea anguſtia ante omnia Dei auxilium imploret, quod ſępe propinquius eſt, quàm credimus, quando legimus & draconē eius, cuius olim fuerat alumnus clamore excitatū, accurriſſe, & à latronibus liberaſſe. quòd ſi interim Deo viſum nō ſit, inuaſo præſens adferre præſidiū, & malit is occidi quàm occidere, certè exiſtimamus talē Chriſtiani hominis officio functum, nimirum Chriſti domini ſui exēplum ſecutum eſſe. quanuis interim ſecus facientē, ordineq; & modo legitimo ſe defendētem nō damnemus. neque enim Euāgelium tollit ius naturale, nec legis naturalis ordinationem, ſed tantum format affectus ac animū, quem Chriſtus vult ab omnis vindictæ cupiditate longe alieniſsimum eſſe.

Quæſtio.

Dilutio.

An Chriſtiano liceat vim vi repellere.

Plurima requiruntur vt liceat occidere inuaſorem.

Conſilium pium.

Matth. 5.

Euangeliū non tollit ius naturale.

CAeterū, vt vnde digreſsi ſumus, reuertamur, docet (vt diximus) Chriſtus hoc præceptū, non tantum omnē vindictę cupiditatem prohibere, ſed & vt negatiuum, vt è regione tamē affirmatiuam requirere, multáſque ac eximias virtutes, atque adeò ipſiſsimos fructus ſpiritus includere ac requirere. In primis enim requirit humanitatem ac manſuetudinē, quæ virtus propriè opponitur iræ ac rixis, odio quoque rancori & inuidiæ. Secundò, concordię ſtudium poſtulat, vt in omni negotio proponamus redire cū proximo in gratiā, quod Chriſtus indicat, cum inquit: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius recōciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum: Tu verò intellige pergendū, nō quidē pedibus corporis, ſed animi motibus. Abſurdum eſt enim credere, ſi abſens ſit, & trans

Matth. 5.

Hoc præceptum includit eximias virtutes.

Galat. 5.

Manſuetudo.

Aug. de ſer. domini in mõte lib. 1. mare conſtitutus, qui recõciliandus fuerit, & tale aliquid veniat in mẽtem, Chriſtum pręcepiſſe tantiſper ante altare munus relinquendũ, donec poſt terras & maria pererrata rediẽs, offeras Deo. Spiritualiter ergo Chriſti verbum intelligẽdum
Explicatur locus in Matth. 5. eſt, vt ſcilicet te humili affectus proſternas, fratri ad quẽ recõciliãdum ſatis perrexeris, ſi ad eum chara cogitatione cucurreris, atque ita etiã, ſi præſens ſit, poteris eũ non ſimulato animo lenire, ac in gratiam reuocare, veniam poſtulando, ſi hoc prius corã Deo feceris, pergens ad eum non pigro motu corporis, ſed celerrimo dilectionis affectu: quod vbi feceris, tum
Matth. 6. inde veniens, id eſt intentionem reuocans, ad id quod agere cœperas, offeres munus tuũ, nimirum preces ac alia ſpiritualia ſacrificia, quæ nõ accipit Deus, niſi à cordibus charitate pro-
Pacis ſtudium cum omnibus hominibus ximi imbutis. Tertiò, monet Chriſtus hoc præcepto contineri etiam id, quod & Paulus docet, vt pacẽ cum omnibus hominibus (quantũ in nobis eſt) habeamus, quum ait: Eſto conſentiẽs aduerſario tuo citò, dum es cũ eo in via, ne fortè tra-
Matth. 5. dat te aduerſarius (tuus) iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Et huc ſpectat, ꝙ Chriſtus beatos pro-
Ibidem. nuntiat pacificos, qui ſtudent non ſolum inter alios diſsidẽ-
Pacifici. tes ſarcire cõcordiam, verum etiam vltro inuitare ad pacẽ, à quibus ſunt offenſi. Quartò, & tolerantiã à nobis exigit Chriſtus, vt hãc legẽ adimpleamus, vt ſcilicet nõ ſolum cupiamus habere pacem cum omnibus hominibus, ſed etiam ne detre-
Matth. 5. ctanti pacem pro malo malum reddamus, cum inquit: Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuã, prębe illi & alterã. Id quod & Paulus
Rom. 12. aliis licet verbis expreſsit: Non reddẽtes, inquit, malum pro
Patientia. malo. Quinto patientiam etiam poſtulat, qua non tãtum malos toleramus, ſed etiam patimur eos abuti noſtra tolerantia, parati adhuc magis damnum ab eis accipere, q̃ iniuriã referre. quod Chriſtus ſignificauit, cum inquit: Et ei qui vult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuã tollere, dimitte illi & pal-
Mititas. liũ. Sextò, ſupra hæc & benignitatẽ ac mititatẽ in nobis deſi-
Matth. 5. derat, cũ inquit: Et quicũque te angariauerit mille paſsibus,
Benignitas. vade cum illo & alia duo. Benignitas enim & mititas virtus eſt lenis, tranquilla, ad familiaritatẽ ſuã inuitans, & pluris faciẽs concordiã & animi tranquillitatẽ, quàm exteriorẽ quie-
Bonitas. tem & otium. Septimò, & bonitatem à nobis poſtulat, qua nemini nocemus, ſed ad benefaciendũ omnibus ſumus expoſiti,

cum inquit: Qui autẽ petit à te, da ei: & volẽti à te mutuare, ne auertaris. Quo quid aliud ſignificat, quàm à nobis requiri, vt neceſſitatem patienti ac reddere ſortẽ cupiẽti ac volẽti mutuũ, demus ſine ſpe lucri: egẽtibus verò, etiam ſine ſpe ſortis de noſtro tribuamus. Octauò, vltra bonitatem eximium etiã vllũ charitatis gradũ in nobis requirit, quo & inimicũ, etiam nobis incõmodantem toto pectore cõplectamur & beneficentia etiã afficiamus, quemadmodũ ſolent parẽtes paruulos, vel phreneticos filios (à quibus multa ſępe patiuntur) non minus diligere, atq; inſuper omnia tẽtare, vt ipſorũ ſaluti conſulant. Quamobrẽ Chriſtus inquit: Ego autẽ dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderũt vos. Poſtremo, Chriſtus pręter hæc oĩa ſummũ charitatis gradũ à nobis exigit, qui in longanimitate cõſiſtit, quæ virtus non ſolũ malos tolerat, atq; maiora ab eis tolerare parata eſt, ſed etiam adhuc inuicto quodã animi robore eorũ emendationẽ expectat, atq; adeò ſalutẽ optat. Quod Chriſtus ſignificauit, cum diceret: Orate pro perſequẽtibus & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vides quãtum huius præcepti vis, ſecũdum Chriſti enarrationem ab exteriori cortice legis (in quo Iudæi felicitatem ſuã conſtituunt) diſtent. Vides quàm nõ ſufficiat externè nõ accidere, ſi ſemel etiam omnem lædendi affectum nõ deponas, omnemque vindictã Deo reſignes. Rurſum vides hoc pręceptũ ſolo affectu impleri, nec ſitũ eſſe in externo opere, ſed in incorrupta ac bona voluntate, qua proximum non tãtum nõ lædere, ſed eius ſaluti quãmaximè conſultũ velimus, exiſtimãtes, quod res eſt, eum tametſi malũ, miſericordia dignũ, quin tanto magis dignum, quo eſt peior, præſertim, quòd malitiam ex natura nõ cõtraxerit, ſed diabolo faciat inſtigãte, quem ſi per noſtrã miſericordiam eiicere poterimus, dubiũ non eſt, nos in eorũ numero cenſendos, de quibus dictũ eſt: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequẽtur.

Matth. 5.
Mutuũ dãtes &c.
Beneficentia erga inimicum
Augu. de ſerm. domini in mõte, lib. 1
Matth. 5.
Longanimitas ſummæ charitatis gradus.
Matth. 5.
Vis præcepti.
Rom 12.
Hoc præceptũ affectu impletur.
Augu. de ſer. domini in monte, lib. 1.
Matth. 5

EX ſuperioribus autem manifeſtum euadit, quinã in hoc præceptũ peccẽt. Principio enim, qui ira ac odio in proximum deflagrant, aut inuidia contabeſcunt, huius præcepti planè obliti videtur. Nam vt apud Ioãnẽ eſt, Omnis qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Quamobrem tam seriò monet Paulus, vt omnis amaritudo, & indignatio, & clamor, & blaſphe-

Qui peccẽt in hoc præceptũ.
1. Ioan. 3.
Ephe. 4.

Prou.25. mia tollatur à nobis. Quin & Sapiens veteris legis iubet, ne comedamus cũ homine inuido, & ne deſideremus cibos eius.

Leuit.19 Præcipit quoq; vetus lex, ne odio habeas fratrẽ tuum in corde tuo, ſed vt publicè arguas eum, ne habeas ſuper illo peccatum Secundò, in hoc præceptum peccat, qui cõtumelia proximum afficit, qui iniuriis honorem proximi cõmaculat, qui libellis famoſis proſcindit. Calumniator, ſycophanta, & criminator, pro gladio, lingua vtuntur & calamo. Sicut ſcriptum eſt, linguam maledicam eſſe malum plenum veneno mortifero, quam & Pſaltes nouaculæ acutæ confert. Tertiò, in hoc præceptũ peccat, qui quũ proximum ſeruare poſſit, non ſeruat, aut qui pauperẽ ſuis facultatibus exuit. Auarus ergo dũ egẽti nõ occurrit, fame occidit Et vt non pereat proximus, nihilo ſecius (quantum in illo eſt) periclitanti non tulit opẽ, extinxiſſe cenſetur. Vnde Eccleſiaſtici.34. ſcribitur: Panis egentium vita pauperis eſt, & qui defraudauerit, vir ſanguinũ eſt Et vulgare eſt illud Ambroſij verbum: Paſce fame moriẽtem, quiſquis enim hominem paſcendo ſeruare poteris, ſi nõ paueris, fame occidiſti. Eodem reatu obſtringitur, qui ob iuſtitiam captiuos non redimit, aut qui iniuriam à fratre cùm poteſt, non repellit. Qui enim non repellit à ſocio iniuriam (cum ſine periculo poteſt) tã eſt in vitio, ꝙ ille qui facit. Vnde ſcriptũ eſt: Erue eos qui ducũtur ad mortẽ, & qui ducũtur ad interitũ liberare ne ceſſes. Patrũ quoque decreta clamãt, mortẽ probatur infligere, qui hãc quum poſsit, nõ excludit.

Lingua & calamus gladius. *Iacob.3.* *Pſal.63.* *Auarus occidit.* *Amb.86. dist.ca paſce.* *Prou.24* *82.diſ.c.1*

Quartò, occidũt, quicũque habent peruerſam voluntatem lædendi proximi. Quamobrem malefici, qui incantamentis ſuis perimere ac lædere ſtudent, homicidæ cenſendi ſunt.

Malefici.

Deinde omnino committunt homicidium, qui vel imperio, vel cõſilio, vel perſuaſiõe, vel impulſu, vel diſſimulatione in mortem hominis & ſanguinis effuſionem cõſenſerint: qui alios inter ſe cõmittũt, & in mutuum diſſidium alliciũt, ac prouocant: qui diſcordiam excitant, quos non dubium eſt minus peccare quàm ſi manum ad cædem adhibeant. Sic Dauid occidit Vriam: ſic Ieſabel occidit Naboth: Herodias Ioannem Baptiſtam. Denique, Iudæi ſic occiderunt Chriſtum, ſucclamantes: Crucifige, crucifige eum. Id quod & in Deuteronomio indicatur, quũ dicitur: Maledictus qui clàm percutit proximũ ſuum. Et Pſaltes ait: Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, vt ſagittẽt in occultis immaculatũ. His verò magis rei

Qui cõſentiunt in necem. *2.Reg.11* *3 Re.21.* *Marc.6.* *De pœ diſtin c. periculoſe.* *Pſal.63.*

rei ſunt, qui non tantũ animo, ſed etiã manu ipſa cædẽ perfi-ciũt, quos lex morti abſq; vlla miſericordia addicit. Qui per-cuſſerit (inquiens) hominẽ, volẽs eum occidere, morte moria-tur. Item, Si quis per induſtriã occiderit proximũ ſuũ & per inſidias, ab altari meo euellas eũ, vt morte moriatur. Peccãt dein in hoc præceptum & iudices (vt diximus) qui ſonte dãnant, nõ vt ſuo officio, ſed affectibus voluptatibusq; ſatisfaciant, obliti eius quod Ioſaphat iudicibus præcepit. Non hominis exercebitis iudiciũ, ſed domini: & quodcũq; iudicaueritis, in vos redũdabit. Sit timor domini vobiſcum. & cum diligentia cuncta facite. Ad eundem modum peccãt carnifices ſeu lictores, iudicum miniſtri, qui occidendo hominem, lucrum quærunt, ac ſponte faciunt, quod tãtùm iuſtitiæ cõtẽplatione faciendum erat. Prǽterea (vt diximus) ab homicidio nõ excuſantur principes, qui bellum nõ legitimè ſuſcipiũt, vel qui nõ iuſtè gerũt. Poſtremo, non dubium eſt eos in hoc præceptum grauiſſimè committere, qui ſibi mortem conſciuerũt. Lex enĩ generalis eſt, quæ ſimpliciter prohibet ne occidamus. Quin hoc homicidium omniũ funeſtiſſimum reputatur. Ad quem modum legimus Achitophel ſe laqueo ſuſpendiſſe, qui erat typus Iudæ proditoris ſeipſum laqueo ſuffocãtis Matth. 27. Quod tamẽ de his intelligi volumus, qui vel deſperatione gratiæ Dei, vel deſpõſione animi, vel impatientia vitam (maximum certe Dei donum) abrumpunt. Nã aliud eſt iudicium de his, qui amentia aut mania laborantes, ſibi manus adferunt. Nam quum hic morbus omne mẽtis iudicium adimat, homicidium (quod ſine peruerſo affectu non committitur) haud perpetratur. Sunt qui hic laborãt de excuſando Sampſon, Eleazaro, ac Raſia, qui in Iudicum ac Machabæorum libris, nõ ſine laude mortem ſibi intuliſſe ſeu ſaltem acceleraſſe legũtur. Deinde de excuſandis Leone papa & Auiano Alexandriæ epiſcopo, quorum alter ſibi manum amputauit, quòd per illam libidinis ignẽ ad animum ſibi ſenſit proſerpere, poſtquam eã puellæ quædam eſſet deoſculata. Alter conſpicata & concupita fœmina, oculum ſibi eruit. Item, qui de Nyceta martyre ſoliciti ſunt, qui cũ molliſſimo lecto arte colligatus iacere, & reſupinatus à meretrice oĩs generis illecebris ad Venerem excitaretur linguam ſuam mordicus abſciſſam in os ſcorti cõſpuit, vt vel ita imminentẽ libidinis peſtẽ repelleret. Nos etſi ea facinora omni vacare culpa

Exod. 21
Ibidem.
2. Par. 19
Qui ſibi mortẽ cõſciſcunt.
Iudi. 16.
2. Mac. 6 & 14.
Leo.
Auianus.
Nyceta.

affirmare non audeamus,eam tamen culpam,ſi qua fuit,non omnino dānabilē iudicamus,quòd eam leuiorem faceret zelus cuſtodiendæ legis Dei, ac ardens deſiderium, non tantū vitandi offendiculi,ſed & præbēdi teſtimonium fidei ſuę,ne ex eorum imbecillitate infirmi læderentur,præſertim quum

2.Mac.2 illi in Machabæis non ante ſibi vitam abruperint,quàm vi-

& 14. derent,ipſis certam mortem à tyranno intentari.

Quid ſentiēdū qui vigilus aut ieiunüs ſibi vitam abrūpunt.

FInitimi ſunt ſeipſos enecātibus,qui aut crapula aut ebrietate ſe obruunt ac enecant. Nam Sapiētis verbum eſt:In multis eſcis erit īfirmitas,&auiditas appropinquabit ad choleram. Item,Propter crapulam multi perierūt:qui auté abſtinens eſt,adiiciet vitam. Cæterum,qui ieiuniis,vigiliis,frigore, nuditate, reliquiſque corporis afflictionibus, ſibi vitam vel abrumpunt vel abbreuiant,hi(ſi adſit hypocriſis)homici-

1.Cor.13 dę ſunt:ſi ſyncerus animus,leuius peccāt, pręſertim ſi ſtudio iuuandi proximi modum excedant. Charitas enim multa excuſat. Denique huius præcepti vim non præſtant,qui inimicis ſuis non condonant,qui opera miſericordię erga quoſlibet etiam inimicos nō exercent,qui pro eis orare detrectēt. Breuiter,qui eos neque amore,neq; obſequio proſequuntur.

PRAECEPTVM SEXTVM.

Non mœchaberis.

Ordinis ratio.

INiuria in proximum atrociſſima eſt homicidium,proxima adulterium:vt enim viro nihil coniunctius,nihil charius vxore legitima,ita nulla eſt contumelia intollerabilior. quàm vxor per adulterium conſtuprata. Iuſto itaque ordine hoc ſextum præceptum,quod coniugia munit,præceptū illud ſequitur, quod corpora & vitam proximorum tuetur ac defendit. Hoc autem præceptū Chriſtus Matth.5.ad eūdem modum interpretatur quo præcedens, docens eo ſubmoueri non tantum externum adulterium,ſed & omnem penitus adulterij cauſam ac radicem,atque adeò omnes affectus, qui huc tendunt. Audiſtis(inquit)quia dictum eſt antiquis : Nō mœchaberis. Ego autem dico vobis,quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendā eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sicut enim ira mater eſt homicidij,ſic cōcupiſcētia adulterij. Omne enim adulterių ex concupiſcētia naſcitur. Ergo nūquā radicitus ſuſtuleris adulterium ſecundū legis mandatum,niſi præcideris etiam omnem concupiſcētiā

Chriſtus hoc præceptū interpretatur. Matth.5 Vis huius præcepti. Ira. Concupiſcentia.

ſecundum

ſecundum Chriſti preſcriptum ac ſpiritum. Nam & quemadmodum qui fratri iraſcitur, apud Deũ homicidij reus eſt, qui non magis opus cōſiderat quàm affectum: ſic qui concupiſcit mulierem alienã, iam mœchatus eſt eam in corde, idque etſi non apud homines, apud Deum tamen, qui magis voluntaté reſpicit quàm opus, quæ etiã quæcunque præcipit, toti homini præcipit, qui corpore conſtat & animo. Quemobrem quũ lex dicit, Non mœchaberis: quid aliud vult, quàm ne vel animo vel corpore adulterio te conſpurces, ne ſcilicet corpus libidinis æſtuet, néve mens fœda cōcupiſcentia inardeſcat: Mœchiæ autem nomen etſi Græci ad ſignificandũ adulterium frequentius accōmodent, hoc tamen loco mœchiæ appellatione omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorũ non legitimus vſus venit, idque nō omnino contra vocabuli rationem. Nam vt adulterari Latinis, ita μοίχειν, Græcis verbum eſt generale ad omnem corruptionem. Nam & monetam adulterant, qui eam vitiant: & adulterãt verbum Dei, qui illud corrupto affectu tractant. Et in hanc certe ſententiam non tantum euangelium, ſed & lex ipſa vetus, hoc præceptum interpretatur. quemadmodũ legimus Tobiam filium ſuum docuiſſe, quũm ait: Attende fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquã patiaris crimen ſcire. Et in Leuitico dicitur: Nō erit meretrix de filialibus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël. Et Eccleſiaſtici. 41. Erubeſcite ab conſpectu mulieris fornicariæ, Paulus item Apoſtolus fornicationem magna quadam vehementia, non vno in loco deteſtatur ac prohibet; Hæc eſt, inquit, voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, nō in paſſione deſiderij. Rurſus. 1. Corint. 6. Fugite fornicationem. Item Ephe. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. Atque adeò hoc crimen abominatur, vt nolit nos vllam cum fornicariis habere vitæ conſuetudinem. Sic legis. 1. Corint. 5 ſcripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis. Item, Si is qui frater nominatur inter vos, fornicator eſt, aut auarus, &c. cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Nec mirum, quòd ſcriptura doceat, nullam propemodum peſtem turpius, quàm fœdam illam libidinem hominem commaculare, atque adeò totum commutare, quæ ſanè facit, vt vix agnoſcas hominẽ eundẽ eſſe. Teſtis eſt Dauid, quo nemo cor-

Matth. 5
1. Ioan. 3.
Aug. quæſtionum i'Exo. lib. 2
Mœchiæ appellatione hic venit omnis illicitus coitus.
Tobiæ. 4
Deute. 23
Fœda libido totũ hominẽ placulare commutat.

2.Reg.11 datior,nemo pientior,nemo manſuetior. At is vbi turpiſſimè
libidinis æſtu exardeſcit, quàm fit carnalis,excors,ac crudelis,atque adeò ſui diſſimillimus,quinetiam homicida,vt omnino verum ſit,quod Oſee.9.legimus,Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Et Salomon Prouer.5.Stillans, inquit, fauus eſt ſcorti os,& mollius eſt quàm oleum collum eius: verum poſtrema illius amara ſunt,velut abſinthiũ,ac acuta ceu
3.Reg.3. gladius. Atque idem etiam Salomon huius rei potentiſſimum exemplum eſt. Nam etſi ipſe à domino cor ſapiens & intelligens nactus fuerit in tantum,vt nullus ante eum ſimilis ei fuerit,nec poſt eum(vt ſcriptura teſtatur) cõſurrecturus ſit quiſpiam,tamen quum cœpiſſet adamare mulieres alienigenas,En quantum mutatus eſt ab illo Salomone ſapientiſſimo? Statim enim deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt nõ eſſet deinceps perfectũ cum domino Deo ſuo,ſed in tãtum auerſum,vt
3.Reg.11 ſequeretur etiam deos alienos,& coleret ille Salomon,nuper omniũ ſapientiſſimus,Aſtarthen deam Sidoniorũ,& Chamos Deum Moabitarũ, & Moloch idolum Ammonitarũ. Et quî, quæſo,(vt omittamus exempla)fieri poteſt,vt nõ totus auertatur à Deo,qui libidinibus ſeruit,quum Apoſtolus 1.Corin. 6.dicat: An neſcitis,quoniã qui adhæret meretrici,vnum cor pus efficitur: qui autem adhæret domino,vnus ſpiritus eſt? Et ſtatim poſt. Omne peccatũ quodcunque fecerit homo,extra corpus eſt: qui autẽ fornicatur,in corpus ſuum peccat. Quòd ſi roges,quur ſic? Reſpondebit Apoſtolus, quòd corpus non fornicationi,ſed domino,& dominus corpori. An neſcitis(inquit) quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti, & quoniam mẽbra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti,qui in vobis eſt,quem habetis à Deo? Tollam ergo(vt regans ſubiicit ille) menbra Chriſti, & faciam mẽbra meretricis? Abſit: quin potius (vt idem monet) quũ noſtri non ſimus (empti enim pretio magno ſumus) hoc nobis curãdum eſt,vt proſtratis omnibus immundis concupiſcentiis & deſideriis,perpetuò glorificemus & portemus Deum in corde & corpore noſtro.

Grauiſſimè ſemper eſt punita fornicatio & adulterium

CAeterùm,huius criminis grauitatẽ vel ſola pœna propoſita ſatis oſtendit. Nam vix vllum peccatũ eſt,quod atrocius in ſcripturis punitum legamus, atque illud: id quod ſatis teſtatur diluuiũ,quo Deus totum mundum perdidit,eo quòd
Gene.6.7 omnis caro corruperat viã ſuam ſuper terrã: perdidit quoq;
Gene.19. atque etiam in cinerẽ redegit Sodomam & Gomorram vrbes floren-

ﬂorentiſſimas,vt ne ruina quidem ſuperſit,illorúmque inco
las externis cruciatibus deſtinauit,quòd ſcortationi & ſtupris
vacarint,queádmodũ teſtatur Apoſtolus Iudas:Sicut,inquit, *Iudæ.1.*
Sodoma & Gomorra,& finitimæ ciuitates,ſimili modo exfor *Caro alte*
nicatæ & abeuntes poſt carnem alteram, facti ſunt exéplum, *ra.*
ignis externi pœnam ſuſtinentes. Præterea ſic legimus,vigin *Num.25*
ti tria millia de filiis Iſraël plaga diuinitus immiſſa ob forni-
cationem cum filiabus Moab,periiſſe. Quod exemplũ Paulus
1.Corint.10.nobis intuendum proponit:Neque,inquit,forni
cemur,ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt,& ceciderũt vna die
viginti tria millia. Hæc enim omnia in figura cõtingebãt il-
lis. Scripta ſunt autẽ ad correptionẽ noſtram,in quos fines ſe-
culorũ deuenerunt. Nec dubitat etiam tantus Apoſtolus,ſcor *Scortato*
tatores regno cœleſti excludere,& inferni pœnis mancipare, *res regno*
quum inquit 1.Corint.6. Neque ſcortatores,neque adulteri, *Dei exclu*
neque molles,&c.regnũ Dei poſſidebũt. Et alibi:Scitote in- *duntur.*
telligentes,quòd omnis fornicator,aut immundus etiam,non *Ephe.5.*
habebit hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Rurſus ad He-
bræos cap.13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.

POrrò quum Chriſtus animi libidinem ac concupiſcentiã *Vis præ-*
tanto ſerio prohibeat,ſimul quoque prohibet quæcũque *cepti.*
eam vel excitant vel nutriunt,qualia ſunt,verba impudica,la- *Chriſtus*
ſciuæ hiſtoriæ,ſpurcæ cantilenæ,imagines indecoræ:deinde *prohibet*
oſcula,tactus,cogitationes,nimius ornatus & comptus corpo *oĩa quæ*
ris,occaſio,& potiſſimum crapula,ebrietas,deſidia,otiũ,ſom- *vel exci-*
nus,& ſi quæ ſunt ſimilia. Propterea quum prohibuiſſet con- *tãt vel nu*
cupiſcentiam,ſtatim ſubiecit: Quòd ſi oculus tuus dexter ſcã *triunt libi*
dalizat te,erue eũ,& proiice abs te: expedit enim tibi,vt per- *dinem.*
eat vnum membrorum tuorũ,quàm totum corpus tuum mit- *Matth.5.*
tatur in gehennã. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te,abſ-
cinde eam, & proiice abs te:expedit enim tibi, vt pereat vnũ
membrorum tuorum,quàm totum corpus tuum eat in gehen- *Explica-*
nam. Hæc enim docendi gratia per ſimilitudinem dicuntur, *tur locus*
non vt quis ſibiipſi amputare debeat genitalia:tum quòd mẽ *Matth.5.*
brorum natura mala non ſit,tum quòd hoc proximo præcepto
planè, vt fiat,prohibeatur. Sed magis his verbis docetur,om- *Ab omni*
nis concupiſcentiarũ occaſio diligẽtiſſimè vitanda,adeóque *eo quantũ*
cauendum nobis ab omni eo,quod in huiuſmodi peccatũ nos *uis charo*
protracturum timemus, etiam ſi id tam charum ac neceſſariũ *nobis ca-*
nobis fuerit,quàm ſunt oculi,manus & pedes,imò dexter & *uendum.*

quod per-trahere poſſit in li-bidinem. potior oculus. Quid enim non abiicere & cõtemnere potius eligamus, quàm vitam æternam amittere? & quoſnam animorum affectus (qui ipſius quoque mẽbra ſunt) præferemus deſiderio regni cœleſtis? Principio ergo hoc videtur monuiſſe Chriſtus, vt ſi contingat nos vitæ conſuetudinem habere cũ eo homine, à cuius fauore tota noſtra felicitas poſt Deũ dependere videatur, atque interim ſuggeſtione diaboli fiat, in eius hominis domo aſpectum noſtrum in mulierculam aliquã incautius cõiectũ, malæ cõcupiſcentiæ ignibus inardeſcere, vel noſtram pudicitiam ſolicitari, tum potius eſſe, vt eam occaſionem euitemus, ac quàm longiſſimè nos elõgemus (quãtumlibet id ingerat doloris aut incõmodi) quàm vt præſenti periculo nos committamus. Sic caſtus ille Ioſeph dominam ſuam, quæ in eum oculos ſuos iniecerat, ad adulteriũ ſolicitans, quoad fieri poterat fugiebat, mallens etiam ſe in vitæ diſcrimen coniicere, quàm tãtum crimen committere. Atque hoc eſt quod monet Pſaltes, quum inquit: Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. Et ſapiens Eccleſiaſtici nono. Virginẽ (inquit) nõ cõſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius: auerte faciem tuam à muliere compta: & ne circũſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hac concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt colloquiũ: enim illius quaſi ignis exardeſcit. Nec mirum: Aſcendit enim (vt Hieremias propheta cap. 9. ait) mors per feneſtras noſtras, hoc eſt per ſenſus, quemadmodum idem propheta alio in loco dixit: Oculus meus depredatus eſt animam meam. Et Salomon Prouerb. 6. Nunquid inquit, poteſt homo abſcondere ignẽ in ſinu ſuo, vt veſtimenta ſua non ardeant? aut ambulare ſuper prunas vt non comburantur plantæ eius? Re ipſa comperimus, incendi ignem quum proximat ſtipula: ad eundem modum (Hieronymo teſte) flammigero igne percutit fœminæ conſcientiam pariter habitantis.

Affectus animi mẽbra.

Gene. 39.

Pſal. 118.

Hiere. 9.

Mors ſpiritualis aſcẽdit per ſenſus.

Thren. 3.

Hierony.

Quæ quũ ita ſint, quãto magis putandum eſt crapulam & ebrietatem veluti proxima libidinis fomenta, hoc præcepto reſecari? Nam vt Salomon ait Prouerb. 26. Quum defecerint ligna, extinguetur ignis. Proinde apud Lucam tã ſerio monet Chriſtus, vt attendamus uobis, ne fortè grauentur corda noſtra crapula & ebrietate. Ad hæc monemur hoc præcepto, prophanum otium ſecuritatem quammaximè vitare,

Lucæ. 21.

Hiero. de conſecrat. diſt. 5. ca. nũquam.

tare, ac prouocamur, vt ſemper boni aliquid faciamus, vt ſemper nos diabolus occupatos inueniat: quo reſpicit, quod Paulus 1. Corint. 4. ait: Nolite locum dare diabolo. Et Ezechiel propheta diſertè teſtatur, olim Sodomitis exitij occaſionem præbuiſſe: Ecce, inquit, hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuati ſunt, & fecerunt abominationes corã me, & abſtuli eos, ſicut vidiſti. Hæc ergo omnia quãtumuis nobis dulcia videantur, reſecãda ſunt, & magis eligendum, vt tenuiter, atque etiam miſerè viuamus, quàm vt abiiciamur in gehẽnam. Præſentiſſimum autem remedium erit aduerſus hoc malum, ſi ſedulò à Chriſto hoc intimis precibus cõtenderis, vt te cõtinẽtem faciat, tuæque pudicitiæ florem illibatum cõſeruet: alioqui tantum bonum retinere viribus naturæ fruſtrà contenderis. Nam & Sapiens ait: Nõ poſſum eſſe continens, niſi dominus dederit, quòd ſi Chriſtum ad eum modum ex toto pectore rogaueris, non dubium illum (vt eſt pudicitiæ ſummus amator) votis tuis ſatisfacturum. Nam & Salomon teſtatur, Sapientiam eſſe, quæ præſtat vt eruaris à muliere aliena & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos.

Ezech. 13

Præſẽtiſſimũ remediũ, aduerſus libidinem.

Natura, nemo continens.

Prouer. 2.

CAeterùm (vt paulò ante meminimus) Chriſtus etiam docet, hoc pręcepto non ſolum prohiberi adulterium, atq; omnem illicitum Veneris vſum, ſed & è regione quoque requiri virtutes illas longe pulcherrimas, nempe caſtitatem, tẽperantiam, continentiã, ſobrietatẽ, verecundiam, nõ factorũ tantùmmodo, ſed verborũ etiam & morũ, atque ea exercitia, quibus hæ virtutes retinẽtur, veluti ſunt ieiunia, orationes, vigiliç, ac pij labores. Triplicem autem eſſe conſtat caſtitatẽ nimirũ virginalem, cõiugalem & vidualem. Nõ ſolum enim caſtitas virginum aut viduarum eſt, ſed etiam coniugũ, quẽadmodũ Apoſtolus teſtatur ad Hebræos vltimo: Honorabile (inquiens) coniugium, & cubile immaculatum. Et Sapientiæ 4. legis. O quàm pulchra eſt generatio caſta cum claritate! Immortalis eſt enim memoria illius, quoniã & apud Deũ nota eſt, & apud homines. Quomodo enim caſtum ad pudicũ non erit, quod ſanctificauit & mundauit Deus? eſt enim Matrimoniũ Dei ordinatio atque etiam ſacramẽtum, præceptũ etiam habens vt omnes qui non continent eo vtantur. Sicuti Paulus inquit, Propter fornicationẽ vnuſquiſq; ſuam vxorẽ

Hoc præceptum è regiõe requirit affirmatiuam, quæ cõplectitur plurimas eximias virtutes.

Triplex caſtitas.

Gene. 2.

1. Cor. 7.

Quod nã ſit caſtum matrimonium. habeat. Verum vt caſtum & immaculatum ſeruetur matrimonium,eo non quomodolibet,ſed ſanctè vti oportet.Alioqui ſi immodicè ſeruiat libidini,aut cõgreſſus ita peragatur inter fœcũdos,vt inde nulla ſit ſpes prolis,talis abuſus nõ procul ab adulterio aberit,quemadmodũ ſuperius in ſacramẽtũ Matrimonij fuſius docuimus. *Caſta mẽs & ſyncerus amor coniuges decet.* Caſta mens & amor ſyncerus coniuges decet,ſine quibus cõiugiũ vix coniugiũ,ſed magis contuberniũ cenſetur. Gentes,quæ hęc caſtitatis genera vel non nouerunt vel nõ ritè coluerũt, delapſæ ſunt in vagas ac ſpurciſſimas libidines,propter quas Deus ſeChananæos delerurum eſſe teſtatur. Et Paulus ſignificat cæcitatem, & amentiã libidinũ pœnas eſſe. *Cæcitas & amẽtia libidinis pœnæ.* Hoc igitur dico(inquit)& teſtificor in domino,vt iam nõ ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam,quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorũ, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. *Ephe. 4. Roma. 1. Acto. 24. Matt. 19* Rurſus & alibi Paulus impudicitiam impietatis pœnam eſſe tradit, quia (inquit) non probauerunt Deum habere in notitia,tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ in immunditiã,vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis, & cætera quæ ſequuntur. Ac ſatis coniectari poteſt Apoſtolum,quum corã Felice præſide & Druſilla vxore ſua,de iuſtitia,& caſtitate, & de iudicio futuro diſſereret adeò vt tremefactus diſcederet Felix,in eundem modum de caſtitate diſſeruiſſe.

Refellũtur virginitatis oſores ac contemptores. SVnt hodie qui virginitatem matrimonio æquant,atque etiam contendunt Chriſtum ac Paulum non aliter laudare & ſuadere virginitatẽ,quàm vt expeditiores ſimus ad docendum Euangelium & ad obeunda miniſteria eccleſiaſtica. Et proinde Chriſtũ dixiſſe,qui ſe caſtrauerũt propter Euangelium &c. *Virginitas etſi nõ meretur remiſſionem peccatorũ matrimonio tamen ſuperior eſt.* Nos vt nõ dicimus virginitatem aut aliam quãpiam virtutem ſua dignitate mereri remiſſionem peccatorũ & iuſtificationẽ:ita cum patribus & eccleſia ſentimus,virginitatem matrimonio excellentiorem ac longe præſtantiorẽ eſſe,tametſi ſcriptura teſtetur multos perfectiores fuiſſe cõiuges,vt Abraham, Iſaac & Iacob quàm pleraſque virgines. *Aliud eſt perſonas perſonis quàm virtutem virtuti comparare.* Sed aliud eſt perſonas perſonis,quàm virtutem virtuti comparare,vt ſuperius in Sacramentum Matrimonij docuimus. Deinde ex Chriſti ac Pauli verbis colligimus, virginitatem donum eſſe matrimonio excellẽtius,quod & ſua eximia pręmia

mia habeat, quemadmodum habet & ieiunium. Denique ex ipſo Paulo conuincimus, conſilium cœlibatus, nõ tantũ ſpectare ad primitiuam eccleſiam, ſed etiam ad præſentem. Nec tãtum ad eos qui eccleſiarum gubernaculis admouentur, ſed ad omnes Chriſtianos viros pariter ac fœminas. Idque non ſolum propter docendũ vel diſcendũ Euangeliũ, ſed quammaximè vt in hac breuiuſcula vita expeditiores ſimus ad ſeruiendũ Deo viuenti. Quid enim his verbis apertius, tempus breue eſt, reliquũ eſt, vt qui habẽt vxores, tanquã non habẽtes ſint, & qui flẽt, tanquã non flentes, & qui gaudent tanquã non gaudentes, & qui emunt tanquã non poſſidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi, volo autẽ (vt ſubdit) vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autẽ cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori. & diuiſus eſt. Et mulier inupta & virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autẽ nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Atq; hoc (inquit) ad vtilitatem veſtrã dico, non vt laqueum vobis iniiciã, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dominum obſecrandi. Et poſt pauca: Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, nõ habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ volũtatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit, & qui matrimonio iũgit virginem ſuam benefacit, & qui nõ iungit melius facit. Item: Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecũdum meum conſilium: puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Hæc ille. Hoc nobis cum aduerſariis conuenit, Euangelium requirere, vt ſi qui nõ poſſint cõtinere, potius ducant vxores, ne ſe libinibus conſpurcent, néve ſint authores alicuius turpis exempli. Deinde qui cœlibatum meditantur, explorare oportere ſuas vires, & diligenter conniti, vt purè viuant. At licere iis qui cœlibatum maturo conſilio ſpe ſeruandæ continentiæ freti vouerint, ob obortam aliquam carnis tentiginem ſpreta priori profeſſione, cõiugium ſine peccato contrahere, id vero non conuenit: quémadmodum in ſecundum præceptum latius diximus. Hactenus de vi præcepti.

1. Cor. 7. Conſilium cœlibatus perpetuũ eſt, reſpiciens omnes ætates

Quid cõueniat nobis cũ aduerſariis.

Quid non cõueniat.

PEccant vero in hoc pręceptum initio, idque grauiſſimè, qui adulterium & corpore & animo committunt, hoc eſt

Qui peccẽt in hoc præceptũ.

Leuit.20 qui alterius thorum violant,ſiue vterque in cõiugio ſit,ſiue
Deut.22. alter tantum,quem lex vetus morti addicit. Sic grauiſſimè
Dauid grauiſſimè punit⁹ ob adulteriũ. Dauid deliquit, grauiſſimè etiam punitus: idque in liberis ſuis & vxoribus. Nam & infantẽ amiſit,& videre coactus eſt Abſalon filiũ decem concubinas ipſius violantem, & de regno eum eiicere & occidere molientem. Quod futurum ipſi
2.Reg.12 Nathan propheta prædixit. Itidem legis libro Iudicum tribum Beniamin propè totam à domino deletam fuiſſe,quòd fœdiſſimè peccaſſet in vxorẽ cuiuſdã Leuitæ vi oppreſſam.
Gene.20 Quin & Abimelech rex punitus eſt à Deo,nõdum facto adulterio,tantùm quia Abrahæ vxorem concupierat. Non le-
Stuprum uius peccant,quin interdum grauius, qui ſtuprum cõmittũt hoc eſt,qui virginis pudorem tentãt ac corrumpũt,quos itidem lex morti addicit. Fit autem ſtuprum grauius,ſi puellã virginẽ iam alij deſpõſam quis corruperit, quem lex morti
Deut.20 addicit. Si puellam virginem deſpõderit vir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate & cõcubuerit cum ea, ambo educti lapidibus obruentur. Si in agro repererit & apprehendens concubuerit cum ea,ipſe morietur ſolus. Grauius etiã peccãt qui
Raptus. raptum cõmittũt, ob quem legis Sichem filium Emor principis Sichimorum cum patre occiſum,ac totam ſimul vrbem euerſam eſſe. Amon quoque quòd rapuiſſet & vi oppreſſiſſet Thamar ſororem ſuam à fratre ſuo Abſalon inter conuiuan-
Leuit.18. dum obtruncatus eſt. Grauiſſimè verò in hoc præceptũ committunt,qui naturæ ius violant,nõ temperantes ab iis à quibus abſtinendum eſſe natura iudicat, quos lex etiam mortis
Leuit.20. reos facit. Omnis,inquit, homo ad proximam ſanguinis ſui
Ibidem. non accedet,vt reuelet turpitudinẽ eius. Item qui dormierit cum nouerca ſua & reuelauerit ignominiam patris ſui morte moriantur ambo. Item ſi quis dormierit cum nuru ſua vterq;
1.Cor.5. moriatur. Paulus Apoſtolus virum Corinthium(qui nouercam ſuam duxerat) tradidit ſatanæ vexandum in interitum carnis. Et grauiter corripit Corinthios,quòd inter eos talis omnino audirẽt fornicatio, qualis nec inter gẽtes, vt vxorẽ
Inceſtus ſpiritualis patris ſui qui habeat. Eſt & inceſtus ſpiritualis, veluti cum quis virginẽ Chriſto deſponſatã & perpetuã caſtitatem profeſſam violat. Quemadmodũ & adulteriũ ſpiritale eſt,quòd
Adulteriũ ſpiritale etſi in omni quidem crimine committatur,peculiarius tamen in Apoſtaſia,cum quis à cultu veri Dei recedit ad cultũ dæ-
Apoſtaſia moniorum,de quo paſſim in prophetis,quod ad primũ præ-

ceptum

ceptum propriè pertinet. Deinde etiã peccant in hoc præceptum, qui quomodolibet fornicantur, etſi mulier neque coniunx neque proxima, neq; virgo ſit, ꝙ & lex vetus dicat. Nõ erit meretrix de filiali bꝰ Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël. Omnium verò grauiſsimè delinquũt qui peccatum cõtra naturam (quod piæ aures abhorent) committunt, ob quod potiſsimũ Sodoma & Gomorra, cum reliquis tribus ciuitatibus igne & ſulphure funditus euerſæ ac cõſumptæ ſunt. Id quod patres rectè mutum appellarunt, vel ob id, quòd de eo ſobriè ad promiſcuam plebem loquendum ſit, ne innocentes animi offendantur. De quo peccato habes Exod.22. Leuitici.18.& 20.& Romanorum primo. Hactenus de cõmittentibus craſſam illam Mœchiam & Fornicationem.

Peccatum contra naturam.
Gene. 19.
Peccatum mutum.

QVin etiam ſecundum Chriſti doctrinam non tantum ij in hoc præceptum impingunt, qui vel animo impudico ſunt, ac internis concupiſcentiis vtuntur & æſtuant, ſed & qui matrimonio abutuntur, in venerem impetuoſam ac illicitam cum coniuge ruentes. Item qui coniugem repudiãt, Matth.5. Qui debitam beneuolentiam denegant. 1. Corinth. 7. Qui vxorem deſpiciunt, aut nõ ex animo diligunt, Epheſio.5. Qui contra coniugem amarulenti ſunt. Coloſſ.3. Deinde qui impudicis verbis ſeu cantilenis libidinem nutriunt, Galat.5. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, Corinth.15. Qui conſpectu, tactu, ac oſculis ſe contaminant, Matth.5. Oſculum enim mulieris, quoddam pignus eſt veneris, & per oſcula etiam amantium ſpiritus inter ſeſe transfundũtur. Quo fit vt qui aliorum amori ſe exponit aliorúmque amoris pignora accipere gaudet, adulterio occcaſionẽ ſtruat moliaturq;. Quamobrem quis non videt conſuetudinem illam planè nefariam ac damnabilem eſſe, qua alicubi in vnum eundémque lectum maſculi & fœminæ innuptæ nuptæq; ſe recipiunt, quod & ibidem apud magnates, non tantum non turpe putatur, ſed laudi etiam ducitur. Sed mira quadam cæcitate qua diabolus eorum animos perſtringit. Nam ſi oculos auertere iubemur ne alterius coniugem inſpiciamus. Item ſi rectè ſentiit Hieronymus puellã virginem ſic educandã, vt ne quidem cum mulieribus lauet, néve ad nuptias etiam cum matre pergat. Quis neget hunc abuſum, ipſiſsimam eſſe pudicitiæ proſtitutionem vtcunque offundantur excuſationum fumi in peccatis? Nam vt aſſerant ij, ſe inhoneſtè quid neque

Leui. 5.
Neceſſaria conſuetudo.
Matth. 5
Hierony.
Matth. 5.

agere,neque loqui, fieri tamen nō poteſt,quin caro tentigine & pruritu cōcitata neſcio quid ſuadeat. Ne quid interim grauius dicamus.profecto verum eſt quod ille ait:Cùm proximat ſtipula,incendit ignē,vt merito de tam carſſiſsimo vitio gloriari deſinant,qui præ aliis honeſtatis gloriā ſibi vendicant. Prçterea ab huius legis cenſura immunes nō ſunt,qui crapula & ebrietate,deſidio,otio, ac ſomno luxuriæ flammas concitant. Nolite(inquit Apoſtolus)inebriari vino in quo eſt luxuria. Et Prouerbiorū. 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur non erit ſapiens. Notus eſt verſiculus, Venter vino æſtuans facilè deſpumat in libidinem. Breuiter omnes in hoc præceptū peccant,vel qui domum,copiam,locum tempus,auxilium commodant ad libidinis operam,quod omnium turpiſsimè faciūt lenones,vel qui vllam occaſionem vnde excitari libido poteſt,vel prçſtāt vel non vitant.

PRAECEPTVM SEPTIMVM.

Non furtum facias.

Ordinis ratio. Poſt corpus ſeu vitā,& vxorem(quæ corporis & vitç pars eſt)externa quoque bona,ſiue quibus non viuitur, inter chara habemus. Iure itaque,quòd de non furando eſt,ſuperiora prǽcepta conſequitur. In quo quidem præcepto vti in cæteris à parte totū intelligimus:vt furti nomine omnem iniuſtam vſurpationem,affectationē & cupiditatem rei alienç accipiamus. Quin Chriſtus docet hoc præcepto,non tantum prohiberi omnem auaritiam,fraudem,& impoſturam,ſed & è regione requiri ſummā animi ſynceritatem ac ſimplicitatem,deinde etiam benignitatem ac liberalitatem erga proximū egētem. Si quidem eo loco vbi decalogū interpretatur ac de conſummata iuſtitia præcipit, docet in omni actione, quæ nobis cum proximo eſt, hanc regulam ad vnguem (vt aiunt)tenendam,vt omnia ſic faciamus alteri quemadmodum velimus,vt viciſsim nobis ab altero fiat:quç regula veluti Lydius quidam lapis eſt, ad quam conſcientia noſtra applicata facilè diiudicauerit,non huius præcepti rea ſit.

Au quæſtionum in Exo. lib. 2

Vis præcepti. Matt. 6.

Regula euangelica

Facultatū noſtrarum partē pauperes ſibi vendicant. Rurſus cum præcipit,vt omni petenti demus,& volétem à nobis mutuare, ne auerſemur, beneficentiam & eleemoſynam in pauperes à nobis requirit, ſubindicans externa bona ſic eſſe noſtra,vt tamen eorum partem egentes ſibi vendicent,

ſibi védicent,(quod & ſuperius docuimus)quo minus abſur- *Quomodo*
dum tibi videbitur quod Sapiens Prouerb.6.dixit: Non eſt *intelligen-*
grandis culpa cum quis furatus fuerit.Loquitur enim de ho- *dum,quod*
mine,quem ineuitabilis vitæ neceſsitas ad furandũ impellit, *Salomon*
quæ planè vel minuit,vel tollit culpam,quandoquidem mox *furtũ ele-*
ſubdit:Furatur vt eſurientem impleat ventrem. Quanquam *uat.*
etiã quòd Salomon dicit furti culpam nõ eſſe grandem adul- *Prouer.6.*
terij criminis omniũ grauiſsimi reſpectu,cuius cõparatione
furtum ex neceſsitate cõmiſſum longe minoris culpæ eſt di-
ctum eſſe videtur.Alioqui furtũ etiam quòd ad ſe attinet cri- *Furtũ gra*
men grauiſsimum, ſi tamen vel manuum labore vel alia qua- *ue peccatũ*
cunq; ratione fames pelli poſsit.Cæterum quòd Exodi.3.cap. *Au. quæ*
Dominus per Moyſen Hebræis mandaſſe legitur,vt accipe- *ſtionum in*
rent ab Aegyptiis vaſa aurea & argentea, & veſtes pretioſas, *Exod.li.2*
vtq; deprædarentur ſeu ſpoliarent Aegyptũ,nihil habet cum
hoc præcepto cõmune. Nec illi Deo obtemperantes furtum
cõmiſerunt,ſed Deo iubente impleuerunt myſterium. Man-
datum Dei erat,cuius eſt terra & plenitudo eius,de quo iudi- *Pſal.23.*
candum nõ fuerat,ſed obedientia tantũ præſtanda. Ille enim
nouit quàm iuſtè mãdauerit:ad ſeruum autem pertinet obe-
dienter facere,quod ille mandauit,qui cum à priuata cupidi-
tate mentem defecatam habet, ac Dei iuſsionem inſequitur, *Vis præce*
peccare omnino non poteſt.Sed vt ad vim præcepti reuerta- *pti.*
mur,ea in primis in hoc ſita eſt,vt ab omni fraudulenta vſur- *Qui peccẽt*
patione rei alienæ penitus abſtineamus. Impingunt ergo in *in hoc præ*
primis in hoc præceptum qui rem alienam fraudulenter con- *ceptum.*
trectant inuito domino. Videte(inquit Tobias)ne forte fur- *Tobiæ.1.*
tiuus ſit hœdus,reddite eum dominis ſuis quia non licet no- *An peccẽt*
bis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Iam etſi olim *magiſtra-*
tale crimen lege Moſaica nõ plecteretur morte, vt videre eſt *tus qui fu-*
Exodi cap.20.Nihilo ſecius tamen non iniuſtè agunt magi- *rem morti*
ſtratus, qui inſequentes præſentes leges & patriæ mores fu- *adiudicãt.*
res ſuſpendunt. Neque enim lex iudicialis & politia Moyſi in *Politia*
gentes etiam trãſlata eſt,ſed Docet Euangelium præſentibus *Moyſi nõ*
magiſtratibus obediendũ eſſe. Quibus etiam poteſtatem le- *trãſlata in*
gum cõdendarum præbet,ac vt in ſontes ac pacis & cõmunis *gentes.*
ſocietatis perturbatores ſeuerè animaduertant,permittit.Sed *Roma.13.*
tamen viderint magiſtratus,ne ſint appetentes ſanguinis,ne- *Matt.23.*
que acceptores perſonarum,néve furculum qui vel ob neceſ *Quid vidẽ*
ſitatem quid modicum furatus eſt, ſpem etiam frugis melio- *dũ magi-*

tranſmiſſorũ extructio & refectio. Rurſus iuſta cauſa nõ eſt, *Quando*
ſi ad crapulam,ad commeſſationes,ad voluptates,ad luxum, *ex iniuſta*
ad ſpectacula, & id genus ſimiles vanitates, vel parandas vel *cauſa.*
augendas imponantur. Modum verò excedunt vectigalia, *Quando*
cum principes rapaces, æquis & ſolitis vectigalibus cõtenti *modũ ex-*
non ſunt, ſed noua ſubinde imponunt, ac ſubditos ſimul & *cedant.*
tondent & deglubunt,quum tamen vel ethnicus Cæſar Ty-
berius,boni paſtoris eſſe docuerit oues tondere, non deglu- *Suetonius*
bere. Non habent hi quod per Ioſeph, qui per Aegyptum *in vita Ty*
omnem fame laborantem, Pharaoni vectigalem fecit,ſe ex- *berij.*
cuſent.Is enim bono & æquiſſimo iure terram emptam, fe- *Occurri-*
cit vectigalem,non oppreſſit liberam,non in ſeruitutem re- *tur obie-*
degit,ſed ab inedia liberauit: quamobrem & lingua Aegy- *ctioni.*
ptiaca dictus eſt,nõ oppreſſor,ſed ſeruator. At quàm graui- *Gene.47*
ter ſcriptura inſectetur,eos,qui ſecus agunt,inter cæteros au *Ibidem.*
diendus eſt Ezechiel. Principes(inquit)eius in medio illius, *Ezec.22.*
quaſi lupi rapientes prædã. Et iterũ: Qui in ſanguine come- *Ezec.33.*
ditis,nunquid terram hæreditate poſſidebitis? Itidem Eſaias *Eſaiæ.20*
væ horrendum iis comminatur,qui cõdunt leges iniquas,&
ſcribentes iniuſtitiã ſcripſerũt,vt opprimerẽt in iudicio pau
peres,& vim facerẽt cauſæ humilium,vt eſſent viduæ præda
illorum,& pupillos diriperent. Audis etiam Iob de huiuſmo
di ſucclamantem, Aſinum pupillorum abegerunt,& abſtule- *Iob.24.*
runt pro pignore bouem viduæ,& oppreſſerunt pariter man
ſuetos terræ, vigilãtes ad prædam præparant panem liberis.
Agrum non ſuum demetũt,& vineam eius quem vi oppreſ
ſerunt vindemiãt,nudos dimittunt homines,veſtimenta tol- *Temperã*
lentes,quibus nõ eſt in frigore operimentum, quos imbres *dũ eſt prĩ*
montium rigant, non habentes velamen, amplexantur lapi- *cipibus à*
des,vim fecerunt deprædãtes pupillos,& vulgum pauperem *frequenti*
deſpoliauerunt. Eſurientibus tulerunt ſpicas, de ciuitatibus *vectigaliũ*
fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & *impoſitio-*
Deus inultum abire non patitur. Quæ omnia non in quoſli- *ne.*
bet principes aut magnates,ſed in rapaces tantum,qui violẽ *Tributa*
ta tyrannide(quæ tãto ſceleſtior eſt furto,quanto eſt impu- *ac vectiga*
dẽtior & violentior) dicta videri debent,nõ in principes & *lia ex Chri*
magiſtratus qui ex iuſta cauſa tributum conferendum indi *ſti præce-*
cunt,quibus tamen dãda eſt opera,ne hoc ſæpe fiat,quod te- *pto ſoluen*
nuitati ærarij,frugalitate rectius quàm violentis ac inſolitis *da.*
exactionibus prouideatur. Abſit verò vt factioſis ac vertigi-

Matt.22 noſis ſpiritibus(qui cenſus & vectigalia veluti rem iniquam
1.Petr.2. damnant) vllum ſuæ ſeditionis præſidium afferant. Nam &
Rom.13. tributa ac vectigalia ex Chriſti præcepto ſoluēda ſunt,& pa-
Matt 17 rendum magiſtratibus,etiam iniqua iubentibus, modò non
Rom.11. præcipiant quid contra verbũ Dei,quòd & Chriſtus tributũ ſoluerit,& per Paulũ ſoluenda mandauerit. Sed de hoc ſatis.

Inſuper Iudices qui iuſtitiam ac iudicium(quæ gratis impartiēda ſunt diuendunt, grauiter in hoc præceptum peccare putādi ſunt. Nam id quam graue ſit ſatis declarat Moyſes Exod.23. Non accipias,inquit, munera quæ excæcant prudentes,& ſubuertunt verba iuſtorum. Rurſus Deuteron.31. Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant
Iuſtè quod iuſtum eſt exequendum. oculos ſapientium,& mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris. Iuſtè verò quod iuſtum eſt exequitur, qui ad defenſionem iuſtitiæ & virtutis æmulatione, non amore præmij tēporalis excitãtur. Ietro ſocer Moyſi,iudicē
Exod.18. eligendũ ſenſit eũ,in quo ſit ſapiētia timor Dei, & veritas,
Qualis iudex eligendus. &qui oderit auaritiam. Et prophetę vbiq; iudicum cupiditatem deteſtantur,veluti Eſaiæ.1 & 3.Hieremiæ.50. Ezechielis.22.Micheæ.3.Sophoniæ.5. Prouer.28. Nec tantum peccant magiſtratus hæc facientes,ſed& à ſuis præſidibus, Vicariis,Officialibus,aliiſque miniſtris fieri permittentes, quòd non ſolũ digni ſint morte qui faciunt,ſed etiã qui cōſentiũt facientibus. Quid in morte digni ac proximi?cōtra quos aſſidua pauperum oppreſſorum vox in cœlum clamat. Quemadmodũ Exod.22. ſcribitur: Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos,vociferabuntur ad me,& ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio & erunt vxores veſtræ viduæ,& filij veſtri pupil-
Prælati ſimoniaci. li. Itidem: Non minus peccant in hanc legem Eccleſiaſtici præſides,qui indignos accepta pecunia ad gubernacula Ec-
Matt.10 cleſiarum admouent. Nam vendētes(quod gratis cõmitti ac
Acto.5. dari debebat)nónne furãtur? Qui Hieroboam illum imitã-
2.Reg.5 tur: de quo ſcriptum eſt, Quicunq; volebat, implebat manũ eius & fiebat ſacerdos excelſorum, & propter hanc cauſam peccauit domus Hieroboam,& auerſa eſt,& deleta de ſuper-
Sacrilegi. ficie terræ. Deinde quis non videt in hoc præceptum quam grauiſſimè peccare ſacrilegos,qui ſacra prophanãt,qui templa demoliuntur,qui prædia eccleſiæ diſtrahũt,qui templorum facultates diripiunt,qui Clericos & Monachos ſuis do-

miciliis

micilijs ex trudũt ac victu priuãt? Quos merito terreat Balthazar apud Danielem,& Heliodorus qui templũ Hieroſolymis deſpoliaturus,ſubito concidit in terram,& multa caligine obrutus,è tẽplo ſemiuiuus eiectus eſt.Item Antiochus ille,quem dirus viſcerum dolor (templum expoliare tẽtantẽ) apprehendit,ſic vt de corpore impij vermes ſcaturirẽt,ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent,adeò vt odor etiã illius & fœtor exercitũ grauaret Deinde huius pręcepti cenſura percellũtur peculatores,qui ſuppilãt ex ærario,publico Plagiarij qui abducunt aliena mancipia ſeu liberos, Abigei qui abducũt aliena iumẽta aut pecudes.Peccãt item Vſurarij in hanc legem,quòd vſuram & lex abominetur & euangeliũ damnet. Vt legem ſileamus,Euangelij doctrina quæ latius ſe porrigit ſic habet,Si mutuum dederitis his à quibus ſperatis recipere,quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur vt recipiãnt æqualia. Veruntamen mutuum date,nihil inde ſperantes. *Daniel.5.* *2.Mac.5 & 6.* *Depeculatores* *Plagiarij.* *Abigei.* *Vſurarij.* *Exod.22.* *Leuit.25* *Exe.8.22* *Pſal. 14.* *Lucæ.6.*

SVnt & furtorum quędam genera tectiora,ſed non minus ſcelerata,qualia cõmittũt qui mercenarios debita mercede fraudãt,cõtra quos Iacob' cap.5 inclamat:Ecce(inquit) merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis clamat,& clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.Quo fit in hunc modum Leuiticus moneat:Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mãne. Viciſſim peccat operarius,qui aut non præſtat quod pollicitus eſt, aut infidè præſtat, is enim ſi mercedẽ integrã accipit,fur eſt.Qui monetam publicam adulterãt,furibus deteriores ſunt:Impoſtores,qui fucata,veluti fictitias gemmas pro veris ac natiuis diuẽdunt, & reuera fures ſunt. Eodem crimine oenopolę & aurigæ ſe reos faciunt &inuoluunt,qui aquam ſulphuratam,aut lixiuium vendunt pro vino. Et inſtitores (qui iniquo pondere & fallaci menſura emptorem circumueniunt) furibus peiores ſunt. Non habebis (inquit lex) in ſacculo diuerſa pondera maius & minus. Et iterum, Nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula,in pondere,& menſura. Ad hæc qui calumniantur pauperẽ,id quòd crebo fit fraudulentis litibus,aut aliis etiam doloſis commẽtis quibus illi hoc agunt ac contendũt,vt egeni ius vel euertant vel ſaltem impediant, huius præcepti cenſuram non euadunt. Nam & calumniam mendacem Sapiens ſupra mortẽ *Furta tectiora.* *Adulterãtes monetam.* *Impoſtores.* *Oenopolæ.* *Aurigæ.* *Inſtitores* *Calũniatores.* *Eccle.26*

Ezec.26. grauem eſſe aſſerit:& Ezechiel dominum loquentem facit in hæc verba populi terræ calũniabãtur calumniam,& rapiebãt violenter:egenum & pauperẽ afflixerunt, & aduenã opprimebant calumnia abſque iudicio,&effudi ſuper eos indignationem meam. Item apud Zachariam cap.7.legis viduam & pupillum & aduenam & pauperem nolite calumniari,& malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Neque verò ob id ſecum gaudeãt iſti,quòd ſcilicet per calumniam diteſcũt, aut quòd ſententia ſecus quam oportebat extorta ſuperiores euadant. Nam ſcriptum eſt, Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias,dabit ipſe ditiori,& egebit. Et Sapiens Eccle.4. Si videris,inquit,calumnias egenorum,& violenta iudicia,& ſubuerti iuſtitiam in prouincia,ne mireris,quia excelſo excelſior eſt alius. Rurſus qui merces ſuas vendunt,nõ quanti debent ſed quanti poſſunt, quis excuſabit à furto? quum prophetam dicentem legamus: Audite hoc,qui conteritis pauperem & deficere facitis egenos terræ,dicẽtes,quãdo tranſibit menſis & venundabimus merces? & ſabbatum, & operiemus frumentum,vt imminuamus menſuram & augeamus ſiclum & ſupponamus ſtateras doloſas vt poſſideamus in argẽto egenos & pauperes pro calciamentis, & quiſquilias frumenti vendamus. Et paulò poſt ſubditur: Iurauit dominus,ſi oblitus fuero vſq; in finem omnia opera eorum. Molitores etiam ac Piſtores veteri dicterio fures appellantur, ſed ij demum rectè ac iure qui rem alienam vel ſubtrahunt vel vitiant.

Male parta maledicuntur. Prou.22. Extrudentes merces quãti poſſunt. Molitores. Piſtores.

IAm ſi hæc obtinent in rebus prophanis, quanto magis in cenſibus eccleſiaſticis,quorum Clerici & ſacerdotes diſpẽſatores tantum ſunt,non domini? Qua de re Clerici & ſacerdotes,qui cenſus Eccleſiaſticos accipiunt nec ea præſtare conãtur,ob quę illi ſunt inſtituti,aut qui ſacerdotij cenſus accipiunt, cum abhorreant à ſacris. Itidem qui eccleſiæ patrimonium cum ſcortis & potatoribus decoquunt, & pauperes negligunt,quos non dubium eſt infidelium diſpenſatorem pœna afficiendos. Sic enim legis apud Lucam Dominum dicẽtem: Quòd ſi dixerit ſeruus in corde ſuo: moram facit Dominus meus venire,& cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet Dominus ſerui illius in die qua nõ ſperat & hora quam ignorat,& diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis.

Clerici qui ſocij furum. Lucæ.12

Poſtremo,

POſtremo, quiſquis fratri ſuo malum cogitat, & regulam euangelicam de non faciendo alteri, quod ſibi fieri nolit, non inſequitᷓ, is ab huius præcepti trãſgreſſione omnino excuſari non poteſt. Id vero omittendum non eſt, pecccatum quod vſurpatione rei alienæ committitur, non aliter condonari, niſi integra fiat ablatæ rei reſtitutio. Vulgatum eſt Auguſtini verbum, Peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Et pulchrè Chryſoſtomus in opere imperfecto: Qualis, inquit, præceſſit offenſio, talis ſequatur reconciliatio. Et poſt pauca: Si operibus quenquam offendiſti, redde quæ abſtuliſti, & pœnituiſti, iuxta illud Zachæi; Domine, quæcunque fraude abſtuli reddo in quadruplo. Et ſtatim poſt: Alioqui niſi quem factis læſiſti, factis placaueris, ſine cauſa oras ad dominum, ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus quibus alios expoliaſti. Quid prodeſt tibi, ſi alter pro te oret ad dominũ, alter autẽ à te fraudatus, aduerſus te ingemiſcat ad Deũ? Quod tamẽ ſic accipe, ſi reſtitutio fieri poſſit: ſin ſecus, adeſſe ſaltem debet prompta voluntas alienũ reſtituendi, aut ſi ignoretur is, cui reſtitutio facienda venit, de mammona iniquitatis pauperes ſubleuãdi erunt, quemadmodum & ſuperius nos dixiſſe meminimus.

Matth. 7
Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatũ
Auguſt.
Chryſo. in opere imperfecto.
Lucæ. 19.
Quid agẽdũ vbi reſtitutio fieri non poteſt.

CAeterum, Chriſtus præter hæc omnia quiddam etiã magis requirit, vt hoc præceptum adimpleamus, nimirũ vt liberales etiam ſimus in proximum: adeò vt gehenna dignos eſſe pronuntiet qui in pauperes & egenos, quum poſſunt & res exigit, non impendunt. Quod parabola de diuite epulone & Lazaro ſatis oſtendit, Lucæ. 16. Quamobrem tam ſerio monet Chriſtus, vt eleemoſynam faciamus, quum ait: Verũtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et iterũ, Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurũ non deficientem in cœlis. Tanta vero eſt miſericordiæ exhibendæ proximo apud Deũ ratio, vt Chriſtus Matth. 25. teſtetur, ſe in extremo illo iudicio iuſtis, qui miſericordiæ opera in proximũ exercuerũt, regnum cœleſte redditurum: è regione vero impios, qui eadem opera facere neglexerint, æterno igni mancipaturum. Admonet denique hoc præceptum nos frugalitatis ac ſedulitatis, ne ſcilicet noſtra culpa in inopiam ruamus, ſed magis manibus laboremus vt victus ſuppetat vtq; impartiri poſſimus ei qui eget, quemadmodum Paulus ait: Qui furabatur, non amplius furetur, ma-

Supra ĩ ſacramento pœnitentiæ.
Chriſtus vbique perfectionẽ iuſtitiæ requirit.
Lucæ. 11.
Ibidem.
Auguſt.
Admonet murfrugalitatis.

gis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti, Epheſ. 5.

OCTAVVM PRAECEPTVM.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Ordinis ratio. POſt præcepta ſecundæ tabulæ, quibus mandatur, ne quomodo fratrem noſtrum opere lædamus, tum in corpore, tum in bonis, præſens decenti ordine ſubnectitur præceptũ, quo præcipitur, ne vel verbo fratrem lædamus. Vti enim per ſuperiora, perſonæ, coniuges, ac res proximorum ab iniuria vindicãtur, ita præſens ſynceritatem iudiciorum (quę ad defenſionem illorum omnium diuinitus inſtituta ſunt) requirit. *Hoc præceptũ pertinet principaliter ad muniẽdum iudicia.* Quemadmodum autem in ſuperioribus præceptis, à parte totum rectè intelligitur, veluti cum idololatriæ nomine, non tantum illa craſſa, ſed & illa cordis & interna venit: item periurij nomine oĩs illicita nominis Dei vſurpatio, ſabbati itẽ omnis ſpiritalis vacatio, ad hæc homicidij nomine oĩs proximi læſio in perſonam redundans, mœchiæ vero omnis illicitus coitus, denique furti nomine omnis noxa rebus proximi illata: ſic abſurdum non eſt, ſub falſi teſtimonij titulo contineri omnem noxam, qua per linguam proximum afficimus. *A parteˉ totũ intelligitur.* *Falſi teſti monij nomine quid contineatur.* Hoc enim apud Moſen frequens eſt, vt inſigne aliquod exẽplum ponat, ac vt poſtremo affectu ſimpliciter prohibito, omnes etiam cauſas & occaſiones, quibus fit vt ad illum eatur, damnatos eſſe velit. Rectè item hoc præceptum, quod omnem linguæ abuſum, atque omne mendacium vetat, ſuperiori quod furtum prohibet proximè ſubnectitur, quòd ſcilicet cognata vitia ſint, mendacium & furtum. Vt enim qui mẽtiri nõ ſolet, furtum multo minus committit: ita raro fit, quin mendaces etiam furentur. *Cognata vitia mendaciũ & furtum.*

Vis præcepti. CHriſtus perfectionis magiſter vim huius præcepti ad cor ipſum & affectus trãsfert, docens etiam eum cõtra proximum falſum teſtimonium dicere, qui vel dicere cogitauit, ſi detur occaſio: Quæ, inquit, procedũt de ore, de corde exeunt, hoc eſt ea quæ in corde latent, & quum præbetur occaſio, foris erumpunt, coinquinãt hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. *Matt. 12* Deinde Chriſtus docet hoc præcepto contineri, vt nedum à mẽdacio,

dacio, ſed ab omni verbo otioſo quod ad rem non pertinet, temperemus: Dico, inquit, vobis, quoniam omne verbum otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et Paulus magiſtri ſui interpres. Ephe. 5. ait: Turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ pertinet, nec nominetur in vobis. Item. 2. Timoht. 2. Propha na, inquit, & vaniloquia deuita: multũ enim proficiunt ad impietatem. Præterea Chriſtus monet cauendum ab omni hypocriſi, hoc eſt ſimulatione & diſſimulatione (quum inquit) Cauete à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Itẽ, prohibet omne temerariũ iudicium de proximo, quum inquit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condamnare, & non condemnabimini. Et paulò poſt: Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? aut quomodo dices fratri tuo: Frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eiice prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui. Atq; alibi monet, ne ſecundum faciem iudicemus, ſed vt iuſtum iudicium iuſtificemus. Nec tãtum prohibet temerarium iudicium quod externè fit, ſed & animi: hoc eſt ne male de proximo ſentiamus, ſed vel omnia in meliorem partem interpretemur, vel infirmitatem ſeu vitia proximi patienter feramus, atq; etiam tegamus. Atque, hoc eſt quòd nos miſericordes eſſe vult, hoc eſt dextro ac cãdido corde erga proximum. Atque huc ſpectat inſignis illa parabola de phariſæo ac publicano. Denique Chriſtus requirit in nobis non tãtum linguæ, ſed & cordis veritatem, ſimplicitatem, ac ſynceritatẽ, vt non aliter lingua loquatur, quàm quòd mens ſentit: nam quum verbum cogitationis nuntius ſit, qui fieri poteſt quin peccatum committatur, ſi verbum aliud enuntiet, aliud mens cogitet? neutrum enim ſuo officio rectè defungitur. Quod & Pſaltes non tacuit, qui tales deſcribens, ait: Corde & corde loquuti ſunt. Qui & alibi eũ demum in tabernaculo Dei habitaturum pronuntiat, qui loquitur veritatẽ in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

Cauẽdũ ab omni hypocriſi. *Matth. 7.* *Non ſecũdum faciẽ iudicãdũ.* *Quid ſit eſſe miſericordẽ erga proximum.* *Lucæ. 18.* *Veritas pulcherrima virtutum.* *22. q. 2. c. mihi.* *Pſal. 14.*

SEd inquies: Si hæc eſt huius præcepti ratio, quomodo excuſabis Abraham & Iſaac, qui (ne interficerentur propter vxores ſuas) eas ſorores ſuas nuncuparunt, diſſimulantes coniuges eſſe? Item, quomodo Iacob defendes, qui vt ſe Eſau ſimularet, manus & collum pellibus hœdorum circundedit?

Quæſtio. *Gene. 12. 20.* *Gene. 26 17.*

Exod.1. Deinde,qui tutabere obſtetrices Aegyptiorum,quæ & laudẽ timoris domini Dei itaque etiam beneficia ex mãdacio vidẽtur aſſequutæ? *Ioſu. 2.6* Præterea,qui factum eſt(dices)Raab meretrix adeò non damnetur ob mẽdacium illud,quo finxit Hebræorum nuntios apud ſe latentes iamdudum abiiſſe,vt & ob tale facinus in Hebræorũ familiam,quin etiam in Chriſti genealogiam ſit aſcita? *Iudith.13* Deniq;,quî fit(roges)quòd Iudith tantoperè celebratur,quæ Holofernam mentiendo decepit,ac interemit? *Dilutio.* Hunc nodum vt diſſoluant patres, mendacium triplex faciunt,officioſum,iocoſum,& perniciosum. *Augu. de mendacio ad conſen tium.* Mendacium officioſum id appellant,quod nulli nocet & alicui prodeſt ; aut etiam quod neceſſitatis ratio pietate, miſericordia, aut zelo religionis ſuadẽte,quodammodo extorquet, etſi interim alij nocere videatur: *Triplex mẽdaciũ.* hoc vt patres non ducant crimẽ eſſe capitale,non audent tamen pronuntiare omnino nõ eſſe peccatum, *Officioſũ* quin etiam peccatũ eſſe diffiniunt,ſed excuſabilius,ac veniale, quòd non ſint committenda mala vt eueniant bona, nec etiam qualecunque peccatum perpetrare liceat pro redimenda vita. *Nullũ peccatum cõmittẽdum etiam pro redimẽda vita.* In patribus ac cæteris piis quos obiectio recenſuit,aliud quoque ſpectandum eſt,nempe animus ab omni fallendi propoſito penitus alienus. Ad hæc ad obſequendum ductibus ſpiritus totus paratus,myſterio etiam ac ordinationi Dei totus ſubſeruiens, vt interim ſileamus ſanctorum quum verba tum facta ſic temperata fuiſſe,vt vix eos commiſſi mendacij arguere poſſis. Abrahã enim & Iſaac in vitæ diſcrimine apud impios conſtituti,non omnino mentiti ſunt,quum & affirmarint vxores ſuas,ſuas etiam eſſe ſorores, quemadmodum Abraham regi Abimelech mendacij eum inſimulanti, reſpondit: Verè ſoror mea eſt,& filia patris mei,& nõ filia matris meæ, & duxi eam vxorem. *Fratres et ſorores apud Hebræos.* Hebræis enim omnes,quotquot de vna cognatione ſunt,fratres & ſorores appellantur. Quod autem Iacob feciſſe legitur,planè miſticum eſt,electioni Dei ſubſeruiẽns:nec omnino falſum erat, quod dicebat Iacob ſe eſſe primogenitum, quum Eſau ipſi primogenita ſua vendidiſſet, & Dei electione primogenitus cenſeretur, quemadmodum & nos Dei dono & beneficio per fidem Abrahæ filij dicimur:in benedictionem Hebræis quidem ex carne Abrahę deſcendẽtibus promiſſam,ſed ob infidelitatẽ ablatam,ſurrogati. Itidem,quàm non vacet myſterio,quod fecere Aegyptiacæ illæ obſtetrices:Raab itẽm ac Dauid:denique Iudith illa memorabilis

rabilis fœmina de Holoferne triumphans, non eſt hic dicendi locus. Tãtum hoc ex Auguſtino memorabimus, quòd obſtetrices illæ ob id remuneratæ non ſint, quòd mentitæ fuerint, ſed ob pietatem erga Deum, quia ſcilicet infantes Hebræorum liberare ſtuduerunt: nec Raab cõmendatur mendacij nomine, ſed quòd certa de volũtate Dei piè egiſſet in liberandis nuntiis Hebræorũ. Non ergo temerè cuilibet hæc ſanctorum exempla imitanda ducimur. Quis enim poſt aduẽtũ Chriſti domini (qui omnibus typis & figuris veteris legis, in quibus omnia contingebant, finem fecit, qui ſolus gratiã & veritatẽ attulit) dicere audeat, ſe inſtigante ſpiritu vel officioſè mentiri? Certe Chriſtiano homini potius expectãda mors fuerit, quàm vt fidem fallat, aut vt mentiatur, vel apud impios, etiam pietatis cauſa. Nam ſibi quiſque dictum putare debet, quòd Eccleſiaſtici ſeptimo ſcribitur: Noli velle mẽtiri omne mendacium. Deinde omnino cauendum Chriſtiano, ne mendacio pietatis cauſam prætexat. Paulus ait: Si veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc ego tanquam peccator iudicor, & non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala vt eueniant bona?

Augu. de mẽdacio.

Nõ temerè quibuſlibet quiſ dei ſanctorum exempertes ſũt, ſanctorũ exẽpla externe imitanda.

Non committendũ mendaciũ etiam vitæ tuẽdæ cauſa.

MEndacium autẽ iocoſum eſt, quod vt nemini obeſt, ita & nemini prodeſt, oblectandi cauſa dictum, quod etſi capitale non ſit, minus tamẽ licet quàm illud officioſum, futurũ etiam capitale, ſi aſſiduitate aggrauetur, quod ſatis teſtatur locus ille Eccleſiaſt. 5. Noli mentiri omne mendaciũ: aſſiduitas enim illius mala eſt: Et Paulus damnat omne ſtultiloquium, atque etiam vrbanitatem, quam vocant, ad rem non pertinentem, ac præcipit vt ſermo noſter ſale conditus ſit. Nec mirum, quòd & de omni verbo otioſo reddẽdam eſſe rationem in illo iudicio, Chriſtus affirmauit. Nec tamen propterea putandum eſt præcipi, ne etiam docẽdi cauſa adhibeãtur docti apologi aut parabolæ pietatẽ annexam habẽtes, modò non neſciat auditor, quo animo & quorſum verba quæ audierit, dicta ſint. At qui loquacitatis vitio, vel delectatione mendacij (qua ſe facetos putant) mentiũtur, idq; ad eũ modum, vt vel hinc vanè placeant, vel vt audientes, vana credulitate imbuãt ac fallant, hi quomodo excuſari poſſint nõ videmus. Quamobrem, noſtra ſentẽtia, nõ leuiter peccarũt, qui hactenus è ſuggeſtis, loco Euãgelij aniles fabulas ac exẽ-

Mẽdaciũ iocoſum.

Ephe. 5.

Licet concionatori vti ſimilitudinibus

Taxatur abuſus.

pla impudẽter cõficta vulgo prædicarũt,ꝙ hoc ipſo nõ vulgarẽ ſuſpitionẽ ac cõtumeliã doctrinæ fidei,quã profitebã-
Augu.ad Hierony. tur,attulerũt. Rectè dixit Auguſtin⁹:Si ad ſcripturas ſacras admiſta fuerint mendacia, nihil remanet in eis ſoliditatis.

Mendaciũ pernicioſum. MEndacium pernicioſum ſeu malignũ id iure cenſetur, quod nulli prodeſt & aliis nocet,hoc eſt quod eo fine dicitur,vt ꝓximo,vel vitæ,vel famæ,vel bonorũ externorũ iacturã afferat, quod omnino dãnabile eſt,quẽadmodũ ſtatĩ
Quæſtio. oſtẽdemus.Sed dices:Si hæc eſt Chriſti ſentẽtia vt de fratre cãdidè ſemper ſentire,& neminẽ iudicare debeamus:nũquid ergo peccabimus,ſi publicũ fratris crimẽ publicè etiam dete
Dilutio. ſtemur?Reſpondemus nequaquam id prohiberi . Nam quod
Loc⁹ Math.6.explicatur. Chriſtus iubet,ne iudicemus, intelligẽdum eſt,de his rebus, quæ poſſunt & bono & malo animo fieri,tum enim Deo iudiciũ dimittẽdũ eſt, nec de alterius corde(quod nõ videmus)
Augu.de ſermõe domini ĩ mõte,lib.2. temerè proferẽda ſentẽtia.In quam ſententiã dixit Apoſtolus:Tu qui es,qui iudicas ſeruũ alienũ : qui domino ſuo ſtat aut cadit?Et iterũ Galat.6. Opus autẽ ſuũ probet vnuſquiſque,& ſic in ſemetipſo gloriã tantũ habebit,& nõ in altero.
Rom.14. Vnuſquiſq;enim onus ſuum portabit.Vbi profectò Apoſtolus,in hiſce rebus adiaphoris de proximo ad Deum(corã quo quiſq; aut ſtabit aut cadet tãquam domino ſuo)trãsfert,& ſimul nos ad conſideranda opera noſtra reuocat:nec abs re, ꝙ his acute inſpectis,tãtum quiſq; vitiorũ apud ſe repererit,vt
Au.ibi. facile neuorũ proximi obliuiſcatur.In his autẽ rebus,quæ ita
De maniſeſtis malis non prohibemur iudicare. fiunt,vt eas bono animo& caſto fieri non poſſe manifeſtũ ſit, nõ reprobatur ſi iudicemus. Itaq; quod de cibis dicitur(quia ignoratur quo animo fiat)non vult Apoſtolus nos eſſe iudices,ſed Deum . De illo autẽ,qui nefario ſtupro nouercã ſuã violauit,præcipit debere iudicari, ſicut ſcriptum eſt,inquit: Quæ occulta ſunt Deo,quæ autẽ palàm ſunt vobis& filiis ve
In iudicãdo de proximo ad tria reſpiciẽdum. ſtris.Sed hic ad tria reſpiciẽdum eſt.Primum,vt nõ aggrauemus crimẽ,ſed noſtrę quoque infirmitatis memores,cũ odio criminis,charitatẽ perſonæ proximi retineamus.Nõ ineptè monet Bernardus:Si põtes,inquit,excuſa actionẽ:ſi nõ,excuſa intentionẽ:ſi nec intentionẽ,excuſa tẽtationem.Nam hoc
Bernard. vt facias,charitas poſtulat,quę multitudinẽ operit peccatorũ. Secundò,ne non ſuo loco & tẽpore,quum ſcilicet iudicãdo
1.Petr.4. profuturi nõ ſumus,iudicemus. Nam qui aliter iudicat,à charitate excidit,& malum non corrigit, adeò vt & deterius faciet.

ciat. Rectè dixit Sapiens Eccleſiaſtici 31. In cõuiuiis vini nõ arguas proximũ tuũ, ꝙ ſcilicet planè intépeſtiuum ſit, inter pocula corripere, vbi peccãtem nõ ad pœnitentiã, ſed citius ad furoré concitaueris, & cõpotores nõ ad miſericordiã, ſed magis ad contemptũ & dilacerationé proximi commoueris. Paulus monet, vt epiſcopi ſeu Parochi publicè peccanté corã omnibus arguãt, ſed ſic, vt & cæteri timorẽ habeant, hoc eſt non vt tribuatur cęteris anſa alterius vitã inceſſendi, ſed magis occaſio ob fratris caſum ingemiſcédi ac condolendi, vtq; cęteri ex fratris periculo cõmoniti, ſuę quoq; infirmitatis ne obliuiſcãtur, ſed timeãt, ne in ſimile peccatũ incidẽtes eãdẽ cenſurã incurrãt. Sic Paulus inceſtum illũ publicũ apud eccleſiam Corinthiorũ corripuit, nõ vt Corinthij inflarentur, ſed vt magis luctũ haberent, & cõtriſtarentur ad eã pœnitentiam, quæ ſalutẽ ſtabilem operatur, nõ vt lapſum odio proſequerentur, ſed vt in eũ correptũ cõfirmarent charitatem, nõ vt eũ in deſperationem cõiicerent ac contumelia afficerent: quin potius vt qui peccãtem horruerant, iidé pœnitenti cõdonarét, ac mœrenté cõſolarentur, ne qua fieret vt immodico dolore abſorberetur, ac teſtimoniũ etiam prębet Apoſtolus Corinthiis, ſuã correptionem in eis nõ cõtemnendũ fructum feciſſe. Quantã, inquit, in vobis operatur ſolicitudinẽ, ſed defenſionem, ſed indignationé, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictã. Purgarunt enĩ ſe apud Paulũ Corinthij, ac teſtabant̃ ipſis nõ ꝓbari turpe cõmiſſum, ſe ſtuduiſſe, vt ilico corrigerẽt quod erat cõmiſſum, quaſi periculum vnius eſſet omnibus cõmune. Breuiter, correctioné huc ceſſiſſe, vt & lapſo ſanãdo ac cęteris deterrẽdis ꝓficeret. Atque, hoc eſt quod alibi monet Apoſtolus: Fratres, inquit, etſi præoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, cõſiderãs teipſum, ne & tu tenteris. Sũt, qui hodie ex ſuggeſtis nihil non cõuitiorum ac proborũ in eccleſiæ præſides, pontifices, ſacerdotes, monachos ac monachas cõgerunt, toti in hoc occupati, vt ꝓmiſcua plebs (alioqui eccleſię pręfectis ſuopte ingenio infeſta) eos auribus palpantes nõ vulgari pluſu excipiat, illos vero ſumma contumelia afficiat, conſpuat, lapidet, atq; adeò concitata ſeditione perdat. Qui eccleſiaſticę, quàm ſuo officio nõ fungantur, quis non videt? Bis enim citra cõtrouerſiã peccant, tum quòd abſentes & indefenſos peſſimo-

1. Tim. 5 *Quomodo publicè arguendus peccans.*

1. Cor. 5.

Locus. 2. Cor. 7. explicatus

Galat. 5.

Quorũdã petulantia taxatur.

impingunt in hoc præceptum, qui proximo qualibet detractione iniuriantur, vt famæ & opinioni eius notam inurant, quod ſcriptura vbique quàm maximè damnat. Detrahentē (inquit Pſaltes) ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Et Sapiens: Si mordeat, inquit, ſerpēs in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Rurſus Prouer. 24. Abominatio hominum detractor. Et Paulus: Detractóres Deo odibiles enunciat. & Galatas ſuos corripiēs, ait: Si inuicē mordetis & comeditis, videte ne ab inuicē cōſumamini. Et Iacobus monet: Nolite, inquit, detrahere alterutrū fratres mei. Detractoribus verò non multo mulieres ſunt, qui detractionibus facilè aures accōmodant. Nam vt quidā vir pius dicere ſolicitus eſt, detrahere, vel detrahētem audire, quid horū dānabilius ſit, nō facilè dixerim. Quamobrem Sapiens cōmonet, dicens: Sepi aures tuas ſpinis, & linguā nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Nec habent hi quod dicāt, per eos non ſtare quo minus detractores, ſua cōuitia effutiant, quòd non dubiū ſit ſycophantam à maledicētia ſua temperaturum, ſi ipſi audire recuſauerint. Nam vt Sapiens teſtatur: Facies triſtis diſsipat linguā detrahentem. Et antiquum dictū eſt, quòd nemo inuito auditori libenter referat. Quàm verò inexcuſabiles hi ſint, vel hinc liquet. Nam ſi aſinū aut boué fratris qui in via ceciderit, ſubleuare iubemur, quāto magis famam proximi (qua nihil homo pretioſius habet) defendemus? Ergo vt fortè fortuna detractoris cōuitia in proximum audiuerimus, ſapientis conſilium ſequendū eſt. Audiſti, inquit, verbum aduerſus proximum tuum? cōmoriatur in te, fidens quoniam te non dirūpet. Item, peccant in hoc præceptum ſuſurrones, qui (vt Sapiens ait) conturbant amicos, & in medio pacem habētium immittunt inimicitiam. Non erit (inquit lex) criminator & ſuſurro in populis. Et rurſus Sapiēs ait: Suſurro inquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur. Item, ſuſurro & bilinguis maledicus erit, multos enim turbauit pacem habētes. Non temerè patres ſuſurronē Iudæ proditori aſsimilant. Qui enim ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte cō maculant, Deum produnt. Præterea in hoc præceptum peccāt hypocritæ, qui aliud verbis & externis operibus ſimulāt, quàm mēte cōplectantur, de animo ſuo falſum ferentes teſtimoniū, quos Iob paſsim deteſtatur: Spes, īquit, hypocritæ peribit, nō ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearū fidu

Detractores.
Pſal. 110.
Galat. 5.
Iacobi. 4.
Accōmodantes aurem detractoribus.
Deut. 23.
Sapien. 7.
Pium conſilium.
Suſurrones.
Suſurrones Iudæ proditori aſſimilantur.
Hypocritæ.

cia eius. Rurſum, Non veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. Item, Laus impiorũ breuis eſt, & gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Item, Simulatores & callidi prouocăt irã Dei.
Matt.23. In hos Chriſtus horrendũ illud vę detonat: *Væ*, inquit, vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus auté eſtis pleni rapina & immũditia. Et pauld poſt: Væ vobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ apparẽt hominibus ſpecioſa, intus verò ſunt plena oſsibus mortuorũ & omni ſpurcitia: ſic & vos apparetis hominibus iuſti, intus autem eſtis pleni hypocriſi & iniquitate. Quos & alibi increpás, inquit: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt
Iactatores apud Deum. His etiã intolerabiliores ſunt, qui publicè ſe iactant, ac ea ſibi glorioſè arrogãt quæ non habent, vt vel hinc proximos deprimant aut contẽnant. Talis erat phariſæus ille euãgelicus, qui auſus eſt etiam apud ipſum Deum (qui ſolus
Lucæ.15. intuetur cor) ſe inaniter iactare: Gratias (inquiés) ago, quòd nõ ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, veluti
Pſal.11. etiã hic publicanus. Diſperdat (inquit Pſaltes) dominus vniuerſa labia doloſa & linguã magniloquam. Quãobrem ſeriò
1.Cor.1. monet Paulus, vt qui gloriatur, in domino glorietur, quòd ſcilicet non is, qui ſeipſum cõmendat, probatus ſit, ſed quẽ Deus commendat. At è regione, eodẽ reatu tenentur, qui contrariũ vitium incurrunt, veluti qui ſe fallendi ſtudio humiliant ac
Deiicičtes ſe ſtudio fallendi. deiiciunt, quos ſcriptura vitandos eſſe dicit: Qui ſubmiſerit (inquit) vocẽ ſuam, ne crediderís ei, quoniã ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Et Sapiens ait: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Pari reatu tenẽtur adu-
Adulatores. latores, qui ad potẽtiorum gratiam captãdam, eorũ & dicta & facta quæcunque tãdem ea ſint, laudant ac deprædicant, quos
Pſal.170. Pſaltes auerſatur, cũ ait: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput
Pſal.9.10 meũ. Et alibi quæritur, quòd laudetur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquius benedicatur, Nec omnino nõ peccant in hoc præceptũ loquaces, ſtultiloqui, ſcurræ, & id genus alij.
Loquaces. Nam Salomon teſtatur, In multiloquio nõ deeſſe peccatum. Contrà verò, eum qui cuſtodit os ſuum, cuſtodire animã ſuã. Qui autem incõſideratus eſt ad loquẽdum, ſenſurũ mala. Et Eccleſ.28. legis: Qui multis vtitur verbis lædit animã ſuam.

nam

nam & Pſaltes ait: Vir linguoſus non dirigetur in terra: Tanta eſt autem huius præcepti vis, vt Iacobus hunc perfectũ virum dicat, qui verbo non offendit: tanta difficultas, vt niſi diligentiſsimè caueamus, frequenter in hoc præceptũ impingamus. nã vt idem Apoſtolus ait: Omnis natura beſtiarũ, & volucrum, & ſerpentũ, & cæterorũ domantur, & domita ſunt à lingua. Linguam autem nullus hominũ domare poteſt. Quod tamen ne ſic accipias, perinde atque omnino præſtari impoſſibile ſit. audi quod ſequitur: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendũ. Gratia ſanè Dei opus eſt, vt tam inquietũ malum refrenes, ab ipſo Deo nunquam non cũ Pſalte poſtulanda, in hunc modũ precante: Pone Domine cuſtodiã ori meo, & oſtium circũſtantiæ labiis meis. Qui linguæ malitiam (modo ea abutamur:) rurſus qui linguę vtilitatem ac bonitatem (ſi ea rectè vti cõſueſcamus) noſſe velit, Iacobum Apoſtolum legat cap. 3. Peccant inſuper & in hoc præceptum, qui proximi vitam, verba aut facta male interpretãtur, aut in audium adducũt, quẽadmodum ſupra oſtendimus. Peccãt denique, qui mentem habẽt ab ore quomodolibet diſſidentem, hoc eſt qui (vt Pſaltes ait) non loquũtur veritatẽ in cordo ſuo, quos ille etiã à tabernaculo Dei excludit: veritatem enim & ſimplicitatem cordis hoc præceptũ requirit, quã qui non præſtat, hic non dubium impingit.

Pſal. 139. *Magna hui⁹ præcepti vis.* *Iacob. 3.* *Ibidem.* *Pſal. 140.* *Linguæ malitia. Bonitas.* *Pſal. 14.*

PRAECEPTVM NONVM.

Non concupiſces domum proximi tui.

PRAECEPTVM DECIMVM.

Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

Exod. 20.

HAec poſtrema duo præcepta coniunctim ponuntur in Exodo hoc modo: Non concupiſces domũ proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruũ, non ancillam, nõ bouem, nõ aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. In Deuteronomio vero ac ſeriè, Nõ concupiſces vxorem proximi tui, non domum, nõ agrum, non ſeruũ, non ancillam, nõ bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt. Quo factum eſt, vt ſupra diximus, quòd Origenes ſecutus Hebræos, vnum ex his duobus

Hæc duo præcepta cõiunctim ponuntur. *Deut. 5.* *Origenes ex duobus vnũ fecit.*

præceptis copulatis fecerit, & tamen quo numerus denarius ſolidus & integer maneret, primum præceptũ, prioris tabulæ in duo ſecuit. Sed magis eccleſiæ placuit Auguſtini ſentẽtia, qui primæ tabulæ præcepta tria facit, ſecundæ in ſex digerit, hæc poſteriora non vnum, ſed duo faciens.. Et diſertè quidem

Deute.5. Moſes in Deutero. (quæ eſt legis repetitio) diſcreuiſſe videtur concupiſcentĩam vxoris alienę, à concupiſcentia cuiuſlibet rei alienæ. Quibus poſitis, cætera cœpit adiũgere, vt quid domus nomine intelligi vellet, ſignificaret.

Quæſtio. Quo differant ſextũ et ſeptimũ ab his duobus vltimis. SEd dices: Quonam differt ſextum illud: Non mœchaberis, ab hoc, quod eſt, Nõ cõcupiſces vxorẽ proximi tui? Rurſus ſeptimum, Nõ furtum facies, ab hoc, quod eſt, Non cõcupiſces domũ, aut quamcunq; rem proximi tui? Reſpondemus potuiſſe quidẽ hæc duo poſtrema, ſub prioribus ſexto & ſeptimo cõprehendi, quòd nõ dubium ſit, eum qui malum facinus prohibet, cũ ſimul etiã malam prohibere volũtatem. Sed hoc

Dilutio. ruditati ac duritiei populi Iudaici (quem prophetæ populũ

Acto.7. incircuncisi cordis teſtatur) datum eſt. Ne enim crederet ille hoc nõ eſſe peccatũ apud Deum, quod apud homines eſt impunitũ, præceptis nõ mœchãdi & non furãdi (in quibus ipſa opera expreſsim notata & prohibita ſunt) hęc poſtrema ſubiunxit, quibus exertè malã etiam vetat voluntatẽ, quo magis mirãdum eſt, poſt hãc latã legem viros etiã quoſdam illuſtres

Error Iudæorum. apud Iudæos, hoc craſſo errore laboraſſe, quòd putarent non antè cõmiti peccatũ, quàm cupiditas, etſi non in operis perfectionem, ſaltem in conatũ maleficij prorupiſſet, è quorũ nu-

Ioſephus. mero Ioſephus fuiſſe videtur, qui Polybium, hominem ethni-

Polybius. cum reprehendit, quòd ille Antiochũ illuſtrem miſerè periſſe teſtetur, ob id tantum, quòd voluerit tantùm ac deſtinarit ſpoliare templũ Dianæ. Quod Ioſephus abſurdè dictum eſſe putat, diffiniens male ſano quidẽ iudicio, eũ nullatenus egiſſe peccatũ, illóque reatu teneri, qui tantum peccare cogitaſſet.

Pſal.36. Quæ Iudaica planè Ioſephi ſentẽtia, quàm ſit omni ſcriptu-

Eſaiæ.1. ræ, præſertim his duobus præceptis contraria, nemo non vi-

Hiere.4. det, niſi tamen quis contendat, cõcupiſcentiæ nomine hoc loco non tam venire qualemcunq; cupiditatem quàm conatum maleficij. Sed quo minus Iudæi hoc ſenſu hæc præcepta acciperẽt, paſsim ex prophetis diſcere poterãt, qui Dei iuſſu hoc vbique requirunt, vt nõ tantũ externum opus atque etiã conatus ipſe, ſed etiam malũ cogitationũ ab oculis diuinis auferatur.

feratur. Et ſapiés apertè teſtatur, peruerſas cogitationes ſeparare à Deo. nec mirũ: quum enim (vt Tertullianus ait) volũtas origo culpæ ſit, quare non tanto potior ad pœnã eſt, quãto principalis ad culpa? Sed rurſum rogabis, cur in præceptis periuriũ, homicidium & falſum teſtimoniũ vetantibus, nõ eſt expreſſim prohibita cõcupiſcentia, quẽadmodum in his quæ adulteriũ & furtum reſpiciunt? Auguſt. nõ ineptè reſpõdet, libidinis & habendi affectum, penitius eſſe cũctis à natura inſitum, quàm periurij, homicidij, aut ferendi falſi teſtimonij: ab his enim ſuopte ingenio abhorremus, verũ ad illa, nimirũ ad corporeas voluptates, ac huius ſeculi opes ac diuitias, ſtatim ab adoleſcẽtia proni admodũ ac procliues ſumus: idcirco opus erat, vt in his, ad quæ veluti bona quædã corporis inclinamur, ac veluti rapimur, non tantum factum, ſed & affectus prohiberentur, quum in illis nemo non ſanæ mẽtis, & qui vel naturali iudicio præditus eſſet, facile iudicaret, prohibito facto prohiberi quoque peſſimam faciendi voluntatem.

Tertullianus. *Quæſtio.* *Auguſt.*

CAeterùm horum præceptorum, vt & aliorũ omnium vim nuſquam melius ac certius diſces, quàm ex Chriſti Euãgelio, qui æternũ Dei verbũ, vt eſt legiſlator, ita nimirũ eſt eiuſdẽ optimus interpres. Lex dicit, Non mœchaberis. intelligit Iudæus, prohiberi tãtum externũ adulterium: Chriſtus interpretatus eſt, non tantum hoc vetitum, ſed etiam omnẽ mœchandi affectũ. Sic cùm lex dicit, Non concupiſces vxorẽ proximi tui, nõ domũ, non agrum &c. Iudæus intellexit, nõ ſic concupiſcas, vt non tantũ animo verſes, ſed & perpetrare ſaltem tentes ac coneris maleficium, nimirum ſolum affectũ prauum nõ iudicãs vitioſum. Aut ſi quis ex Iudæis ſenſatior fuit: præceptũ, Non cõcupiſces vxorẽ, interpretatus eſt, animo ſcilicet cum ea, ſi permittatur, mœchandi: aut præceptũ, Non concupiſces domũ proximi, animo ſcilicet nudãdi proximum tuũ facultatibus ſuis, iniuſtis quibuſque rationibus. At Chriſtus horum præceptorũ vim latius patere cõteſtatur, ſic ſcilicet, vt non tantũ in hanc legem committant, qui proximi vxorem deſiderant animo cum ea mœchandi, ſed etiam qui proximo inuident, quòd talem coniugem nactus ſit, quã ipſi ſibi, ſi vlla detur occaſio, vxorẽ eſſe velint. Itidem quòd non tantum rei ſint, qui rationibus manifeſte iniquis, proximi facultates ad ſe pertrahere conantur, aut etiam affectant, ſed etiam illi qui quocunque modo ſe locupletari cũ aliena

Horũ præceptorum vis. *Latiſsimè patet hæc præcepta.* *Qui velit locupleta.*

ri cũ aliena iactura *Ius ciuile nõ excuſat male affectũ à peccato.*

iactura ſeu incõmodo cupiũt,quales ſunt, qui proximũ velĩt in eam neceſſitaté incidere quæ eũ cogat,etſi cũ dãno,ſua illis dſuẽdere,ſeu qui quouis quæſito ingenio vel colore proximi bonis inſidiãtur,quãuis id faciãt modis ac rationibus à iure ciuili haud reprobatis, modò ſaltẽ eo animo res agatur, vt malint ſibi quàm proximo eſſe proſpectũ. In quã ſentẽtiã ſi hæc poſtrema præcepta intelligãtur,ſit,vt& ipſa per ſe ſint mandata,non tãtum expoſitoria aliorũ. Hãc autem eſſe horum præceptorũ vim Chriſtus declarat,cũ iubet,vt eodé animo ſimus erga proximũ, quo velimus viciſſim eum erga nos eſſe. Deinde cum docet totũ penè in eo ſitũ eſſe,ſi oculus noſter,qui eſt totius corporis lucerna,ſimplex fuerit,quòd tum totũ corpus futurum ſit lucidũ:ſin oculus fuerit nequã,totũ etiam corpus tenebroſum fore, quòd ſcilicet fieri nõ poſſit, vbi lumen quod in nobis eſt,tenebræ ſunt,ipſas tenebras nõ poſſe non eſſe maximas. Oculum autẽ Chriſtus hic appellat ipſam intentionẽ, qua facimus quicquid facimus:quæ ſi mũda fuerit & recta,&in illud defixa,quod intuendũ eſt,omnia opera noſtra,quæ ſecundũ eam operamur,neceſſe eſt eſſe bona.Sin autẽ intẽtio mala fuerit, etiã ipſum lumẽ in tenebras conuertendum. Lumen nimirũ appellãs,mentis iudiciũ,quo quiſq; nouit quo animo quid faciat. Quod rectè dicitur verti in tenebras,quum ſimplex intẽtio, nõ ad Dei ſeu proximi dilectionẽ, ſed ad ſuiipſius amorẽ inclinat. Quod cũ fit,hoc eſt cũ ipſa cordis intentio ſordidatur, omnino neceſſe eſt, & ipſum factũ(cuius incertus eſt exitus)ſordidũ& tenebroſum eſſe:quia etſi bene alicui proueniat,quod tu nõ recta &mũda intentione facis,id te nõ excuſat:ſed quomodo tu feceris,tibi imputatur,non quomodo illi prouenerit,conſideratur.

Iſta poſtrema ſũt etiã per ſe mandata *Matth.6* *Augu. de ſer. domini in monte,lib. 1.* *Oculus,intentio.* *Lumẽ mẽtis iudiciũ*

Augu. de ſer.domini in monte,lib.1. *Chriſtꝰ requirit cor mundum* *Immũdus oculus.*

IN ſumma, Chriſtus cor mundum requirit, & ſolos eos qui mũdo ſunt corde,beatos pronuntiat. Mundũ eſt cor,quòd ab omnibus terrenis deſideriis defæcatũ eſt. Mundũ eſt cor, quod totũ inDei & proximi amorem eſt effuſum,ꝙ non ſua quærit,ſed ea tantũ quę Dei ſunt & proximi. Quod proximũ diligit propter Deũ,nõ ꝓpter vllum tẽporale cõmodum, nõ quod fratri cõſulit,quòd hinc aliquid emolumẽti ſibi rediturum eſt,ſed quia proximus eſt,& propter Deũ:alioqui ſi temporale cõmodũ tantũ ſpectet,ſibi duplex cor facit, quo prohibetur à vidẽdo Deo,in cuius ſola viſione ſita eſt beatitudo certa ac perpetua.Immũdus eſt oculus,qui nõ diligit proximum

mum tanquā ſeipſum:qui ſibi bene eſſe optat,etiā ſi interim proximo ſit male:qui ſibi cupiat omnia ad nutū adfluere,vtcūque tādem cū proximo res agatur. Is enim oculus à Chriſtiana charitate in ſui amorē deflectitur,quem Aug.rectè dixit,caput omniū eſſe peccatorū.Chriſtiana charitas nō quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorū 1.Corint.13. Sui amor, Deo quæ Dei ſunt detrahit:hominibus,quæ ſunt hominū:hunc è mētibus noſtris profligatū eſſe volunt hæc nouiſſima præcepta.Qui niſi eiiciatur,& ſubintret charitas,non dubiū eſt nos quàm lōgiſſimè ab adimpletione mādatorū Dei abeſſe,ꝙ ſola proximi dilectio legē adimpleat. Scim⁹ ſapiētes ethnicos, ſui amorē proximi dilectioni anteponere.Vnde nō dubium, nata eſt vulgata illa ſentētia,Charitas ordinata incipit à ſeipſa.Rurſus,Tunica pallio propior eſt.Et quod Terētius ait: Omnes ſibi melius eſſe malle quàm alteri.Itē,eū optime viuere,qui ſibi viuit.Sed nū hæ ſentētiæ cū Chriſtiana doctrina cōueniant,viderint alij:nos certè ſcimus Chriſtū & Apoſtolos,& verbo & exēplo docuiſſe verā Chriſtianam charitatem exhibere, vt proximi ſalutē noſtræ etiam anteponamus.

Auguſt. Caput omniū peccatorum, ſui amor.

Roma.13

Sapientes huius ſeculi ſui amorē proximi amori præponūt

NE tamen hic impingas,ad duo reſpiciendum eſt.In primis,vt quod diximus de nō concupiſcēdis rebus proximi,intelligas,te tum in hāc legem cōmittere, ſi eo animo ea concupiſcas,vt in ipſis tua cōmoda quæras,incurius interim nū hinc proximo cōmodes vel incommodes:nā qui iubemur in omnibus proximi vtilitatē quærere, noſtra verò cōmoda proximi vtilitatibus poſthabere,ac proximū(quod in nobis eſt)iuuare,rei proculdubio corā Deo erimus,ſi noſtrā tantū vtilitatē,nō proximi,ſpectemus.At ſi proximus ſuapte ſpōte res ſuas diſtrahere cupiat,facturus ex pretio maiorē quàm ex re ipſa fructum,tuq; bona fide ac mente ſyncera,ab illo eas tibi compares,nullius peccati reus es. Abſit enim,vt putes per Euangeliū legitimos cōtractus,qui ex iure gētium(quod eſt pars iuris naturalis)deſcēdunt,abrogatos eſſe.Sed hoc tantū in omnibus cōtractibus ac actionibus noſtris Chriſtus requirit,vt animus noſter erga fratrem ſyncerus ſit,vt oculus ſimplex,vt intētio recta ſit, vt proximos ſuos ſucceſſus perinde atq; nobis noſtros gratulemur,vt ipſi ſua cōmoda ac diuitias faueamus,vt noſtra ſorte cōtenti eſſe diſcamus,vt noſtrā vocationē nō aſpernemur,vt proximi cōditionem nō deſideremus præ noſtra,vt illius res nō ambiamus cum illius iactura.

Ad duo reſpiciendum.

Philip.2.

Quomodo liceat rem alienā concupiſcere.

Euāgeliū nō abolet legitimos cōtractus.

Matth.5. 6.7.

1.Cor.7.

1.Tim.6.

Breuiter,vt voluntatem nũquam nocendi,ſed ſemper cõmo
dandi proximo habeamus:ſic,vt interim nobis liceat,modò
hanc rectã intẽtionẽ cõſeruemus,iuſto labore ac etiã cõtra-
ctibus facultates nobis parare,ſi ſic paremus,vt illis bene vta
mur,ac egẽti ꝑximo(quũ opus eſt)ſuccurrere ſpõte velim⁹.
Duplices Secundò,non eſt putandum,his duobus præceptis omnes
affectus. omnino affectus prohiberi. Nam in vniuerſum duplices ſunt
affectus. Quidam ſunt omnino naturales,qui cũ Dei lege nõ
pugnãt,veluti iuuare liberos,neceſſarios,cõiuges,bene me-
ritos. Item neceſſarium victũ expetere,poſt fatigationẽ deſi-
derio quietis & ſomni affici, & ſimiles id generis. Qui certè
1.Petr.2. affectus nullam habent peccati rationẽ:nam & Chriſtus,qui
peccatum nullum fecit,& eſuriſſe & ſitiſſe,& ad quietẽ cor-
Ioan.13. poris ſe cõpoſuiſſe, Ioãnem item Apoſtolum præ cæteris di-
Affectus ſcipulis dilexiſſe perhibetur. Aliæ vero ſunt appetitiones&
pugnãtes affectus pugnantes ſimpliciter cum lege Dei,veluti ſunt,res
cum lege alienas aut cõiugem cum incõmodo proximi appetere, aliis
Dei. ſuos ſucceſſus ac beneficia Dei inuidere,& id genus alij. At-
que hi ſemper mali ſunt & peccatũ pariunt,ſi tamen conſen-
ſus accedat,& proinde his præceptis vetiti.
Triplex QVo vero penitus intelligas,quid ſibi hęc pręcepta ve
concupi- lint,noſce debes hic triplicem illam concupiſcẽtiam
ſcẽtia pro prohiberi,de qua dixit apoſtolus:Omnẽ quod eſt in mundo
hibetur. concupiſcẽtia carnis eſt,& cõcupiſcẽtia oculorũ,& ſuperbia
1.Ioan.2. vitæ. Concupiſcẽtia carnis prohibetur,quũ dicitur: Nõ deſi
derabis vxorẽ proximi tui. Cõcupiſcẽtia vero oculorũ & ſu-
perbia vitæ vetãtur,quum dicitur : Non cõcupiſces domum
proximi tui,nõ ſeruum,non ancillam,nõ bouem,nõ aſinum,
Domus in nec omnia quæ illius ſunt. Domus enim in ſcripturis, & ge-
ſcripturis nus,& familiam,& familitium, & ſtatum,& ordinẽ, & opes,
&facultates:breuiter,omnem hominis poſſeſſionẽ ſignificat,
tametſi ſi ſtrictius accipiatur,familiam tantũ,non etiam ſer-
uos & ancillas,ac reliquas res comprehendat. Quare disertè
hic additum eſt,non ſeruum,non ancillam,non bouem,non
Qui pec- aſinũ,nec omnia quæ illius ſunt. Peccant itaque in hoc præ-
cẽt in hoc ceptũ,non tantum qui vxorem proximi animo cum ea mœ
præceptũ. chand deſiderãt, ſed & qui ſuam vxorẽ proximi vxori poſt-
habent:qui proximo cõiugem ſuã non fauent perinde atque
ſibi,ſed magis eã accipere cuperẽt,ſi vlla ratione liceret,etiã
cum proximi incõmodo. Quod vitium apud Iudæos,quibus
repu-

repudium concedebatur, & frequentius & euidentius erat, nã permiſſione legis abutentes, alij aliorũ vxores ſolicitabãt, vt vel moroſitate vel alia quapiam ratione, diuortij cauſam merito præſtarent, quo illi, ſoluto matrimonio potirentur.

Non diſſimili ratione peccant, qui deſponſam alteri abſtrahunt & abalienant, etſi id prætextu iuris faciant, quo declaratur, matrimonium per verba (quæ de præſenti vocant) contractum, ſponſalia prius inita dirimere. Deinde peccant in hæc præcepta, non tantum qui rem alterius, quanuis iniuſtis, ſed etiam qui permiſſis apud homines rationibus, ac (vt dici ſolet) ſub iuris colore nanciſci appetunt, idque cum incommodo & proximi iactura. Neque enim tales tam fauẽt proximo quàm ſibi, obliti præcepti Apoſtolici, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum: qui ſibi bene conſultum eſſe volunt, etſi interim male conſultum ſit proximo: qui ad iuris rigorem omnia exigunt, æquitatis penitus obliti, idque ſui commodi gratia qui occaſionem damni dát, & qui damno proximi non perinde atq; ſuo afficiuntur, quod exemplis ſuperius allatis fit manifeſtius. Et quis non videt ad eundem modum peccare emptores & venditores, itidem permutatores qui ſe in cõtrahendo decipiũt, etſi intra iuſti pretij dimidium, quanuis lex ciuilis ob id contractum nõ reſcindat. Nam alia eſt lex fori, alia lex poli, quæ præcipit, vt quòd tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quemobrem ſiue venditor ſis ſiue emptor, omnem dolum detegere, ac proximum de rei æſtimatione ac pretio admonere debes, nec abuti in tuũ commodum, eius vel ætate, vel ruditate, vel incuria, vel neceſſitate. Vnde non dubiũ eſt, & eos in hoc præceptum peccare, qui pactum redemptionis ſic aſtringunt, vt euoluto certo tempore, res nunquam ad venditorem (qui eam diſtrahere coactus eſt) redeat, etſi id lex ciuilis permittat. Grauius peccant tutores & curatores & cæteri, quibus vel perſonæ vel res aliorum ſunt commiſſæ, quum ſinunt eos, quorum tutelam gerunt, genio indulgere, ſeu in omnẽ malitiam ruere, vt ipſi tãdem eorum bona ad ſe pertrahant, aut qui negligentius in rebus eorum quàm in ſuis agunt. Ad hæc peccant in hoc præceptum, qui virũ aliquem præſtantem, principi vel reipublicæ, cui nõ ſine magno commodo ſeruit, ſubducere moliuntur: Qui ſeruos ſeu ancillas ac mercenarios etiam ſuis dominis ac heris immorigeros faciunt, qui abducunt, atq; adeò qui non monẽt

Prætext⁹ iuris non excuſat.

Aequitas rigori præferenda.

Alia lex fori, alia lex poli.

Pactũ redẽptionis.

ac hortantur, vt apud dominos ſuos (qui eorum opera libenter vtuntur) maneant, ac ſuo officio ſedulò fungātur. Alia ratio eſt, ſi famuli ac famulæ noliut diutius in ſeruitio manere, vel quia domini mali ſunt, vel quia mercedē denegant, vel victum neceſſarium non ſuppeditant, vel aliā iuſtam ob cauſam tum enim licitum eſt alteri eorum operam conducere, quum id faciat non animo incommodandi proximo, quemadmodū ſoluto matrimonio, licet alterius vxorem (cuius ſolam pudicitiam ac honeſtatē, quum adhuc alteri nupta eſſet, quis amauit) in vxorē ducere. In ſumma, deſiderāt hæc præcepta ſummā animi puritatē, ac impuritatē, immūditiamq; deteſtātur.

Puritas animi deſideratur.

Difficillima impletio horum præceptorum.

EX his facilè deprehendi poteſt, quàm ſit horum mādatorum difficilis impletio, ac quanta vigilantia nobis opus ſit, ne metas nobis à Deo præſcriptas excedamus. Habemus enim innatam concupiſcentiam omnis mali fomitem, quam quidem quàm ſit difficile intra diuina voluntatis limites cōtinere nō tantū mali, ſed & ſancti ac pij ſubinde ſentiunt, ac teſtantur. Certè vt poſſibile eſt hominem renatum, non ſuis quidem viribus, ſed Dei gratia hanc Dei legem adimplere, tamen hactenus inuentus eſt nemo (virginem matrem poſt Chriſtum ſemper excipimus) qui ſe hanc legem vndiquaque adimpleuiſſe, & omnino ſine peccato eſſe, gloriari audeat: quum Ioannes Apoſtolus palàm aſſerat, nos mendaces eſſe, ſi dixerimus, quòd peccatum non habeamus. Rurſus, noſtra ſententia, non rectè faciunt, qui aſſerunt, nos hic nihil poſſe, atq; adeò concupiſcentiā etiam in renatis regnare dicunt, vt etiā impoſſibile ſit nos concupiſcentiæ nō ſuccumbere, atq; hanc legem adimplere: nā hac doctrina infirmos non leuiter offendunt: quoſdam enim peſtilentem quandam ſecuritatem inducunt, vt exiſtiment ſe fruſtra gratiā Dei ambire, ac conari, vt hanc legem adimpleant, quæ adimpleri nō poſſit: ſatis eſſe, vt credant Chriſtum adimpleſſe legem, atque hāc adimpletionem ipſis vtcunq; de adimpletione incuriis (ſi tamen in Chriſtum ſuo modo credant) imputandam fore: quoſdam vero de Dei iudicio magis metuentes exanimant, ac in Deum murmurantes faciunt, quaſi ſcilicet is, quæ impoſſibilia ſunt, vt faciamus præceperit. Erat itaque regia via pergendū, hoc eſt ecclesiaſtica doctrina potius inculcanda, quæ (vt ſæpè diximus) ſic de concupiſcentia ſentit, vt concupiſcentia in needū renatis, nō tantū morbus ſit, ſed etiam peccatum, æterna morte dignum

Hierony. Aug. de natura & gratia. c. 6

Hactenus nemo omnino ſine peccato.

Error exploditur.

Quomodo docendū de viribꝰ noſtris.

gnum,etſi in nullũ actum exteriorem prorumpat: At concu- *Cõcupiſcẽtia renatis.* piſcentiam in renatis morbũ quidem eſſe,ſed nõ peccatũ,ſaltem propriè dictum,niſi accedat cõſenſus. Nam Apoſtoli verba aperta ſunt,quæ eludi non poſſunt,nihil damnationis eſſe iis,qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundũ carnẽ ambulãt. *Roma.8.* Et Iacobus teſtatur,in fidelibus non ante peccatum eſſe con- *Iacob.1.* cupiſcentiã,niſi cõceperit & pepererit. Concipit autẽ ſugge *Cõcupiſcẽtia cõcipit* ſtione & delectatione & parit aſſenſu. Suggeſtio fit, vel per memoriã,vel per corporis ſenſus:cũ aliquid ſcilicet videmus *Suggeſtio* aut audimus,vel olfacimus,vel guſtamus,vel tangimus. Dele *Delectatio* ctatio ſubſequitur,ſi fruendi appetitus aſſurgere incipiat, tamen adhuc ſi & ſuggeſtioni & delectationi non cõſentimus, ſed eam dominantis rationis iure cohibemus peccatum non committitur. At ſi conſenſio facta fuerit, plenum peccatum *Conſenſio* erit,notum quidem Deo in corde noſtro,etſi facto non innoteſcat hominibus,atq; hęc ſic ſe habere teſtatur rei geſtę hiſtoria de lapſu primorum parentum in Geneſi conſcripta. Vides *Gene.2.* enim quo pacto illic à ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædã ſuaſio,in appetitu autẽ carnali tanquam in Eua delectatio oriatur,in ratione vero tanquam in viro conſenſio. Qui tandem conſummato peccato homo tanquam de paradiſo, hoc eſt de beatiſſima luce iuſtitiæ: in mortem expellitur, idq; omnino iuſtiſſimè. Non enim cogit,qui ſuadet,& conſtat omniũ natu *Aug. ibidem.* ras,tum demum ſuam ſeruare pulchritudinem,ſi in ſuo ordine gradibus ſuis cõſiſtant,vt conſequens ſit de ſuperioribus, in quib⁹ rationalis animus ordinatus eſt,ad inferiora nõ eſſe declinandũ. Nec quiſquam hoc facere cogitur:& ideo ſi fecerit,ſine iuſta defenſione punitur: non enim hoc cõmittit inuitus. Quòd ſi ratio in ſua ſede cõſiſtit,nec declinat,à peccato immunis eſt homo,etſi fomes ebulliat. In quam ſententiam dixit Gregorius: Cogitatio quantumcunque turpis mentem *Gregor.* non polluit,ſi humana ratio non conſentit.

Libenter fatemur in renatis ac piis hominibus legem pec- *Lex peccati in renatis.* cati reliquam eſſe, habere illos ſemper quod deplorent, quòd ſcilicet carnis ſubinde infirmitatem ſentiant,quòd experiantur ſe à perfectione legis longe adhuc abeſſe,quam aſſequemur tandem in futura vita. Nam quotuſquiſq; eſt,qui in afflictionibus (vt debet) nimirũ citra vllam animi moleſtiam obtemperat,qui non interdũ ſtomachatur,cum impiis omnia ex animo ſuccedere videt? Rurſus,quem dabis,in quo aſſiduã

illam carnis & ſpiritus pugnã omnino extinctã eſſe reperias?
Roma. 7. Iam ſi extincta nõ eſt, quemadmodum penitus non extinguitur, donec per gratiam Ieſu Chriſti de corpore mortis huius liberati fuerimus: qua tandem ratione dices vllũ hominẽ, quantumuis ſpiritu vegeto & alacri ſit, legẽ adimplere, vbi altera adhuc hominis pars repugnat, aut ſaltem vt debet, ſpiritũ non ſubſequitur, ſed magis remoratur? quemadmodum Chri-
Mat. 26. ſtus dixit: Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma. Et
Roma. 7 Paulus: Condelector enim legi Dei ſecundũ interiorem hominem. Video autem aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legi peccati, quæ eſt in membris meis. Et paulò poſt: Igitur ego ipſe mente ſer-
Peccatum largius acceptum. uio legi Dei, carne vero legi peccati. Itaq; nõ negamus, ſi peccatum largius accipias ſecundum pharſim Hebraicã, vt ſignificat morbum aliquem ſeu defectum, imperfectionẽ, ſeu vitiũ, quod à perfectione legis nos remoratur, in piis, quantumuis piè agentibus, legem peccati, atq; adeò peccatum eſſe, quemadmodum accipiendus venit Apoſtolus cap. 7. ad Romanos.
Peccatum propriè reatus eſt Sed ſi propriè peccatum accipias nimirum pro reatu, ſeu imputatione peccati, ſeu pro affectu, aut facto merente damnationem æternam, non conuenit nobis cum illis qui dicunt,
Ioan. 1. concupiſcentiam in renatis poſt baptiſmũ tale peccatũ eſſe, ꝙ pugnet ex diametro cum lege Dei, & mereatur damna-
Roma. 7. tionem æternam. Nam quum Chriſtus per baptiſmum ſeu renaſcentiam omne tale peccatum tollat, præterea ſi nihil damnationis in his eſt, qui ſunt in Chriſto Ieſu, modo abſtineãt à conſenſu, & non ſecundũ carnem ambulent, qua tandem frõ
Quæſtio. te dicemus hunc morbum ſeu imperfectionẽ per ſe ſumptam rem morte æterna dignam eſſe? Quòd ſi dicas: Quî ſit, vt hæc imperfectio in renatis tale peccatum non ſit, quum lex perfecte adimpleri velit, & maledictum pronuntiet, qui non per-
Dilutio. manet in omnibus verbis legis? Reſpondemus, hanc imperfe-
Imperfectio nõ imputatur in peccatum, niſi accedat cõſenſus. ctionem, modò abſit conſenſus in malum, à Deo non imputari piis in peccatum. Quin potius pios hanc imperfectionem ex Chriſti (qui ſolus legem perfectiſſimè adimpleuit, in cuius corpus, veluti viua membra, inſiti ſunt) perfectione ſupplere, atq; eo modo in Chriſto legem etiam adimplere. Quod non tacuit Apoſtolus, quum dixit: Nam quòd impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filiũ ſuum mittens
Roma. 8. in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato dãnauit pecca

tum

tum in carne,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,qui nõ ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum.

POtius ergo docendum erat,concupiſcentia renatis poſt baptiſmũ potius ad meritũ quàm ad culpam cedere. Nec ob id reliquum eſſe vt obſit,ſed vt anſam ad capeſſendam victoriam præſtet,quemadmodum Chananæi in Iſraël à Deo relicti ſunt,non in ſubuerſionẽ,ſed in exercitiũ. Nã qui tãdẽ vincemus,qui coronabimur,niſi legitimè certauerimus? quomodo certabim⁹,niſi hoſtis nobis negotiũ faceſſat? Deinde docẽdũ erat,Chriſtum huius hoſtis vires ſic fregiſſe, vt nobis(modo in Chriſto per fidẽ maneamus,ac nõ noſtra,ſed illius virtute ſuffulti,fortiter reſiſtamus)ab eo timendũ non ſit. Conſolatur enim nos Apoſtolus, conteſtans nos liberos eſſe à peccato,ſeruos autẽ factos eſſe Deo, hoc eſt fractã eſſe in nobis peccati tyrannidẽ,non amodo regnare concupiſcẽtiam,ſed debilitatem eſſe,vt niſi contemnatur,ſuáſque vires, nobis obdormiſcentibus ac ſtertentibus reſumat, dominari non poſſit. Peccatũ(inquit Apoſtolus) vobis non dominabitur. Non enim eſt is ſub lege,ſed ſub gratia. Et rurſum: Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentiis eius. Siquidẽ non perfectè regnat tyrannus,cui reſiſtitur. Quod quammaximè obtinere putãdum eſt in hoc hoſte, qui eoipſo vincitur, ꝙ illi reſiſtitur: Reſiſtite(inquit Iacobus Apoſtolus)diabolo,& fugiet à vobis. Spiritu itaque ac animo prompto ac in Chriſtũ ſe inclinãte eſt opus. deſides nunquam coronabimur, vigilãtes nunquam ſupprimemur. Vigilate(inquit Chriſtus)& orate,ne intretis in tentationẽ. Docendi eramus cum Paulo,vt accipiamus armaturam Dei, vt poſſimus reſiſtere in die malo,& in omnibus pfectè ſtare, vt ſtemus ſuccincti lũbos noſtros in veritate,& induti loricã iuſtitiæ,& calceati pedes in preparationem Euangelij pacis, in omnibus ſumamus ſcutũ fidei,ĩ quo poſſimus omnia tela nequiſſimi ignea extinguere:& galeam ſalutis aſſumamus,& gladiũ ſpiritus,quod eſt verbum Dei. Itidem Petrus monet, dicẽs: Cui reſiſtite fortes in fide. Cui ſuccinit Apoſtolus Ioannes: Quoniam(inquit) omne quod natũ eſt ex Deo,vincit mundũ:& hæc eſt victoria,quæ vincit mundum,fides noſtra. Quis eſt autem(vt ſubiicit)qui vincit mundum,niſi qui credit,quoniam Ieſus eſt filius Dei? Iam planè vecors eſt,qui Chriſtũ credere nolit, qui ſe totum illi cõmittere negligat,

Quid docendũ de cõcupiſcẽtia ĩ renatis.
Chananæi in Iſrael relicti.
Roma 6.
Liberi à peccato.
Peccatum non dominatur exiſtẽtibus in Chriſto.
Roma. 6.
Diabolus vĩcitur nõ aſſentiẽdo.
Iacob. 5.
Matt. 26
Ephe. 6.
1. Petr. 5.
1. Ioan. 5.
Vecors qui ĩ Chriſtũ credere nolit.

quẽ ſciat(Deum & hominẽ)eum à peccato liberaſſe,ac victoriã eſſe de hoſte conſecutũ,ſpiritũ quoq; efficacẽ præſtitiſſe, per quẽ mortificata carne,legẽ adimplere pergamus. Sic enĩ ipſe inquit: Cõfidite,ego vici mundũ. Et iterũ: Petite,&accipietis: & quicquid petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis. Ruſ^9: Sic pater veſter cœleſtis dabit ſpiritũ bonũ petẽtib^9ſe

Ioan. 16. *Ibidem.* *Lucæ. 11.*

A Chriſto petendũ & accipiẽdũ, vt legi ſatiſfaciamus. *Matth. 3.*

DEinde & hoc in primis ac ſedulo monendum eſt,modò velimus Dei præceptis ſatiſfacere,quemadmodũ debemus(ꝙ Deus nouã vitã in nobis requirat)vt tũ ad Chriſtum properemus,daturũ ſcilicet nobis ſpiritũ ſanctũ,ac creaturũ in nobis animũ nouũ,ad ſpirituales fructus in nobis gignendos aptũ. Siquidẽ ipſe eſt qui ſolus baptizat in ſpiritu ſancto ac igne,frigida pectora igne charitatis inflãmans. Ita & hoc quoque docendũ fuerat,ne quiſpiã in vacuum Dei gratiã recipiat otio torpeſcẽs,ſed iam impartitæ gratiæ vires ad opus etiam accõmodet. Deĩde vt maximè proſpiciat,quo primos gradus ad peccandũ protinus ſubuertat. Itẽ,vt omnem etiam externã peccãdi occaſionẽ deuitet. Lubricus eſt enim ille ſerpẽs antiquus, qui niſi capite teneatur, totus elabitur. Quãobrem Apoſtolus Epheſios ſuos monet: Nolite,inquit,locum dare diabolo. Pulchrè itẽ dixit Hieronymus: Quia impoſſibile eſt incẽſum hominis motum,medullarũ calorem nõ irruere. Ille laudatur,ille prædicatur beatus qui ſtatim cum cœperit cogitare,interficit cogitatus & allidit ad petrã. Nimirum reſpiciens ad id quod Pſaltes dixit: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petrã. In quem etiã locum idem ſic ait: Ille paruulos ſuos ad petrã allidit,qui cogitationes ſuas prauas,quũ primum inſurgunt,& adhuc paruæ ſunt, ad Chriſtũ (qui petra eſt)cõcutit & elidit. Et rectè monet quidã. Quando,inquit,te tãgit cogitatio praua,ne cõſentias illi,ſed ſtatĩ cum apparuerit ſcorpio,cõtere eum,calca ſerpẽtis caput,calca prauæ ſuggeſtionis initiũ,culpam ibi emẽda vbi naſcitur. ſic dũ infans eſt hoſtis,citius vincitur,quàm quum pubeſcit. Quod breui quodã compendio ſatis Sapiens cõplexus eſt,dicẽs: Poſt concupiſcentias tuas ne abeas. Abit enim poſt cõcupiſcentiã,qui ſuggeſtioni locũ præbet,qui delectationẽ ſuggeſtionis comitem,ſtatim cum ſeminatur non eradicat. Fieri enim non poteſt,quin delectationem diuturniorem conſenſus in peccatum(qui nos captiuos in vitiũ præcipitat)ſubſequatur. Quamobrem ſi ſerpẽs ille tortuoſus in cor tuũ,vel ſuperbiæ,

Subuertẽdi primi gradus ad peccandũ. *Oĩs peccãdi occaſio deuitãda.* *Ephe. 4.* *Hierony.* *Pſal. 136* *Allidere paruulos ad petrã.* *Hiero. in Pſalter.* *Eccle. 18.* *Abire poſt concupiſcentiam.*

perbię,vel auaritię,vel libidinis,vel irę,vel gulę,vel ĩuidiæ, vel accidię ſementem iacere incipiat,protinus ad ſemẽ illud benedictũ conuertere,eodemq; in animum per fidem concepto,caput ſerpentis contere. Quod,facies,ſi contẽplere Chriſtum caput tuum(cui per baptiſmum inſitus es)humillimum omnibus expoſitũ,ac liberaliſſimum, caſtiſſimũ,mitiſſimũ, continentiſſimũ,beneuolentiſſimũ,denique ad faciendã patris voluntatẽ ſemper accinctũ.Ad hũc enim modũ ſuos Philipp.ſes Paulus monet:Hoc ſentite,inquit,in vobis,quod & in Chriſto Ieſu:hoc eſt ſic affecti eſſe cõtendite, quemadmodum ille affectus fuit nimirũ,qui quũ in forma Dei eſſet non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo,ſed ſemetipſum exinaniuit,formã ſerui accipiẽs,in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo,humiliauit ſemetipſum,fact⁹ obediens vſq; ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis. Et Petrus Apoſtolus: Chriſto,inquit,paſſo in carne & vos eadẽ cogitatione armamini:quia qui paſſus eſt in carne,deſiit à peccatis,vt iam nõ deſideriis hominũ,ſed voluntate Dei,quod reliquũ eſt in carne,viuat tẽporis.Quòd ſi quẽ Chriſti vita ac exitus nondũ à cõcupiſcentia reuocat,hunc ſaltẽ inſtantis mortis ac gehẽnę (quæ impios manet)meditatio,à mali progreſſu reuocet,donec ad Chriſtũ ꝓficiat.Ad hęc nõ eſt remediũ efficacius,quo inſurgẽtes carnis ſtimulos reprimas,quàm ſi protinus ad piã orationẽ(primũ illud fidei opus)recurras. Nam vt tres illos pueros Hebræos,in mediis flãmarũ ignibus cõſtitutos cum ſuppliciter Deũ orarẽt,flãma fornacis Babylonicæ per Angelũ excuſſa nõ tetigit, ſed lenis quidã afflatus tãquã venti roris flantis refocillauit:ſic & orationis efficacia nos ab omni cõcupiſcentiæ incẽtiuo liberos faciet,& gratiæ ſalutaris refrigerio leniet. Deniq;,vt diximus,omnis externa peccati occaſio omnino vitãda eſt, ꝙ in nobis etiã, vt fiat, partim ſitũ eſt. Id verò facimus,quũ ſenſus noſtros(per quos veluti feneſtras quaſdã peccatũ ingredit̃) diligẽter cuſtodimus. Prima feneſtra viſus eſt,facile admodũ peccati virus intus ſuſcipiẽs ac in animũ tranſmittẽs Eua vidit pomũ eſſe pulchrum aſpectu,& per oculos concupiſcentia ad animũ proſerpſit. Dauid vidit Berſabee elegantiã,& ſtatim in eã exardeſcens,adulterium homicidio copulauit. Claudenda eſt ergo hæc feneſtra, ne crimen ſubintret:intuendũ nõ eſt,quod non licet cõcupiſci:reprimẽdi ſunt oculi,quaſi quidã raptores ad culpam. Ne

Pium cõſiliũ,ac præſens remedium aduerſus tentationem. *Gene. 3.* *Philip. 2.* *1. Petr. 4.* *Mortis & gehennæ meditatio.* *Oratio.* *Daniel. 3* *Vitãda occaſio peccati.* *Senſus diligẽter cuſtodiendi.* *Viſus.* *Gene. 2.* *2. Reg. 11*

Obiectio. verò cauſeris ac dicas, Qui poſſum in mūdo obambulās oculos claudere? Audi atq; etiā ſequere ſanctū Iob dicētē: Pepigi fœdus cū oculis meis, ne mulierē alienā cōcupiſcerē, hoc eſt modis omnibus contēdi, ne prius incautè reſpicerē, quod poſtea inuitꝰ amarē. Rurſus, ſi replices, Quis mihi eā pfectionis gratiā, qua ille vir ſanctus imbutus erat, largietur? Reſpōdemus, Deus. & quo minus vacilles hic, proponimus tibi imitandū Dauid, cū quo ſi ardenter ad dominū oraueris, dicens: Auerte oculus meos ne videant vanitatē, certum habe, quod petis, te accepturū, ꝙ qui id ſe daturū pollicitus eſt, mentiri omnino non poſſit. Secūda feneſtra, nimirū Auditus, nō minori cura cuſtodiēdus eſt, ne verbis, aut canticis otioſis, blandis, prophanis ac turpibus in aures ſeſe inſinuantibus, criminis venenū in mentē traiiciatur. Quāobrem monet Salomō Prouerb. 1. Fili, ſi inuitauerint te peccatores, ne audias. Item Eccleſiaſt. 29 Sepi aures tuas ſpinis, ne audias linguā nequā. Et Chriſtus monet, vt ſimus prudētes ſicut ſerpentes. Siquidē ſerpentes obſurdeſcūt ne audiant vocem incantantis. Ab odoratu quoque veluti tertia feneſtra non parū metuendum eſt. nā & res probat, & Salomon teſtatur, vnguento & variis odoribus delectari cor, qui & meretricē allicientē in hūc modum loquentē facit: Aſperſi cubile meū myrrha, aloë & cinnamomo. Eſaias itē odoris luxum notans, Deum cōminantē facit in hūc modū: Auferam olfactoria & erit pro ſuaui odore fœtor. Guſtus item quartā eſſe mortis ianuam, Euæ exemplo diſcimus: de ea enim Geneſis. 3. legitur: Vidit quòd lignū eſſet bonū ad veſcēdū, &c &tulit de fructu illius& comedit, deditq; viro ſuo. Qua de re Sapiēs guſtus temperantiā ſuadēs, ait: Noli auidus eſſe in omni epulatione, nec te effundas ſuper omnē eſcam. Et Chriſtus parabola illa de purpurato diuite ſatis indicat, ī quā ruinā nos guſtus illecebræ præcipites agāt. Poſtremo, tactus quàm diligētiſſimè obſeruādus eſt, monēte Salomone Prouerb. 6. Nūquid, īquit, poteſt homo abſcondere ignē in ſinu ſuo, vt veſtimēta illius non ardeāt? aut ambulare ſuper prunas, vt non cōburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierē pximi ſui, nō erit mūdus quū tetigerit eā. Itē: Qui tāgit picē, inquinabitur ab illa: & immūdum qui tetigerit efficitur immūdus. Et in tactu (inquit Ambroſius) crimen eſt. Ideo tibi dicitur, ne multus fueris ad alienā, neque cōtinueris cōplexibus eius. Hanc ſenſuū cuſtodiā nobis

Marginal notes: *Reſpōſio.* (beside "los claudere") — *Iob. 3.* — *Grego. in Iob.* — *Obiectio.* (beside "nis gratiā") — *Dilutio.* (beside "demus, Deus") — *Pſal. 118.* (beside "Auerte oculus") — *Auditus.* — *Matt. 10* (beside "Et Chriſtus monet") — *Pſal. 57.* — *Odoratus* — *Prouer. 7* (beside "dum loquentē") — *Eſa. 3.* (beside "namomo") — *Guſtus.* (beside "re fœtor") — *Lucæ 16* (beside "ſuper omnē eſcam") — *Tactus.* (beside "agāt. Poſtremo") — *Ambroſ.* (beside "broſius")

nobis tãtopere neceſſariã,patres tũ ſpiritalẽ circuncifionem, *Spiritua-*
tum verum ieiuniũ appellãt. Hanc autẽ facilè præſtabis,mo- *lis circun-*
do omne prophanum vitaueris,ac ſtes ſemper ad bene operã- *ciſio.*
dum accinctus. Deſideria enim (vt Sapiẽs ait) occidũt pigrũ. *Verũ ieiu-*
Noluerũt enim quicquã manus eius operari tota die cõcupi- *nium.*
ſcit & deſiderat. Proinde Chriſtus monet: Sint (inquiens) lũ- *Prophanũ*
bi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris,& *otium vi-*
vos ſimiles hominibus expectãtibus dominum,quãdo reuer- *tandum.*
tatur à nuptiis. Semper itaque aliquid boni operandum eſt ne *Lucæ. 12.*
nos diabolus otioſos inueniat,diſcincti & ſupini capiũtur ab *Hierony.*
hoc hoſte,at non facilè capitur,qui ſancto vacat exercitio.

HAbes ſummam diuinæ voluntatis breuibus conceptam, *Peroratio.*
hoc eſt decẽ verbis cõprehenſam, & ab ipſo dño propo- *Sũma diui*
ſitam, quam & initio omnis naturæ conditor humanæ menti *næ volun-*
inſculpſit. Quam dein quũ per lapſum Adæ, ac ſuccreſcentẽ *tatis deca-*
poſtmodum hominũ malitiam obliterata penè eſſet, ac indi- *logus.*
gnè negligeretur, fideli illi & electo populo tabulis inſcriptã
impartiit, ac per fidelẽ miniſtrum eccleſiæ proponi mãdauit,
quemadmodum Moſes ait: Hæc, inquiens, verba loquutus eſt *Deut. 28.*
dominus ad omnem multitudinem veſtrã in monte de medio
ignis,& nubis,& calignis voce magna, nihil addẽs amplius,&
ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi nimi
rũ vobis Iſraëlitis promulganda. Tu itaque Paroche, qui mi- *Parænesis*
niſter es Eccleſiæ Dei, accede mẽte ad dominũ Deum tuum, *ad Paro-*
accipe Decalogũ de manibus eius, & loquere quæ in eo ſcri- *chos.*
pta ſunt ad populũ tibi concreditum, vt audiẽs faciat, quæ in
eo ſcripta ſunt, vt non declinet neq; ad dexterã, neq; ad ſini-
ſtram, ſed per viã, quam præcepit ei dñs Deus ſuus, ambulet, *Deut. 28.*
vt viuat & bene ſit illi, non tantũ in præſenti, ſed & in futura
vita. Oſtende quoq; populo tuo, vnde faciẽdi virtutem acci-
pere debeat. Quod tum demũ feceris, ſi eũ aſsiduè doceas fi-
dẽ in Chriſtũ, ſi diuinis ſacramẽtis imbuas, ſi denique ad pre-
candũ accinctũ reddas & alacrẽ. Hęc autem agens, & te & illũ
ſaluũ facies, vt quũ apparuerit princeps paſtorũ, immarceſci-
bilem gloriæ coronam percipias, quam reddet tibi dñs in illa *1. Tim. 4.*
die iuſtus iudex, ac ſolus potẽs & beatus, rex regũ, & dominus *1. Petri. 5.*
dominantiũ, qui ſolus habet immortalitatẽ, & lucem habitat *1. Tim. 6.*
inacceſsibilem, quem nullus hominũ vidit, ſed nec videre po-
teſt. Cui eſt honor & imperium ſempiternum, Amen.

ENCHIRIDII FINIS.

FORMVLA AD QVAM VISITATIO INTRA DIOECESIM COLONIENSEM EXIGETVR.

CHRISTVS Ieſus paſtor ille bonus, qui venit quærere & ſaluū facere quod perierat, circuibat omnes ciuitates & caſtella, docēs in Synagogis eorū, prædicans Euangeliū regni, & curans omnē languorem, & omnem infirmitatē. Videns enim turbas, miſertus eſt eis, quia erāt vexati, & iacentes ſicut oues nō habentes paſtorē. Quæ Chriſti actio, quid aliud eſt, quàm noſtra (qui paſtorum munus in eccleſia gerimus) inſtructio, & viua quędā admonitio? nempe vt eiſdem veſtigiis incedētes requiramus gregem noſtrum, quē hac corruptiſsima tēpeſtate partim hæreſum ac ſchiſmatū agminatim in Eccleſiā Dei irrepentium contagione miſerè diſsipatum, partim fœdiſsima ſcelerum, ac malorum morum luè contaminatum ac conſpurcatum cernimus. Atq; adeò nobis requirēdi imminet neceſsitas, vt ſi in hoc officio diutius torpētes fuerimus, Dominus ſanguinem ouiū alioqui periturarū de manibus noſtris ſit exacturus. Sed quid attinet in formulā gerēdę viſitationis multis præfari? cuius nedū vtilitas, ſed & neceſsitas pręterꝗ quod ſeipſam oſtēdit, in Prouincialis noſtri Concilij Canonibus ſatis ſupérque demōſtrata eſt.

IN præſentiarum ergo de ordine tantum rei gerēdæ diſpiciemus. Quod nō parum referre viſum ſit in omni re, præſertim magna ac graui decentem ordinem ſequi.

QVòd autem ad præſens negotium attinet: Ordinem in duobus potiſsimum conſiſtere putamus. Primum, quo progreſſu loca ſingula Diœceſis noſtrę, in quibus Eccleſię ac domus Deo dicatæ, ſunt conſtitutæ, viſitare oporteat.

DEinde quis ordo cum ad ſingula loca deuentum erit, in ipſa viſitationis geſtione tenendus ſit.

De ordine & progreſſu locali.

VIſitationē noſtrā iādudū ipſi ab Eccleſia noſtra metropoliana Coloniē. orſi ſumus. Quā intra ciuitatē Coloniam per viſitatores noſtros cōtineri oportebit, nec ante extra hāc Metropolim noſtram progredi, ꝗ viſitatio ibidem

ibidē vndiquaq; peracta fuerit, quod fieri oportere, nō tātum Canones præſcribūt, ſed & ratio ipſa docet, quæ à principali vrbe, atq; adeò in oī re à capite ordiri æquū iuſtumq; cenſet. Quāuis nec idipſū ſcripturę exēplo vacet. Quod Chriſt⁹ voluerit Euāgelij pdicationē ab Hieruſalē incipere. Deinde in omnē Iudęā & Samariā. deniq; vſq; ad vltimū terrę ppagari.

INtra ciuitatē noſtrā Colonien. in primis inuiſenda & reformāda eſt eccleſia noſtra Metropolitana, quod facere (vt iā diximus) ipſi cœpimus, ac Deo dāte perficiemus. Viſitatores autē per nos delegati, in primis de loco idoneo cōueniāt, vbi habita cōſultatione diſpicient ante omnia, vt officio noſtro (quod partim Vicarius noſter in pōtificalibus, vnus ex viſitatoribus delectis, partim Officialis, partim Vicarij noſtri in ſpiritualibus gerūt) iuxta cēſuram Canonū Cōcilij noſtri Prouincialis ſatisfiat. Quo etiā vocādi erūt, qui functionibus hiſce ſubminiſtrāt, quatenus videbitur op⁹. Et in primis Procuratores fiſcales Dein adibūt Eccleſias collegiatas. Subinde ad monaſteria trāſibunt, & virorū, & mulierū. Poſt hæc ad parochias ibitur, proximū loca hoſpitalia occupabūt. Poſtremò, Vniuerſitatis ac Academię noſtrę ciuitatis conuocatio, & viſitatio quoque haud prætermittenda, modo tamen ei, noſtra ope videbitur opus ad ſtudia ſubleuanda, Pædagogia quoque omnia tam apud collegiatas, quàm parochiales Eccleſias cōſtituta, inuiſenda. Et quoniam ſcholis cohærent Bibliothecæ, nec harum perluſtratio negligenda erit.

POſtquā peracta fuerit in noſtra ciuitate Colonia viſitatio, ad oppida & vicos diœceſeos noſtrę eo ordine, quem locorū ſitus aptiorē demōſtrauerit, aut viſitatorū cōditio cōmodiorem reputauerit, perducēda, ſic vt à vicinioribus ſenſim ad magis diſſita, ac remotiora loca properetur.

ET hic idē quē in ciuitate noſtra Colonien. obſeruādum præſcripſimus ordo, quadātenus fieri poteſt, ſeruandus eſt: Nimirum vt in oppidis inſignioribus, vbi eccleſiæ collegiatæ, monaſteria, parochiæ & reliquæ piæ domus reperientur, eodem progreſſu Viſitatores noſtri incedāt. Porrò ſi cōmodè omnia oppida adiri poſſint, præſertim populóſa, tū id vt fiat, non inutile ſanè fore arbitramur.

QVod ad vicos attinet & modica oppidula, quę omnia cōmodè adiri nō poterūt, hic modus ſeruādus eſt nēpe vt viſitatio per ſingulos archipresbyteratus diſtribuatur, ſic

vt viſitatores accerſitis in archipresbyteralibus ſedibus, archi presbyteris, qui parochiarũ ipſis ſubiectarũ exactã notitiã ha bẽt, eidẽ vt indicibus vtãtur, præſertim in hoc, nõ ſufficiat vt parochi ei ſedi ſubiecti, cũ presbyteris & clericis, cõcomitãti bus aliquot parochianis potioribus, ad ipſam archipresbyteri ſedẽ oẽs euocẽtur. An vero referat, vt quidam ſigillatim inuiſentur. In hoc enim habẽda diſcretio eſt, ſecũdũ populi vt mul titudinẽ vel paucitatẽ. Deinde habẽda etiã ratio neceſsitatis, ꝙ vicus quiſpiã, aut ob vnã, aut ob aliã cauſã pſentis viſitationis remedio magis etiã q̃ oppidũ aliquod opus habere poſsit.

Cæterũ, ſi nulla ſit præcipua ratio quæ exigat Viſitatorum in ſingulis oppidulis, aut vicis præſentiam, poſt peractã viſitationem in vna ſede archipresbyterali, ad aliam viciniorem vti locus & res poſtulauerit, tranſeundum erit.

De quibuſdam initio curandis, quæ vtrunque progreſſum expeditiorem reddent.

IN primis dabimus Viſitatoribus noſtris præſcriptam mãdati formam, ſigillo noſtro publico communitã ac authenticam, qua omnibus ſuæ miſsionis ac functionis certam fidẽ facere poſsint. Quid eſt ante omnia neceſſarium, non tam ad cõciliandam ipſis vbique authoritatem, ſed & ad retinendum eccleſiaſticæ regulę vigorem, quæ factæ miſsionis indubitãdum teſtimonium requirit.

DEinde conuocabimus Clerũ ciuitatis noſtræ Colonien. ad locum Viſitatoribus noſtris opportunum, vbi ipſi viſitatores poſt noſtri delegatorij mãdati oſtẽſionẽ, totius Cleri animos ad viſitationẽ, quàm ſtatim aggrediẽtur, præparabũt, vt ſinguli ad Viſitatorũ aduẽtũ parati ſint, ad recipiẽdos eos nomine noſtro, Ipſiſque vt Dei miniſtris, in eccleſię noſtræ cauſa omniũ maxima, auſcultãdũ ac parendum. Poſtulabunt quoque Viſitatores noſtri cleri conſilium, quo res tãto maturius ac expedientius procedat, quanto fuerit plurium conſilio & aſſenſu comprobata.

QVòd ad collegiatas eccleſias ac monaſteria attinet, Viſitatores noſtri, nullis ex ciuili magiſtratu opus habẽt, qui ipſis adſint, ſed in parochiis, hoſpitalib⁹, ſcholis ac bibliothecis viſitãdis, cũ ibi magna ex parte res populi ac plebis tractanda veniat, proindéq; populis, multã reformatione egens, hic potiſsimũ aduocandus ſit. Videbimur operæpretiũ factu-

ri,

ri,ſi ex Senatu ciuitatis noſtræ,quoſdam bene Chriſtianos& integros viros,deligi ac Viſitatoribus adiūgi curemus. Qui viſitationi aderūt,nō oſtētandæ virtutis aut poteſtatis cauſa, ſed tantū ad cōfirmandā fidem & ad multitudinē populi, attractā interdum prauis inſtitutionibus,ac diſſentientem cōpeſcendam,ne officio viſitationis per improbos illudatur.

PRoinde vt eādem ob cauſam in traditionō illuſtris ducis Cliué.vnus aut alter ducalis Cōſiliarius,vir pari fidei ac morū integritate,authoritateq; pollens. Viſitatoribus noſtris non aliter tamen quàm prædiximus,adiūgatur:vt referre admodum putamus,ità,vt fiat curæ nobis erit.

PRæterea ſub viſitationē edictū publicū,quàm late ſe noſtræ diœceſis ditio porrigit,proponemus. Et vt in eādē ſentētiā per ducéCliué.intra pomeria ſuarū ditionū publicetur,curabimus.Quo ſubiectis oībus,vt aduēturos Viſitatores ob functionē Dei quā gerūt reuerenter recipiāt,vt oēs malæ volūtatis præſumptores forſan repertos(qui viſitatiōis pgreſſū auſi fuerint,aut facto,aut verbis impedire,ſeu inceſſere)cōprimāt:vt denique Viſitatores ingrediētes,egrediētéſq; ſecurè deducāt oēm iniuriā ppulſuri.Idq; ſub grauiſſimarū pœnarū nō tantū eccleſiaſticarū,ſed & etiā ciuiliū incurſu,vt factioſi ea quam metuunt magis pœna cōprimātur.

DEnique Viſitatores priuſquam ab vno ad alium locum progrediantur.'aliquot ante diebus ſuū aduētum Clero& plebi eius loci ſignificabūt,maximè verò vbi ad Archipresbyterales ſedes eundum eſt. Archipresbyteris aduentus denuntiandus maturè eſt,quo ipſi Parochos ſub ſua ſede conſtitutos ad diem præſtitutum commodè euocare poſſint.

ERuntque omnes admonendi,quò ſe ad viſitatorum aduētum expeditos ad rem,quæ pro manibus eſt agēda, reddant. Vbi autē ad Parochias ibitur,ſub aduentū, vt qui volēt Sacramentū Confirmationis recipere,ad illud ſe præparent, vt qui grauatæ cōſciētię remediū adhiberi velint,aut cōſilio opus habeāt in re quacunque perplexa,conſcientiæ tranquillitatem perturbāte,ij vt die deſignāda cum bona fiducia adueniant,ſeque audacter Viſitatoribus præſentēt. Deniq; hortabūtur populum,vt mane eius diei quo ipſe populus viſitandus eſt, ab omni ſeruili opere ceſſetur,quo omnes ad Eccleſiā accedant ad capiendū cibū,qui non perit,hoc eſt ad percipiendum ea quæ ad ſuarum animarum ſalutem pertinebunt.

VBi ad locũ ventũ erit. In eccleſiis Collegiatis, ac Monaſteriis conuocabuntur omnes, ad domum Capitularem. In Parochiis vero Parochus & Clerici ad Sacriſtiam, ſi tamen ad conueniendũ ea domus idonea fuerit, populus vero, in medio templi, interrogandus, audiendus & inſtruendus eſt, in eum qui ſequitur modum.

QVoniã Viſitatores Chriſti legatione fungũtur, nõ quę ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti ſunt quæſituri, ac cũ Paulo dicturi, Non enim quærimus quę veſtra ſunt, ſed vos. Dignũ iudicamus vt initio ipſius gratia & miſericordia imploretur, cuius opus geritur, ſine quo alioqui nihil facere poterimus. Quamobrem principio, Miſſę ſacrũ, pro ratione loci, aut decantetur aut legatur. Idque deuote magis quàm externo apparatu, quo populus tantum ad pietatem accẽdatur.

SEcundo: Cũ Viſitatoris officiũ ſit inſtare prædicationi, exhortationi & doctrinæ, vt referat fructũ qui nõ perit, poſt finitũ ſacrum per Vicarium noſtrum in pontificalibus, aut ſi is defeſſus fuerit, per alium ex Viſitatoribus ſermo cõmonitorius habeatur, ex ipſiſſimis ſacris literis, ſyncerſſimè, omiſſis tropis ac allegoriis, præſertim non admodum aptis, deprõptus, rei, perſonis ac locis accommodus. Qui ad populum habendus, cautiſſima circunſpectione moderandus eſt ſecundũ ouium palatum, hoc eſt animorum affectus, opiniones, & vitia, quæ licebit ſtatim poſt aduentum à Parocho aut Archipresbytero expiſcari, vbi populus à contagione dãnatæ doctrinæ, adhuc integer eſt, tantum corruptis moribus inquinatus, ibi cõſultius in recẽſendis præceptis dominicis, coarguendis (in ſpiritu tamẽ lenitatis) peccatis, præſertim iis quibus populus ille potiſſimũ ſeruit, incitatione ad pœnitẽtiã, & breui explicatione fidei catholicæ, cum decẽti cohortatione, vt in ſynceritate fidei, doctrina Chriſti & eccleſiæ, ac obſeruatione pręceptorũ Dei perſeueret. Et ĩ primis, vt ſuis, tam eccleſiaſticis, quàm Ciuilibus præpoſitis, Rectoribus & Poteſtatibus debitum honorem & obedientiam pręſtet. Vbi vero Viſitatores cõpererint parochiam aliqua hæreſum cõtagiõe infectã, ibi primas partes fidei noſtrę explicatio obtinebit. Vbi vero ad eos articulos vẽtum erit, à quibus videbitur praua corruptione diſceſſum (Nã quotquot ſunt hæreſes vnico Apoſtolorũ ſymbolo retundũtur) vbi diutius immorandum eſt, & quid ille articulus credendũ proponat diligenter

expli-

explicandũ,& tũ quaſi per occaſionẽ & obiter hęreſis ſuborta per paucos ſcripturæ locos,non remotius petitos,qui nulla detorta interpretatione eludi poſſint retundẽda, aſtruẽda veritas eſt,& coarguẽdus error. Deniq; populus per cõcordẽ eccleſiæ diffinitionẽ,quę ex aliquo Oecumenico Cõcilio petenda eſt cõfirmandus. Deinde coarguẽda ſcelera ſunt,& via mãdatorũ Dei indicãda. Et hic ꝑcipuè ille locus erudita pietate ac docta breuitate tractãdus. Nẽpe idcirco à Deo per ſpiritũ ſanctũ fidẽ nobis donari,vt per fidẽ mãdata diuina adimplere poſſimus. Atq; adeò neceſſariũ eſſe vt fidem charitatis opera comittẽtur,vt pręter hęc fides nõ viua,ſed mortua dicatur,factaq; cohortatione ad pœnitentiã & fructus pœnitẽtiæ dignos,ſermo ea cohortatione qua prior, finiendus eſt.

Poſtremo ad Deum publicè porrigenda oratio eſt, & commonendus Clerus ac populus, vt idem apud Deum oret, in hanc, vel ſimilem ſententiam.

OMnipotẽs ſempiterne Deus qui etſi corda noſti omniũ ad exẽplum tamẽ noſtrũ deſcendere ac videre voluiſti, an populus ſceleratus clamorẽ qui ad te peruenerat operę cõpleuiſſet. Qui filiũ tuum vnigenitũ in terras ad requirendũ & ſeruandũ quod perierat,miſiſti. Et per eundẽ,omnes qui gregis paſcẽdi curã ſuſceperũt.& opere & verbo vt idẽ ſedulò agerent admoneri feciſti. Te ſuppliciter exoramus vt nobis indignis famulis tuis ꝓ tua ineffabili pietate gratiã diuini luminis tui clemẽter infundas,labia aperias,lĩguã dirigas, oẽsq; actus & cũctas operatiões noſtras tua virtute inſtruas, & cõfirmes, vt viſitatiõis munere ad quod in noĩe tuo accincti ſumus,ſpiritu tuo cooperante,& beata Maria virgine genitrice filij tui, ac omnibus ſanctis tuis intercedentibus ad Catholicæ fidei robur & exaltationem,charitatis augmentũ, ac profectũ hæreſum ac vitiorũ eradicationem tui Cleri, & populi repurgationem & ſalutem, eccleſiarũ trãquillitatẽ & cõſeruationẽ,ac demũ ad tui ſolius nominis laudẽ & gloriã ſempiternã;rectè perfungi valeamus,per eũdem dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ,qui tecũ viuit& regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſanctiDeus,per omnia ſecula,ſeculorum.

POſt hęc ad peculiares viſitationis actus progrediendum eſt.Idq; certo quodã ordine.Et quãquã in hoc varient, nedũ qui de viſitãdo ſcripſerũt,ſed & ij quorũ conſiliis in hac re vſi ſumus,quibuſdã exiſtimãtibus. Ab inquiſitione

vitiorum ordiendum. Deinde pœnitentiam populo indicẽdam. Poſtremo faciendã reformationem, & dandam populo benedictionem Quibuſdam vero ſentiẽtibus,exteriorẽ tẽplorum ac aliorum ſuorum locorum faciem contemplãdam ac repurgãdam,ac deinde ad reliqua ex ordine tranſeundũ.

Quanquam autem vterque ordo Chriſtianiſſimus & à Canonicis ſcripturis ac regulis minimè diſſentiẽs ſit,tamẽ ꝓ ratione tẽporum & morũ prẹſentiũ,ita nobis agendũ videtur.

PRimum vt ſingulis hominũ ordinibus,ſigillatim ac gradatim Canones Cõcilij noſtri prouincialis, quemadmodum illi quẹque ſecundum ſuæ vocationis,cõditionem reſpiciunt,diligẽter ac diſertè relegantur,ac vbi opus erit dilucidius exponãtur,vtque deinde diligẽs fiat inquiſitio,nõ quilibet ad eorũdẽ Canonum regulam profeſſionẽ & vitã ſuã hactenus inſtituerit,& inſtituere pergat?Nã ſtatim ab inquiſitione criminũ incipere,tale nobis videtur vt videãtur multi hinc auertẽdi. Nec id nouæ reformationis cõſcribẽdẹ gratia,vt fiat neceſſarium putamus,cum iam cõpertum ſit in omnibus iis eſſe peccatũ,de quibus cõſilium noſtrum proſpicere opus putauit. Adde quòd hic agendi modus ſcripturis atq; adeò inſtituto Chriſti ac ſanctorum Apoſtolorum admodũ cõſentaneus nobis apparet. Nã ſiue veteris teſtamẽti Reformatores(quales poſt diſceſsionẽ Iſraël ab Iuda vſque in tempus captiuitatis Babylonicẹ Ioſaphat, Ezechias,& Ioſias, poſt captiuitatem vero Ieſus,Zorobabel,Eſdras & Nehemias fuere,ſiue Chriſtum & Apoſtolos eius ſpectemus)ſemper hic ordo ſeruatus cõperietur,vt à doctrina,vel veteris,vel nouẹ legis inciperetur. Sic enim ſecũdi Paralipomenon,capite decimoſeptimo legimus:Tertiò autẽ anno regni ſui Ioſaphat miſit de principibus ſuis Benail & Abdiam & Zachariã & Nathanael & Michæam,vt docerent in ciuitatibus Iuda,& cum eis Leuitas & ſacerdotes,docebantq; populum in Iuda,habẽtes librũ legis domini,& circumibãt cunctas vrbes Iuda atq; erudiebant populũ. Breuiter vbiq; ferè reperias librũ legis principio lectũ,poſt librum lectum ad inquiſitionẽ proceſſum,& factã ſecundum legẽ ſeparationem, quẽadmodum 2. Eſdræ cap. vltimo videre eſt. Neque id abſq; magna ratione. Lex eſt enĩ quẹ oſtẽdit peccatũ,ſicut Paul⁹ ait,Per legẽ cognitio peccati. Adeò vt fruſtrà de peccatis ĩquiratur,niſi per legem arguãtur,qui eſt gladius biceps pertingẽs vſq; ad diuiſionem

ſionem animæ & ſpiritus. Itidem Chriſtus cùm circuiret omnes Ciuitates & Caſtella, primum docuit in ſynagogis eorum prædicans Euangelium regni, deinde curauit omnem languorem. Et vt cętera ſileamus, Actuum 16. legimus: Cũ pertranſirent Paulus, Sylas & Timotheus (diuini illi Viſitatores) Ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

QVamobrem Viſitatores quoq; noſtri primũ tradẽt Decreta ſynodi noſtri prouincialis, quę nihil aliud quàm legẽ dñi & dogmata Apoſtolica cõtinẽt, hoc enim agẽtes, & authoritatem ſibi cõciliabũt, & ab omni ſuſpicione lõge erũt alieni qui nihil proponent, vel exigent quàm quod eſt ſynodica ſententia per patres vnanimiter concluſum.

QVo facto Viſitatores authoritate dei iubebũt, vt ſinguli de ſeipſis, totóque eius eccleſię quæ viſitatur ſtatu, interrogati ſyncere depoſitis omnibꝰ humanis affectibus, amore, odio, ſpe, ſeu timore ſola veritate innixi euidẽter quę corrigẽda videbuntur, referant. Nulli tamen crimen imponant, quod probari non poſſit, ne eiuſdem criminis reatu ac pœna, cuius proximum falſo deferre conuicti fuerint, ſe inuoluant. Atque ſubinde inquirendum, Num ſciant aut credant aliquid in ea quæ viſitatur Eccleſia reformationis vel correctionis tam in capite, quàm in membris indigere.

ET quo hæc inquiſiio omni conuentionis dedecore vacet, per Viſitatores, non ſolum ex Clero (cum de eius vita & doctrina) ſed & ex populo (cum de ipſius fide & conuerſatione inquiretur) quidam qui ad veritatem dicendam magis apti videbuntur diligendi, ac ſigillatim & ſecretò ſuper ſingulis articulis, ac aliis de quibus operæpretium videbitur in modũ qui infrà ſequitur, interrogandi ſunt.

ATque hic iterum nobis talis agendi ordo cõuenientiſſimus apparet, vt ſecuti præceptũ domini, primum de his inquiſitionem inſtituamus

Primò, quæ nam ad repurgationem animorum facere videbũtur, Mũdemúsque prius quod intus eſt calecis & paropſidis, vt fiat, & id quod deforis eſt mundum. Nam ipſi homines Chriſtiani in vnitate fidei per vinculum charitatis congregati, reuera ſunt eccleſia viſitãda. Et templum illud quod peculiariter ſpiritui ſancto dedicatum eſſe debet.

Secundò. Deinde vt de exterioribus ritibus, aliis rebus, vel

ad conſeruandam, vel ad diſſipandam tranquillitatem facientibus quæratur.

Tertiò. Deniq; vt & domum Dei, hoc eſt templorũ ac aliarum ſanctarum ædium exteriorem quoque faciem cõtemplemur. Illa enim oportet facere, hoc verò non omittere.

Generale.

VBi reperientur beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, Electores, patroni laici, & Archidiaconi, iis generatim prælegantur, & inculcentur. 1. 2. 3. 4. &. 5. articuli ſub titulo, de Impoſitione manuum. Speciatim autem collatoribus, articu. 6. Electoribus. 7. 8. &. 9. Patronis. 11. 14. &. 15. Archidiaconis. 12. &. 13. Super quo tamen neceſſe erit cum ipſis latius agere & inquirere, emẽdarẽque vitioſa, quoad fieri poteſt. Sin Archidiaconi reſiſtãt, ad nos referre. Prꝫterea ipſis proponetur articul. 26. ſub titulo de Metrop. Cathedr & Colle. Eccl. Itidem inculcabuntur omnes articuli, ſub penult. titulo, De iuriſdictione Eccleſiaſtica contenti. Similiter. 18. cum cæteris articulis ſequentibus, ſub titulo. De viſitatione ac Synodis Epiſcopalibus, Archidiaconalibúſque comprehenſi.

Aliud.

QVanquam ad viſitationis executionẽ duo requirantur: Inſtructio ſcilicet & Coertio, Doctrina & virga diſciplinæ, quæ pari gradu incedere oporteat. Quia tamen hæc viſitatio noſtra noua & rara eſt, populúſque tam delicatas habet aures, vt omnis ſeueræ increpationis, priuſquam ad pœnitentiã cordis conuerſus fuerit, ſit impatiens. Propterea hortamur Viſitatores noſtros, vt Paulinam ſententiam, & exemplũ potiſſimũ ſpectent, nempe, vt ſint patientes ad omnes, cõſolentur puſillamines, ſuſcipiant infirmos. Poſt, non omittant corripere etiam inquietos. Expedientius enim eſt, vt Viſitatores noſtri nunc omnium primũ, potius videantur in charitate & ſpiritu manſuetudinis ac lenitatis, quàm in virga veniſſe. Quare præcipua eorum cura erit, vt cõtriſtent quidẽ eos ad quos mittuntur, ſed ſecundum Deum ad pœnitentiam & ſalutem. Coertio tamen (vt diximus) moderata, maximè in contumaces nequaquam omittenda eſt, aut ad nos referendum.

De viſitatione eorum qui noſtro officio funguntur.

VIcarius noſter in pontificalibus ſuiipſius Viſitator erit. Reſpiciunt officium eius Canones ſub titulo, De impoſitione manuum, à. 16. vſque ad. 30. Quare ſuper ſingulis articulis

culis ſe concernentibus cum collegis ſuis maturè conſultabit, vt omnia quæ illis continentur,ad ſuum effectum deducãtur.

SEd interim hic duo erunt per Viſitatores agenda.Primum cõferetur cũ Scholaſtico eccleſiæ noſtræ vt ille ſuis Com miſſariis(quos & huic rei idoneos eſſe volumus) Vicario noſtro adiungendos,mandatum faciat his decretis parendi.Deinde vt diligenter vnus aut duo Theologi, qui his rebus vacare poſſint,relaturi à nobis ſui laboris mercedem,quorũ cõſcientiam in re tanta onerare cogemur.

OFficiali noſtro proponẽtur articuli ſub titu.de impoſitione manuum, à.30.cum ſequẽt.vſque ad articulũ.35. Deinde omnes qui ſunt ſub titulo, De iuriſdictione Eccleſi. cõtenti. Admoneatúrque vt eoſdẽ articulos tam ipſe ſeruet, quàm per alios ſibi ſubiectos obſeruari faciat.Præterea aduocabuntur Fiſcales,quoniam ſunt aliquot articuli,qui illorum officium peculiariter concernunt. Dehortandi ab omni auaritia,ac cohortandi,vt vigilantiſſimè proſpiciant,ne alicubi à noſtris decretis praua præuaricatione diſcedatur. Quibus ſi quid deerit,nos ſupplebimus,de quo ad nos referatur.Deinde interrogabitur Officialis, an reformationi iuriſdictionis eccleſiaſticæ per nos promulgatæ,per omnia pareatur.Admoneatúrque vt ſi alicubi ceſſetur,id ſuppleatur.

VIcariis noſtris in ſpiritualibus proponẽdus eſt articulus 35.ſub titulo,De impoſitione manuum.Et diligẽter cõmonẽdi, vt in omni permutatione beneficiorum, De ſtatu & qualitate perſonarũ,de conditione beneficiorum permutãdorum,& quis adfectus cõpermutantes moueat ad permutandũ, & quæ cõditiones interceſſerunt,an ſit permutatio reuera fucus, an vera permutatio, an velint in cõpermutandis beneficiis reſidere, aut illis per alios ſaltem ſatisfacere,an potius pecunia principaliter quęratur,vel iam data,aut per extinctionẽ danda,atq; adeò,an quæſtus tantũ aut luxus cauſa permutatio fiat inquirãt.Idq; antequam recipiãt iuramentũ. Alioqui rei eſſent criminis,in quod cõſentiẽdo ſaltẽ faciẽtibus incurrẽt.

CVm extra quadrageſimã & aduentũ domini Vicarius noſter in Põtificalibus,paucis diebus cõcionetur.Nos vera ex animo cupiamus perpetuũ verbi cõcionatorẽ,virũ doctum & integrum, tam neceſſario muneri, in eccleſia noſtro Metropolitana præficere. Idcirco Viſitatores, poſt maturam mutuo habitam deliberationem, ad nos referent. Quo pacto

per vnionem, aut ſuppreſſionem alicuius beneficij eccleſiaſtici, cuius reditus talem virum alere poſſint voto noſtro ſatisfieri queat. Quod non tam pium, quàm neceſſariũ putamus, Nam hic futurus erit dux gregis, quo inſtruente ac arguẽte, Clerus ac populus tandem ſanctis decretis aſſueſcent.

De viſitatione Eccleſiarũ collegiatarum tã extra, quàm intra Coloniam conſtitutarũ, quæ ad inſtar eius, quã nos in Metropolitana noſtra cœpimus, peragetur.

POST Miſſę ſacrũ, Concionémque in domo capitulari habendã, atque alia ſolẽnia per Viſitatores, oẽs articuli, ſub titulis De officio priuato ac publico clericorũ. Itẽ ſub titulo de Metropolitanis, cathedralib⁹ & collegiatis eccleſiis, & in his miniſtrãtibus. Primũ toti collegio integrè ac diſertè prælegentur. Deinde viris illis integris ex collegio, vt prædictũ eſt, ad inquiſitionẽ faciendã de legẽdis. Summaria tantum articulorum diſtinctè repetentur. Sic tamẽ vt articuli illi qui tantum Eccleſias intra Coloniam conſtitutas concernunt, extra Coloniam omittantur. Fiátque diligẽs ad ſingulos articulos (quæ factũ reſpiciũt) inueſtigatio. Quanam in parte aduerſus vnum vel alterum peccetur, atque ibi apponenda manus, vbi lapſus compertus fuerit.

Referatur ad nos de correctione Breuiariorũ & Miſſaliũ.

ITem contendant Viſitatores inſpicere ſtatuta Eccleſiarũ, & quæ minus iuſta, ac ſancta erunt, reſecare. Quòd ſi capitula reclamauerint, vel in toto, vel ex parte, ad nos referetur. Præterea, contendant modum imponere annis carentiæ, vbi reclamatum fuerit, ad nos referent reclamationis cauſas.

DE obſeruatione capitulorum, iuxta articulos diligenter inquirent, maximè vero, nũ ſint in capitulis diſſidia & contentiones. Num prælati omnium voto audiant, Num fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu quorũdam priuatorum res gerantur, & an expectetur omnium ſententia, aut etiã cõtemnatur, quantumuis cauſa eccleſiæ vtilitatem reſpiciat.

ITem an fundationibus piis quarum prætextu quotidianæ diſtributiones percipiuntur ſatisfiat. Et hę fundationes exhaberi

hiberi debēt,& per noſtros Viſitatores inſpici, vt ſicubi negligentiæ ſuppletione opus fuerit,ſuppleatur.

De Decanis.

ANte omnia Viſitatores ſe de cõditione & moribus Decanorum certiores reddi curabunt. Nam ſi hi cæci fuerīt, conſequitur,vt grex quibus ducatum præſtant in præcipitiũ cum ipſis ruant. Quare inquirant potiſſimum,an bonũ exēplum frequentando Eccleſiam,& bene viuendo cęteris præbeant. An Eccleſiæ laudabilia ſtatuta faciāt obſeruari. An ea quæ inordinatè & vitioſè fiunt,feruenter repræhendant. An citra perſonarum acceptionē exceſſus puniant. An negligētes in monendo Eccleſię perſonas,tam quod ad diuinum officium, quàm quod ad vitam & mores attinet,ſint.

HIs Viſitatores ſummo ſerio demandabunt,vt quàm diligentiſſimè reſpiciant,quo decretis Cõcilij in omnibus & per omnia pareatur,vtque cùm neceſſe erit,& cõſilium & auxilium capituli aduocent. Quòd ſi ipſos audire noluerint, vt tum ad nos referant.

QVòd ſi īter viſitãdũ cõmiſſarij noſtri inquietos quoſdã & rebelles Decanis ac Prælatis repererint,hos caſtigabunt,& ad obedientiã reducēt. Si reduci nolint,eos noſtro nomine ab officio& beneficio ſuſpēdēt,donec nobis ſuſpēſionis relaxationē obtinere mereātur. Decani(quibus cura animarũ cõmiſſa eſt)interrogãdi,cui adminiſtrationem ſacramētorum cõmiſerint. Ab aliis quoq; inquirendum,quēadmodum ille officio ſuo ſatisfaciat,imò exhibēda perſona eſt. Quæ reſpicere poterit quid correctione egeat,tam ꝙ clerũ, quam quod ad familiam attinet,non diſcutiendo perſonas.

De Præpoſitis.

NEc interim prætereundi erũt Præpoſiti(quod ad dignitatis gradũ attinet Decanis ex more prælati) Nã vbiq; ferè hi diſſolutiorem vitã gerunt,ignorantes,aut diſſimulantes ad quod munus ſint vocati,cuius admonebuntur.

NAm vt de eccleſiæ reditibus luxurientur, non ſunt inſtituti,ſed vt eccleſiam ſuo ſumptu ac opera defendãt. Et vt excuſet eos coram hominibus,mos aliquis non ſatis legitimus à frequentanda eccleſia,præſertim cum per eccleſię negotia minimè retrahuntur:admonendi tamē ſunt,vt cogitent ſuam deſidiam non ita cõprobari Deo, ſed iuſtum eſſe vt officium gerãt,propter quod datur beneficium,vtque Dei

milites,non ſeculi ſe eſſe meminerint.
Inſpicienda eorum iuramenta.
Inſpiciendæ ſeparationes,& num illis pareatur.
Ad habitum quoque & tonſuram clericales reuocandi.

De Scholaſticis.

QVęrendũ de Schola:Qualiſnam illa habeatur.Qui ſint magiſtri puerorum. An eruditi ſatis,an ab omnis inſyncerae doctrinæ ſuſpitione longè alieni.

AN fieri poſſit vt iuniores Canonici, qui rudimenta nõ ſatis callent ad ſcholas haſce relegari poſſint,videndum ſeu ſaltem vt lectiones aliquot priuatæ per illos inſtituerentur,quas ſemotis pueris horis quibuſdam delectis audirent. Quod ad Scholaſticũ maioris eccleſię attinet,nos videbim⁹. Quãquã de ſcholę theologicę ſtatu ad nos referri velimus.

De magiſtro fabricæ.

QVærẽdum vt ſit fabricę prouiſum.Si minus prouiſum ſit,ex communibus reditibus per præbendam(vt vocant)currentem prouideatur,vt ſarta tecta teneantur.

De cuſtode.

AN Cuſtos(quem alibi Theſaurarium,alibi Sacriſtam appellant)vaſa atque alia eccleſiæ ornamenta diligẽter faciat conſeruari.Et de ablutione pallarum,quemadmodũ habet articulus vltimus,de Metropol.& Cathe.ac Collegi.Eccleſ.ac infrà latius dicemus.

De Canonicis.

SAtis ſuperque in Concilio prouiſum eſt,de ipſorum vita & conuerſatione.

De Vicariis.

SImiliter,cogendi illi interim ſunt,vt fundationes ſuarũ vicariarũ exhibeãt.Quibus relictis,vbi in officio ceſſare comperti fuerint,adigendi,vt illi ſatisfaciant.

De reliquis miniſtris quos Cãpanarios ac virgiferos vocamus.

HI poſt hęc ſuo officio perſonaliter perfungẽtur,niſi vel ætate,vel morbo impediantur,aut idoneos delegẽt arbitrio Decani & Capituli admittendos,aut reiiciendos.

De collegiis Canoniſſarum ſecularium.

COllegia Canoniſſarum,quæ ſeculares vocari delectantur,ad inſtar,collegiorũ quæ virorum ſunt,ſuos ritus habent.Proinde multa ſub præcedenti titulo, quæ ibidem, quemadmodum in virorum Collegiis ad cenſuram Cõcilij reuo-

reuocanda ſunt.

MAximè autem videndum, vt vita illa licentioſa ſubCanonum regulas trahatur. Quod fiet ſi in ſpiritu lenitatis ex ſcripturis, ſui officij, imò ſaltem vitę Chriſtianæ admoneantur. Nam niſi per verbum ad pietatem trahantur, minæ hic proderunt parum.

De monaſteriorum viſitatione.

PEractis Miſſa ac Cōciōe qua ad Chriſtianā & mutuā charitatē, mūdi cōtemptū & votorū ſuorū obſeruationem, ad pacem deniq; & trāquillitatem commouebuntur, in domo capitulari hăbēda per viſitatores. In primis Abbatibus ac aliis monaſteriorum prælatis ſeorſum pauliſper receptis, Duodecim priores articuli ſub titulo de vita & cōuerſatione monaſtica recenſebuntur, diligentiq; cohortatione illi monendi ſunt, vt hiſce decretis tam innouiter recipiēdis monachis ac velandis quàm in reliquis omnibus ſeſe attemperēt, pecuniam pro receptione ne extorqueant, vtq; in iis ad quæ ipſi corrigēda nō ſuffecerint, implorēt noſtrā authoritatem.

Vbi viſitatores noſtri, Abbates ipſos repugnantes repererint, ad nos diſtinctè referant.

ET præſertim noſtro nomine in eo erūt, vt ſumptuoſi illi præpoſiti abrogentur. Quòd ſi in ipſorum poteſtate non fuerit, ſaltem ad nos referent poſt viſitationem, quid facto opus ſit.

VBi hęc cum prælatis acta fuerint, Regula ordinis, ſimul cum formula viſitationis ſi habeatur, petenda eſt atque relegenda, ſic tamen vt inſtruantur regulam & doctrinam Chriſti ſolā eſſe quę ducit ad vitā, regulas verò monaſticas expeditiorē tantū ſemitam indicare, qua facilius viā domini inambulare pergimus. Cōſidente iterum toto cōuentu, cum prælatis pręmittenda eſt illa generalis adiuratio de nō occultanda, ſed ſyncerè dicēda veritate. Deinde ſe motis arbitris.

Interrogetur Abbas, aut eius loco moderator Conuentus.

QVādo proximè viſitatio obſeruata ſit, & an diligēter, Regulā ac monaſterij ſtatuta obſeruari pcuret, an pax inter fratres, cōuerſos deuotos ac familiares efflorecat, Diſſidij ſi quid fortaſſe fuerit, origo perquirat & emēdetur.

Interrogetur Prior.

DE obſeruatione diuini officij. De obedientia, paupertate, continentia, ſilentio, Communi mēſa, Mutua reue-

rentia,Mutuo colloquio.Hoſpitum acceſſu.

Interrogentur fratres ſigillatim.

1 De vita & conuerſatione Prælatorum.

2 An viſitatio proxima rite obſeruata ſit.

3 An Prælati quæ ad obſeruationem religionis & ordinis pertinent,diligenter perſequantur.

4 An vitia fideliter corrigant citra acceptioné perſonarum,

5 An honeſtè cum laicis conuerſentur.

6 An bonum exemplum ſuis ſubditis præbeant.

7 An in obſeruãdis,ordinis regula,ac ſtatutis ſint feruẽtes.

8 An deſides ſint,An eadem ad Chriſtianam pietatem moderentur.

9 An fratres ad ſtudia ſacrarũ literarum ſeduló inuitent.

10 An pacem tranquillitatem & concordiam inter omnes ſibi ſubiectos ſeruent ac nutriant.

11 Item de clauſura & ingreſſu monaſteriorum.

12 De victu quotidiano.

13 Deinde,an Conuentus certum numerum habeat, an illi ſuppetat victus.

14 Deinde de officiis ad officia tranſeundũ eſt.Et videndũ, an qui illis præfecti ſunt,veluti Camerarij,Sacriſtæ, Cellarij,procuratores,& id genus alij,ſuis ſinguli officiis grauiter incumbant.

15 De moribus,habitu & conditionibus fratrum conuerſorum diligenter quoque quærendum eſt.

19 Poſt inquiſitionem,ſi qui notati fuerint,illi euocentur. Qui ſi errata ſponte cõfeſſi fuerint,ad diſciplinam Abbatis, iuxta regulæ formam remittendi ſunt, ſic tamen, vt Abbati mandetur,ne Chriſtianæ lenitatis modum excedat, quòd habita ratione perſonæ, cenſuram potius mitigari quàm exaſperari conuenerit in haud præfractis.

17 Quòd ſi neget delictũ infamatus,adhibeãtur teſtes, admonitis prius omnibus,ne fraudi ſit teſtib⁹ veritaté dixiſſe.

Legantur deinde articuli.14.15.16.17.ſub titulo de vita & conuerſatione monaſtica.

Poſtremo declarata vitæ monaſticæ prima inſtitutione, adhortentur omnes,vt viam quam amplexi ſint,ad vitã æternam expeditiorem in charitate, de conſcientia bona & fide non ficta inambulent, & pro eccleſia Dei ſeduló orent cuius eleemoſynis ſuſtentantur.

Item

Item cum fratribus mendicantibus eadem via incedēdum eſt,ipſis tamē peculiariter articuli à ſexto vſque ad 15. ſub titulo, Qui admittendi,legendi & perſuadendi ſunt.

De viſitatione Monialium.

QVæ eſt forma monaſteria virorum viſitandi,eadē rectè obſeruatur in viſitatione moniali ū,niſi quòd hic interim quædam addi poſsint.

Præſertim vt quæratur, Quibus affectibus & qua forma ad electionem Abbatiſſarum ac aliarum quibus monaſteriorum moderatio commiſſa eſt,procedatur:An in eligendo ſeruetur regula,ceſſetque omnis impreſsio ac corruptio.

Admoneantur, ne non profeſſas virgunculas, quàm nondum de volūtate ſua ſtatuere poſſunt, ad profeſsionem mellitis verbis alliciant.

Prohibendus omnis ſuſpectus ingreſſus & egreſſus.

Omnis ſuſpecta conuerſatio prohibenda,Et priuata diuerticula penitus tollenda.

De exercitationibus & operibus extraordinariis quærendum eſt.Et in primis dehortandum omne otium.Deinde cohortandæ potiſsimum, vt aſsiduæ ſint in reuoluendis ſacris ſcriptutis & piis opuſculis,quæ poterint ipſis facilè comparari,& cohortanda letrix,vt omnem operam adhibeat, quo ſorores ſuas in Chriſti verbo à ſe doctiores ſemper dimittat.

Quòd ſi &corporales exercitationes amplecti velint,curādum vt tales ſint, ne mentē Deo dicatā euertant, atq; à Chriſto in mundū retrahant,qualia ſunt quædam artificiola in texendis ſudariolis ac camiſiis quę magis prętermiſſa oportuit. Nam diabolus alioqui mille artifex, iuuandus nō eſt ad irritandū ſimplices cōſcientias, ſed modis omnibus abigendus.

De victu quoque diligenter quærendum.

Et ſi vt interdum fieri ſolet,fatuis ſuperſtitionibus teneantur,illæ cautè animis earum eximendæ ſunt, inflammandæ ad verum Dei cultum & viuam charitatem.Qua ſine,ea monaſteria nō Dei,ſed eius quem prohibeat Deus,domus ſunt. Ante omnia verò diligēter examinabitur is qui monialibus à confeſsionibus eſt. Qualem hunc eſſe oporteat declarat articulus 8.ſub titulo de vita & conuerſatione monaſt.inſtruendusq; eſt in omnibus fermè articulis qui parochū cōcernūt, præſertim qui pœnitentię ſacramentum reſpiciūt. Qui ſi vel leuiculus vel vitæ minus iculpatę vel ineruditus,breuiter ad

munus cui præfectus eſt, inidoneus fuerit, repellatur, & alius idoneus in locum ſuum ſurrogetur, aut ad nos referatur.

De viſitatione domorum militum Teuthonicorum S. Ioannis & Antonitarum.

HIc multa reformatione opus eſt quam articulus. 13. ſub titulo de vita & conuerſ. monaſt. breuiter comprehendit. vbi ad viſitationem ventum erit cætera occurrent.

De viſitatione Parochialium eccleſiarum.

HIc opus hic labor eſt, hic multa ſolicitudo adhibẽda. Ars enim artium ac ſcientia ſcientiarũ cura animarum optimo iure dicitur.

Quemadmodũ aduẽtus viſitatorũ prænũciandus ſit aliquot antè diebus, &c. quæ ad cõuocationem Cleri & plebis pertinent, deinde qualis habẽda poſt Miſſam ad populũ cõcio ſupra diximus. At reliqua ordine infraſcripto procedatur.

De viſitatione Clerici qui in Parochus eſt.

CVm ad parochiã acceditur, priori die ad ſacriſtiã Parochus cũ presbyteris ac clericis eius loci cõuocabuntur.

QVibus accitis & cõgregatis poſt cõcionem, in primis diligenter & exerte totus titulus de officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus clericorum generatim prælegetur, & ſicubi viſum fuerit, latius explicetur. Nam hic reſpicit omnium clericorum ac ſacerdotum vitã & conuerſationem.

POſtea Parrocho ſeorſum prælegẽdus eſt titulus de parochis ac eorũ vicariis, aliiſq; verbis miniſtris. Itẽ titulus, Qui admittẽdi, vſq; ad articulum ſextum. Itidem titulus De vita & moribus Parochorum vice ſpeculi, in quo ſuos erratus cõtemplẽtur. Deinde totus tit. de diſſeminatiõe verbi. Præterea, integer titulus de adminiſtratione ſacramẽtorum, Poſtremò, totus titulus de conſtitutionibus ac cõſuetudinibus eccleſiaſticis. In his enim tribus proximis titulus Parochorum officium dilucidè explicatur.

Quo facto ex ordine clericorum dabuntur aliquot viri graues. His ſummaria prædictorum titulorum diſtinctè relegẽtur, ac ſuper ſingulis interrogentur, num omnes clerici illius parochiæ ſecundum eorũdem articulorum normam ſua ſtudia & vitam inſtituerint.

DEinde, num Parochus ad eũ modũ viuat, verbũ Dei diſſeminet, ſacramenta adminiſtret, ac ritus eccleſiaſticos populo declaret ac obſeruet, vti articuli ex ordine preſcribũt,

&c

& præſertim an populum in priuatis cõfeſſionibus,& ſubinde ex ſuggeſto ſymbolum fidei, orationẽ dominicam, ſalutatiõe angelicã,decẽ præcepta,& ſacraméta eccleſiæ edoceat.
Examinandus quoque ſuper formis ſacramentalibus,& ritu ſacramenta miniſtrandi.
Item de lectione precum horariarum.

QVòd ſi hîc vel in clericorum & parochi vita corruptio, vel in officio ceſſatio comperientur,ſolerti cura defectus ſuppleantur,& exceſſus corrigantur,idque in ſpiritu lenitatis:nõ omittenda tamen interim virga diſciplinæ in publicè criminoſos & proteruos,qui ſcãdalo ſunt domui Iſraël, & propter quos blaſphematur doctrina Chriſti, ſic vt tales ẽ medio tollãtur,aut ſuſpẽdãtur, donec reſipuerint aliis in eorũ locũ ſuffectis.Idẽ putamus neceſſariũ vbi parochi oĩm literarũ inexperti,& pſertim tã ignari vt ſummã religionis noſtrę minimẽ callere reperti fuerit, qui ad ſcholas remittãtur.
Potiſsimũ autẽ viſitatores noſtri interrogationib⁹ illis quę 10.11.12.13.14.15.ac 16. articulis ſub titulo de viſitatione ac ſynodis Epiſcopalib⁹,Archidiaconibusq; cõtinẽtur,inſiſtẽt.
Vbi viſum fuerit viſitatoribus noſtris & prę temporis penuria integrum,poterint ſemel parochum ex ſuggeſto ad populum audire concionantem.Nam ex vna concione ſatis ſuperque percipient,quid crepet fidelia.

IN ſedibus Archipresbyteralibus,Archipresbyteris, præter articulos iſtos omnes,qui ipſos vtį parochos,imò parochorum & presbyterorum patres reſpiciunt,proponendi ſunt articuli 19.& cæteri ſub titulo de viſitation.& ſynod.&c.vſque in finem, quoniam illi obſeruationem ſynodorum ruralium reſpiciunt,ad quos articulos deinceps ſuas ſynodos exigent.
Præterea Archipresbyteri ſeu Decani iſti rurales ſcire debent ſe vocatos in partẽ ſolicitudinis Epiſcopalis,propter ea debẽt eſſe vigiles,& diligẽter reſpicere, vt intra limites ſuorũ Decanatuũ per omnes parochos, presbyteros ac clericos, ſecundũ formam eccleſiaſticam ac Cõcilij noſtri prouincialis doceatur ac viuatur. Quòd ſi compererint alicuius parochi doctrinã & verbi prędicationem de hęreſi aut nouatione ſuſpectã,aut vitam probroſam, eundem ad ſe aduocabunt, & præcedẽte correptione fraterna monebũt,vt à tali vel doctrinæ,vel vitæ impuritate deſiſtãt,ac rectã viã catholicæ fidei, pietatis ac charitatis inambulent. Quòd ſi hic pernicax eſſe

malit, præſertim quod ad impuritatem doctrinæ attinet, debebit hoc ipſum Decanus ruralis ad viſitatores noſtros, aut nos ſcripto referre, vt apponamus ſecurim ad radicem.

Præterea ſimul omnibus proponentur articuli 6.7.8.9.& 10. ſub titulo de iuriſdictione eccleſiaſtica cõtẽtioſa, vt ſciãt quam pœnam expectare debeant delinquẽtes, vtq; teſtamẽta ſuorũ confratrũ approbari atq; exequi procurent. Vt ſi quos ſciãt teſtamẽta ſuppreſsiſſe, aut minime executos fuiſſe, illos reuelent. Item inſtruantur ſuper votis ſolennibus & non ſolennibus, ſuper impedimentis contrahendi & contracti matrimonij. Interrogandi quoque de iure patronatus eccleſiæ quo pacto ſint in eccleſia inſtituti ſacerdotes, de iure patroni quod ſibi in eccleſia vendicat, De fundationibus vicariorum, aut officiorum perpetuorũ, num ſupprimãtur, num diuinus cultus iuxta piam teſtantium voluntatem peragatur.

ITem quærendum de damnata illa diſpenſatione, quam præcipimus in vſu eſſe ſacerdotibus ruralibus fornicariis, qui ſibi mutuo permittunt ſacra myſteria celebrare etiam nõ cõfeſſis, donec iterum conueniant, & ſuam, ſi ita dici mereatur, abſolutionem rurſus mutuo impartiuntur. Quem morem vti execrabilem damnamus. His inculcandum eſt, Deum nõ impune irrideri & quod tanta myſteria celebrẽt & corde & manibus pollutis in iudiciũ, & cõdemnationẽ. Quòd ſpe veniæ peccãt, id quod nõ procul eſt à peccato in ſpiritũ ſanctũ. Itẽ quod Paulus ad Ephe. ait: Hoc ſcitote, intelligentes ꝙ omnis fornicator, aut immundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Nolite effici participes eorum, & cætera eiuſcemodi quæ tales præuaricatores ad pœnitentiam commouere poſsint.

SI qui reperiãtur clerici aut ſacerdotes qui exorciſtarũ officiũ aſſumunt, diligenter examinandi ſunt & inſtruẽdi, vt vel deſiſtant à ſuperſtitione, vel officium rectè gerant.

De oratoriis in parochia conſtitutis.

QVæratur de fundatore, ad quos ſpectet ꝑſentatio, inſtitutio ac cõfirmatio rectoris, cui⁹ authoritate Oratoriũ erectũ ſit, de cõditione rectoris de officio cui aſtringitur, illi ſecũdũ formã fundationis ſatisfaciat, ac id genus ſimilibus.

DIligenter quoque proſpiciẽdum eſt, vbi imagines poſitæ ſunt, ad quas ſuperſtitioſius concurritur, vt populus doceatur,

doceatur, de vera ac ſyncera imaginum veneratione, ne ſuperſtitionis reus fiat. Quòd ſi tantus eſt abuſus, ad ſublationem etiam citra ſcandalum tum procedendum erit.

De viſitatione populi.

POſt Miſſam & concionem ad modum ſupraſcriptum habendam, quum viri aliquot honeſtiſſimi delecti fuerint.

Interrogabuntur abſque exactione iuramenti.

NVm omnes parochiani rectè inſtituti ſint in articulis fidei, decē præceptis, oratione dominica ac cæteris prædictis populi Chriſtiani rudimentis, num omnes diebus dominicis ad parochiam cōueniant audituri Miſſam parochialem & prędicationem Euangelij Dei. Num exeant ante finitum ſacrum & ſermonem, quod fieri nō oportuit. Num fabulentur in eccleſiis vel cœmeteriis ſub ſacro, An ſemel in anno ſaltem cōfiteantur & ſacroſanctā Euchariſtiā percipiant.

Interrogabuntur de vita, moribus ac conuerſatione laicorum, de criminibus ac vitiis publicis quibus potiſſimū plebs eſt infecta, vt pro qualitate morbi ſalubris medicina adhiberi poſsit, idque per ſalubria monita, nunc leuia, nūc aſpera, iuxta datam Viſitatoribus noſtris à Deo prudentiam.

Et præſertim rogabūtur, num quempiā in parochia hæreticum, ſchiſmaticū, aut ea de re ſuſpectū. Item, an cōuenticula in domū aliquam, an prædium, agrum, aut alium locū fieri ſciant, An talium receptatores, fautores, defenſores ac miniſtros, maximè Anabaptiſtarum & Sacramētariorum nouerint. Num ſint qui nouam religionem introducere ſatagant.

Num ſint in parochia publicè criminoſi, velut blaſphemi, inceſti, adulteri, homicidæ, ſacrilegi, cōiuratores ſeu conſpiratores, vſurarij, ebrioſi, ſolennes ferias non ſeruantes, eccleſiæ laudabiles ritus, veluti ieiunia indicta & id genus alias pias cęremonias contēnentes, decimas denegātes, ſeu ſimilia crimina, quæ eccleſiaſtici aut mixti fori ſunt committentes.

Qua inquiſitione facta, Viſitatores facilè intelligent, quæ publicè concionando & priuatim admonendo, reprehendere, corrigere & reformare debeant, accommodaturi ſermonem, perſonis, rebus, tempori, & loco, diſpēſaturique ſermonem, ſecundum captum auditorum & diligentiſſimè expenſuri, qua via correctioni rectius conſulatur.

QVòd ſi quos ī hęc enormia crimina ſępius relapſos cōpererint hos publicā pœnitentiam ſubire compellāt.

Nám hoc eſt vnicum remedium, quo eccleſia ſordibus iſtis expurgabitur. Poterunt iſti integriores viri ex laicis delecti de moribus & vita parochi ac clericorum interrogari, præſertim de auaritia & luxu, & quæ illis vitiis adhærent, & præſertim an aleæ luſu perditi, an in tabernis deſideant, an ebrioſi, maledici, contentioſi, pugnaces ſeu percuſſores ſint.

ITem de officio eorũ, an illo rectè fungãtur, an res eccleſiæ & ſpiritales & corporales ſeu exteriores rectè adminiſtrẽt.

TAmé hic viſitatores cũ quid ſiniſtrũ de clericis ex laicorũ delatione intellexerint, nó ſtatim excãdeſcét, ſed in ſpiritu lenitatis clericos delatos inſtruãt, res ĩcognitas nemini imputãtes. Nec facilè credẽtes. Nam ipſorũ credulitas ꝓbabilis erit, & ex veris ſignis colligẽda: gaudere enim nõ debemus in infamia ſubditorũ. Proindéq; Viſitatores noſtri nõ dicẽt ad ꝓmiſcuum populũ. Vt ſi quis aliquid de rectore aut clericis ſciat, id vt dicat, cum laicorũ accuſatio in clericos nó facilè audienda ſit, multominus incitanda, ſed tantũ vt diximus, cum aliquibus delectis bonis, prudẽtibus, honeſtis & fidedignis viris de parochia de his inquirere debent. Chartulas autem quas paſſim leues laici aduerſus ſuos parochos clãculum offerre ac porrigere ſolent, non facilè recipient.

QVòd ſi offerãtur, inquirẽt an delatus de eiuſcemodi crimine publicè diffamatus ſit. Quòd ſi delator affirmare nõ auſit, imponãt ipſi ſilentiũ. Sin affirmat, quærat vndenam id ſciat. Quòd ſi dicat ſe audiuiſſe, quærant à quibus & quot. propter enim dicta paucorũ non debet quiſquã infamatus reputari. Quærãt etiam à quibus audiuit. Num à maleuolis, maledicis, aut vilibus. Nam eo caſu ad inquiſitionem procedãt. Quòd ſi clericũ infamatũ de crimine reperiãt, accito illo narrabunt, quid de ipſo fama prędicet, & acri modeſtia obiurgabunt eũ, tamen ſe ipſi in præſentiarũ parcituros, nec ſe canonicę diſciplinę ſeueritate erga eum vſuros, tantũ videat ne poſthac talia cõmittat, quibus in eandẽ ſuſpitionẽ veniat. In correptione enim, ſicut ſæpè diximus, potiſſimum adhibẽda eſt benignitas. Quòd ſi infamia tãta fuerit, vt meritò ob enormitatem criminis inquirendũ videatur. Tum id viſitatoribus noſtris etiã ſolenniter fieri licebit. Præmittent tamẽ præfaciunculã quandã, qua officij ſibi cõmiſſi neceſſitatem declarabũt, in hunc vel ſimilem modũ: Deus omnipotens qui eſt ſcrutator cordium & renum, & ante cuius oculos

omnia

omnia aperta ac nuda ſunt, vt nos à præcipitandæ ſententiæ prolatione cōpeſceret, non antea voluit cōtra Gomorrhæ os ſententiā damnationis ferre q̄ cognoſceret de his quæ publi citus per illos ſceleſtiſſimè cōmittebantur. Vnde (ait) deſcen dam & videbo vtrū clamorem qui venit ad me, opere cōple- uerint. Quòd Chriſtus in parabola de villico confirmat. Is enim licet eſſet diffamatus apud dn̄m quaſi diſſipaſſet bona illius, tamen non eſt dānatus inauditus, ſed accerſito eo, dn̄s dixit: Quid audio de te? redde ratione villicationis tuę. Hęc Dei & Chriſti monita, inſequentes, licet pleraq; à pluribus fide dignis & idoneis perſonis de te mala referantur, quę etſi vrgente cōſcientia & officij cōmiſſi neceſſitate, non poterimus nec debebimus diſſimulare: Ea tamē vera eſſe cū hactenus nobis cōprobatum nō fuerit, & proinde necdū nos ad te cōdénandū permouerint, aduerſus te canonicè inquiremus.

AC tum articulis cōfectis ſuper diffamatione criminum ſolenniter inquirant, in qua ſolenni inquiſitione licebit Viſitatoribus cum oportunum eſſe viderint exigere iuramentum de reſpondenda veritate.

Poſt hæc de victu & ſuſtentatione Parochorum diligenter inquiretur, Idque ſecundum decreta ſub titulo de victu Parochorum poſita.

Maximè autem videbunt Viſitatores, non expediat vt vel duæ Eccleſiæ Parochiales vniantur, aut vicariæ ſeu officia aliqua Eccleſiæ Parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pacto illæ ſint parochialibus eccleſiis detractæ. Quòd ſi iniuſtè factum comperietur, ſtudeāt modis omnibus vt eccleſiæ in priſtinum ſtatum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi parochiæ ſunt incorporatæ vel collegiis vel monaſteriis. Si cōpererint portionem vicario perpetuo relictā nimis exilem eſſe, eandem ex collegij vel monaſterij reditibus augebūt ac tantū aſſignabūt, vt rector iura epiſcopalia ſoluere & cōgruam ſuſtentationē habere poſſit, aut ad nos referant.

Item à prouiſoribus eccleſiæ inquirent, an eccleſiæ reditus iuxta fundationē ac alias debitè diſpēſent. Num dānum fiat in diuini cultus rectoris ac aliorum miniſtrorum præiudicium ac detrimentum, ac in fraudem piarum voluntatum.

Item de ſolutione decimarum, de oblationibus ac cæteris interrogandi quæ videbuntur opportuna.

Et in primis inculcādus articulus vltimus ſub titulo de victu Parochorum,& ad oblationes alias faciendas ex ſcripturis(quæ victum paſtori ſuppeditari iubent)cohortandi ſunt.

Articulus quoque poſtremus ſub titulo de conſtitutionibus & conſuetudinibus eccleſiaſticis, qui de fraternitatibus eſt,commemorabitur,& fraternitates ad normam illius articuli poſt hac exigentur.

De viſitatione hoſpitalium.

MAgiſtris hoſpitaliū omnes articuli ſub titulo de hoſpitalibus diligenter proponentur declarabuntúrq; cum feruenti admonitione,vt poſt hać illis obſequantur.

Quæratur,qui ſint patroni, qui prouiſores hoſpitalis, an hoſpitalarius ibi à patronis inſtitutus ſit,à quo, & an ab eccleſiaſtico prælato confirmatus,an res & bona hoſpitalis incuria hoſpitalarij deteriores reddantur aut intereant. An luxu ipſius aut aliàs minus rectè dilapidentur, diſtrahantur, ſubtrahantúrque,An infirmis quod ipſis ex inſtitutione hoſpitalis debetur,præſtetur.

De lectis, fulcimentis ac aliis huc pertinentibus etiā perquiretur.An magiſter hoſpitalis erga infirmos ac debiles mitis ſit ac miſericors,an potius durus ac ſeuerus.

De eccleſiaſtico rectore hoſpitalis diligēter quærēdū quis ille ſit,an ritè præſit,docēdo & ſacramēta egenis miniſtrādo.

Speciatim quoq; de prouiſione hoſpitaliū quæ ad eccleſias collegiatas ptinēt videndū,quomō pauperes pcurent̄,à quibus inſtituant̄,Qui ſint puiſores,an reddatur calculus,&cui.

De viſitatione templorum & aliarum ſacrarum ædium, quod ad exteriorem faciem attinet.

IN primis locus vbi venerabile ſacramentū corporis & ſanguinis dominici,ac ſacrū chriſma cōſeruatur ac reponitur inſpiciendus eſt,qui debet eſſe nitidus,purus,ornatus & obſeruatus,an ſacramenta illa ſuis debitis temporibus renouentur,Quærēdum,an lumen ante hunc locum perpetuo ardeat, quod ſecundum Canones fieri oportet ad deſignādum,quòd ibi corpus eius reconditum ſit,qui eſt candor lucis æternæ.

Deinde baptiſterium inuiſendum,in quo regenerātur infantes an mundum & clauſum retineatur. Nec eſt prætermittēdus reliquiarum locus.Altaria inſuper & capellas inſpiciat,&per totam eccleſiam ſeu templum oculis diſcurrat,viſurus num omnia munda & nitida ſeruentur.

Deinde

Deinde iuxta articulum vltimum ſub titu. de metrop. Cathed. & colleg. eccleſiis videndum eſt de ablutione corporalium, aliarúmque pallarum.

ET in primis de Sacriſta ſeu Cuſtode inquirendum eſt. Num officio ſuo recte præſit, num reditus illi qui huic officio deputati ſunt ad reformationẽ ornamentorũ, aut pecunia illa quæ à nouitiis Canonicis pro ornamentis exigitur recte & vtiliter expẽdatur, An ſingulis annis legalis calculus & computus fiat. An habeat inuentariũ de omnibus capſulis ac thecis reliquiarum ac aliis ornamentis receptis, An paratus ſit inuentariũ tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Viſitatores faciant ad ſe adferri ornamenta, eadémq; explicari quo negligentia miniſtrorum deprehẽdatur, inſpicienda Miſſalia, Gradualia, Antiphonalia, ac cæteri libri ex quibus ſuccinitur, num integri ſeruentur.

Quærendum an res & bona eccleſiæ indebitè alienẽtur an hypothecentur, an ad tẽpus, aut perpetuò locẽtur, & quorum conſenſu id fiat, an dilapidentur ſeu diſſipentur, an mobilia diſtrahantur. Poſtremo eundum eſt ad ædes ſeu domos virorum eccleſiaſticorum. Et curandum vt domus ruinam minantes erigantur, vt quæ prolabuntur in ſtatũ deteriorem, reſtaurentur ac reformentur. Quod in primis vt fiat in domibus parochialibus, quas dotales dicimus, curandum eſt.

Videndum etiam vt ſuppellex ad perpetuũ vſum Parochi, ſeu alterius eccleſiæ miniſtri, deſtinata, ſalua ſubſtãtia manẽte vſui ſeruiat præſentis Rectoris & ſucceſſori tradatur eadem lege cuſtodienda.

Vtile fore putamus vt in ſingulis eccleſiis duo libri conficiantur ſigillandi, aut per notarium ſignandi. In quorũ altero ſcribãtur. In primis bona immobilia ipſius eccleſiæ, per vocabula, confines, quantitatem ac menſuram pro ratione loci vbi fit viſitatio. Subinde bona mobilia in altero ſcribantur, decimæ ac reliqui cẽſus ad quos ſoluendos Parochiani obligantur, & annotẽtur nõ ſoluentes, quod multum fecerit pro conſeruatione rerum & bonorum Eccleſiaſticorum.

Generale.

VBi ſolę Archipresbyterales ſedes inuiſuntur, ibi quę oculis ſubiici nõ poſſunt ea per Archipresbyteros ex Viſitatorum noſtrorum mandato deinceps agentur, qui & de omnibus ipſis Viſitatoribus referent, vt vel ipſi proſpiciant

vbi reformatione opus eſt, vel per eos ad nos relatio fiat.

In diſceſſu quid agendum.

SI eccleſiā aut parochiam inuenerint, vbi nec doctrinæ inſynceritas, nec morum turpitudo dominantur publicitus. Inter valedicēdum ex ſuggeſto, aut alioqui in cōſpectu concion. Deo gratias agant, ac exhortentur cœtum, vt de virtute in virtutem procedat. Nam hoc ipſum alacritatem, & calcar ad virtutem addet hominibus bonæ voluntatis. Nā & ethnicus poëta dixit: Virtus laudata creſcit.

Si multa correctione digna competerint ad pœnitentiam omnes cohortentur, & ad fructu pœnitentiæ dignos. Paulus vbiq; copioſam ſubminiſtrat materiā neq; incommodum argumentum ex cap. 5. ad Ephe. deſumi poterit. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate, probātes quid ſit beneplacitū Deo, & nolite cōmunicare operibus infructuoſis tenebrarum. Et cætera quæ ſequuntur.

De Scholis, Typographis ac Bibliothecis viſitandis.

SCholæ ac Bibliothecæ diligēter viſitandæ ſunt iuxta Decretorum ſub titu. de ſcholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academię noſtrę Colonieñ. reſtaurationem ex animo cupimus, ſed quoniam res ad multos pertinet, & vt ſunt in vniuerſitate multa capita, ita multi ſenſus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipſi putent, publicis ſtudiis ſubueniendum, faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cæterę ſcholę tam apud Collegiatas quàm parochiales eccleſias diligēter repurgandæ ſunt, lectiones in bonis literis, in ſacris quoq; pręſcribēdæ ſunt, didaſcali quod ad eruditionem & vitam attinet diligenter examinandi, ſimul & eorum libri inſpiciendi, qui ſi ſuſpecti ac nothi fuerint, abiiciantur.

Vbi de ſtipendio ſatis prouiſum non erit, ad modum in Concilio præſcripto prouideatur.

Cætera, Viſitatores pro ipſorum circumſpectione & prudentia à Deo data diſponent.

Laus Deo qui opus ſuum promoueat ac proſperet.

FINIS.

ENCHIRIDION

CHRISTIANAE INSTITV-
tionis in Concilio prouinciali Colo-
nienſi editum, opus omnibus ve-
ræ pietatis cultoribus lon-
gè vtiliſsimum.

Quæ hoc volumine, in quatuor partes diſtributo, contineantur, ſequens pagina indicabit.

Hanc noſtram editionem, candide lector, locis multis caſtigatiorē tibi exhibere ſtuduimus, conſultis (vbi referre viſum eſt) cùm Germanico tum Venetiano exemplaribus.

PARISIIS
Apud Ioannem Foucherium, ſub ſcuto Florentiæ, via ad Diuum Iacobum.
1550.

HAEC SVNT QVAE HOC Enchiridio continentur:

Expoſitio Symboli Apoſtolici.

Aſſertio & doctrina de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis.

De ratione ac modo orandi Deum, cum expoſitione orationis Dominicæ.

De natura, diſtinctione, vi, ac vſu Legis, cum ſubiuncta explicatione Decalogi.

Inſunt etiam huic volumini complures loci cõmunes, præſertim hi, de quibus hac tempeſtate non leuis controuerſia eſt, ad catholicam & eccleſiaſticam veritatem excuſsi & explicati.

TABVLA ENCHIRIDII CHRISTIANAE INSTITVTIONIS IN QVA PAGINAM PRIMAM A, B alteram ſignificat.

ADeo quid poſtulandum. 171.b
Abraham quomodo cõtinentiſſimus. 178.a
Abrahæ polygami & Ioannis virginis, par meritum. 178.b
Abſolutio ſacerdotalis quærenda eſt, & non tantum fraterna remiſſio. 107.a
Abſolutio in foro Dei, & iudiciali non eſt eadem. 132.b
Abſolutio & ligatio ſacerdoti æqualiter demandatæ. 124.b
Abrenuntiatio in baptiſmo eſt trina. 39.a
Abuſus corrigendus, non res pia mutanda. 75.a
Abuſus indulgentiarum. 131.a
Abuſus matrimonij vehementer cauendus. 191.b
Abuſus reliquiarũ quomodo tollendus. 258.b
Abuſus circa imaginũ venerationem corrigendi. 259.b
Abuſus ſacramentorum ſanctitati nihil detrahit. 163.b
Acolythorũ officium quale 164.b
Acolythus quomodo ordinabatur. ibidem.
Accuſare publicum latronem, non eſt peccatum. 226.b
Actio Miſſæ conſtat fidei exercitiis. 57.b
Adam & Euæ coniugium, grande myſterium. 175.b
Adam matrimonialis myſterij n[illegible] ignarus fuit. ibidem.
Adam quale nomen vxori ſuæ [illegible] diderit. ibidem.
Admonendus populus ad iug[illegible] cõfeſſionem interiorem. [illegible]
Admonitio generalis confeſſi[illegible] ſeruanda. 16[illegible]
Adulti baptizati quomodo [illegible] lim veſtiebant. 4[illegible]
Aduerſa huius mundi patient[illegible] renda ſunt. 2[illegible]
Aduentus Chriſti ſeruatoris [illegible] ſtri, duo. 1[illegible]
Aduẽtus domini dies nobis ig[illegible] tus. 1[illegible]
Aduentus domini ſecũdus ard[illegible] ter deſiderandus. 2[illegible]
Adultera vxor quid timeat. 4[illegible]
Afflictiones patienter latæ ſu[illegible] lutares. 1[illegible]
Affectus erga baptiſmum qu[illegible] eſſe debeat. 4[illegible]
Affectus qualis eſſe debeat in [illegible] ſceptione confirmationis. 4[illegible]
Affectus Euchariſt. petẽtibus q[illegible] lis eſſe debeat. 79.b, & qu[illegible] hanc dignè ſumendam requi[illegible] tur. ibidem, & in[illegible]
Affectus confitentis, qualis ad [illegible] cerdotem eſſe debeat. 1[illegible]
Affectus contrahentiũ qualis [illegible] debeat. 1[illegible]
Affectus pœnitentiæ donum D[illegible] 88.a

Affectu quali Ordines ſint ſuſcipiendi. 173.b
Affectus bene viuendi oranti neceſſarius. 203.a
Affectus Iudaicus ī orādo. 204.b
Affect⁹ Ethnicorū in orādo. ibid.
Affectus hominum carnalium in dimittendo. 228.a
Affectus quis circa imagines habendus. 259.b
Agnes virgo quō triūpharit. 77.a
Altaria, quam ob cauſam thurificentur. 270.b
Amen quid ſignificet & qualis ſit vox. 33.a
Amen, vox eſt ſermonem confirmantis. ibidem.
Ambroſius ſtatuit priuatam confeſſionem. 124.b
Amor Dei, amori parentum anteponendus. 178.b
Ancillarum officium erga dominos ſuos. 159.b
Anabaptiſtæ damnātur, paruulorum negantes baptiſmū. 37.a
Anabaptiſtæ hæreſum antiquarū innouatores. 82.b
Anabaptiſtarum error circa matrimonium. 179.a
Anabaptiſtæ cum Nouationis ad metam rediguntur. 226.b
Analogia baptiſmi ad circunciſionem. 36.b
Auimæ piorum nomine virginis recreantur. 11.a
Anima ſancta poſt hanc vitā perpetuis perfruetur bonis. 32.b
Annuli ſimilitudine pulchra introducuntur. 33.b
Antiſtites & preſules vnde dicantur. 169
Anus decrepitę quomodo ſint i[n]formandæ. 160.
Appetendi vis hoīe vitiata. 60
Apoſtolis ſūt claues traditæ. 111.
ſed quales fuerint. 112.
Apoſtolus denegat plebi ordinā[di] di poteſtatem. 163
Apoſtolicæ epiſtolæ, memineri[t] Epiſcoporum, & Diaconorun[m] ibidem.
Apoſtolorū canones collecti p[er] clementem. 164.
Apoſtolus docet matrimoniū eſ[ſe] ſacramentum. 186.
Apoſtoli ex Chriſti inſtitution[e] vngebant ægrotos. 193.
Ad ſolum Deum omni tempor[e] recurrendum. 251.
Aſſertio ſtatus animarū poſt mor[tem]. 73.
Aſtra & planetæ cur à Deo crea[ta]. 255.
Aqua benedicta cūr die dominic[a] ſpargatur. 270.
Aqua quid ſignetī baptiſmo. 37.
Archiepiſcoporū officium. 171.
Arra gratiæ certificamur nos eſſ[e] filios Dei. 244.
Authoritas Eccleſiæ propter malos Prælatos non diſperit. 22.
Authoritas clauium par eſt. 26.
Authoritate diuina imponitur ſatisfactio pro peccatis. 128.
Author cœleſtis Hierarchiæ pulchrē defenditur. 165.
Auium more nobis omnibus labo[ran]dum. 222.
Authoritas ſtatuēdi eſt apud præſides Eccleſiæ. 281.

Bapti-

BAptizati quomodo viuere debeant. 30.a
Baptiſmi vocabulum quid ſignificet. 36.a
Baptiſm⁹ ianua ī eccleſiā dei.ibi.
Baptiſmi partes quæ ſint. ibidem.
Baptiſmi verba exponūtur.ibid.b
Baptiſmus, fœdus Dei cū homine, & hominis cum Deo. 36.b
Baptiſmi cæremoniæ. 39.40.41
Baptiſmo adhibeī exorciſm⁹.38.a
Baptizatus concupiſcentiæ fomitem ſeruat. 40.b
Baptiſmi virtus præcipua. 41.a
Baptiſmi vis tota vita exercenda. ibidem.a
Baptiſmo commorimur Chriſto. 37.b
Baptiſma Eccleſiæ eſt vnicū. 83.a
Baſis fidei reſurrectio mortuorū. 31.b
Baſilius confirmat confeſſionem ſacramentalem eámque totius Eccleſiæ conſenſu ſtabilitam ac receptam. 120.b
Benedictiones priuatæ bonorū & malorū quomodo differāt.157.a
Benedicere priuatim & publicè, differunt. ibidem.
Benedictio ſacerdotalis in matrimonio. 189.b
Beneficia Chriſti in Miſſæ ſacrificio illuſtrantur. 75.b
Benignitas Dei in quo oſtēſa ſit. 100.b.208.b
Bellum gerere an Chriſtianis liceat. 286.a
Bonum matrimonij proles. 190.b
Bona temporalia cui tribuat mundus. 222.a
CAnonem ſacrū Eccleſiæ hoſtes inſectantur. 57.b
Canonis expoſitio pia, & germana. 69.b.& infrà.
Canon vindicatur ab aduerſariis. ibidem.
Canon pulcherrimè explicatur. 74.b.& infrà.
Canon omnē meriti humani prę-ſumptionem excludit. ibidem.
Canon generalis: Omnes vtriuſq; ſexus,&c.explicatur. 117.a
Canon non ligat peccatorem, vt certo tempore cōfiteatur ſacramentaliter. 117.b
Canones Apoſtolorū collecti per Clementem. 164.b
Hi canones etiam per ſextam ſynodum agniti. 165.a
Canon Euariſti de matrimonio. 188.a
Calumnia quorūdam aduerſariorum detegitur. 74.b
Cantica canticorum eſt canticum nuptiale. 175.a
Cauſa inſtitutionis matrimonij. 174.a
Carnalis commixtio trifariam in coniugio adhibetur. 109.b
Caro Domini quomodo manducetur. 53.b
Caro habet ſuā voluntatem. 218.b
Caſuum reſeruatorū origo. 110.b
Caſtitas triplex. 292.a
Cauſa efficiens iuſtificatio nis. 142.a,b
Cauſa formalis ipſius iuſtificationis. 143.a
Cauſa dilectionis inter virum & mulierem, quæ. 186.b

Cœli & terræ appellatione quid contineatur. 210.a
Cœlum & terra ſimul facta. 273.a
Cenſura de matrimoniis clandeſtinis. 188.a
Cenſuræ nõ ſunt ſpernẽdæ. 280.a
Ceremoniarũ finis quid ſit. 26.b
Ceremoniæ ſunt eccleſiæ vehementer neceſſariæ. ibidem.
Cæremonias diuus Paulus approbat. ibidem.
Cæremoniæ circa baptiſmũ. 38.a
Ceremoniæ eccleſiaſticę vetuſtiſſimæ. ibidem.
Ceremoniæ eccleſiaſticę quomodo æſtimandæ. 206.a
Cæremoniarum regula. ibidem.
Cæremonia ſabbati cedit charitati. 207.b
Cerei quid ſignificent in eccleſia. 164.b
Ceroferarij olim qui. 164.b
Certitudo fiduciæ. 140.a
Charitas in Deum præferenda omnibus. 7.a
Charitas Dei perficit omnia. 8.b
Charitas tertia oratiõis ala. 202.a
Charitas Dei vnde in nobis excitetur. ibidem.
Charitas proximi quomodo innaſcatur. ibidem.
Charitatis gradus peculiaris eſt longanimitas. ibidem.
Chriſtus priore ſuo aduentu venit vt Saluator. 8.b
In ſolo Chriſto omnis noſtra ſalus. ibidem.
Chriſtus plenitudine ſancti ſpiritus inunctus. ibidem.
Chriſtus, ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. 8.b
Chriſtus Rex. ibidem.
Chriſti regnum ſpirituale. ibid.
Chriſtus vnicus ille Meſſias. 9.a
Chriſtus verus Deus & homo. ibi.
Chriſtus eandem habet cum patrę naturam. ibidem.
Chriſti natiuitates duæ. 9.b.
Chriſtus cur paſſim in ſcripturis dominus appelletur. ibidem.
Chriſtus omnium dominus, quatenus Deus. ibidem.
Chriſtus dominus, quatenus homo. ibidem.
Chriſtũs omniũ dominus, maximè credentium & electorum. 10.a
Chriſto fidens, ab omni periculo tutus. ibidem.
Chriſti, quatenus homo fratres ſumus. ibidem.
Chriſti ſecunda natiuitas. 10.b
Chriſtus propter nos incarnatus. 11.b
Chriſtus, cur de ſpiritu ſancto cõceptus, & ex Virgine natus. ibi.
Chriſtus verè paſſus in corpore & anima. 12.a
Chriſto in cruce oblato, veteris legis hoſtiæ euanuerunt. 13.a
Chriſtus voluntariè mortuus eſt & non coactè. ibidem.
Chriſtus hoſtia immaculata. 13.a
Chriſtus eſt ſerpens æneus & agnus immaculatus diuerſis reſpectibus ibidem.
Chriſtus quare ad inferos deſcenderit. 14.b
Chriſtus in paſſionè ſe hominem, in reſurrectione verò ſe Deum eſſe declarauit. 15.a

Chriſtus pro nobis reſurrexit 15.a
Chriſtus caput corporis eccleſiæ. ibidem.b
Chriſtus aſcendit ſecundum hominem adſumptum. ibidem
Chriſtus quomodo ad dexteram Dei patris, & ſedere & ſtare dicatur. ibid.
Chriſtus quomodo ſedere & ſtare dicatur diuerſis reſpectibus. 16.a
Chriſtus propter nos quomodo rediturus. 17.b
Chriſtus in eccleſia diſcreuit officia. 23.a
Chriſtus eſt fundamentum eccleſiæ. 28.b
Chriſtus ſacramenta inſtituit, vt nos ſibi colligaret. 33.b
Chriſtus quare miſit poſt aſcenſionem ſpiritum ſanctum Apoſtolis. 43.a
Chriſtus quare poſt cœnam Euchariſtiæ ſacramentum inſtituerit. 50.a
Chriſtus ſub altera ſpecie totus ſumitur. 54.a
Chriſtus applicat nobis fructum ſuæ paſſionis. 57.a
Chriſtus in altari ſacramentaliter immolatur. 67.a
Chriſtus quomodo peccatum appelletur. 96.b
Chriſtus quare in diſcipulos ſuos inſufflauit. 114.b
Chriſtum non præcepiſſe confeſſionem, redarguuntur. 116.a
Chriſtus quare tam frequenter vitam æternā, mercedem noſtram appellet. 147.a
Chriſtiani omnes, reges ſpiritales. 161.b
Chriſtus parẽs regnãtorũ. 174.b
Chriſti verbo Chriſtianorum matrimonia ſtabiliuntur. 181.a,b
Chriſtus matrimonium primę ſuæ dignitati reſtituit. 189.a
Chriſtus orandi formulam præſcripſit. 197.b
Chriſtus ſpes gloriæ. 200.a
Chriſtus vult communem precationem. 209.b
Chriſti doctrina ac vita, Dei voluntas. 218.a
Chriſtus dat nobis corpus ſuum & ſanguinem. 225.a
Chriſtus non prohibet pecuniam mutuo datam repetere. ibid.b
Chriſtus non abolet imperia ſeu iudicia terrena. ibid.
Chriſtus non vetat maleficos puniri. 226.a
Chriſtus quõ nos certos faciat à peccatis eſſe purgatos. 227.b
Chriſtus cur vſus ſit hoc verbo, dimittendi. ibid.
Chriſtus docuit quomodo ſit nobis orandum. 197.b
Chriſtus finis præcepti ad ſalutem. 253.b
Chriſtus quare iuſſit omnino non iurare. 264.b
Chriſmatis materia. 44.a
Chriſma ab hæreticis fruſtrà contemnitur. ibid.
Chriſma quare cõficiatur ex oleo oliuæ & balſamo. 48.b
Circũciſio figura baptiſmi. 36.b
Clandeſtina matrimonia multorum malorum cauſa. 188.b

Clandeſtina irreligioſe cõtracta non ſunt ſacramentum. ibidem.
Clandeſtina, quare eccleſia hactenus permiſerit. ibid.
Clãdeſtina matrimonia per eccleſiam abroganda. 189.a
Clauium authoritas in eccleſia ęqualis. 26.b
Clauis in ſcripturis quid, & quib⁹ claues ſunt traditæ. 111.b
Clauium eccleſiæ diuiſio. 112.b
Clauium diuiſio. 113.a
Claues aliud ſunt quam fides. 115.b
Clauis ordinis in omnibus ſacerdotibus eadem. 170.b
Clerici quare tondeantur. 172.b
Coitus effrenis in coniugio damnabilis. 191.a
Collatio originalis peccati ad actuale. 127.a
Colligantia eccleſiæ quibus conſtet. 23.a
Comes peccati eſt pœna. 226.b
Communicandum non eſt cum hæreticis. 21.b
Cõmunio bonorum operũ eſt in ſanctorum ſocietate. 29.b
Cõmune diuini officij quare ſic vocetur. 57.a
Cõmunio quare ſic vocetur. 72.a
Communicatio fiebat olim ter in anno. 117.b
Communio olim non reſtituebatur ante ſatisfactionem expletam. 128.b
Communicantes ſine oblatione. 130.b
Communia Iudaici & Chriſtiani matrimonij. 179.a
Compũctionis genera ſunt duo. 87.b
Concluſio fidei noſtræ vita æterna. 32.a
Cõcubitus pręter neceſſitatẽ non impurat matrimonium 190.b
Condonatio iniuriæ ſignũ eſt remiſſionis peccatorum. 107.a
Conciliator religioſi matrimonij Deus. 182.a
Concupiſcentię fomes maneat in baptizato. 40.b
Concupiſcentia in nobis eſt mortificanda. 41.a
Confirmationis ſacramentum declaratur. 43.a
Confirmandus quare ſignetur in fronte. 48.b
Confirmationis ſacramentũ tota vita rememorandum. 49.a
Confirmationis miniſter eſt epiſcopus. 49.a
Confirmationis ſacramentũ cur patres Teleten appellarunt. 48 b
Confitentibus quid inculcãdum. 154.a
Cõfeſſio peccatorũ triplex. 103.a
Confeſſionis vocabulum variè accipitur. 102.b
Cõfeſſio interior, propria Chriſtianorum, quæ & Chriſtianis ſemper inculcanda. 103.b
Confeſſio mentalis ſemper exercenda. 105.a
Confeſſionem noſtrã quare Deus requirat. 104.b
Confeſſio generalis apud Iudęos, quæ etiam in eccleſia frequens. 106.a

Con-

Confeſſio fraterna quæ,& hæc ea dem eſt,neceſſaria. 106.b
Confeſſio fraterna non eſt de nu mero ſeptem ſacramentorum. 107.b.
Confeſſio quæ fit presbyteris ter tia confeſſionis ſpecies. ibid.
Confeſſio fraternæ correptionis. 107.a
Confeſſio voluntaria eſt plublica gratior. 107.b
Cõfeſſio ſecreta & priuata.109.b
Confeſſio ſacramentalis an ſit iu ris diuini. 111.a,b
Cõfeſſio ſacramentalis per Chri-ſtum inſinuata. 114.b
Confitendum quomodo ſit,& de quibus peccatis. 117.b
Confitendum quare ſit proprio ſacerdoti. 118.a
Confeſſarius ſacerdos qualis de-ligendus. 119.b
Confeſſio ſacramentalis neceſſa-ria. 120.b
Confeſſio an ſit reuelanda. 121.a
Confitendum eccleſiæ miniſtris vt ſoluant confitentem. 121.b
Confeſſio mentalis non ſufficit. 122.a
Confeſſio ſecreta in eccleſia Græ ca ab initio fuit. 123.a
Confeſſio ſecreta,in nulla eccle-ſia penitus ſublata. 123.b
Confeſſariorum officium. 131.b
Cõfeſſario quę ſunt cauẽda.152 a
Cõficere & offerre non ſunt vnũ & idem. 66.b
Confitentium ineptitudo corri-genda. ibid.
Cõfitẽdi vetus ratio optima.153.a
Confeſſionis pudor pellendus. 154.b
Confeſſarius qualis eſſe debeat. 515.b
Cõfeſſarius idoneus quis ſit.ibid.
Confeſſio humilis quid apud Deũ poſſit. 227.a
Coniugium & matrimoniũ vnde dicantur. 174.
Coniuges quomodo continentes eſſe poſſunt. 190.b
Coniunctio ſacerdotalis in ma-trimonio. 189.a
Coniunx caſta & adultera, quid timeant. 47.b
Cõſenſus vniuerſalis eccleſię,ad-uerſariis opponendus. 44.a
Conſenſus vniuerſalis eccleſiæ, Miſſam ſacrificiũ eſſe teſtatur. 57.b
Conſenſus totius eccleſię probat ordinem. 163.a
Conſentire facientibus qui dicã tur. 239.a
Cõcilium in quo ſitum ſit,& quę vis illius. 45.b
Cõcilium humanum quale. ibid.
Concilium pro imperfectis in re mittendo. 228.b
Conſuetudo iurandi deteſtabilis. 266.a
Conſtitutiones humanæ quanti faciendæ. 280.a
Conſtitutiones humanę inutiles, niſi ad pietatem expendantur ibidem.
Copula matrimonialis ſigni per-fectio. 186.a
Copulati in matrimonio quorum admonendi. 192.a

Cõſecratio quare ſub duabus ſpeciebus ſeparatim fiat. 54.a
Contemptores priuatæ confeſſionis quid agant. 124.b
Continentia in coniugio laudabilis. 187.b
Cooperatio fidei & charitatis eſt iuſtificatio noſtra,&c. 146.a
Contritio eſt vehemens animi amaritudo. 86.a
Corona iuſtitiæ cur dicatur. 98.a
Corpora noſtra poſt reſurrectionem,non erũt obnoxia doloribus noſtris. 32.a
Correptio fraterna duo requirit. 108.b
Correptio fraterna in primitiua eccleſia frequens. 109.a
Correptio fraterna quomodo in deſuetudinem abierit. ibid.
Corpora cœleſtia quatenus in nos agant. 255.a
Corporum ſubtilitas poſt reſurrectionem. 17.a.22.a
Corruptores ſimplicium mẽtium. 153.b
Creaturam eſſe nouam in Chriſto quid. 143.b
Credere Deũ & credere in Deo vel in Deum. 4.a
Credimus ſanctam eccleſiam non in eccleſiam. 20.a
Credẽtiũ,peculiari ratione Chriſtus eſt dominus. 10.a
Credere in creaturam abunde poteſt nemo. 18.a
Criminum enarratio eſt ſacerdoti facienda. 113.b
Crimina ſpectant ad idololatriã ſpiritualem. 252.a
Crux Chriſti quomodo nobis poſt Chriſtum ferenda. 13.b
Crucis mors redemptori omnium peculiaris. 12.b
Cubiculum cordis Chriſtus nos intrare iubet. 204.a
Culpam expiari non poſſe ethnici putabant. 103.b
Culpa abolita, non ſtatim aboletur pœna. 127.b
Cultus Dei verus in ſpiritu. 204.a
Cypriani authoritas de plebe quomodo intelligenda. 24.a
Decalogus aptiſſima methodus agendorum &c. 153.a
Decalogus vitæ regula, & ſpeculum. 234.b
Decalogus pertinet ad omnes gẽtes. 245.b
Decalogus complectitur conſummatam iuſtitiam. 246.a
Decalogus omne ius ciuile ſuperat. ibidem.b
Decalogi collatio ad legem naturæ. 147.a
Decalogi ſeries. ibidem
Decalogus quare à Deo traditus. ibidem.
Decalogi duæ ſunt tabulæ. 248.a
Decus coniugale caſtitas. 190.b
Defunctorum cõmemorationem ratio Miſſæ expoſtulat. 72.b
Depoſitum Pauli eſt promiſſio Dei. 98.a
Deprecatio pro confitente nõ eſt ſacramenti vis. 154.a
Deprecatio Paulina ad Hebræos. 15.b

Deſperandum non eſt ſuper miſericordia Dei. 261.a
Deus vnus eſſentia, trinus in perſonis. 3.b
Deus quam à nobis fidem exigat. 4.
Deus nobis tantum per fidem videtur. 4.a
Deus quid ſit. ibid.b
Deus ſolus omnipotens. 4.b
Deus pater trifariã accipitur. ibi.
Dei omnipotentia, fidei robur. 5.a
Deum eſſe teſtatur rerum vniuerſitas. 5.b
Deum quomodo ethnici cognouerunt. 6.a
Deo aperta ac nuda ſunt omnia. 6.b
Dei voluntas per charitatem adimpletur. 8.a
Dei peitas eſt ineffabilis erga nos 13.a
Deus præeſt piis coniugibus. 108.b
Deus eſt conciliator religioſi matrimonij. 182.a
Deus quomodo pœnitere dicatur. 81.a
Deus quomodo hominem deſerat. 89.a
Deus nullam in ſe habet iniquitatem. 90.a
Dei beneficiis cur afficiantur impij. 219.a
Dei gratia bifariã accipitur. 91.a
Deus nemini gratiã ſuam ex toto ſubtrahit. 91.b
Deus cur gratiam ſpecialem impiis ſubtrahit. 92.b
Deo bis ſe debet homo. 98.b
Dei permiſſio iuſtiſſima. 99.b
Dei præſcientia non eſt anxiè inquirenda. 100.a
Dei præſcientia nõ obſtat rerum contingentię. ibid.
Dei præſcientia non ligat hominis voluntatem. ibid.b
Dei præſcientia pios lætificat. 101.a
Deus quare noſtram confeſſionẽ requirat. 104.
Deus opera ſua facit noſtra. 146.b
Deus quare nos interdum nõ exaudiat. 201.a
Dei cultus in ſpiritu. 204.a
Deus quare vult nos petere. 205.a
A deo quæ ſint petenda. 207.a
Deum quare appellamus patrem 208.b
Deus quomodo nos omnes æquales habeat. 209.b
Deus ſicut & in cœlo, ita & in terra. 210.a
Deus cur in cœlis potiſſimum eſſe dicatur. ibidem
Deo propitio à nulla creatura timendum. ibid.b
Dei nomen inuocari ſuper nos, quid ſit. 211.b
Dei nomen pollui quid ſit. 212.a
Dei volũtas, alia atque alia. 217.b
Deus malorum conatus in ſuam vertit gloriam. 219.a
Dei voluntati nos ſubmittere debemus. ibidem
Dei verbum quomodo ſalutare. 224.a
Dei verbum, panis animæ. ibid.

Deus humilem à nobis cõfeſſionem requirit. 4.a
Deus ſemper paratus nos eripere à tentatione. 231.b
Deus operatur ſenſibiliter in mẽtibus hominum. 238.a
Deus peccatori vt reſipiſcat neceſſarius. 240.
Deus ſolus verè eſt 248.b
Deus qualiter timendus. 249.a
Deo plus obediendum quàm hominibus. ibidem.
Dei nomina plurima ſũt apud Hebræos. ibidem.
De⁹ cognoſcit̃ ab effectib⁹. 250.a
De⁹ cognoſcit̃ verbis & ſignis. ibi.
Dei nomẽ trãſlatũ ad Moſẽ. 251.a
Deus huius ſeculi eſt Satanas. ibi.
Deus agnoſci vult qualis erga nos ſit. 260.a
Dei nomine quib⁹ rationibus rectè vtamur. 261.b
Deus ĩ ſcripturis cur dicatur odiſſe ſabbata. 269.b
Deus bis condidit mundũ. 271.b
Deus creauit omnia ſimul. 273.a
Deus quomodo requieuiſſe dicatur ibidem.
Deus quare ſolum ſabbatum benedixerit. 275.a
Diabolus & Deus diuerſa tentant ratione. 229.b
Diaboli machina duplex. 230.a
Diabol⁹ in Chriſto vincitur. 74.a
Diabol⁹ eſt poteſtas tenebrarum & princeps mundi. 237.a
Diaboli libertas quæ ſit. 245.b
Diabolus non poteſt nobis facile incommodare, niſi permittente Deo. 256.a
Diabolus abhorret ſignum crucis ibidem. b
Diaconorum officiũ, quale apud veteres. 167.b
Diaconorum officium. ibidem
Dicere nos lĩgua ſola peccatores, non ſufficit. 12.a
Dies aduentus domini nobis incognitus 17.b
Dies dominicus quid nobis ſignificet. 270.271.a
Dilectio eſt plenitudo legis. 17.a
Diſcrimen inter excluſos ab eccleſia, & peccatores nondum reſectos. 21.a
Diſcrimen ſacrificij veteris & nouæ legis. 58.b
Diuerſitas particularium rituum non ſoluit catholicam communionem. 26.b
Diuiſio tertię partis ſymboli. 18.a
Diuitibus quæ in confeſſione iniungenda. 160.a
Diuites incidũt in tẽtatiões. ibid.
Diuinitas in Chriſto impaſſibilis. 12.a
Diuortium aliam habet rationem quàm polygamia. 178.b
Diuortium & poligamia denegãtur Chriſtianis. 181.a
Diuortij, quorũdam rationes expenduntur. 184.a
Diuortium aſtruentibus, Auguſtin opponitur. 185.a
Doctrina Chriſtiana omnia redigit ad vnum. 277.a
Dominica, dicuntur templa apud veteres. 165.b
Dominorũ, patrum & matrum familias officiũ erga ſeruos 159.b

Dona Spirit' ſancti quę ſint. 45.a & infrà.
Dona ſpiritus & virtutes, ſuos habent gradus 202.b
Dono liberi arbitrij nullum præſtantius. 100.b
Donũ diuinũ bene viuere. 241.b
Dubitationi cuidã quomodo ſuccurrendum. 140.b
ECcleſia quaſi euocata concio. 20.a.
Eccleſia militãs, vinea domini, diuerſa habet membra. 20.b
Eccleſia propter malos non deſerenda. 22.a
Eccleſiæ authoritas non extenuatur per iniquos pontifices. 22.a
Eccleſiæ catholicæ certiſsima ſigna. 22.b
Eccleſiæ nexus eſt ordo. 23.a
Eccleſiæ officia per Chriſtum diſcreta. ibidem.
Eccleſiæ miniſtri non ſunt à plebe conſtituendi. 24.b
Eccleſia primitiua agnouit ordines minores. 164.b
Eccleſiæ veteris pietas circa ſanctorum fidem. 257.b
Eccleſiarum varij mores, 281.a
Eccleſiæ miniſtris debetur veneratio. ibidem
Eccleſia præſens credi s ſicut primitiua. 26.a
Eccleſiæ cenſura in rebus dubiis. ibidem.b
Eccleſiæ cęremoniæ ſunt multum neceſſariæ. ibid.
Eccleſiæ primitiuæ vehemens in cunctis eruditio. ibid.
Eccleſiæ præſentis par clauium authoritas. 28.b
Eccleſia ſemper habebit tã malos quàm bonos. 20.b
Eccleſia cur ſancta dicatur. 27.a
Eccleſiæ Dei vnitas eſt peculiaris ibidem.b
Eccleſiam non habere maculam, quomodo accipiendum. 28.a
Eccleſia, quam ob cauſam dicatur catholica. ibid.
Eccleſia non eſt affixa vlli loco. ibidem.
Eccleſiæ fundamentum Chriſtus. ibidem.b
Eccleſiam in dies maioré fieri non eſt neceſſe. 28.b
Eccleſiæ copula ſub paſtore vno. ibidem, & 29.a
Eccleſiæ duæ, altera Dei, altera diaboli. 29.a
Eccleſia ſancta quid. ibid.
Eccleſiæ ſacramenta ſeptem. 33.a
Eccleſia ex iſtitutione Chriſti offert ad baptiſmũ paruulos. 38.b
Eccleſiæ hoſtes canoné Miſſæ inſectantur. 57.b
Eccleſia celebrat quod Chriſtus geſsit in cœna. 63.b
Eccleſiæ ſacrificium quale. 66.b
Eccleſiæ baptiſma eſt vnicũ. 83.a
Eccleſia, quomodo ſatisfactionem requirat. 129.a
Eccleſia vetus optimũ habuit ordinem. 165.a
Eccleſiæ veteris ordo pene cõfuſus. ibid.
Eccleſia inuiſibilis. 171.b
Eccleſia quid oret ĩ canone. 172.a
Eccleſia ab exordio mundi Chriſto deſponſata. 305.b

Eccleſia quare orat per interualla temporum. 205.a
Effectus baptiſmi eſt mors peccati. 40.a
Effectus gratiæ liberum excitans arbitrium. 99.a
Efficacia & virtus baptiſmi. 41.a
Eleemoſyna, oratio & ieiuniũ peccata delent. 129.b
Elementũ baptiſmi eſt aqua. 37.a
Elemẽtũ ſacramẽti ordinis. 172.a
Elementi loco quid in ordinibus minoribus. ibidem.b
Elementum ſacramenti matrimonialis. 186.a,& infrà
Elemẽtum ſacrę vnctionis. 194.b
Eleuatio manuum in Miſſa. 68.b
Energumeni qui. 164.a
Epiſcoporum ſucceſſio legitima. 23.b
Epiſcopi, quos authores habuerint. 23.b
Epiſcopis quid olim cauendum. 110.a
Epiſcopus dicitur, ſuperattendés. 169.a
Epiſcopis & parochis quid debeatur. 157.b
Epiſcopi ſoli olim de matrimonio iudicabant. 192.b
Epiſtola ad Romanos duo potiſſimum continet. 145.a
Error primus in Eccleſia. 301.
Erubeſcentia duplex. 121.b
Eſus ſanguinis prohibitio quid ſit. 186.a
Ethnici quomodo Deum cognouerunt. 6.a
Ethnici credebant culpam expiari non poſſe. 103.b
Euangeliũ ante finem ſeculi prædicabitur per totũ orbem. 28.b
Euangelium ſolum docet nos Dei voluntatem. 33.a
Euangelium quid differat à lege. 133.a
Euangelium in exhibitione iuſtitiæ ſpiritualis cõſiſtit. ibidem.
Euangelium nouum teſtamẽtum dicitur. 134.b
Euangel. propriè quid ſit. 135.b
Euangelium habet varia nomina. 135.b
Euãgelium quare dicatur lex ſpiritus. 245.a
Euangelica lex eſt operoſa. ibid.
Euangelij profeſſores debent eſſe verbi factores. ibidem.
Euangelium duo complectitur. ibidem.b
Euangelij gratia quid agat. ibid.
Euangelium non tollit ius naturale. 287.a
Euchariſtiæ ſacramentum dicitur Synaxis. 50.a
Euchar. ſacramentum, quare poſt cœnam inſtitutum. ibidem.
In Euchariſtia quid credendum. 51.a
Euchariſtiæ miniſter ſacerdos. 81.a
Euchariſtia certum pignus vitæ æternæ. 76.b
Euchariſtiæ finem qui fructus comitentur. ibidem.
Euchariſtia animæ medicina efficaciſſima. 78.b
Euchariſtiæ proprius vſus. 79.a
Euchariſtiæ panis, quomodo nobis porrigatur. 222.a

Euchar.

Euchar. ſacramēto nihil habet eccleſia ſublimius. 49.a
Excommunicati ſalus nequaquam negligenda. 109.a
Excluſi ab eccleſia qui ſint. 21.a
Excōmunicandi poteſtas eſt diuini iuris. 113.a
Exomologeſis quid ſit. 119.b
Exēpla pietatis in parentes. 278.a
Exorciſmus baptiſmo adhibetur. 38.a
Exorciſtarum officium. 164.a
Expoſitio canonis pia & germana. 69.b
FActores legis iuſti. 137.b
Feſta in quem finem inſtituta. 271.b
Fidei regula eſt Symbolum. 2.b
Fides eſt Dei donum. 3.a
Fides quid ſit. ibid.
Fides coniugalis. 190.a
Fidei vis quæ ſit. 4.a
Fidei robur eſt omnipotētia Dei. 5.a
Fides mortua non confert ad ſalutem. 17.a
Fidei noſtræ concluſio vita æterna. 32.a
Fides ſpei coniuncta eſſe debet. 69.a
Fides informis, imperfecta, viuida, infuſa, acquiſita, habitualis, actualis. 85.a,b
Fides in intellectu, & fides in voluntate. ibidem.b
Fides iuſtificans non accipitur ſine ſpe & charitate. ibid.
Fides donum ſpeciale etiam ſine charitate. 86.a
Fides hiſtorica quid faciat. ibid.b
Fides in Deum cum timore filiali veram contritionem parit. 87.a
Fidei iuſtificantis gradus. 287.
Fide ſola iuſtificari, quid. 141.a
Fidei præſumptio mala eſt. 142.a
Fides eſt immediatum inſtrumentum iuſtificationis. 144.a
Fidei proprium opus quale. ibid.
Fides dæmoniaca & impiorum. 144 a
Fides multiplex. ibidem
Fides iuſtificans includit pœnitētiam. ibidem.b
Fides quare dicitᷓ iuſtificare. 137.b
Fides eſt inſtrumentū iuſtificationis. 236.a
Fides accipit, non meretur. 145.a
Fides debet cooperari operibus. 144.a
Fides accedere debet ſacramēto. 181.b
Fides gratuitum donum. 196.a
Fides, ſpes & charitas, coniunctæ eſſe debent. 197.a
Fides Chriſtianorum non eſt euanida. 196.a
Fidei ſpiritus ſuggerit nobis omnia. ibidem
Fides donum Dei. 124.a
Fides prima orationis ala. 197.b
Fides, nobis noſtram oſtendit infirmitatem. ibidem
Fidei exordium quale ſit. 218.b
Fiducia in Deum, vnde. 5.a
Fiducia noſtra omnis in quo ſit. 138.b
Fiducia noſtra in quo conſiſtit. 140.a
Fiducia bonæ cōſcientiæ in coniugio. 190.a

Fiducia miſericordiæ Dei ī nobis quid agat. 199.b
Figmentum dei ſumus omnes. 8.b
Filij perſona Deus & homo pluribus nominibus deſignatur. 7.a
Filium quare miſerit pater. 9.a
Filius quare incarnatus, & quomodo per hunc ſolum ad patrem perueniatur. 11.b.12.a
Filios cœleſtes pater cœleſtis requirit. 211.b
Finis rerum omnium conditarum quis ſit. 5.b
Finis cæremoniarū ad ſacra reuerentius tractanda. 26.a
Finis principalis Euchariſtię quis ſit. 57.a
Finis principalis & multiplex etiam Euchariſtiæ. 78.b
Fomes concupiſcentiæ manet in baptizatis. 40.b
Fons quare conſecretur. 38.a
Forma extremi iudicij. 16.b
Forma viſibilis, inuiſibilis eſt gratiæ. 186.a
Formula inquirendorum criminum. 109.b
Fortitudo humana, quæ. 46.b
Fortuna quos vexat aduerſa quomodo docendi. 256.a
Forum Dei idem eſt quod ſacerdotis. 118.a
Fractio hoſtiæ ſalutaris fit tantum in ſpecie panis. 57.b
Fructus ſpiritus, qui ſint. 15.a
Fructus ſacrificij ſaluatoris noſtri quis. 63.a
Fructus Euchariſtiæ qui. 77.a
Fruct9 meditatiōis decalogi. 235.a
Fructus pœnitentiæ qui ſint digni. 127.a
Fundamentum eccleſiæ eſt Chriſtus. 28.b
Gentes agnouerunt matrimoniū, rem ſanctam eſſe. 176.a
Gentes non viderunt cauſam finalem iuſtificationis. 143.a
Gentes & Iudæi cur contraxerint matrimonia. 176.b
Gratia Dei bifariā accipitur. 91.a
Gratia propria Chriſtianorū. ibid.
Gratia duplex. ibidem.
Gratia præueniens duplex. 91.b
Gratiam ſuam Deus nemini penitus ſubſtrahit. ibid.
Gratiam ſpecialem cur Deus impiis negat. 92.b
Gratia incitans non ſufficit, ſed iuſtificans. ibidem
Gratię opera ante iuſtificationem 93.a
De gratia ſubſequente adiiciūtur nonnulla. 94.b
Gratiæ teſtimoniū oratio. 95.a
Gratia nō tollit liberū arbitrium, ſed magis ſtatuit. 95.b
Gratia ſubſequens comitatur noſtram voluntatem. 97.a
Gratiæ effectus excitans liberum arbitrium. 99.a
Gratia ordinationis quomodo ſe habeat. 173.a
Gratia quid in bonis ſacerdotibus operetur. ibidem
Gratia confertur à Deo coniugibus. 181.a
Gloria noſtra in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. 13.b
Gloria Iſraēl ī nos trāſlata. 150.b
Gradus pœnitentiæ. 88.b

Gradus fidei iuſtificantis. 139.b
Gradus quidā ſūt ī lætādo. 285.a
HAbitus virtutis & opus exter num differunt. 178.a
Halleluia quid ſignificet. 50.a
Hæreditas impiorum mors æterna. 32.b
Hæretici, falſo apud ſe fidem eſſe volunt. 28.b
Hęretici, ipſum chriſma fruſtra reſpuunt 44.a
Hæretici hallucinantur in Pauli verbis. 83.b
Hæreticorum ſtudium in quo vigilet. 161.a
Hominis mens incomprehenſibilis. 5.b
Homo quare creatus. ibidem
Hominē veſtigiū diuinitatis exprimit. 6.a
Hominū quorūdā ſtupiditas. 6.b
Homo ſæpe carnalis & animalis appellatur. 20.a
Homo ex quibus conſtet. 30.b
Homo creatus ad ſacrificandum Deo. 59.b
Homini quæ inſint. ibidem
Homo obnoxius morti duplici ratione. 61.a
Homo quomodo à Deo deſeratur. 89.a
Homo non eſt in hac vita ſine peccato. 96.a
Homo bis ſe debet Deo. 98.b
Homo, ex operibúsne, an ex fide iuſtificetur. 142.b
Homo iuſtificatus in dies magis iuſtificatur. 144.a
Homo quàre aſpergitur cinere in capite ieiunij. 150.b
Hominibus inuolutis quid agendum. 155.a
Homicida apud Deum quis ſit. 246.a
Hominem totum libido fœda cōmutat. 290.a
Honor tria complectitur. 278.a
Hoſtes nobis tres ſunt, cōtra quos ſemper dimicandum, 42.a
Hoſtes noſtris diligēdi ſūt. 228.b
Hoſtes noſtri tres, & potentes valde. 231. & folio ſequen.
Hoſtię veteris legis, defūcto Chriſto euanuerunt. 13.a
IAnitorum officium quale. 163.b
Iconomachi damnati. 259.a
Ieiunium, oratio, & eleemoſyna peccata delent. 129.b
Ieiunium & eleemoſyna orationē faciunt alacriorem. 203.b
Ioannis Euangeliſtæ locus explicatur. 111.b
Imaginum vſus quomodo habendus. 258.b
Imaginum vtilitas. 259.a
Imago ſaluatoris quomodo colēda. ibidem
Imagines non prohibētur, ſed earum adoratio. 258.b
Imagines tenendæ tanquam mutę hiſtoriæ ibidem
Imago crucis olim in eccleſia, ſed nō lanceæ aut clauorum. 259.b
Impietas huius ſeculi diuitum. 223.b
Impiorum hæreditas mors æterna. 32.b
Impij ſuam damnationem in Deū transferunt. 88.b
Impiis quibuſdā ſatis occurritur

ſuper illo dicto, Non eſt volentis, &c. 99.a
Impij non habent fidem iuſtificãtem. 144.b
Impij quare Dei beneficiis afficiuntur. 219.a
Immortalitas, piis & impiis communis, impari tamen ratione. 31.a
Impoſitio manuum quid ſignificet 151.b
Impoſitio manuũ quare fiat. 172.a
In præpoſitio. 18.a
Increpatio nulla durior quàm gratiæ repudiatæ. 99.a
Indulgentia præſentis eccleſiæ. 129.a
Indulgentiarum abuſus. 131.a
Induci in tentationem quid ſit. 230.b
Infidelis qui verbo Dei in ſacramento Euchariſtiæ potentiam detrahit. 50.b
Initium ſubſtantiæ quid ſit apud Paulum. 84.b
Iniquitas non competit deo 90.a
Inobedientia nos peccato inuoluit. 280.b
Iraſci ſine cauſa eſt prohibitum. 285.a
Inuocatio ſanctorum an ſit licita. 252.b, & infra ac folio ſequenti de ſanctis pulcherrima.
Inuocatio, præcipuus Dei cultus. 262.a
Intellectus & voluntas quomodo hominibus inditæ. 3.a
Inũctio verticis quid ſignet. 40.a
Iudæi confeſsionem generalẽ habent. 105.b
Iudæis datus eſt ſpiritus timoris. 244.a
Iudæorum monogamia. 177.a
Iudæorum cæcitas. 9.a
Iudicium extremum in momento peragetur. 17.a
Iudicium extremum in viuos & mortuos, quale ſit futurum. ibi.
Iudices quales eſſe debent in exigendis iuramentis. 266.b
Iurare quatenus liceat. 263.b
Iurare quatenus Iudæis olim permiſſum. 264.a
Iuramenta domino reddere quid ſit. ibidem.b
Iurans quatenus excuſetur. 265.a
Iuramentum debet habere tres comites. ibid.b
Iuramentum non eſt omnibus negotiis adhibendum. 266.a
Iuramenta forentia moderanda. ibidem.b
Iure naturæ quomodo omnia ſint communia. 247.a
Iuſtificatio legis quomodo à iuſtificatis impleatur. 41.a
Iuſtificatio fit per innouationem voluntatis. 133.a
Iuſtificatio duo cõplectitur. 132.a
Iuſtificari quid proprie apud Paulum ſignificet. ibidem.b
Iuſtificantes ſeipſos quales ſint. 134.a
Iuſtificationis noſtrę ſententia catholica. 136.a
Iuſtificationis inſtrumentum eſt fides. ibid.a
Iuſtificationem quibus modis cõſequamur. 137.b

Iuſtificatio quando accipiatur. 138.a
Iuſtificatio quæ requirat. 139.a
Iuſtificati, quomodo ſe habere debeant. 141.a
Iuſtitiæ corona cur dicatur. 98.a
Iuſtitia bonæ conſcientiæ. 129.a
Iuſtitia fidei cur ſic dicta 134.b
Iuſtitia Chriſti & phariſæorum, differt. 264.a
Iuſti ſumus, quia Chriſto inſiti. 142.b
Iuuenes quomodo doceri oporteat. 160.a
LAbor externus quid faciat. 90.b
Laici quid epiſcopis & parochis debeant. 157.b
Lapſi quomodo olim recipiebantur. 149.b
Latria ſoli Deo debetur. 72.b
Laurentius martyr ſacrificij meminit. 77.b
Legis iuſtificatio quomodo à iuſtificatis adimpleatur. 41.a
Lex naturæ arguit diuinam prouidentiam. 5.b
Lex iubet, ſed gratia iuuat. 95.b
Lex & Euangelium in quo differant. 135.a
Lex ſeruitutis & timoris. 134 a
Lex operum ſeu factorũ. ibidem.
Lex eſt vehiculum quo ad Chriſtum perducimur. 134.b
Lex fidei, lex ſpiritus vitæ. 135.b
Lex vnde dicta, & legis diuiſio. 235.a. Multa quoque ac varia de lege diuina, humana ac diabolica ſimul inuenies. 235.b. & infrà.
Legis diuinæ diuiſio. 237.b
Lex ſcripta neceſſario aſſumenda 238.b
Itē fol. 240.b. & ſequētibus optima quæque de lege inuenies.
Lex vetus quomodo differat ab Euāgelio 242.b. Multa ibidem & ſequentibus foliis de lege.
Liber Tobiæ matrimonium honorat. 182.b
Liberi arbitrij dono nullum melius. 100.b
Liberorum munus erga parentes. 159.b
Liberum arbitriũ poſt lapſum inefficax ad bonum. 238.b
Libertas diabolica quæ ſit. 245.b
Libido fœda totum hominem cōmutat. 209.a
Linitio ſputi in paruulis quid velit. 39.a
Litigandi peruicaciam dānat Paulus, non iudicia. 226.a
Loci cōmunes ad exomologeſim ſpectantes. 157.b
Locus Pauli ad Corinthios explicatur. 85.b
Locus Paulinus explicatur. 83.a. 89.b
Locus prophetæ per Paulum explicatur. 135.a
Longanimitas ſummus charitatis gradus. 288.a
MAchina diaboli eſt duplex. 230.a
Magiſtratibus nō eſt obediendum contra Dei præceptũ. 282.b
Magiſtratibus quid ſubditi debeant. 158.a

Magiſtratus ciuitatum honorandi. 281.b

Maleficæ ſua virtute nihil efficere poſſunt. 256.a

Maleficis quibus modis ſit obſiſtendum. ibidem.

Malitia animi aggrauat peccatum 152.a

Malum culpæ & malum pœnæ. 233 a

Manducare corpus Domini quid ſit. 80.b

Manichæi damnantur. 97.a

Manus quare imponuntur. 172.a

Maritorum officium quale. 158.b

Materia chriſmatis. 44.a

Matrimoniũ propter quatuor inſtitutum. 174.b

Matrimonij deſcriptio etiã apud gentes. 176.b

Matrimonium apud gentes legitimum, ſed nõ ſacramentũ. ibidẽ.

Matrimonium Chriſtianum quid habeat cũ cęteris cõmune. 179.a

Matrimonium Iudaicũ quo à noſtro diſcrepet. ibidem.

Matrimonium, & matrimonij ſacramentum differunt. 181.a

Matrimonio quid veteres tribuere. ibidem.b

Matrimonium verum non eſt extra legem Dei. 183.b

Matrimonium eſt ſignum vnionis Chriſti & eccleſiæ. 187.b

Matrimonij ſacramẽtum quid magis requirat. 187.a

Matrimonium ſine ſpe prolis poteſt eſſe. ibidem.

Matrimonium poteſt eſſe ſanctũ ſine copula carnali. ibidem.

Matrimonium, aliud legitimũ, ratum, & conſummatum. ibidem.

Matrimonij Chriſtiani finis principalis. 190.a

Matrimonij abuſus ſummopere cauendus. 191 a

Matrimoniũ quæ in dies perpendi velit. ibidem.b

Matrimonij miniſter legitim9 eſt ſacerdos. 192.a

Mediator Chriſtus nobis omnibus neceſſarius. 8.a

Meditatio vera ĩ lege domini quę ſit. 154.b

Melchiſedech typum Chriſti portauit. 53.a

Memoria ſanctorum reuerenter habenda ob tres cauſas. 252.a, & infrà.

Mendicantes validi quomodo inſtruendi. 160.a

Mens hominis incomprehenſibilis. 5.b

Mens ſibi conſcia mali, omnium miſerrima. 103.b

Mente & voce orandum. 204.b

Mente a qua in omnibus nos eſſe oportet. 220.a

Mens hominis nullis ſubiacet cõſtellationibus. 255.a

Mentem & os circa fidem concordes eſſe oportet. 262.b

Mentis confeſſio nobis omnibus ſemper habenda. 105.a

Mercenariorum munus erga dominos. 159.b. & infrà.

Meritum congrui, meritum impropriè dictum. 93.b

Meritum condigni cur ſic dictum. 97.b

Meri-

Meritum noſtrum in miſeratione domini conſiſtit. 139.b
Methodi doctrinæ Chriſtianæ. 245.b
Militibus quid iniungendú. 160.a
Miniſter ordinis epiſcopus. 173.b
Miniſter matrimonij ſacerdos. 192.a
Miniſtris eccleſiæ debetur veneratio. 281.a
Miſericordia Dei ſuper omnia eius opera. 261.a
Miſſa ex duabus partibus conſtat. 55.a
Miſſæ membra ſecũdum ordinem enumerantur. ibidem.
Miſſæ vocabulum quid ſignificet. 55.a
Miſſa quale ſit ſacrificium. 58.b.& infrà.
Miſſæ ſacrificiũ quomodo ſit eximium. 69.b
Miſſæ ratio cõmemorationem defunctorum requirit. 72.b
Mœchiæ appellatione, omnis illicitus coitus exprimitur. 290.a
Moderationes quædam per eccleſiam circa pœnitentes receptæ. 110.a.& infrà.
Modus hìc viuendi triplex. 152
Modus manducandi carnem domini. 53.b
Modus cognoſcendi Deum præſcribitur. 248.b
Monicę extrema poſtulatio. 74.b
Monogamia patrum quid ſignificabat. 177.a
Mores corrupti eccleſiaſticorum malorum anſan hæreticis præbuerunt. 166.a
Moriens pro Chriſto ſine eccleſię vnitate, non ſaluatur. 29.b
Mors crucis redemptorem decebat. 12.a
Mors triduana Chriſti à prophetis prædicta eſt. 14.b
Mors æterna hæreditas impiorum 32.b
Mortem domini quis annuntiet. 80.b
Mortem qui ſibi conſciſcunt grauiſſimè peccanr. 289.a
Mors ſpiritualis aſcendit per ſenſus. 291.b
Mortificatio in homine, quomodo peragatur. 41.b
Mos benedicendi cibum, &c. nobis retinendus. 223.b
Mos benedicẽdi ramos in die palmarum. 257.a
Mortuorũ reſurrectio noſtræ eſt baſis fidei. 31.b
Mortuorum reſurrectio per ſpiritum ſanctum. 31.a
Multiloquium quomodo à Chriſto accipiatur. 204.b
Munus, ſiue officium bonarum vxorum. 159.a
Munus principum ac magiſtratuum declaratur. 158 a
Mundi aduerſa æquo animo ferenda. 233.b
Mundus cui tribuat bona temporalia. 222.a
Mundus non habet pietatem ſpiritus. 47.b
Myſteriũ ſanctæ Trinitatis incõprehenſibile, etiam angelis. 18.b
Myſteria eccleſiæ ſacra p primos patres ſatis diſcutiuntur. 26.b

Myſteriorum baptiſmi expoſitio. 38.a
Myſteriorum quæ apud fontem celebrautur expoſitio. 39.a
Myſteriũ dominicæ mortis. 136.b
Myſterij matrimonialis breuis explicatio. 175.b

Natiuitas filij ĩ diuinis inexplicabilis. 9.a
Natiuitas diuina nulla ſimilitudine explicatur. ibidem.
Natiuitates Chriſti duæ. 9.b
Natiuitas Chriſti ſecunda. 10.b
Naturæ lex arguit prouidentiam diuinam. 5.b
Naturam eandem cum patre habet Chriſtus. 9.b
Natura corrupta quomodo reſingatur. 30.b
Natura quæ erat bona, qualitate facta eſt mala. 94.a
Neceſſitas & charitas in omnibus externis diſpenſant. 270.a
Neceſſitas duplex. 100.b
Nomina ſpiritus ſancti ĩ ſcripturis diuerſa. 19.a
Nomen pietatis quid contineat. 47.a
Nomina veteris teſtamenti ſunt varia. 134.a
Nomen dñi quid ſignificet. 211.b
Nomen Dei inuocari ſuper nos, quid ſit. ibidem.
Nomen Dei pollui quid ſit. 212.a
Nomẽ Dei multifariam afficitur contumelia. ibidem.
Nomen Dei nobis eſt illuſtrandum. 213.a
Nomẽ Dei ſanctificatur in nobis per bona opera. ibidem.b
Nomen tetragrammaton ineffabile. 248.b
Nõie diuino rectè vtimur quadruplici ratione. 261.b
Nouatiani vnde dicti. 82.b
Nouatiani hæreticorum omnium immaniſſimi. 84.b
Nouatiani atque Anabaptiſtę ad quid cogantur. 226.b
Nouum teſtamentum duo cõplectitur. 134.a
Nouum teſtamentum eſt lex viua hominem immutans. 134.b
Nuptiæ quo differant à matrimonio. 174.a
Nuptiarum celebritas clemẽtum ſacramenti coniugalis. 189.b
Nuptiæ inter amicos celebrandę. ibidem.b
Nundinæ diebus feſtis agi non debent. 276.a

Oblationes noſtræ erga Deũ à Chriſto petendæ. 15.a
Oblatio Iſaac typus Chriſti. 62.a
Oblatio in Miſſa duplex. 66.a
Oblatio corporis Chriſti myſtici. 68.b
Obedientia parentibus debita. 279.a
Occidere inuaſorem multa requirit. 289.a
Occultorum confeſſio. 120.a
Offerre pro redemptione animarum quid ſit. 71.a
Officium confeſſarij, & quid eidẽ cauendum 152.a
Officium ſacerdotis munus ſpiritus ſancti. 124.b
Officium presbyteri pœnitentium. 149 a

Officiũ maritorũ, quale ſit. 158.a
Officiũ parẽtũ erga liberos. 159.a
Officium presbyterorum in quo ſitum ſit. 171.a
Oleo catechumenorum vngitur pectus. 39.b
Oleum triplex in eccleſia. 44.a
Oleum quid ſignificet in ſacramẽto vnctionis. 194.a
Oĩpotẽtia Dei eſt fidei robur. 5.a
Opera bona abſq; fide nulla ſunt. 4.b
Opera bona neceſſaria quæ ſequũtur iuſtificationem. 8.a
Opera ſatisfactionis cur dicuntur indebita. 127.a
Opera gratiæ ante iuſtificationẽ quæ ſint. 93.a
Opera legis à cauſa iuſtificatiõis excluduntur. 143.b
Opera legis pædagogia in Chriſtum. 144.a
Opera fidei poſt iuſtificationem. 143.a
Opera gratiæ præuenientis iuſtificationem. 144.b
Opera noſtra placẽt propter Chriſtum. 144.a
Opera bona actualis bona voluntas. 143.b
Optimi quique quid omnibus debeant. 161.a
Opera extra charitatem ſeruilia. 271.a
Opera bona ſunt inchoata vita æterna. 146.b
Opiniões quorũdã dãnanť. 147.a
Opus Miſſæ fidem exercet & beneficia Chriſti illuſtrat. 57.a
Oratio noſtra tanquam per vnius corporis membra. 29.b
Oratio Epiſcopi ſuper confirmandum. 45.a
Oratio dominica quomodo dona ſancti ſpiritus cõprehẽdat. 48.a
Oratio in Miſſa pro quibus fiat fidelibus. 56.a
Orandũ tam pro pontifice, quàm regibus. 55.b
Oratio, gratiæ teſtimonium 95.a
Oratio, ieiunium & eleemoſyna delent peccata. 129.b
Oratio donum gratię. Itémque & quis ſit qui fideliter oret. 196.b
Orãtẽ nõ oportet hęſitare. 200.a
Orantem, in ſpe patientem eſſe oportet. ibid.
Orationem faciunt alacrem ieiunium & eleemoſyna. 203.b
Orationis tota vis, in quibus cõſiſtat. 203.b
Orandi authoritates conc iãtur. 204.a
Orandum eſt in veritate. ibid.
Orationes Chriſtianorũ breues. 204.b
Orare ſine intermiſſione quid ſit. 205.a
Oratio dominica omnibus anteponenda. 207.a
Oratio dominica totũ cõplectitur quicquid à Deo peti poteſt. ibi.
Orationis dñicæ perfectio. 208.a
Orationis dominicæ petitiones ſunt ſeptem. 211.a
Oratio pro quibus habenda. 215.b
ibid lectu iucũdiſſima inuenies pro ſalute omnium.
Oratione feruida quid conſequamur. 203.a

Orandum ſedulò pro magiſtratibus. 281.b
Ordo per quem homo à Chriſto curatur. 29.b
Ordo pulcherrimus de tractatione ſacramentorum. 35.b
Ordo correctionis quare neceſſarius. 108.b
Ordo in eccleſia quid ſit. 159.a
Ordinandi poteſtatem laici non habent. 163.a.& 24.b
Ordinatio ſpiritui ſancto tribuitur. ibidem
Ordo & baptiſmus, quare nō reiterantur. ibidem
Ordinum, alij maiores, alij minores. ibid.b
Ordines minores primitiua eccleſia agnouit. 164.b
Ordines minores, quomodo in cōtemptum venerunt. 165.a
Ordo veteris eccleſiæ penè confuſus. ibid.b
Ordines minores ex Chriſti authoritate inſtituti. 166.b
Ordo miniſteriorum eccleſiæ pulcherrimus. 171.b
Ordo catechizandi eccleſiæ. 196.a
Ordo petitionum in oratione dominica. 214.b
Ordo catechiſmi eccleſiæ ſub baptiſmum. 234.b
Oſtiarius, quomodo olim ordinabatur. 163.b
Panis in ſcripturis quomodo accipiatur. 52.b
Panis in ſcripturis variè accipitur 221.b.& infrà.
Parabolę de filio prodigo, quo reſpiciant. Similiter de publicano & phariſæo. 198.b
Parabola de iudice iniquo, explicatur. 101.a
Parabola de amico nocte venientе. ibidem
Parentes quomodo ſe habebūt erga ſuos liberos. 159.a
Parentes in ſcripturis ſunt varij. 277.b
Parentes impij ad pietatem ducēdi. 278.a
Parochis & epiſcopis quid à laicis debeatur. 157.b
Parochis ante omnia victus ſuppeditandus. 167.a
Paſſibile & impaſſibile quomodo fuerint ſimul in Chriſto. 12.a
Pater ex nihilo omnia per fidem condidit. 5.a
Pater quare filium cœlo demiſerit. 9.a
Pater in filio loquutus eſt nobis. 34.a
Pater cœleſtis filios requirit cœleſtes. 211.a
Patribus ſpiritualibus maximè ſuccurrendum. 279.a
Eiſdem debetur obedientia. ibid.
Partes ſymboli ſunt tres. 3.b
Patriarchæ & prophetæ non habuerunt claues remittendorum criminum. 112.b
Patriarcharum officium. 171.a
Patrinorum munus & quare paruuli offerantur. 38.b
Paulus excōmunicat fratrem inceſtum. 21.b
Pauli ſententia contra hæreticos pulchrè exponitur. 161.b
Paulus patiētiæ exemplar. 260.a

Paupertas ſpiritus à ſola mente metienda. 199.a
Pax dñi quæ & quotuplex. 56.b
Pax dabatur pœnitẽtibus in die cœnæ. 149.a
Peccato reſiſtẽdum eſt vſque ad mortem. 14.a
Peccatorum remiſſio eſt in ſola eccleſia catholica. 30.a
Peccatum in baptiſmo omne remittitur. 42.a
Peccatũ in Spiritum ſanctũ quod ſit. 83.a
Peccatum ad mortem, quod. 84.a
Peccator nullam habet excuſationem contra Deum 101.a
Peccatorũ triplex cõfeſſio. 103.a
Pc̃tĩ vis p̃ Chriſtũ euacuata. 96.b
Peccatum non agnitum nec cõfeſſum, non dimittitur. 105.b
Peccantibus publicè quid hodie incumbat. 110.b
Peccata, quomodo ſoluantur claue ſcientiæ. 114.a
Peccata ſigillatim cõfitẽda. 121.a
Peccata cõfitenda quæ ſint. 151.b
Peccata venialia qualiter confitenda. ibidem
Peccatorũ circũſtantiæ quæ ſint confitendæ. 152.a
Peccata mortalia quæ ſint. ibid.b
Peccatorum agnitio ex cõfeſſione. 154.b
Peccatũ, aut animo, aut vno quinque ſenſuum cõmittitur. 153.a
Peccata, num à ſolis ſanctis dimittantur. 156.a
Peccatoribus quo affectu ſit orandum. 203.a
Peccatoribus orãdum, ſed piè affectis. 233.b
Peccandum non eſt ob Dei miſericordiam. 261.a
Peccatoes omnes ſumus in conſpectu Dei. 226.b
Peccatorum veniam conſequi eſt facile. 227.a
Perfectio Euãgelici p̃cepti. 108.b
Perfruitio deitatis quando plena erit. 224.b
Periurium homicidio & adulterio grauius. 268.b
Peccatorum remiſſio à ſolo Deo petenda. 227.a
Permiſſio Dei iuſtiſſima. 99.b
Perſonarũ æqualitas ĩ diuinis. 18
Phariſaica iuſtitia quæ. 144.b
Pietas & ſcientia quare ſimul eſſe velint. 47.b
Pietatis nomẽ q̃d cõplectatur. 47
Pietas viuentium quibus defunctis proſit. 73.b
Pietas in parentes magna eſt religio. 278.b
Piis & impiis quomodo cõmunis ſit ipſa immortalitas. 31.a
Pios dei pr&ſciẽtia lætificat. 101.a
Pilatus propter duo in ſymbolo nominatur. 12.a
Pietas Dei immenſa eſt erga nos omnes. 13.a
Planetę & aſtra cur creata. 255.a
Plebs nõ conſtituet pro ſuo arbitratu eccleſiæ miniſtros. 24.b
Plebi quid agendũ, cui malus paſtor præficitur. 25.a
Plebi, quomodo iudiciũ quorũdã rerũ deferendum nõ ſit. ibid.b
Plebs quomodo inſtruẽda circa ſanctorum inuocationẽ. 254.b

Plebs quomodo ad confitendum inducetur. 153 a
Plenitudo legis dilectio. 17.a
Polygamia patrum nõ repugnat verbis Adæ. 177.b
Polygamia Chriſtianis iure negatur. 181.a
Pœnitentiam Spiritusſanctus in nobis efficit. 30.b
Pœna in confeſſariũ ſecreta referentem. 125.b
Pœnitentię tres ſunt partes. 82.a
Pœnitentiæ ſacramentum. ibid.
Pœnitentiæ veræ deſcripto. ibi.
Pœnitentia quotidiana. 82.b
Pœnitentia, ſecunda poſt naufragium tabula. 84.b
Pœnitẽtia in genere accepta tribus partibus conſtat. 84.b
Pœnitẽtię gradus qui ſint. 88.a b
Pœnitentiæ affectus eſt donum Dei. ibidem.
Pœnitentia ſedulo à Deo poſtulanda. 88.b
Pœnitentiam publicam, patres olim expetebant. 108.a
Pœnitẽtiæ ſacramentũ per Chriſtum inſtitutum. 116.a
Pœnitentes olim nobis feruentiores. 124.a
Pœnitẽtiæ fructus digni qui ſint 127.a
Pœnitentiæ ſingulæ partes dicũtur pœnitentia. 131.b
Pœnitentia interior tribus partibus conſtat. 132.a
Pœnitentia exterior declaratur. 147.b
Pœnitentiæ ſacramentum quare inſtitutum. 148.b
Pœnitentiæ ſacramentum nõ eſt idem cum pœnitentia publica vel priuata. ibid.
Pœnitẽtia publica duplex. 148.b
Pœnitẽtibus dabatur pax in die cœnæ. 149.a
Pœnitentia publica nõ ſolennis. 150.a
Pœnitẽtiæ ſacramẽtũ quid. 151.a
Pœnitẽtis affectus ad ſacerdotẽ. 155.a
Pœna, eſt indiuidua peccati comes. 228 a
Polygamia patrum quid ſignificabat. 177.a
Pontifices mali non extenuãt eccleſiæ authoritatem. 22.a
Pontifices vnde dicantur. 169.b
Pontifex Romanus quomodo cęteris præſtet. ibid.
Populus admouendus ad iugem cõfeſſionem interiorem. 104.a
Poteſtas ſacerdotalis in malis nõ contemnanda. 25.a
Poteſtas conſecrandi nõ ſolis data apoſtolis. 51.b
Poteſtas vnde ſit nobis corpus Chriſti offerendi. 68.a
Poteſtas excõmunicandi eſt iuris diuini. 113.a
Poteſtas ligandi atque ſoluendi, quæ. 148.b
Poteſtas tenebrarũ diabol⁹ 237.a
Poſtulationes noſtras Deo innoteſcere, quid. 205.a
Præcationes cõmunes amat Chriſtus. 209.b
Præcepti euãgelici pfectio. 108.
Pręcepta pleraque quare negatiuè tradita 250 b

Pręceptum primum ſecundæ tabulę, honorare parentes. 277.b
Preces horariæ ad ſacerdotes ſpectant. 205.b
Prædicatio verbi Dei vnde ordienda. 87.a,b
Pręlatis etiam iniquis honor exhibendus. 22.b
Presbyteri, quare dicti ſeniores. 169.a
Presbyterorum officium, in quo ſit ſitum. 171.a
Pręſcientia Dei nõ eſt anxiè inquirenda. 100.a
Præſcientia Dei non obſtat rerũ contingentiæ. ibid.
Præſcientia Dei moderatè prædicanda. 101.a
Præſidentes nobis, omnes honorandi. 283.a
Præſumptio fidei eſt mala. 142.a
Præuaricatio Adæ quæ mala ſuperinduxerit. 90.a, vbi & multa alia præclara inuenies.
Principum ac magiſtratuum munus explicatur. 158.a
Principes patriæ patres. 278.a
Princeps, ſi efferus fuerit, quid agendum. 282.a
Prouidentiam diuinã arguit lex naturæ. 5.b
Proximus quomodo ſit diligendus. 248.a
Proceſsiones cur die dominico agantur. 270.a
Proprietates perſonarum in diuinis quomodo ſeruandæ. 3.b
Publicanis quid ĩponendũ 160.a
Pudor intolerandus, occulta nolle confiteri. 191.b
Pudor, cõfeſsioné impediens pellendus. 154.b
Pugna in nobis aſsidua atq; perpetua. 30.b
RAdix quomodo in Adã corrupta fuerit. 3.a
Radix & origo caſuum reſeruatorum. 110.b
Radix indulgẽtiarũ papaliũ. 131
Ratio confitendi Deo. 205.a
Ratio ac modus orandi. 196.a
Ratio ordinis dominicæ precationis. 226.b
Reconciliatio pœnitentiũ quomodo fiebat eccleſiæ. 128.b
Redemptorem mundi mors crucis decebat. 12.a
Regnum Chriſti ſpirituale. 8.b
Regnnm quotuplex ſit. 214.a. & folio ſequẽti leges pulcherrima.
Regnum gloriæ poſtulandum. 215.b
Regula fidei eſt ſymbolum. 2.b
Reliquiæ peccati manent poſt remiſſa peccata. 126.b
Reliquiæ martyrũ in omni eccleſia religioſè habitæ, id quod hæreticos male habet. 257.b
Rememoratio beneficiorũ Chriſti ſaluberrima. 16.a
Remiſsio peccatorum eſt in ſola Chriſti eccleſia. 30.a
Remiſsio peccatorum cui debeatur. 70.b
Remiſsio publica longe alia ꝙ priuata. 107.a
Remiſsio ac retentio peccatorũ diſcretionem requirit 114.b
Remiſsio peccatorum quomodo applicatur per Chriſtũ. 126.b

Remiſsio peccatorũ quibus detur. 30.b
Remiſsionem culpæ ſubſequitur pœnitentiæ ſatisfactio. 148.b
Remittere proximo, facile eſt. 228.a
Reſtitutio ad quos ſpectet. 153.b
Rerum diuiſio, rerum cõmunionem confirmat. 247.a
Rerum vniuerſitas Deum eſſe teſtatur. 5.b
Res oblata in Miſſa duplex eſt. 65.a
Res piæ non ſunt immutandæ, ſed abuſus corrigendi. 75.a
Reſurrectio corporum docetur per ſimilitudinem. 31.b
Reſurrectio mortuorum eſt fidei baſis. ibidem
Reſurrectio mortuorum eſt per Spiritum ſanctum & in corpore proprio. ibidem.a
Ritus diuerſi in eccleſia, nihil mali cauſant. 26.b
Ritus Miſſę paucis explicantur. 55.a
Ritus pœnitendi quomodo ſublatus. 123.a
Ritus ordinandi Oſtiarium. 164.a
Ritus ordinandi epiſcopum & presbyterum. 171.a
Ritus qui in collatione Ordinũ exhibetur. 272.b
SAbbatum quàm variè ſumatur 269. a. & ſequentibus foliis pulcherrima.
Sacerdotalis poteſtas in malis honoranda. 25.a
Sacerdotes Chriſti legatione funguntur. 107.a
Sacerdos non remittit peccata, niſi confeſſa. 114.b
Sacerdotium ac regnũ in ſcripturis duplex. 161.b
Sacerdotium ſpirituale, laicis eſt baptiſma. ibidem.
Sacerdotium externum euangelium non abrogat. 162.a
Sacerdotes vnde dicti. 169.a
Sacerdotium, ſummus ordo in eccleſia. ibid.b
Sacerdotalem dignitatẽ quis deceat honos. 173.b
Scientia & pietas quare iungantur. 47.b
Sacramentum, quid ethnicis ſignificet. 33.a
Sacramenta eccleſię ſeptem. 33.b
Sacramenta eccleſiæ cur ſint inſtituta. 35.a
Sacramenta nouæ legis ſunt remedia contra peccatum. 35.b
Sacraméta principalia ſunt duo. ibidem
Sacramento euchari. nihil habet eccleſia ſublimius. 49.a
Sacramẽtum & ſacrificium quomodo differant. 65.b
Sacramenti Euchariſtiæ efficacia. 76.a
Sacramentum pœnitentię nõ eſt idem cum publica pœnitentia, &c. 148.a
Sacramentum pœnitentiæ quid. 151.a
Sacramentum ordinis. 161.a
Sacramenta veteris legis quo pacto patribus profuerint. 179.b

Sacramenti ratio in quo conſiſtat. 181.b
Sacrificia veterum qualia fuerint ex optimis. 62.a
Sacrificia veterũ quare Deus nõnunquam reprobarit. ibidem
Sacrificium propitiatorum vnicũ tantũ pro peccatis. 58.a.& 62.b
Sacrificij veteris & nouæ legis diſcrimen. 58.b
Sacrificium quid ſit. ibid.
Sacrificia Deo reddere in noſtra ſola non eſt poteſtate. 60.b
Sacrificia veteris legis, omnia ad dilectionem referuntur. 64.a
Sacrificium duplex, quod & duo expetit. 64.b
Sacrificium Miſſæ ex inſtitutione. 66.b
Sacrificia pro mortuis quomodo offerenda. 75.a & infrà
Sal cõſecratũ quid ſignificet. 38.b
Saltandi leuitas in nuptiis prohibenda. 189.b
Saluatio competit his, qui in vnitate eccleſiæ perſeuerant. 29.a
Salus noſtra oĩs eſt Chriſtus. 8.b
Salus noſtra cum tremore operanda. 88.b
Salus excommunicati non negligenda. 109.a
Sãcti pro nobis apud Deum ſunt ſoliciti. 55.b
Sanctorum communio quid ſignificet. 56.a
Sanguinis effuſio, remiſſionẽ parauit. 13.a
Sanctorum cõmemoratio ritè fit in Miſſa. 71.& infrà.
Sancti veſtigia Chriſti inſecuti ſunt. 220.b
Sancti ſe Dei volũtati ſemper ſubmiſerunt. 200.b
Sanctoru cineres, ſanctorum pigno a. 258.b
Sapie tiai n quo conſiſtat. 45.a
Sara filia Raguelis, exemplar caſtitatis. 191.b
Satisfactio nobis omnibus multũ neceſſaria. 102.a
Satisfactio tertia pars pœnitẽtiæ, & hæc eſt duplex. 126.a
Satisfactio pro peccatis imponitur authoritate diuina. 128.a
Satisfactionis opera quare dicantur indebita. 127.b
Satisfactione penſantur delicta præterita & pœna. 128.b
Satisfactio publica, veteribus gratior. 130.a
Satisfactio in eccleſia non eſt abolita. ibidem
Satisfactiones eccleſiaſticæ quomodo redimantur. 131.a
Satisfactio vera opus Deo bis gratum. ibidem
Satisfactionis vſus verus retinendus eſt. ibid.b
Satisfactio quomodo populo inculcanda. ibidem
Scopus Epiſtolæ ad Hebræos. 62.a.& 172.
Scopus epiſtolæ ad Roman. indicatur. 144.b
Scopus orationis uoſtræ quis ſit. 199.b
Scripturæ teſtimonia pro Sacramento confirmationis. 43.a
Scientiæ mundanæ finis. 47.a
Scire literã legis nõ ſufficit 240.b

Scopus omnis petitionis triplex. 207.a
Scriptura, quare corpus domini in terdum poſt conſecrationem pa nem vocat. 54.a
Scripturæ quomodo expēdāt hoc verbum, tentare. 229.b
Senes quomodo inſtruendi ac do cendi ſint. 160.b
Senſus horum verborum, Propter hoc homo relinquet. 180.a
Sententia quorundam de ſcripturæ partibus. 132.a
Sermo quomodo ad plebem habēdus. 141.b
Serpens ignitus eſt diabolus. 12.a
Seruitia coacta Deo non placent. 117.b
Seruorum officiū erga dominos. 114.a
Signa, eccleſiam catholicā vbi ſit demonſtrantia. 22.b
Signum dignę ſuſceptionis ipſius euchariſtiæ. 81.a
Siloë quid. 39.a
Singulis ſua crux ferenda. 274.a
Similitudo nulla cōueniens ad indicanda diuina. 5.b
Similitudines non exprimunt natiuitatem diuinam. 9.a
Simplices oculis toti à Deo pendent. 7.a
Simultas omnis ſemper nobis deponenda. 79.b
Societas ſanctorum cōmunionem habet bonorum operum. 29.b
Socordia noſtra qualis ſit. 105.a
Solatium noſtrum eſt ſpes noſtræ reſurrectionis. 31.b
Spes reſurrectionis eſt piorum ſolatium. 32.a
Spes eſt ſecūda oratiōis ala. 199.b
Spei noſtræ ſcopus quis eſſe debeat. 200.a
Spes debet eſſe ſyncera, vt ſancta petat. 201.b
Spiritui ſancto quid peculiariter attribuatur. 10.b
Spiritus variè accipitur in ſcripturis. 18.a
Spiritus ſanctus Deo patri, filioq; coæqualis. 18.b
Spiritus vnicus natura ſanct⁹. 19.a
Spiritus ſancti diuerſa nomina in ſcripturis. ibidem
Spiritus quam in ſe fidem haberi velit. ibid b
Spiritus ſanctus mortificat & viuificat. ibidem
Spiritum Chriſti nō habētes, fruſtrà eum appellant Deum. 20.a
Spiritus ſanctus pœnitentiæ effector. 30.b
Spiritus Dei quomodo reddit teſtimonium ſpiritui noſtro. 41.a
Spiritus idem innouans & defendens. 42.a
Spiritus ſanctus varia ſpecie viſus eſt. 42 b
Spiritu pauperes etiā poſſunt eſſe diuites cenſu. 199.a
Spirit⁹ fidei ſuggerit nobis quod oremus. 196.a
quo etiam ſine nemo ſalubriter orat. ibidem.b
Spiritus eſt qui clamat in cordibus noſtris. 208.b
Spirituales ab impiis nihil pati poſſunt. 219.b
Spiritualis nō eſt ſub lege. 242 a

Spiri-

Spiritus lex, quare Euangelium dicatur. 245.a
Spiritus Dei in nobis bifariam operatur. 274.a
Spiritus ſanctus efficit in nobis requiem. ibid.b
Sputi illinitio quid deſignet.39.a
Studium hæreticorum quale ſit. 161.a
Stulti qui aliter orant,quàm Chriſtus docuit. 229.b
Supiditas hominũ quorunda.6.b
Subdiaconorum officium. 166.b & infrà.
Subditi quid debeant magiſtratibus. 158.a
Subſtantia Dei quomodo corporibus inſeratur. 11.a
Subtilitas corporum poſt reſurrectionem. 17.a
Succeſſio patrum legitima verũ dat teſtimonium. 23.a
Superſtitio omnis reprehenditur. 254.a
Summa fidei noſtrę quę ſit. 31.b
Sion mons vnde dictus. 247.b
Symbolum eſt fidei regula. 2.b
Symboli partes ſunt tres. 3.b
TEmpla orationi dedicata cõtemni non debent. 206.a
Templa inuitãt nos ad orandum. ibidem.
Temporalia videntur,non autem æterna. 14.a
Tentare quid ſignificet in ſcripturis. 229.b
Tentatus animo puſillo eſſe non debet. 230 b
Tentationibus quo pacto reſiſtendum. 232.a
Teſtamentum mors ſequitur teſtatoris.
Teſtes ſynodales viſitationib⁹ parochiarum olim adhibiti.109.a
Timor filialis perficitur. 180
Timor ſeruilis ſolus parum vtilis. 86.a.b
Timor filialis per fidem in Deũ, veram parit contritionem.87.a
Timor fiduciæ coniunctus. ibid.
Timor duplex,ſeruilis & filialis. 86.a
Timor caſtus amore Dei coniunctus eſt. 48.a
Traditio eccleſię vniuerſalis quid poſſit. 25.b
Tropus ſcripturæ in verbo indurare & tradere. 99.b
Trinitas tota cooperata eſt myſterium incarnationis. 10.b
Typus Chriſti Melchiſedech. 53.a
Typus poteſtatis ſacerdotalis. 122.a
Tyrannis magiſtratuum quomodo mollienda. 282.b
VErbum æternum incommutabile. 5.a
Verbum, virtus & ſapientia patris. 5.b
Verbum crucis virtus Dei & paſſionis myſterium. 12.a
Verbum eſt inſtrumentũ quo Dei voluntas ſignificatur. 34.b
Verbum formale baptiſmi. 39.b
Verba ligandi ac ſoluendi diſcutiuntur. 115.a
Verba abſolutionis per ſacerdotem,quæ. 151.a
Verbũ ſacramenti ordinis.172.a

Verbum ſacri ordinis quo Epiſcopus vtitur. ibidem.
Verba Adæ quomodo ſunt intelligenda. 177.a
Verbum, quo matrimonium efficitur ſacramentum. 180.b
Verbum hoc, reconciliari, quomodo capiendum. 184.a
Verborum profuſio quomodo neceſſaria. 205.a
Verbum Dei quomodo ſit ſalutare. 224.a
Verbum Dei panis animæ. 221.b
Verbi miniſterio opus eſt in eccleſia. 243.b
Veneratio reliquiarum & imaginum, licita. 257.b
Veteris teſtamenti varia nomina. 24.a
Vetus teſtamentum cur. ibidem
Vetus teſtamentum non ex tempore vetus vocatur. 135.a
Vetuli poſſunt honeſtè contrahere. 191.b
Veſtigiũ diuinitatis in mente hominis expreſſum. 6.a
Veſtigium publicæ pœnitentię in eccleſia Romana. 110.b
Victus quibus ſuppetit contenti eſſe debent. 160.a
Viduæ, quomodo per Confeſſarium docendæ. ibid.b
Vigilare in oratione neceſſe eſt. 203.b
Vim vi repellere, an liceat Chriſtiano. 289.a
Virgines in confeſſione quæ diſcere debeant. 160.b
Virginis matris virginitas perpetua. 10.b
Vires noſtræ ſine Dei prouidentia nullæ ſunt. 6.b
Vires ſuperiores per peccatũ nõ extinctæ. 90.a
Vires liberi arbitrij non ſufficiũt ad iuſtificationem. 244.a
Viri non debent cõtemnere vxores ſuas. 192.a
Vis baptiſmi tota vita exercenda. 41.a
Vis & efficacia ſacramenti confeſſionis. 154.a
Vis peccati per Chriſtum euacuata. 96.b
Vis ſacramenti Ordinis. 173.a
Vis iuſtificandi detrahitur cõſtitutionibus eccleſiaſticis. 280.a
Virtus efficacia ſacramenti Euchariſtiæ. 76.a
Virtute legis non accipitur bona voluntas. 135.a
Virtus ſacramenti matrimonialis. 190.a
Virtus in infirmitate perficitur. 230.b
Vitæ æternæ dulcedo. ibid.
Vita æterna quid ſit. 32.b
Vitã præſentẽ in oratione dominica quæ reſpiciant. 221.b
Vitam æternam quare Chriſtus mercedem noſtram ingeminet. ibidem.
Vita beata eſt vna ac ſola. 415.
Vitæ longitudinis merces. 199.b
Vltima particula orationis dominicæ quid concludat. 232.b, & quomodo differat à priore. 233. & ſeq.
Vmbræ ex ſe non iuſtificabant 62.b

Vmbra

Vmbra eccleſię veteris à nobis nõ ſeruatur. 198.b
Vindicta exercenda ſecũdum legem. 285.b
Vnitatis cõſeruandæ gratia, vnus cæteris præfertur. 170.a
Vnitatis nexus eſt ordo. 171.b
Vnitatem ſcindere, eſt proprium hæreticorum. ibid.
Vnctionis extremæ finis. 193.a
Vnctiones variæ in eccleſia. ibid. lege pulcherrima per totum.
Vnctionẽ citat Iacobus ex Chriſti Euangelio. 193.b
Vnctionem quĩ ab eccleſia tollere nituntur, plurimum errant. 195.b
Vnctionis ſacramentum reiteratur. ibid.
Vnctionis ritus qui ſint. ibid.
Vnctionis miniſter ſacerdos. ibid.
Vocabulũ ſacramenti ſtrictè nõnũquam accipitur, & interdum ſtrictiſsimè. 33.b
Vocabulum baptiſmi quid deſignet. 36.a
Vocabulum cõfeſsionis non vno modo accipitur. 102.b
Voce & mente orandum. 204.b
Votum quàm variè ſit ſumendum. 267.a,b
Voluntas Dei per charitatem adimpletur. 8.a
Voluntas quanuis bona non omnis ſufficit. 93.a
Voluntas, de qua in oratione dominica duplex. 216.b
Voluntas duplex, diuina & humana. ibidem
Voluntas Dei, alia atq; alia. 217.b
Voluntas præſcientiæ Dei nõ eſt inquirenda. ibid.
Voluntas Dei ſcrutanda & agnoſcenda. ibid.
Voluntas Dei cognoſcenda & facienda. 218.a
Volunta Dei eſt doctrina & vita Chriſti. ibidem
Voluntas Dei, ſequenda, quæ. eodem.b
Voluntati diuinæ nos ſubiicere debemus. 219.a
Voluntas Dei non eſt anteuertenda, &c. eod.b
Voluntas noſtra ſubſterniculum iuſtificationis. 143.a
Voluntas non iuſtificat ſeipſam. ibidem.b
Vtilitas confeſsionis interioris. 153.b
Vxorum munus quale. 159.a
Vxorem dimittere & aliam ducere non ſunt idem. 184.a
Vxorem ducere, non eſt res leuis. 182.b
Xiſti Pythagorici ſententia. 161.a
Zizania non debent nos expellere ab eccleſia. 22.a

FINIS.

LOCI COMMVNES THEOLOGICI INSIGNIORES, QVI IN *Inſtitutione doctrinæ Chriſtianæ,conſtitutionibus cóncıliaribus ſubiunctæ,ſparſim tractantur ac explicantur.*

DE Deo.
De Trinitate perſonarum vnius deitatis.
Quomodo agnoſcatur Deus.
De creatione
De creatione hominis & viribus ante lapſum.
De lapſu hominis ſeu peccato, & cauſa peccati.
De pœna peccati.
De duplici peccato, originali & actuali.
De humanæ naturæ viribus poſt lapſum,ac libero arbitrio.
De præſcientia & prædeſtinatione Dei.
De rerum & actionum noſtrarum contingentia.
De natura & vi legis.
De triplici lege.
De lege naturæ.
De lege diuina & eius vſu.
De duplici teſtamento, Veteri & Nouo.
De diſcrimine legis & Euangelij.
De diſcrimine legis naturæ & Euangelij.
De duplici gratia
De gratia ante iuſtificationem,& eius operibus.
De iuſtificatione hominis ſeu regeneratione.
Quòd iuſtificatio duo complectatur.
De triplici fide.
De fide qua accipitur,& retinetur ac augeſcit iuſtificatio,& de eius certitudine.
De bonis operibus
De operibus legis.
De operibus fidei ſeu ſpiritus.
De ſpiritu & litera.
De meritis operum fidei.
Quatenus lex homini poſsibilis.
De libertate Chriſtiana.
De ſcopo epiſtolæ ad Romanos, & canonicæ Iacobi apoſtoli.
De quadruplici voluntate Dei.
De fide,ſpe,& charitate.
De iugi ſabbatiſmo,qui relinquitur populo Dei.
De cruce tolerenda,& poſt Chriſtum portanda.
De vero vſu nominis diuini.
De ratione orandi Deum.
De ieiunio & eleemoſyna.
De eccleſia & eccleſię viſibilis ſeu exterioris authoritate.

De re-

De regno Chriſti ſpirituali.
De authoritate communis cōſenſus eccleſiæ omnium temporū.
De ſacramentis, & cauſa inſtitutionis eorum.
De verbo, elemento & efficacia ſingulorum.
De baptiſmo.
De fomite qui in baptiſmo remanet, & an is verè ſit peccatum.
De baptiſmo infantium.
De confirmatione.
De donis ſpiritus.
De ſacramento Euchariſtiæ.
De veritate corporis Chriſti in Euchariſtia.
De Miſſa.
De natura & diſtinctione ſacrificij.
De ſacrificio propitiatorio.
De ſacrificio euchariſtico, ſeu ſpirituali.
Quòd homo conditus ſit tãtum, vt ſacrificet Deo viuenti.
De ſcopo epiſtolæ ad Hebræos.
De ſacrificio eccleſiæ.
Quatenus Miſſa ſacrificiũ repræſentatiuum, & quatenus euchariſticum & ſpirituale ſit.
Quid ſit in Miſſa præſens, quod patres nõ verentur appellare pretium redemptionis noſtræ, aut victimam ſalutarem.
De vero canonis intellectu & ſententia.
De pœnitentia.
De peccato iñ ſpiritum ſanctum.
De tribus pœnitentiæ partibus.
De contritione.
De duplici timore, ſeruili & filiali
De cōfeſſione interna & externa.
De triplici confeſſione peccatorum externa.
De confeſſione ſacramentali, & quatenus ea ſit iuris diuini.
De clauibus eccleſiæ.
De canone, oēs vtriuſq; ſexus, &c.
De ſacramento pœnitentiæ.
De correptione fraterna.
De ſatisfactione.
De ſatisfactione propitiatoria, & illius applicatione.
De ſatisfactione pœnitentiæ, & vi ac vſu illius.
De ſatisfactione publica & priuata.
Abolita culpa, non ſemper aboleri pœnam.
De radice indulgentiarum.
De veteris eccleſiæ ſeueritate, & præſentis indulgentia.
De ſacramento ordinis.
De maioribus & minoribus ordinibus.
De ſacerdotio eccleſiæ externo.
De officio ſingulorum ordinum.
Quomodo ſcripturæ ex ſuggeſtis tractandæ.
De matrimonio & cauſa inſtitutionis eius.
De polygamia.
De repudio.
De ſacramento matrimonij.
Quo differat matrimonium Chriſtianum à Iudaico & Gentili.
De bonis Chriſtiani matrimonij.
De carnali copula, & quatenus ea in matrimonio licita.
De clãdeſtinis matrimoniis quid cenſendum.

De ſacra-

De ſacramento vnctionis infirmorum.
De veneratione ſanctorum.
De imploratione ſanctorum, & quatenus licita.
De veneratione reliquiarum.
De veneratione imaginum.
De cura pro mortuis gerenda.
De templis & oratoriis, & eorum vſu.
De vſu rerum externarum, per verbum Dei benedictarum.
De eccleſiæ cæremoniis, & vſu illarum.
De cõſtitutionibus eccleſiaſticis, ac eorum vi & vſu.
De votis.
De voto perpetuæ caſtitatis.
De magiſtratibus ciuilibus, ſeu poteſtate ſeculari (vt vocant) & illius præſtantia & authoritate.
De legibus ciuilibus, & quatenus eæ per Euangelium abrogatæ ſint
Quatenus iure ciuili experiri, cõtrahere, bellum gerere, & reliqua, ſine quibus externa politia non retinetur, agere liceat.
De iuramẽto, & an Chriſtiano iurare liceat, & quando.
De reſurrectione mortuorum.
De vita æterna, tã inchoata quàm glorificata.

¶ Alios locos Chriſtiano homini cognitu neceſſarios, in hac Inſtitutione quiſque inter legendum facilè deprehendet.

DE MVNERE EPI-ſcopali.

Officium Epiſcopi poſt Verbi prædicationē conſiſtit potiſsimum in impoſitione manuum, & viſitatione Eccleſiarum.

EPISCOPI Munus in duobus potiſsimũ conſiſtit. Primum, in impoſitione manuũ, quę eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum. Deinde in viſitatione diœceſeos. Vtrunque beatiſsimus Apoſtolus ad Titum dilectũ filium, Cretę Epiſcopum ſcribens, complectitur: Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Alterum verò idem Apoſtolus, cum à Mileto diſceſſum maturaret, profecturus Hieroſolymam, ac certus quòd amplius haud viſurus eſſet faciem eorum omnium, per quos trāſiuit, prædicans regnum Dei, vocatis illo ad ſe ab Epheſo eccleſiæ presbyteris, apoſtolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Et quoniam ſcio, inquit, quòd intrabunt poſt diſceſsionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe: propterea vigilate. Cui muneri, vt ambo illa apoſtolici ordinis eximia luminaria, nimirũ Petrus, ac illius collega Paulus, ſatisfacerent, alter tranſiuit & inuiſit vniuerſos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum: nimirum non tantum verbo, ſed & exemplo Epiſcopos cōmonentes, vt qui ſpeculatores in Dei eccleſia cōſtituti ſunt ac appellantur, prouinciæ ſibi mandatæ, vigilantiſſimè intendant, fidem, conuerſationem, mores & vitam ſingulorum explorent, examinéntque, ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam à Deo vocatus eſt, torpeſcat.

Titum.1.

Act.20.

Acto.9.

Acto.15

De impoſitione manuum, quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio ac inſtitutio miniſtrorum. CAP. I.

IMpoſitio manuum eſt oſtium, per quod intrant qui eccleſiarum gubernaculis admouētur. Proinde quia eiuſcemodi oſtium diligenter cuſtoditum non eſt, factum eſt, vt tanta mala quæ ſentimus, agminatim in eccleſiam Dei irruperint. Huius ianuæ vigilantiſsimi cuſtodes fuerunt Apoſtoli Chriſti, & quotquot ipſis ſucceſſerunt Apoſtolici epiſcopi. In primis verò diuiniſsimus Paulus, qui dilectiſsimis diſcipulis Ti-
1.*Tim.* 3. mis verò diuiniſsimus Paulus, qui dilectiſsimis diſcipulis Ti
Ad Ti. 3. motheo ac Tito, eiuſcemodi cuſtodiæ formulam ex profeſſo
Acto. 1. præſcribit. Porrò Apoſtoli, cum eſſet in locum Iudæ proditoris deligendus duodecimus collega ſtatuerunt duos ex his viris (qui cum ipſis congregati fuerunt in omni tempore quo intrauit & exiuit inter eos dominus Ieſus) probatiſsimos, electionē alterutrius domino committentes. Ad hæc cum eſſent deligendi primi illi eccleſiæ diaconi, Apoſtoli conuocata di-
Acto. 6. ſcipulorum multitudine, dixerunt: Conſiderate fratres ex vobis viros boni teſtimonij, plenos ſpiritu ſancto ac ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, atque illi (cū placuiſſet hic ſermo) corā omni multitudine elegerunt Stephanū, virū plenum fide & Spiritu ſancto, ac reliquos ſex, quos ſtatuerūt ante conſpectum Apoſtolorū: qui dein non temerè, ſed orantes, illis impoſuerūt manus. Denique de Bernaba, per Apoſtolos
Acto. 11. ad Antiochiam deſtinato, refert ſcriptura: Quoniam Apoſtoli miſerunt Bernabam, quòd eſſet vir bonus & plenus Spiritu ſancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quāta cura ac delectu, manus impoſitionem fieri oporteat. Beatus Apoſtolus inter alia Timotheū ſic alloquitur: Cōmenda, inquit, quę au-
1. *Tim.* 2. diſti per me per multos teſtes fidelibus, qui & idonei erūt a-
1. *Tim* 5. lios docere. Et iterum: Manus nemini citò impoſueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis. A qua regula cum lōge latéque diſceſſum ſit affectib⁹ priuatis ſibi omnia vēdicantibus, morbus obortus eſt plurimus, atque ita radicatus, vt vix ſpes medendi relicta ſit. Neque tamen in mediis & exulceratiſsimis morbis de remedio deſperandum erit, ſed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum prouidendúmque.

Ex conci. Lateranen. ſub Alex. 3. *Ad certum titulum eccleſiæ miniſtros canonicè deligendos ordinandóſque.* CAP. II.

QVoniā verò primitię eccleſiæ facies, quod ad inſtitutionem miniſtrorum attinet, paulatim immutata fuit: nimirum

nimirum dotatis tēplis,ſacerdotiisq; ac certis ſtipendiis miniſtrātibus cōſtitutis:viſum ſubinde ſanctis Patribus nō abſque multa ratione fuit, ne quiſquam ſine certo titulo (qui illi victum neceſſariū ſuppeditaret) ad maiores quos & ſacros ordines vocamus,ordinaretur. Adhibita etiam non leui ſeueritate in Epiſcopos,qui ſecus facere præſumpſiſſent. Quæ cū ſic ſe habeant,reformationem ordiri hinc fuerit neceſſe. Videndum itaque in primis eſt,vt collationes eccleſiaſticorum ſacerdotiorum ſeu beneficiorum,vt electiones,præſentationes,& inſtitutiones clericorum ac miniſtrorum,maximè eorum qui curæ præficiuntur animarum (quæ ſcientia ſcientiarum meritò appellanda eſt ritè) ac canonicè fiant. Vtque maximi illi & teterrimi abuſus & vitia (quæ in deligendis perſonis eccleſiaſticis, non vulgari cum detrimento eccleſię ſæpenumero committuntur) quoad fieri poteſt,tollantur. Quòd tunc demum futurum eſt, cum repulſis ac ſubmotis indignis, digni tantùm ac idonei admittantur,qui & velint & poſſint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum eſt enim: Qui non laborat,non manducet.

Manum nemini citò imponendam. CAP. III.

QVamobrē omnibus,qui pręficiēdi eccleſiaſticis muniis miniſtros poteſtatē habent, illa (quam paulò antè retulimus) Paulina admonitio ſemper ob oculos verſabitur: Manus citò nemini impoſueris,neque communicaueris peccatis alienis. Si enim ad honores mūdi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt peruenire,& notari ambitus ſolent,quos probitatis documēta non adiuuant,quàm diligens,& quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum,& cœleſtium dignitatum? Certè olim excommunicatione percellebantur, qui eccleſiaſtica beneficia contuliſſent indignis. *1. Tim. 5. S. Leo c. miramur 61. diſt. Ex conci. Toletan.*

Humani affectus & venalitas in beneficiis eccleſiaſticis,execrabiles. CAP. IIII.

NVlla itaque conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis cōtēplatio,facere debet hoc,vt populi gubernatio, alij,quàm meliori tradatur. Ceſſent omnes affectus humani, qui ſua,non quæ Ieſu Chriſti ſunt,quærūt. Maximè verò ſacerdotiorum ac beneficiorum venalitas execranda eſt. Quòd qui ſic præficiūt,ac pręficiūtur inter ementes & vēdentes columbas,(quos Dominus flagello de funiculis facto è Téplo *Hier. in Nume. Philip. 2 Matt. 21 Ioan. 2. Marc. 11 Luca. 16.*

eiecit, ac menſas nummulariorum & cathedras vēdentiū columbas euertit) cōputentur. Si enim is dignus ſacerdotio creditur, cui nō actionis merita, ſed præmiorū copia ſuffragatur, reſtat, vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas, nihil ſibi defendat induſtria. ſed totū auri prophanus amor obtineat. Et cū fides ſimul & vita in ſacerdotibus & miniſtris eligēda ſit, quę tādē vita, & quę opera ſacerdotis illius erūt, qui honores tāti ſacramēti per præmiū cōuincitur obtinere?

Beneficia eccleſiaſtica, priuſquam vacent nemini promittenda. CAP. V.

Ex conci. Later. CVm olim Cōciliari inſtitutione vetitum ſit, ne vlla eccleſiaſtica miniſteria ſeu beneficia pmittātur alicui priuſquam vacent. Tum ne quis mortem proximi, in cuius locū & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, deſiderare videatur. Tum quòd turpe ſit, diuiniq́; plenū animaduerſione iudicij, ſi locū in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſę etiā ſeculares leges condemnare curarūt. Idq́; verò quū nunc paſſim præter omnē perſonarum delectū, deſignatis etiā ex nomine beneficiis, in quę ſtipulatores ſucceſſuri ſunt, peſſimo exēplo fiat, tollēdus abuſus eſt. Idque non aliter, quàm ſecundum canonicam ordinationem, ne quis ſolicitus ſit, non tam de officio, quàm de beneficio viuentis.

Dignis tantum beneficia eſſe conferenda CAP. VI.

QVi ſacerdotia eccleſiaſtica pleno (vt aiunt) Iure, poteſtatem conferendi habent, alium factæ à ſe manuum impoſitionis diſcuſſorem non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura eſt, idque maximè in præficiendis parochis, ne apoſtolici præcepti præuaricatores ac rei fiāt. Quis enim nō intelligit, quàm graui culpa ſe obſtringit is qui in cauſa eſt, vt cæcus cæco ducatum præſtet, nimirum ambobus in foueam delabentibus? Deſpiciūt (inquit Malachias propheta) nomen domini, qui cæcum, qui claudum, qui languidū animal, ad immolandum offerunt, & propterea grauiter à dño increpantur. Quis verò cæcum animal offert, niſi qui indoctum iñ docti locum ordinat, magiſtrúmque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat? Claudum verò, qui lucra terrena quærentem, locat in dignitate, veluti pedem in diuerſa ponentē? Cui poteſt inferri illud: Vſquequo claudicatis in duas partes? Languidum denique, qui vitioſum pro religioſo habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

Matt. 15
Lucæ. 16.
Malac. 1.
Hiero. in Malach.

Idoneos

Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. CAP. VII.

SAcris Canonibus ſaluberrimè conſtitutum eſt, vt omnes Cathedrales eccleſiæ, collegia & conuentus ad dignitates vacantes, ex ſua congregatione idoneos eligāt prælatos. At que eos demum ſacris adminiſtrationibus dignos eſſe exiſtiment, quorum omnis ętas per diſciplinas eccleſiaſticas cucurriſſet. Iam vt primitiuæ eccleſiæ cēſura mitigationem recipiat diſcretionis, is ſaltem aliorum curæ pręficiatur, cuius cōparatione, grex cæteri meritò dicātur. Quomodo enim fieri poteſt, vt nō viliſſimus reputetur, qui eſt honore pręſtātior, niſi quoque ſcientia & ſanctitate præcellat? Atque vtinā hic penſitetur, & nautis & nauigio deferendis eandem imminere periclitandi neceſſitatem.

Ex conci. genera. c. ne pro defectu. de electione. Ex conci. Baſilien. Hierony. Symma. ad Laurē c. viliſſimus. 1. q. 1

In eligendo, ætas, mores, literatura & ſacer ordo, ſpectanda. CAP. VIII.

QVapropter electores ſoliciti ſint, vt talē præficiāt qui officio credendo ſatisfacere poſſit, virū ætatis legitimæ, moribus grauē, literarū ſcientia præditū, atq; in ſacris ordinibus conſtitutum. Scientes ipſis in re tam graui, vel dolo vel negligenter agentibus, non minorem quàm malis illis paſtoribus ac prælatis (quos ipſi præfecerūt) in diſtricto Dei iudicio imminere pœnam. Neque enim impunè peccatur in ſpiritum ſanctum, qui in omni electione vt author inuocatur. Neque inultū permittet Deus, ſi quis iureiurādo, quod ſub electionem præſtatur, fruſtrà nomen domini vſurpauerit. Vt omittamus pœnas canonicas quæ perperam eligentes manent.

Ex conci. Baſilien.

Deut. 5.

Electionem ſynceram eſſe oportere. CAP. IX.

ABſit ergo omnis ſimoniæ prauitas, omnis perſonarū reſpectus. Ceſſent potentiorum preces, quæ minis æquiparantur, omniſque impreſſio: ceſſet ambitio, ac dominandi libido. Ad hęc procul abſint omnes illicitę obligationes, quę ſub electionem, aut paulò pòſt ab eligendo vel electo, haud præter ſimoniæ labe extorquētur. Et procedat de vultu Dei opus ipſius, vt ſcilicet, qui præſtantior eſt omnibus, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminētior, hic eligat.

Hie. 8. q. 1. c. licet, &c. Si ergo.

In confirmatione electionis, quæ expendenda. CAP. X.

ELectione facta, Nos & cæteri qui confirmationis munus impēdemus, officio noſtro, Deo volente non deerimus, diſcuſſuri ſcilicet diligēter & formā electionis, & electi me-

rita, priuſquam noſtras imponamus manus.

Per patronos, idoneos præſentari oportere. CAP. XI.

PAtroni tum eccleſiaſtici, tũ laici (quos hac de re diligenter admoneri curabimus) videbũt, vt idoneos (quéadmodũ antè diximus) Archidiaconis præſentent. Compertũ ſiquidem habemus, quàm hic ſupra modũ peccetur. Sunt enĩ qui tantum filios ac conſanguineos, ſeu aliter ipſis addictos, citra vllum delectum, aut diſcrimen ſcientiæ, morum, ac ætatis, beneficiis eccleſiaſticis admouẽt. Sũt qui admotis, nomẽ tantũ relinquunt, cenſum autẽ atque eccleſiaſticos reditus, ſibi auſu quodam ſacrilego (nihil minus quàm de eccleſiaſtico miniſterio cogitãtes) vſurpant. Quæ omnia cùm ſanctorum Patrum ſanctionibus damnentur, multorumque malorũ in eccleſia Dei cauſa ſint, poſthac non committi, ſed ſublata penitus eſſe, ſuamque vim canonicis regulis conſtare ex animo cupimus.

Alexan. 3 c. ex frequẽtibus. de inſtit.

Quid incumbat Archidiaconis. CAP. XII.

ARchidiaconi noſtri, ad quorũ curã inter alia pertinet, vt noſtro nomine parochias ordinent, ac miniſtros eccleſiæ ipſis præſentatos ac oblatos inquirãt, Scient ſui muneris eſſe, negligentiã patronorũ ſupplere. Cùm enim oculi noſtri ſint, diſpiciẽt, ne quis alioqui indignus, ſub alicuius præſentationis prætextu irrepat ac admittatur. Nec cõtẽti quòd poſt edicta ter publicata, nuſquã cõpareat, qui pręſentationem oppugnet: eorum etiam qui ipſis pręſentãtur, & ad inſtituẽdum offerũtur, vitã, mores, & eruditionẽ accuratè peruẽſtigabũt, ac niſi comperti illi fuerint, muneri, cui præfici poſtulantur, pares fore nefas putabunt ſtultè petentibus aſſentiri. Neque exiſtimabũt id temporis, quod huic examini impẽdẽt, perdi: cũ nequaquã poſſit collocari melius, maximè quòd officiũ eorũ, hoc ipſum vt fiat, magnopere requirat.

c. 1. & c. ad hæc. de of. Archidia.

C. fina. de elect. i. 6.

Aliquot abuſus officialium inter viſitandum corrigendi. CAP. XIII.

ET quoniam ad nos quorũdam querela perlatum eſt, nõnullos officiales Archidiaconorũ noſtrorũ inueſtituræ nomine plus æquo interdũ petere, quoſdam etiã inſtitutionẽ ipſam petẽtibus, vel temerè negare, vel ſaltẽ in longũ differre tẽpus, quamlibet legitima ſit præſentatio, & idoneus is qui præſentatus eſt. Curæ itaq; nobis erit, inter viſitandũ, de his diligẽter ĩquirere, & quę vitioſa cõperiẽt, Archiepiſco-

pali

pali authoritate, communicato tamen cum Archidiaconis no ſtris (vt par eſt) conſilio, quoad eius fieri poterit corrigere.

Omnes qui de beneficiis diſponunt ſui officii admonendi. CAP. XIIII.

Referre etiam non parum exiſtimamus, omnes qui de ſa cerdotiis ſeu beneficiis eccleſiaſticis quācunque diſpo nendi poteſtatem habent ſpeciatim ac diligenter admoneri, vt hiſce ſynodaticis canonibus per omnia obtemperent, niſi in eo ipſo in quo delinquerint, puniri velint.

Moderatio patronos laicos reſpiciens. CAP. XV.

At tamen quod ad patronos laicos attinet hanc cenſuram eatenus moderamur, vt ſi Archidiaconi noſtri præſentatos ab eis, quòd inidonei ſint, inſtituere recuſent, liceat ipſis inutilium loco, alios iterum, intra tempus legitimū præſentare, modò tamen dolus abſit.

De officio vicariorum in pontificalibus. CAP. XVI.

Poſteaquam de illorum officio diximus, qui ſacerdotiis ſeu beneficiis rectores admouent eccleſiaſticis ordinibus initiandos, reſtat vt de Vicariis noſtris in pontificalibus atque huic muneri (in partem ſolicitudinis noſtræ vocati) po tiſſimùm delegati ſunt, paucis dicamus. Nobis quidē vti cęteris omnibus pontificalibus, in Aaronis perſona loquutus eſt Deus: Homo per familias, qui habuerit maculā, nō offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſteriū eius. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginē habens in oculo, ſi iugē ſcabiem in corpore, vel hernioſus. Omnis enim qui habuerit maculam, non accedat offerre hoſtias domino, nec panes Deo ſuo. Quid per allegoriā ſermo diuinus ſignificare voluerit, maximus ille cœleſtium rerum perueſtigator Paulus in epiſtolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus naſcentis eccleſiæ epiſcopis inſcripſit, grauiſſimè explicauit. Quum enim mandaſſet, vt per ciuitates presbyteri cōſtituerentur, ſtatim ſubiecit, quales ſubſtitui vellet & oporteret. Oportet (inquit) conſtituendum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, nō ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed Hoſpitalem, benignum, prudētem, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinā eſt, fidelem ſermonem, vt potēs ſit exhortari doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.

Leui. 21.

Ad Tit. 1.

1.Tim.3 Diaçonos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et vt iterum nos officij noſtri commonefaceret, ſubiecit: Et hi probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. CAP. XVII.

INcũbit itaque nobis, vt probemus primum eos qui ordinibus, maximè ſacris initiari deſiderant. Curæ ergo erit Vicariis noſtris pontificalibus, manus impoſitionem auſpicaturis, ne hic quid deſit, néve ordines ſacros aliter quàm ſecundum regulam euangelicam impartiantur. Vt adiutores hoc examinationis munere habeant, non repugnamus, modò primæ ſolicitudinis partes apud eos ſint, nec quæ ipſis ante omnia agenda erant, in alios penitus relegent, interim ipſi de omnibus incerti, per hęc tamẽ ſuffraganeis noſtris nihil prę iudicantes, quo minus ipſi quemadmodũ videbitur opportunum de huiuſmodi examine faciẽdo, diſpiciãt. Vt verò ſummatim multa complectamur, diſpicient de ordinandorũ ætate, vita, ſcientia & affectu.

De ætate ordinandorum. CAP. XVIII.

Ex concil. Arelaten. 3. Ex Viennen. cõcilium generalem. de æta. & qual. Ex eodem concil. cl. eod. tit. Ex Later.

OLim Diaconus ante 25. Presbyter verò ante 30. ætatis annos, non ordinabãtur. In Viennenſi verò Concilio, ſub Clemente quinto, ordines ſacri minori etiam ætati conceſſi ſunt: nempe ſubdiaconatus 18. diaconatus 20. presbyteratus denique. 25. ætatis annum nato. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum Concilium diſpiciet. Nos interim admonemus Viennenſe Concilium, tum ex aliis canonibus, tum ex ſeipſo interpretandum: nimirum vt ætas quidem illa ſufficiat, modò tamen cætera quoque quæ canones plus, quàm ætatem reſpiciunt, haud deſint: nempe literarum ſcientia, & morum grauitas.

Teſtimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. CAP. XIX.

DE doctrina, vita, ac moribus, Suffraganeus noſter teſtimonium præceptorum, qui ipſos in literis inſtituerunt docueruntque, eorum quoque apud quos ſacris initiendus potiorem vitæ partem tranſegit, ac diuerſatus eſt, exigere non omittet, ne manifeſtè criminoſi irrepant. Idque ad certam formulam, quam deliniari curabimus. Dum enim priſcam eccleſiam reſpicimus, ſummo deſiderio tangimur, priſcos illos ſanctiſſi-

ſanctiſſimos mores,non tantùm verbis,ſed & re ipſa in eccleſiam,quod in nobis eſt,reducendi. Illa certè vetuit,ne Epiſcopus ſine teſtimonio clericorum & plebis,clericos vllos inſtituat. Hinc illæ interrogationes ſolennes.præambulæ.Sūt iuſti? ſunt caſti? atque aliæ ſimiles. Neque fruſtra ſcriptum legimus,quòd quanquam dominus de conſtituendo Ioſue principe præcepiſſet, eundémque elegiſſet, nihilo ſecius tamen conuocari ſynagogam voluiſſe. *Ex.3.carthag.* *Hieron. in Leui.*

De eruditione ordinandorum inquirendum. CAP.XX.

DE eruditione quoque & ſcientia diſquiret, ne ſtatim à ſtiua ad eccleſiaſtica munia confugiatur. Per prophetam dominus dixit: Quoniam tu ſcientiam repuliſti,& ego repellam te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Subſtantia ſiquidem ſacerdotij,ſunt eloquia diuinitus tradita,vti Dionyſius ille magnus appoſitè dixit. Quæ vero in parochis,quę in cęteris eruditio requirenda ſit,pòſt dicemus. *Oſee.4.* *Dionyſius.*

Videndum quo affectu ad ordines accedatur. CAP.XXI.

QVo denique affectu ac propoſito acccedant ordinandi, videndum, accuratéque inueſtigandum eſt: num videlicet Dei cauſa tantum,an potius ſuæ commoditatis gratia ad ordines capaſſendos adſpirent,quærentes quæ ſua ſunt,nō quæ Ieſu Chriſti. Quid enī eſt ſua quærere,& nō quæ Chriſti ſunt,niſi cum tales nō gratis Deum diligunt,nō Deū propter Deum quærunt,temporalia commoda ſequentes, lucris inhiantes,& honores ab hominibus expetentes? Quiſquis ergo talis eſt,non Dei filius,nec ouili Chriſti idoneus paſtor futurus,ſed mercenarius eſt. Vbique Deus hominis intētionem & mentem ſpectat quam Chriſtus in Euangelio lucernā corporis atque oculum vocat. Qui ſi ſimplex fuerit totum corpus lucidum erit. Sin autem fuerit nequam,totum corpus tenebroſum erit. Quare ſi lumen(quod in initiando eſt) tenebræ ſunt,ipſæ tenebræ quantæ erunt? *Phil.2.* *Aug. 8 q.1.c.ſūt in eccleſia.* *Mat.6.*

Quanto temporis ſpatio,ante maiorum ordinum receptionem initiandi ſe præſentare debeant. Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. CAP. XXII.

VT autem hic animus Vicariis noſtris in pōtificalib⁹ eo exploratior ſit(neque enim qualicunque aſſertioni ſtatim tutò creditur) operæpretium exiſtimamus, vt qui ad ſacros(quos vocamus maiores)ordines capeſſendos adſpirant, quatuor temporibus, vt vocant, quæ tempus impertitionis

eiuſcemodi ordinum proximè præcedunt, Vicariis noſtris in pontificalibus ſeſe repreſentent, qui eos (quemadmodum diximus) rogabunt, quid eos huc permoueat, an expenderint, quid in hac vocatione præſtare oporteat, an huic vocationi ſe ſentiant poſſe reſpondere: & an ſperent, ſe adiutore Deo continere poſſe ac velle. Item, an affectu carnis huc ducantur, vt videlicet in otio & ſuauiter viuant, opesne & honores parent. Admoneantur quoque vt bene ſeipſos explorent, excutiántque, ne quum ad capiendos ordines reuerſi fuerint, ſpiritum ſanctum fraudent.

EO ipſo etiam temporis ordinandi, teſtimoniũ vitæ ac conuerſationis ſecum afferent, vt Vicarij noſtri in pontificalibus, cũ ex reſpõſione, tũ vita præcedente colligere poſſint, an admittendi videantur. Et num referat diligentius de vitæ teſtimonio, ante appetens ordinationis tempus inquirere.

Quale teſtimonium afferendum. CAP. XXIII.

QVi ciuitatem aut oppidũ ſenatus, qui vero pagum aut vicũ incolit, iudicij eius loci literas ſigillatas quæ gratis dabũtur, ſecũ feret. Quæ ne cuipiã vel per inuidẽtiã, vel aliũ minus ſyncerũ affectu denegentur, prohibem⁹: Alioqui adferens documentum factæ requiſitionis & denegati teſtimonij, nec tamẽ incuſatus criminis vel defectus, ac idoneus per Vicarios noſtros in pontificalibus repertus, nihilo ſecius admittetur. Qui vero non in oppidis aut pagis, in quibus titulũ nacti ac miniſtraturi ſunt, ſed in lõginqua regione moram traxerunt, hi canonicis ſatisfaciant inſtitutis.

Die Mercurij proxima ante ſuſceptionem ordinum examinandi, qui initientur ſacris. CAP. XXIIII

ET vt hæc omnia eo accuratius obſeruantur, viſum nobis eſt vt ordinandi maximè ad ſacerdotij gradum (quod die ſabbatino ex more eccleſiaſtico fieri ſolet) die Mercurij proximè præcedente, ad noſtras ciuitates, vbi Vicarij noſtri in pontificalibus ordines ipſos ſacros impartient, ſeſe cõferãt, quò duobus dehinc ſequẽtibus dieb⁹, videlicet Iouis & Veneris, quos eiuſcemodi diſquiſitioni peragẽdę deputamus, Vicariis noſtris, ipſisq; noſtra authoritate in eo munere adiũgẽdis Theologis, ſe repræſentent, examinationiq; eorũ ſubmittãt.

Neminẽ ab examinatione immunem eſſe oportere. CAP. XXV.

A Qua quidem neminem excipimus, etſi magiſtrij titulum prætexat, niſi quẽ publicum ſit & vitam integrã egiſſe,

& ea

& ea quæ ordo impertiendus requirit, facile callere. Quamobrem nedum Clerici (qui ſeculares appellantur) ſed & religioſi cuiuſlibet etiam profeſſionis fuerint, hanc cenſuram experientur.

Cuius admonendi ſunt pridie ordinationis, initiandi ſacris. CAP. XXVI.

PRidie ordinationis admonebit Vicarius noſter in pontificalibus omnes iterum, quò ſe quiſque diſcutiat, ne officio ſe alliget, cui non poſſit ſatisfacere: Néve mentiatur ſpiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrat, ſed ore confeſſus, ac ſpiritu contritus, humiliatúsque, poſt perceptam ſacroſanctam Euchariſtiam, Deo totus deditus accedat.

In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. CAP. XXVII.

QVanquam qui minores vocantur ordines, tam exactā curā non requirant, ſuo tamē modo, pro gradu & excellentia ordinis, omniū eorum quæ diximus, ratio habenda eſt. Quid enī indecorū magis, quàm admoueri infantes, qui nō intelligant quid agatur, imò ne capiant quidē, quid Clerici nomen, & reliqua minorū ordinum vocabula ſignificēt. Quid turpius, quàm quòd penitus Analphabeti, ac interdū flagitioſi (qui vt legum ciuilium cenſuras ac pœnas eludant, ſeſe impudētiſſimè ingerūt) in maximā eccleſiaſtici ordinis ignominiā, ſacris initiātur? Qua de re nemo poſthac ordinibus hiſce inſigniēdus eſt, niſi quem & vita cōmendet, & literaturę, ętatiſque ſit pro ratione ſuſcipiendi ordinis, ſufficiētis, ac rectæ ſynceræq; volūtatis. Qui enim in clerū allegun- tur, rē profitētur minime ridiculā, nēpe ſe peculiariter in ſortem domini aſcitos, quibus poſthac omnia terrena ſordeant, ac ſolus dominus ſors ac pars hæreditatis futurus ſit. Cuius quoque (priuſquā ordinentur) diligenter admoneri debent. *Hierony. ad Nep.*

Ab initiandis nihil exigendum. CAP. XXVIII.

VT autem eccleſiaſtici ordines, ſumma ſynceritate, omni quæſtus ſuſpicione, omniſque mali ſpecie quàm lōgiſſimè ſubmota, conferātur: nolumus vt ab initiatis quicquā, vel ſigilli nomine, à vicariis noſtris in pontificalibus exigatur, ſed tantum ſcribis earum literarum (quæ formata appellantur) vnus albus ſoluatur. Nam eos ſumptus, quos antehac vicarius noſter in diœceſi Colonieſi choralium cauſa facere conſueuit, nos deinceps pendemus. Non dubitamus, interim

Suffraganeos noſtros ſuis vicariis in pontificalibus ita proui ſuros,ne quis iuſtam quærendi cauſam inueniat.

Literæ dimiſſoriæ nulli temerè concedendæ. CAP.XXIX.

PRohibemus quoque ne Officiales noſtri literas dimiſſo rias,quę vulgò licētiatoria ordinādi vocātur, alicui temerè cōcedant. Illorū enim prætextu,qui ſuæ ruditatis & inſcitiæ ſibi conſcij ſunt,noſtrorum Vicariorum in pōtifi calibus diſquiſitionem ſubterfugiunt,ac aliò demigrans,vbi nullus canonicæ traditionis reſpectus habetur.

Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. CAP.XXX.

TItuli quoque ordinādorum diſcutiātur. Plerique enim inuenti ſunt,qui fictis& emendicatis titulis ad ſacerdotij dignitatem euecti,eandem turpiter proſtituere poſteà co acti ſunt,vendibiles,quandocūque doloſi ſpes refulſerit nūmi.Quorum numerum(quòd nihil ferè aliud quàm numerus fuit)imminui plurimum referret.Inter hos ſiquidem eſt,qui in plateis mendicat infelix clericus,& ſeruili operi mancipatus,publicam depoſcit eleemoſynam:qui eo magis à cunctis deſpicitur; ꝙ miſer ac deſolatus iuſtè putatur ad hāc ignominiam deueniſſe.Inter hos eſt,qui in diuitum ac nobilium domibus ſcurram aut mimum,aut morionē agit,quē ab officio retrahendum,Carthaginenſe Concilium decernit.

Hierony. ad Ruſt. c.diacon. 93.diſt.

Peregrini Clerici quomodo admittendi. CAP.XXXI.

PEregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati, priuſquā de ordinatione ſua ritè adepta,déq; vita,morib⁹,eruditione ac titulo fidē fecerint,ac cōmendatitias ſuorum Epiſcoporum ſuæque ordinationis literas exhibuerint,repellātur.Quanta enim per hos(qui euagandi licentia abutuntur) ſcandala,animarúmque pericula,& in clero& in populo frequenter eueniant,nemo eſt qui non videat.

Ex Agatē.c.25.de cler.pegr. toto titulo.61.62. 63.diſtin.

Odioſa beneficiorū pluralitas in vna eadéq; perſona. CAP.XXXII.

ODioſa ſemper apud veteres fuit plurium ſacerdotiorū ambitioſa cupiditas,neque ſemel generalibus Cōciliis damnata.In Chalcedonēſi enim inter alia cautum eſt,clericum in duabus eccleſiis conſcribi non oportere,quòd difficile videatur,vt vnus vicem duorum ſuſtineat:& abſurdum, ſi promiſcuis actibus rerum turbētur officia.Id verò in primis noxium eſt,vbi plures parochię ſeu dignitates,vni presbytero committūtur, quòd ſolus per omnes eccleſias, nec officiū perſoluere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere valeat.

Ex Chal. Ex Tole. c.vnio.10 q.3.

valeat. Quare tã eos qui de ſacerdotiis eiuſce modi diſponẽdi poteſtatem habent, quàm qui ea cæca cupiditate ducti am biut commonitos volumus, vt ſuos affectus canonicis inſtitutis ſubmittant. Qui vero diſpẽſatione apoſtolica aduerſus hæc ſe tueri velint, hi viderint, vt cauſam diſpẽſationis obtẽtæ, Deo cõprobent. Neque enim ſublimes atque admodum literatas perſonas ſuo priuilegio nudamus, modò illo rectè & ſecundum Deum vtantur. *Ex cõcil. gen. c. de multa. de præben. & dign.*

Diſpẽſationes inſpiciẽdæ vt occurratur abuſibus. CA. XXXIII.

QVàm impudenter pleriq; diplomatis ac diſpẽſationibus apud ſedẽ apoſtolicã extortis, præter ſummi pontificis mentem (qui & vult & debet poteſtate ſibi conceſſa non ad deſtructionem, ſed ad ędificationem vti) abutantur, nullus eſt qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) diſpenſare, ſed diſſipare. Diſpenſatio quidẽ credita eſt, ſed hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Quanqua apud illos maxima culpæ pars reſideat, qui vel nulla vel minus legitima vel etiã ficta cauſa, ſupplicatoriis precibus inſerta, diſpenſationis tectorii tandem eliciũt, quos apud Deũ (qui renes & corda ſcrutatur, omnemq; hypocriſim ac fraudem execratur) ſecuros quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de diſpẽſatione apoſtolica blandiatur, cuius conſcientiam diuina ſentẽtia tenet alligatam. Sed quia pauci ſunt, in quorũ conſpectu eſt Deus, plerique vero, qui ſacra authoritate pro ſua libidine paſſim abutuntur, fit, vt Lugdunẽſis Concilij ſub Gregorio decimo celebrati, nõ inſalubre decretum aduerſus inſolentiã eiuſce modi hominũ in vſum reuocare cogamur. Quo ſubnixi, cũctis qui talibus diplomatis ſibi blãdiuntur neceſſitatem imponemus, literas ſuas nobis exhibendi, viſuris, num ritè impetrauerint, ac recte impetratis vtãtur. Et vt quàm maximè robuſtæ ſint diſpenſationes iſtæ, curabimus tamen, vt menti canonis, ac ſummi põtificis ſatiſfiat: videlicet, ne animarum cura in his eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus (quas ſub hoc prætextu occupant) negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. *2. Cor. 10* *Bern. ad Eug.* *1. Cor. 4.* *Pſal. 7.* *Bern. ad Rupert. cog.* *Ex concil. Lug. c. ordin. de offic. ordi. lib. 6.*

In reſignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. CAP. XXXIIII.

POſtremo, quum nobis haud clàm ſit, in reſignationibus permutationibúsque beneficiorũ, multa ancipitia per-

iuria committi ab his qui frequenter ſubitò ac non præmeditati, aut ipſi, aut per ſuos procuratores (idquod eiuſdẽ reatus ac culpę eſt) iureiurando, ante manus impoſitionẽ teſtantur, in huiuſmodi reſignationibus ſeu permutationibus nullã ſimoniæ labem, aut aliã illicitã interueniſſe corruptelã, cùm res crebro longe ſecus habeat, per quod illi grauem in ſe Dei iram proculdubio prouocant. Maiori ergo cura diligentiorique, quàm ante hac fieri conſueuit, perueſtigatione præuia hæc iuramenta recipi conuenit

Præſtat paucos eſſe bonos, quàm multos inutiles ſacerdotes.

CAP. XXXV.

Clemens. ET vt cum diuo Clemẽte hoc caput cõcludamus, Melius eſt epiſcopo paucos habere ſacerdotes, ac eccleſiæ miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

De viſitatione vltimo loco dicendum.

CAP. XXXVI.

DE viſitatione (quæ eſt altera muneris noſtri epiſcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Expedientius tamen erit, hanc partem in vltimam harum ſynodalium inſtitutionum claſſem reiicere, quòd illic tractetur cõmodius maiorique cum fructu, nimirum traditis iam atque expoſitis regulis ad quas oporteat, veluti ad amuſſim quandam viſitationem redigere, ordiri, atque peragere.

DE OFFICIO PRIVATO AC publico, vitáque ac moribus Clericorũ generatim.

CAP. I.

Hier. ad Nepo. QVi exactè volet cognoſcere clericorũ officiũ & vitã, is diuum Hieronymũ ad Nepotianũ, ac cæteros patres nõ minus eruditiõe quã vitæ ſanctimonia claros (qui de hac re ex pfeſſo iuſtis voluminib⁹ ſcripſerũt) perlegat. Sat nobis in pręſentiarũ erit, carptim quędã delibare, ex quibus Clerici noſtri ſummatim deprehendãt, quàm lõge latéq; a recta ſemita declinauerint, ſubindeq; errones ipſi, tam periculoſæ digreſſionis cõmoniti, pedẽ in viam mãdatorum domini referant. Quod ab illis pientiſſimus ſimul

1. Cor. 11. ac iuſtiſſimus Deus, quum verbo hactenus adhortans, parum profecerit, innumeris plagis iuſtiſſimè immiſſis commonẽs, mani-

manifeſto requirit.

Vnde clerici appellatio deriuata. CAP. II.

NEminem fugit vnde clerici appellatio deriuata ſit:nem- *Hiere. ad*
pe à κλῆρος,quod ſortem ſonat. Propterea enim (ſi diuo *Nepot.*
Hieronymo credimus)Clerici dicuntur,quia de ſorte domi-
ni ſunt:vel quia ipſe dominus ſors,id eſt pars eorū eſt. Quia
ergo vel ipſi pars domini ſunt, vel dominum partem habent,
tales ſe exhibere debent,vt & ipſi poſsideant dominū,& poſ-
ſideantur à domino. Quo cum propheta confidenter dicant:
Dn̄s pars hæreditatis meæ. Non quidem quod à ſorte Domi- *Pſal. 15.*
ni laicos ſecludamus,(omnes enim qui Chriſto per baptiſmū
& fidem concorporati ſumus, populus acquiſitionis eius ſu-
mus,de quo Propheta dixit: Pars autem domini populus eius, *Deut. 32.*
Iacob funiculus hæreditatis eius) ſed quòd Clerici peculiari
quadam ratione miniſterio Dei & eccleſiæ dedicati ſint. Om
nis quidem multitudo ſanctorum erat,attamē dominus Tri- *Num. 18.*
bum Leuiticam ſuo miniſterio peculiariter deligit,quam in *Deut. 18.*
terra Iſraël præter primitias, decimas, parteſque immolato-
rum,ac reliqua quæ ipſis peculiariter lex dedicauit,nihil pro-
prium poſsidere, nec habere partem inter fratres voluit. Do
minus enim ipſe eſt hæreditas eius,quam in hoc elegit ex om *Lucæ. 10.*
nibus tribubus, vt ſtet & miniſtret nomini eius. Habet Eu- *1. Cor. 12.*
angelium ſuam Magdalenam, habet & Martham: & ſecreuit *Ephe. 4.*
quoſdam Chriſtus,quos dedit Apoſtolos,quoſdam autē Pro-
phetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & do-
ctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij,in
ædificationem corporis Chriſti. Breuiter à condito orbe, & *Hebr. 5.*
ab eccleſiæ, quæ in Adam cœpit, crepundiis, ſemper viden- *Gela. pōti*
tur ex hominibus aſſumpti quidam, conſtituti pro homi- *ad Ana.*
nibus in his quæ ſunt ad Deum. Sempérque viſum eſt genus *Au.*
humanum à duobus miniſtris Dei optimè regi, quæ ſunt ſa-
cerdotalis authoritas,& regia poteſtas. Quibus quandiu inter
ſe conuenit,bene actum eſt de Republic. Dei:quum ſecus,o-
mnia in diuerſum repente mutata ſunt. Ponit ob oculos ſer-
mo diuinus pleraque exempla huc ſpectantia, perpetuo me-
morabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum noſtri
temporis exempla non minus inſignia, non in aures tantum,
ſed in oculos ipſos influant?quæ nimis abundè docent quā-
rum malorum in eccleſiam Dei inuexerit, ſacra prophani
miſcuiſſe.

Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. CAP. III.

1.Tim.5. OMnis mali ſeminarium cupiditas ſemper fuit. Nam dum nemo ſuum peragit officium, alienis ſemper intẽtus: népe clericus quæ laici, laicus quæ clerici ſunt (vt deteriora ſileamus) vſurpat, fit, vt eccleſiæ harmonia diutius conſtare nõ poſsit. Obteſtatur Paulus Apoſtolus Timotheũ, quin potius conteſtatur ſimul omnes quotquot erãt Timotheo ſucceſſuri: Tu (inquiens) vigila, in omnibus labora, opus fac Euãgeliſtæ, miniſterium tuum imple. 2.Tim.4.

Duplex Clericorum miniſterium. CAP. IIII

CLericis, & in primis eccleſiæ presbyteris duplex miniſterium, diuinis & humanis legibus eſt iniunctũ. Alterum, vt in commiſſum ſibi populum, Deum propitium habere cunctis rationibus enitãtur, quod non tantum ſacrificiis ſolẽnibus efficitur, ſed etiam precibus, quæ à pio corde proficiſcũtur, teſte Iacobo, qui nos ad precandũ cohortans: Orate (inquit) pro inuicem vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Omnibus quidem dictum eſt: Petite, & accipietis. His verò, vt ſemper petant, nec pro ſemetipſis tãtum, ſed & pro tota eccleſia Dei, vt vĩcat populus, qui ſub ipſis eſt, hoſtes illos inuiſibiles impugnantes eos qui volunt piè viuere in Chriſto, vt ſtent ſicut Moſes, leuatis ſemper interioribus animi manibus in cœlũm, in confractione in conſpectum dñi ad auertendum iram eius, ne diſperdat populum ſuum aſſiduè precantem, deinde vt offerãt dona ac ſacrificia pro peccatis, quemadmodum ſcriptum eſt: Quoniam ſancti erũt Deo ſuo, & non polluent nomen eius. Incenſum enim domini & panes Dei ſui offerent, & ideo ſancti erunt. Alterum, vt ſint religionis magiſtri, proindéque vt in lege domini meditentur die ac nocte, vt iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multũ, dulciora ſuper mel & fauum, totis præcordiis amplectantur, exquirant, ſcrutentúrque. Idque non propria præſumptione aut humano ſenſu, ſed Spiritu ſancto dictante, qui abſcondit hæc à ſapientibus & prudentibus in oculis ſuis, & reuelat ea paruulis. Vnde ſcriptũ eſt: Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum eſt. Qui in hoc ſecundo munere præſtant, gregi Chriſti paſcendo admonendi ſunt, de quibus ſuo loco dicemus.

Marginal references: Iacob.5. — Matth.7. — Exod.17. — Pſal.105. — Hebræ.5 — Leuit.21. — Pſal.18. — Ex decre. d. Clemẽ. — Matt.11. — Malac.2.

Biblia à Clericorum manibus nunquam deponenda.

CAP. V.

HIc ſatis eſt admonuiſſe omnes pariter eccleſiaſticis muniis conſecratos, ipſos precibus ſupplicationibúſq; publicis Deo perſoluendis mancipari. Quas vt non tantum ore murmurent, ſed & corde perſoluant, nũquam à manibus eorũ liber Legis, hoc eſt Biblia, deponatur. Nam vt quæ legunt & canunt, diſcant intelligere, tota vita vix ſuffecerit: ſi tamen quid eſt in literis ſacris, quod totum humanus intellectus aſſequi poſsit, aliis ſubinde diuitiarum fonticulis ex eodẽ fonte ſemper ſcaturientibus. *Hierony.*

De horariis precibus in dies perlegendis, & reformandis Breuiariis. CAP. VI.

VEteris ergo inſtituti, quo ſancitum eſt, vt Clerici ſacris initiati, vel ſacerdotiis præſidẽtes, ſingulis diebus perlegãt horarias preces, quas canonicas appellamus, cauſæ multæ, & potiſsimum eæ, quas iam cõmemorauimus, videri ſolẽt. Hic multo iam ex tempore, pio (vt ſpes eſt) animo deſiderauimus repurgari Breuiaria. Nam cùm olim à ſanctiſsimis patribus inſtitutum ſit, vt ſolæ ſcripturæ ſacræ in eccleſia recitarẽtur, neſcimus quã incuria acciderit, vt in earum locũ ſucceſſerint alia cum his neutiquam cõparanda. Atque interim hiſtoriæ ſanctorum tam incultæ ac tam negligẽti iudicio cõſcriptæ, vt nec authoritatẽ habere videãtur nec grauitatem. Deo itaque authore, déque conſilio Capituli noſtri, ac Theologorum aliorúmque piorum virorum, reformationem Breuiariorum meditabimur. *In concil. Aphric.*

Pro cuiuslibet affectu non facilè nouandum quid in eccleſiaſtico officio. CAP. VII.

SVnt in clero Zelum quidem Dei habentes, ſed non ſecundum ſcientiam, qui priuatis quibuſdã affectibus ducti, vel teſtamẽto, vel (vt vocant) fundationibus efficiunt, vt noua feſta præter eccleſiæ authoritatem, ſolenniter ſubinde celebrẽtur. Quo interim fit, vt preces horariæ, ac reliqua publicè recepta pro affectu cuiuſlibet facilè nouentur, id quod nobis nõ ſatis probatur Neque enim errarunt patres, à quorum inſtitutis in dicendis precibus, vtinam tam longè diſceſſum nõ fuiſſet. Quòd ſi hic ſingulorum, affectibus indulgebitur, tandem antiquus ritus penitus euaneſcet. *Roma.10.*

Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. CAP. VIII.

Ex conci. NOn ſuffecerit autem preces iſtas horarias vtcunque per-
Agath. cũ murmuraſſe, ſed vt conciliari conſtitutione cautum eſt,
presbyter. presbyter ex intimo affectu, eleuatáque mẽte in ſolũ Deum,
Ex eodẽ cõ no cturnum hoc, diurnúmque ſuæ ſeruitutis penſum exoluat.
cil. gene- Maledictus enim qui facit opus dñi negligenter. Alioqui in
ral. c. dolẽ precãtes competet, Populus hic labiis me honorat, cor autem
tes de cele. eorum longè eſt à me. Quammaximè vero orantem cauere
Miſſar. oportebit, ne alio reſpiciat quàm ad Deum. Quòd ſi externę
Hier. 48. gloriæ aucupandæ, aut lucri gratia denique potius ex more
Eſa. 29. quàm mente orare inſtituat, pars eius inter hypocritas repu-
Matt. 6. tabitur, de quibus Dominus in Euangelio pronuntiauit, quòd
ament in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt
Matt. 23. videantur ab hominibus, proindéque mercedem ſuam recepe-
rint. Et alibi ipſis interminans: Væ (inquit) vobis Scribæ &
Lucæ. 18. Phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, oratio-
ne lõga orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidem dominus ait, Oportere ſemper orare, ac núquam deficere, ſed alia prorſus ratione quàm precabãtur Phariſæi: nempe ſecundum diuí Pauli ſententiam, qui diuini numinis clementiam ſibi conciliare volet orando, oculis interioribus
1. Cor. 14 in cœlum ſemper intẽtis, orabit ſpiritu, orabit pariter & mẽ-
1. Reg. 1. te: pſallet ſpiritu, pſallet & mẽte, quemadmodũ de Anna Samuelis matre legimus, quòd multiplicans preces, coram domino loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Effudit enim animam ſuam in conſpectu Domini. Denique curandum eſt, vt pœni-
Pſal. 49. tenti animo ac corde contrito, humiliatóque, gratiæ Deo dicantur, ac pſallatur. Vt enim diuinus Pſaltes ait: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? & ea quæ ſequuntur. Vtque oculi inter orandum ab omni vanitate auertãtur.

Summa deuotione Miſſæ ſacrum celebrari oportere. CAP. IX.

IAm ſi tanto mentis ardore quælibet preces dicendæ ſunt, quanta putamus deuotione ſacroſanctũ Miſſæ miniſteriũ, in quo corporis & ſanguinis dominici ſacramenta tractãtur, cõficiuntúrq;, peragendũ eſt? Certè grauiter dolemus atq; animo inhorreſcimus, vbi videmus paſsim tãtis myſteriis idignos ac cõductitios illos ac indignos ſacerdotes, publicis etiam ac mani-

manifeſtis criminibus contaminatos,ſeſe (idque irreuerẽter & interdum magis lucelli ac ſtipis, quàm Dei cauſa) ſacris ingerere, quorum inſtat interitus,& perditio non dormitat. Probet(inquit Paulus)ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat & bibit,non diiudicans corpus domini. Atque ideo(vt ſubdit)inter vos multi infirmi & imbeciles,& dormiunt multi. Nam ſi noſipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. *1. Cor.11.*

Arguuntur, qui polluta mente ad altare Domini accedunt. CAP. X.

TErret,nec imeritò,nos ſermo dominicus, qui vetat nos ſanctũ dare canibus,& margaritas noſtras proiicere ante porcos,quum quoſdã leuiculos ſacerdotes illotis manibus pedibúſque(vt in Prouerbio eſt) audacius in hæc ſacratiſſima myſteria,quàm in prophana irrumpere cœperimus. Quales ſunt,qui humano affectu tãtum, & potius ex more quam deuotionis ardore ad altare accedunt,quorum polluta eſt & mens & conſcientia, quos meritò horrendum Euangelij exemplum(quod Ioannis 13. legimus,in hæc verba: Et poſtquã accepiſſet buccellam,introiuit in eum Satanas.& cætera quæ ſequuntur)ad meliorem vitæ frugem,altiorémque tanti myſterij contemplationem reuocaret. *Matt. 7.* *Ioan.13.*

Recidenda Miſſalia ac Breuiaria. CAP. XI

PEculiaria Miſſarũ argumenta recens prę̃ter veterũ inſtitutionem inuenta etiã patribus diſplicuerunt,ꝙ tantum myſteriũ pro affectu cuiuſlibet tractari non debeat. Proſas indoctas nuperius Miſſalibus cæco quodam iudicio inuectas, prætermittere per nos liceret. Videbimur ergo operæpretium facturi,ſi Miſſalia perinde atque Breuiaria peruideri curemus, vt amputatis tantum ſuperfluis & quæ ſuperſtitioſius inuecta videri poſſint, ea tantum quæ dignitati eccleſiæ & priſcis inſtitutis conſentanea fuerint,relinquantur.

Quæ omitti aut decurtari,vel organorum vel cantorum concentu haud debeant. CAP. XII.

IAm & illud non rectè fit in qnibuſdã eccleſiis,vt ob cantorum & organorũ concentum,omittantur aut decurtentur ea quæ ſunt præcipua, Cuius generis ſunt recitatio verborum propheticorum,aut apoſtolicorum, quam epiſtolam vocamus, Symbolum fidei, præfatio, quæ & gratiarum

actio, atque precatio dominica. Quamobrem hæc tota diſtinctiſſimè ac intelligibiliter, vti cętera omnia (ſi tamē nō leuis decurtādi cauſa ſubſit) decātentur. Sit quoq; cātus quo presbytero reſpondetur, æqualis, nec præcipitatus.

Quemadmodum Miſſa legenda. CAP. XIII.

QVi legit Miſſam, cum reuerēda modeſtia, clarè, diſtinctè, & exertè legat omnia vſque ad canonem, vt qui audiēdi ſacri cauſa aſtat, quod legitur, intelligat, atq; ad pietatem excitetur.

Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. CAP. XIIII.

POſt eleuationē conſecrati corporis ac ſanguinis dominici in nōnullis tēplis canunt Antiphonas pro pace, aut contra peſtilētiam & mortalitatem, cum potius tum videretur ſilēdum, & ab omni populo mortis dominicæ cōmemoratio habenda, proſtatiſque humi corporibus, animis in cœlum erectis, gratiæ agendæ Chriſto redemptori, qui nos ſanguine ſuo lauit, mortéq; redemit. Cantiones vero illæ cōtra mortalitatē ſeu cladem, aut pro pace, ſatius poſt finitā Miſsā canantur. Quæ vt ad Deum dirigātur, excerpte ex canonica ſcriptura plus placuerit, quales ſunt Antiphonę, Media vita, ac, Da pacē domine, & ſimiles. Sic tamē, vt illis etiā quæ glorioſę virgini matri dicatæ ſunt, ſuus honos ac loc⁹ ſeruetur.

Ephеſ. 5.

Organorum melodia quemadmodum temperanda.

CAP. XV.

ORganorum melodia in templis ſic adhibebitur, ne laſciuiam magis, quàm deuotionē excitet, néve pręter hymnos diuinos ac cantica ſpiritualia quicquam reſonet ac repręſentet.

Singulis dominicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicenda. CAP. XVI.

MOs inoleuit non admodum improbandus, vt diebus dominicis toto fermè anno officium Miſſæ vel de ſacroſancta trinitate vel de Spiritu ſancto dicatᷓ. Nobis ſatius videtur, vt quæ priſca eccleſia ſingulis dominicis peculiaria fecit, obſeruentur. Quòd ſi illorum loco alia vſurpanda erunt, videbitur quod de reſurrectione domini eſt, diei dominico magis cōuenire, quòd dies illa potiſſimum reſurrectioni dedicata ſit. Neque ignoramus non abſque cauſa Concilio Triburien. conſtitutum, ne propter miſſas peculiares, Miſſa, quā de feria vocamus, prætermitatur.

De cōſe. diſt. 3. Sabbato c. 2. de feriis. Ex conci. Tribur. c. 2. de celeb. miſ.

Confeſ-

Confeſſio, Miſſæ præambulum, deuotè recitanda.

CAP. XVII.

Confeſſio illa Miſſę præambulum deuotè cum miniſtris vno aut pluribus viciſſim confitentibus, ac ſacerdotis abſolutionem in verbo Chriſti, plena pœnitẽtis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus recitanda. Ad omnes enim ſacro aſtantes, ea abſolutio refertur, vt dignè tantis myſteriis valeant intereſſe. Quamobrem dum hæc fiunt, non ſit miniſter accendendis luminaribus aut aliis mentem auocantibus (quæ prius facta oportuit) intentus.

Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat.

CAP. XVIII.

Nec ſine magna ratione in Concilio Toletano conſtitutum fuit, vt habeat quiſque canens Deo atq; ſacrificãs, poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem vbi temporis, loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, idque propter morbos & caſus diuerſos qui occurrere poſsũt, quo is qui impleturus officia accedit, ſi aliquo caſu turbatus, vel in terram eliſus fuerit, à tergo ſemper habeat, qui eius vicem & officium intrepidus exequatur. Aliis inſuper Canonibus cauetur, ne presbyter niſi duobus teſtibus præſentibus celebret. Quæ decreta in quam diſſuetudinem abierint, in aperto eſt, nimirum presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis qui vix ipſis reſpondere, nec quid agatur ſciant.

Ex conci. Toleta. c 11. c. vt il lud. de cõ ſe. diſt. 1.

De conſe. diſt 1. hoc quoque.

Omnis cultus diuinus ſumma cum veneratione peragendus. CAP. XIX.

In ſumma, cultus diuinus quem ſacerdos in domo Dei exhibet, debita cum veneratione peragendus eſt, vt & Deo gratus ſit, & inſpicientibus placitus, qui conſiderantes nõ ſolum inſtruat, ſed & reficiat. Monet ſiquidem diuiniſſimus Paulus, vt omnia noſtra ordinate ac honeſtè fiant, ac acerrimè increpat Corinthios, quòd irreuerenter conuenirent in vnum ad cœnam domini manducandam.

Ex conci. Lugdun. ſub Gregorio x.

1. Cor. 14

1. Cor. 11.

De vita ac moribus Clericorum. CAP. XX.

Nvnc de vita ac moribus paucis videamus. De vita inſtituenda ſic præcepit Paulus nedũ clericis, ſed omnibus Chriſtianis: Mortificate (inquiens) membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nunc Coloſ. 3.

autem deponite & vos omnia, iram, indignationē, malitiam, blaſphemiã de ore veſtro, expoliãtes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum qui renouatũr in agnitionem ſecũdum imaginem eius qui creauit illum, quia eſt omnia & in omnibus Chriſtus. Induite verò vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatē, modeſtiam, patientiam. Super omnia autem hæc, charitatē habere, quod eſt vinculũ perfectionis, & grati eſtote, verbum Chriſti habitet in vobis abundanter. In omni ſapientia docentes & cõmonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & patri per ipſum. Non ad oculũ ſeruiẽtes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timẽtes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut domino & non hominibus. Orationi inſtate, vigilãtes in ea in gratiarum actione. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Omnis autem ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Sed ſiquis bonus, ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei. Modeſtia veſtra nota ſit omnib⁹ hominibus. De cætero, quæcũque ſunt vera, quæcunque pudica, quęcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſiqua virtus, ſiqua laus diſciplinæ, hæc cogitate, & Deus pacis erit vobiſcum.

Ephe. 5. *Coloſ. 3.* *Colo. vlt.* *Philip. 4.*

Ob quam cauſam Clerici male audiant ac puniantur.

CAP. XXI.

OLim Clericis hæc apoſtolica præcepta tenẽtibus pax ſuper illos erat, quomodo ergo nõ tantum vinea, ſed & vineæ cultores facti ſunt in direptionē? Ecce (inquit Ezechiel, ad Hieruſalem verba faciens) hæc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ ſunt, & fecerũt abominationes coram me, & abſtuli eas, ſicut vidiſti.

Galat. vl. *Eſaiæ. 5.* *Ezec. 16.*

Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. CAP. XXII.

PRæcipuę ergo cauſæ omnis mali ſunt, faſtus, luxus, & auaritia, à quibus Clerici potiſſimum male audiunt.

Ambi-

Ambitionem ac faſtum clericali officio maximè repugnare.

CAP. XXIII.

VT omnē ambitiōnis radicem Chriſtus diſcipulorū cordibus eximeret, paruulum in medio illorū ſtatuit, déq; primatu certare prohibuit: Qui maior (inquit) eſt i vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt? qui recumbit, an qui miniſtrat? Nónne qui recumbit? Quis verò ignorat Clericū in medio eccleſiæ eſſe tanq̃ eum qui miniſtrat? Quare meminerimus potius officij noſtri quàm dignitatis. Neque enim ad dominationem vocati ſumus, ſed ad opus. Nō immerito Hieronymus, vt peſtem quãdam fugiendos Clericos ait, qui à ſpeluncis domorū paternarum abſtracti, & poſt in eccleſia ſublimati, ac ſacerdotiis ditati, vanæ gloriæ & ſuperbiæ ſtimulis efferuntur.

Matt.18. *Luc.22.* *Hieron.*

Omnis luxus Clerico interdictus. CAP. XXIIII.

BEatus Hieronymus eccleſiæ præfectos, qui luxu ac deliciis affluunt, Micheam deſcribere aſſerit, quòd eiiciendi ſint de ſpatioſis domibus, lautíſque conuiuiis, & multo labore conquiſitis epulis, in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Viuere quidem de altario ſacerdoti licet, luxuriari nō permittitur. A crapula itaque & ebrietate, à cōpotationibus illis ad hauſtus æquales, à luxu, ab alea, ab immoderatis ſumptibus & comeſſationibus Conciliū generale Clericos reuocat vniuerſos, ſequutum veteris teſtamēti inſtitutū, quo miniſtris templi vinū & ſicera prohibebatur, ne ebrietate grauarentur corda eorum, & vt ſenſus eorū ſemper vigeret & eſſet tenuis. Et Apoſtolus ait: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto. Et iterum: Nō in cōmeſſationibus & ebrietatibus. & quæ ſequuntur. Atque alibi Solomon: Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens.

Hiero. in Mic.c.2. *Mat.22.* *Ex conci. general. de vit. & ho. cler. c. A crapula.* *Ephe.5.* *Roma.13* *Prou.20*

Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, niſi neceſſitatis cauſa intrare. CAP. XXV.

OLim tāta honeſtas deſiderabatur in clero, vt ne nuptialibus quidem cōuiuiis ipſis intereſſe liceret, nec immiſceri ſpectaculis ac cœtibus, vbi amatoria cantantur, aut obſcœni motus corporis, choreis & ſaltationibus efferuntur, ne auditus & intuitus ſacris myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid ſi videret eccleſia illa priſca Clericos noſtri temporis

Ex cōcil. Agath. Laodic. Carth. vlt.

Ex conci. Viennẽ. tabernarios, tabernisque (quaſi domos non haberent) noctu diuque alligatos, quàm execraretur facinus? Poſthac ergo, nõ ſolũ nullus ex clero ſordidiſsimum cauponem aut tabernariũ agat, ſed ne ad tabernas quidem niſi neceſſitatis cauſa diuertat: alioqui pœnæ canonicæ imminent ei, qui ordini ſuo hanc ignominioſam notã inurere tentauerit.

Habitus, ſeu exterioris corporis cultus modeſti, à clericis exigitur. CAP. XXVI.

1. Tim. 2. BEatiſſimus Paulus habitus modeſtiã & in mulierib⁹ deſiderat, quem vult verecundum eſſe, non intortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Itidem Apoſtolus Petrus eas commendat, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorũ cultus, ſed qui abſcõditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſte ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Quàm turpis ergo putanda eſt in clericis tãto gradu ſublimioribus deformiſſima illa ac frequentiſſima noſtræ tempeſtatis habituũ variatio, quam ne infirmiori quidem vaſculo Apoſtolorum principes permittandam duxerunt? Ex veſte apud homines ſanctimoniæ opinionem aucupari prohibuit Chriſtus, qui in omnibus operibus noſtris, id quod intus eſt, primum reſpicit, mundarique iubet: deinde quod deforis eſt, Væ illud horrendum pharisæis hypocritis interminans, qui vt viderentur ab hominibus iuſti, dilatabant phylacteria ſua, & magnificabant fimbrias, cùm eſſent intus pleni rapina & immunditia. Interim tamen euangelium non temerè veſtimentum Ioannis Baptiſtæ (quod illius profeſſioni ac mẽti reſpondebat) de pilis camelorum contextum celebrat, ac ipſe Chriſtus veſtium molitiem ac linitatem auerſatur: Ecce (inquiẽs) qui mollibus veſtiũtur, in domibus regum ſunt. Quæ omnia huc ſpectãt, vt velimus clericos præter indictam tonſuram, veſtes quoque ſuo ordini congruentes deferre, quemadmodum olim generali Concilio cautum eſt. Pudet ſiquidẽ nos, cum videmus prodire clericos perinde atque ſeculi milites amictos, vel qui ſint vt fœmina compti. Itidem pannoſi clerici ac veſtibus laceri diſplicent. Neque enim affectatę ſordes, aũt exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.

1. Pet. 2. — Matt. 23. — Matth. 3. — Matt. 11. — Ex conci. genera. c. Cler. de vita & hon. Cler. — Hierony.

Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe venditare in Capellanum, delicato laico aut mulierculæ. CAP. XXVII.

Magna

MAgna eorum leuitas eſt, in magnam cleri ignominiam redundans, qui ſe laicis atque adeò delicatis fœminis, ventris cauſa, in Capellanos (vt appellant) atque anteambulones venditant. Qui enim debebant eſſe gregis duces, rediguntur in caudam, & ſordidiſſimis quibúſque negotiis alligātur, Proch nefas. *Hiero.*

Suſpecta mulierum cohabitatio clericis interdicta.

CAP. XXVIII.

NIcæno Concilio, neque Epiſcopo, neq; presbytero, neque diacono, neque vlli clericorū omnino habere ſecū mulierem extraneam permittitur, niſi fortè mater, aut ſoror, aut auia vel amita, vel matertera ſit. Nos (ſi tamen hæc tempora tantam ſeueritatem pati non videntur) ſaltem ſuſpectam cohabitationem prohibemus. *Ex cōci. Nicæno.* *Ex conc. Mogun.*

Auaritia in clero execrabilis. CAP. XXIX.

EX quo in eccleſia Dei auaritia creuit, periit lex de ſacerdote, & viſio de propheta, quemadmodum diuus Hieronymus ad Ruſticum Narbonen. ait: Nec mirum quod nemo poſſit ſeruire Deo & mammonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſubſtinebit, & alterum contēnet. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuū. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, quiſque ſecundum ſuæ vocationis rationem, his contenti ſimus. *Exec. 7. Hiero. ad Ruſt. Mat. 6. 1. Ti. 6. Ex cōci. Cartha. ca. cler. vict. 91. diſt.*

Honeſto artificiolo victum quærere clerico licet.

CAP. XXX.

QVibus nō ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo victum quærant, ſequuti diui Pauli exēplū. Sic tamē, ne ſordidam aliquam artem ſacerdotio ignominioſam exerceat. *Act. 18 Ephe. 4. 1. cor. 4. 2. Ti. 2.*

Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores.

CAP. XXXI.

NEmo militās Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Quare multa prouidentia olim vetitum eſt, ne clerici vel monachi, mercatores (tacemus fœneratores) ſint lucri cauſa. *Ex cōci. Mog. c. 1. ne cle. vel mo. c. ſo. eo. tit.*

Damnantur clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac lenticuli.

CAP. XXXII.

REperiuntur qui ſuperſtitioni, diuinationibuſque ac ſortibus dediti ſunt, quos damnamus. Sunt qui ſcurras in conuiuiis diuitū ac potentum agunt, qui cūm malefacerint, gloriantur & exultant in rebus peſſimis, qui digni non ſunt, *In concil. Agat. 7 c. quā ſit graue. de exceſſ. præ-*

23. *diſt.* vt clerici appellentur. Sunt curioſi & leuiculi, qui in foris, in
c.his. compitis, in plateis, in vicis obambulāt, vagis oculis, effrę̄ni,
lingua petulante, fluidoque inceſſu, & leuitatem animi, impu
dentiamque mentis oſtendunt, quos auerſamur. Eos verò tā-
tum & re & nomine clericos reputamus, qui legem Dei die
noctuque meditantur, munus ſuſceptum debitè exequūtur,
ac vitam agunt ſacerdotio dignum.

DE METROPOLITANIS, CATHEDRALIBUS, & collegiatis eccleſiis, & in his miniſtrantibus.

CAP. I.

QVVM Metropolitana ſeu Cathedralis eccleſia
ſedes ſit epiſcopi, prīcipēq; locū in Clero ob-
tineat, nequaquam poſtremū in reformatione
locū obtinere debet. Niſi enī ea eccleſia prę̄lu
ceat omnibus, quæ in tota prouincia aut diœ-
ceſi conſtitutæ ſunt, fruſtra in[illegible]ndimus redi-
gere in ordinem eccleſiaſticæ diſciplinæ cæteras.

De officio Decanorum. CAP. II.

PORrò quū collegiatæ eccleſiæ ſecūdariæ ſint poſt cathe
drales, & inſtar illarū (quod ad ordines miniſtrātiū, diui
numque cultū attinet) conſtitutæ, vtrobique Decanis cu
ræ erit, vt cleros ſuos ad obſeruationem piorum rituum pro-
uocent ac reducant, vt ad agendam vitam clericis dignā per-
petuo cohortentur, ac impellant, vt à negotiis, à tumultibus
mundanis reuocent, ne magis ſeculi, quàm Chriſti milites vi
deatur, vt comeſſationib. ebrietatibus ac omni luxui interdi
cant, denique vt ſingulos ſuo officio ſatisfacere compellant.

De officiis in euiuſcemodi eccleſiis miniſtrantium generatim. CAP. III.

SVnt in hiſce eccleſiis diuerſi miniſtrantium gradus: nem
pe Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Scholaſtici, Canto-
res, qui & Choriepiſcopi, Theſaurarij, qui & ſacriſtæ, ſeu cu-
ſtodes, canonici, vicarij, atq; id genus alij. Interpretet quiſ-
que vocabulum ſuum, & curet eſſe quod dicitur, ſecundū ve
terem patrum inſtitutionem ac regulam. Atque eo ſolo fece-
rint, vt cum noſtræ, tum omniū piorum expectationi magna
ex parte reſpondiſſe videantur.

De Cano-

De Canonicorum vita & officio. CAP. IIII.

VT de Canonicis dicamus paucis: Reſpondeat eorũ vita titulo, reſpondeat nomini: ſint re ipſa, vt ſunt nomine, Canonici, id eſt regulares. Neq; enim clàm eſt primam eorũ originem monaſticæ diſciplinæ fuiſſe. Imitentur Apoſtolos & naſcentis eccleſiæ miniſtros, quorum erat cor vnũ, & anima vna, qui quotidie (vt in Actis Apoſtolicis legimus) perdurantes vnanimiter in templo, & frangẽtes circa domos panẽ, ſumebãt cibũ cum exultatione & ſimplicitate cordis, perſeuerantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu Pſaltes dixit: Ecce quàm bonum & quàm iucundũ, habitare fratres in vnũ. Qui & cõpellans ac prouocans eiuſcemodi conuentum, ait: Ecce nũc benedicite domino, omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini, in atriis domus Dei noſtri. Porrò, eccleſiæ iſtæ collegiatæ quandam vetuſtatem ſpirant, & eccleſiæ primitiuæ inſtitutum præ ſe ferunt, quod vel forma ædificiorũ oſtẽdit, quæ Canonicos prope templum in vnũ penè habitaculũ collocauit, vt procul à promiſcua multitudine ſeparati, diuinis pariter laudibus iugiter inſiſterent.

Act. 2. *Pſal. 133* *Ibidem.*

Quemadmodum preces horariæ aliaque diuinæ laudes decantandæ. CAP. V.

STatis ergo ac debitis horis, laudes diuinæ non curſim ac feſtinanter, ſed tractim: non truncatè, ſed integrè, diſtinctè, deuotè, reuerenterque ab omnibus decantentur, perſoluanturque. Et quum pſallendi gratia conueniatur ibidẽ, muta aut clauſa labia nemo tenuerit, ſed omnes pariter, ſenes cũ iunioribus laudent nomen domini in pſalmis, hymnis & cãticis, Deo alacriter modulantes: ſic tamen, ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cùm publicè vel preces horariæ vel miſſæ ſacrum cantãdo peragũtur, legat vel dicat priuatim officium: nam is id, quo obnoxius eſt, choro ſubtrahit, atque alios vel pſallentes perturbat, vel à pſallendo retrahit. Quem tamẽ aliud officium eccleſiaſticum aut publicum aliò ſtatim rapiet, vt niſi legens preces horarias tẽpeſtiuè abſoluere haud poſſit, hac lege teneri nolumus. Quàm autem à vero aberrant, qui exiſtimant ſeſe non alicuius officij in eccleſia exercendi ſed quietis & inertiæ tantum cauſa canonicatus eſſe adeptos? Perinde atque ſatis ſit paucis quibuſdã clericis admodum ignaris, tenui pretio cõductis, curam diuini

Ex cõcil. Agath. & c. presbyter. c. docentes. de cele. miſſa.

officij committi, quod deinde eiuſcemodi mercenarij, nõ ſer uatis temporum interſtitiis, ſyncopando tranſcurrunt, inte rim ipſis canonicis tota vita torpentibus.

Inter ſacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei aut eccleſiæ oculos offendat. CAP. VI.

LOngè verò abominabile eſt, quòd quidã tum, cum diui na aguntur, inter ſeſe de rebus prophanis tractant, muſ ſitationes, colloquia, riſus & cachinnos intermiſcent. Quidã aut in aliquem chori angulũ ſe recipientes, de nugis, ne quid grauius dicamus, commentantur, aut foris per templum ma gno cum populi offendiculo deambulantes, oculos pariter & aures ad vanitatem conuertunt, atque ſacra loca fœdant, po ſiti in lapidem offenſionis & petram ſcandali. Hac lege nul lum excipimus, ſiue claris ſit natalibus prognatus, ſiue ple beius: Quin potius, qui genere præſtant, meminerint ſe illic canonicos agere, & conuerſari nõ in aulis, ſed in ſcholis vir tutum ac eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Decani templi ſummi poteſtas in præuaricatores. CAP. VII.

FAcimus quoque Decano eccleſiæ noſtræ poteſtatẽ perſo nas eccleſiaſticas ex aliis collegiatis eccleſiis, interdũ ma gis curioſitate rerum nouarũ, quàm deuotionis cauſa ad tẽ plum ſummum ſe recipiẽtes, ac inibi, præter omne decorum, ſæpe etiam eccleſiaſtico habitũ non amictas, inter laicos ſur ſum ac deorſum inambulãtes, pœna canonica, nimirũ ſuſpẽ ſionis tẽporariæ, aut maiori etiã pro ratione culpę coërcẽdi.

Quem oporteat eſſe veſtitum miniſtrantium in hiſce eccleſiis. CAP. VIII.

DE veſtitu clericorum ante diximus, qui in his tanto de bet eſſe decentior, quò ſunt altiori loco, perinde q; at que in ſpeculo quodam conſtituti. Sit ergo chorũ ingredien tibus veſtis talaris, ſint pilei (quæ bireta vocamus.) ſint cami ſię, ſint denique calcei pariter & caligę tales, in quibus nõ fa ſtus, iactantia, elationis vitium, vel mentis leuitas, ſed clerica lis ordinis honeſtas & modeſtia deprehendatur. Siquidem ita ſemper viſum eſt maioribus noſtris, externum habitum quid intus crepet, deſignare: adeò vt & leges ciuiles iniuriam ma tronæ, habitu meretricio vtenti, illatam, non vindicent, ac ca nones clericum non alligatum coniugio, habitum ac tonſurã clericales deſerentem, poſt tertiam monitionem: clericum ve rò coniugatum, ſtatim priuilegio exuãt clericali: adeò vt ſic in ma-

Agaten. 20.

Hrno. 3. c. ex par te. de pri uil. & exceſ. priuile.

in maleficiis deprehenſi,animaduerſionē ciuilium magiſtratuum nō euadant.Ne autem poſthac quiſpiam excuſationem non factæ aut præuiæ monitionis prætexat,hac noſtra ſynodali cōſtitutione omnes (quotquot ſunt in noſtris diœceſibus conſtituti)clericos qui habitu minus decenti vtūtur,monemus,vt intra tres menſes,quorū ſingulos pro ſingulis dilationibus,tertiam vero vti peremptorium terminum præfigimus,habitum qui clericos deceat,reaſſumāt:Alioqui ipſo facto nulla poſthac alia monitione expectanda, in cenſuras ac pœnas conſtitutionnm canonicarum incurſuri.

Decani vndiquaque aduigilabunt. CAP. IX.

QVo ergo hæc quę diximus repurgētur,ac debitè ſimul cū omnibus aliis ad diuini officij proſequutionem ac chori diſciplinā ſpectantibus obſeruētur,Decanus diligēter inuigilabit,hinc& hinc circūſpiciēs,ne quid inordinatè fiat.

Ante omnia vero vt canonici ſacris adſint. CAP. X.

QVi ante omnia curæ erit,ne quis canonicorū ſacris abſit,ſed vt qui emolumētum ferre volent,officium quoque ſuum,propter quod beneficium datur,in ecclesia gerāt. Aurelianen.Concilio cauetur,clericos qui officio adeſſe cōtemnunt,eccleſiaſticam diſciplinam arbitrio Epiſcopi recepturos.Sed facile caſtigabitur hic lapſus,ſi negligentes ſubtractione prouentuum ſeu diſtributionū mulctentur.Quare qui ab epiſtolæ lectione,exinde toti Miſſæ,& à primo pſalmo,ſingulis horis canonicis integris ac minime interpellatī anisi forſan neceſſitate auocante,petitaque ac obtenta licentia)non interfuerit, iuſtum eſt, vt hic illius horæ aut officij ſtipendio in totum careat. Aur.23.

Vicarij vt diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. CAP. XI.

QVi Vicarij dicūtur,in quibuſdā collegiis ſe in libertatē quandā potius carnis quàm ſpiritus vindicare cōtendunt,nolentes choro,decātandiſque ſimul cum canonicis diuinis laudibus ac ſacris eſſe addicti:ſed hi reſipiſcāt,ac incipiāt intelligere cur Vicarij dicātur.Superpelliceis quoque vtantur.Cuius enim vices gerent,niſi canonicis adiutores accedāt?Horum nimirum vice,qui vel aduerſa valetudine detenti,vel negotiis neceſſariis auocati,intereſſe nō poſſunt.Cur tandē ſuperpelliceis vtentur,qui chori ſacris ſe mācipatos nō agnoſcunt?In ordinem ergo diſciplinæ redigā-

tur, ſuſpenſioniſque pœna, etiam à fructibus, nedum quotidianis illis quæ diſtribuuntur, ſed à groſſis etiam pro culpæ modo animaduertendum in non parentes.

Ad perſonalem reſidentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum eſt impoſita. CAP. XII.

QVorum fundationes perſonalē reſidentiā requirūt, illi aut ipſi reſideant, aut a prouentuū perceptione ſuſpendātur, & fructus illi in alios pios vſus cōuertantur, niſi qui reipublicæ cauſa ex authoritate noſtra abſuerint.

Lucri tantum cauſa ſacris adeſſe non oportere. CAP. XIII.

VTinam optando à Deo Opt. Max. conſequi poſſimus, ne quiſquā lucri cauſa diuinis intereſſet: alioqui non acceſſurus ſacra, veluti quem nummi magis, quàm Dei amor in templū trahit, quæſtum pietatem eſſe putans: qui, non dubium, ex numero eorū eſt, de quibus Eſaias dixit: Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Nec multū is abeſt (vti pleriſque doctiſſimis viris placuit) ab horrendo crimine Giezi, qui exiſtimauit diuinum munus pecunia redimendū. Quare viderint clerici noſtri, vt eorū mens & intentio tota in Deum referatur, vt cum Dauid confiteantur Deo in directione cordis, ac in labiis ſuis pronuntiantes omnia iudicia oris eius. In via etiam teſtimoniorum dñi delectentur ſicut in omnibus diuitiis. Optandum, vt Pſalmus ille centeſimus decimuſoctauus, qui toties nō ſine cauſa in eccleſiis replicatur, ore ſimul & correſpondente ſingulis verbis mente decantetur. Et cum eodem Pſalte ex animo dicatur: Volūtariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt. Nō adimit Chriſtus, ſed decernit operanti ſuā mercedē: Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et: Qui altario deſeruit, de altario & viuet. Sed interim cogitare debet clericus ſe viuere nō vt edat, ſed edere vt Chriſto viuat, habereque ſemper menti reconditum Chriſti verbum: Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

(Margin: *Eſa.1.* — *4.Re.5.* — *Pſal.118* — *Pſal.53.* — *1.Cor.9.* — *1.Tim.5* — *Math.6*)

Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. CAP. XIIII.

CApitula vero diſciplinæ (quæ vocāt) multo maiori diligentia obſeruentur atq; hactenus. Id ita fiet, ſi non tam prophanę q̄ res ſacræ in his tractētur, Si de moribus inquiritur, ſi vita expendatur ſingulorū: & quod olim ſancti patres feciſſe dignoſcūtur, extemporali oratione interdū commonerētur fratres. Et in primis ad ſacras literas capeſſendas inſti-

inſtigarentur, atque vt in his optimas horas collocarent, incitarétur, quòd hic reperiatur fons vitæ ſcaturiens, ex quo qui haurit, non ſitit in æternum. Hic theſaurus euangelicus (propter quem oportet vendere vniuerſa) reconditus ſit, ex quo prudens ille paterfamiliâs profert noua & vetera. *Ioan.4.* *Matt.13*

Officium Decani in rebelles. CAP. XV.

SI quos Decanus rebelles cernat, ſi diuini cultus atq; ſui officij negligẽtiores, ſi rixoſos, ſi litigioſos, ſi percuſſores, ſi aleatores, ſi ſcorta fouẽtes, aut aliis publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire recuſauerint, agat in his capitulis quod iubet Paulus: Peccantes, coram omnibus corrige: Tum ſi reſipiſcere nolint, arceat à ſacris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem reuertantur, ſic tamẽ, vt hic ſeruetur regula apoſtolica: Corripe inquietos, conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes. & neque ira, neque odium, neque rancor vllas ſibi partes vendicet. Nam illa præpoſitorum ſolicitudo eſt vtilis, illa cautela eſt laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil ſibi vendicat. Ira enim ſæpe etiam innocentes ad crimen inducit. Dũ enim iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coërcere peccata grauiora committimus. Per hæc tamen noſtris ac eccleſiarum prouinciæ noſtræ priuilegiis ac legitimis conſuetudinibus, & pręſertim mori ac conſuetudini qui in aliquibus eccleſiis eſt (nempe vt cauſæ diſciplinæ per Diaconos diiudicentur) nihil præiudicamus, modo tamen Diaconi ad requiſitionem Decani, ſuo officio grauiter ac ſtrenuè incumbant ac ſatisfaciant. Quòd ſi Decanus & Capitulum negligentes, aut eiſdem criminibus irretiti fuerint, ad iuris cõmunis depoſitionem redire, neceſſe erit. *Ex conci. Agat. c. 2.* *1. Tim. 5.* *1. Teſſ. 5.* *Innocen. Pap. 2.* *Grego. ad Mau. Im. c. illa. 11. q. 3.*

Contentioſi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. CAP. XVI.

INuidiæ detractioniſque vitium longè omnium peſtilentiſsimum, in collegiis non eſt nouum, quòd humani generis hoſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt, quemadmodum de Abel & Cain, de Ioſeph & fratribus eius legimus. Quin parum aberat ab omnium ſanctiſsimo illo collegio, nempe apoſtolico niſi pacificator Chriſtus Ieſus interceſſiſſet, ac Satanam repentè eieciſſet. Hinc ſæpenumero in clero rixæ, iurgia, & iniuriæ naſcuntur. Hinc multę falſæ criminationes, æmulationes, obtrectationes & delationes oriuntur. *Gene.4.* *Gene.37.* *Ioan.13.*

Et fit lingua ordinata in laudem Dei, inquietum malum, plena veneno mortifero. Fit denique vt in ea qua benedicimus Deum & Patrem, in ipſa maledicãtur homines, quĩ ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Atque ex eodẽ ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet (inquit diuus Ia-
Iacob. 3. cobus) fratres mei hæc ita fieri, ſed qui ſapiẽtes & diſciplinati inter vos, oſtendant ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Nam ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non enim eſt iſta ſapiẽtia de ſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio eſt, ibi inconſtãtia, & omne opus prauum. Quæ autem de ſurſum eſt ſapiẽtia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus enim iuſtitiæ in pace ſeminatur, faciẽtibus pacem. Proinde ſi quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Hæc ille.

Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. CAP. XVII.

Ex cõcil. Agath. c. 13.

A Gathenſi Concilio conſtitutum eſt, vt quicunque odio aut lõginqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari nequiuerint, primitus arguãtur. Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intẽtione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excõmunicatione pellantur. Decanus ergo, vbi viderit intercedere inter fratres diſſentionis materiam, quæ fraternã dirimat charitatem, huius Canonis autoritate vtatur, ac pro pace ſarcienda conſeruandáque, Capituli ſui conſilium atque auxilium imploret, quod inuicem libenter præſtabũt, cuiuſcunque odio vel amore longe poſtpoſito.

Quo tempore Capitulorum quotidianorum conuentus obſeruandi. CAP. XVIII.

QVotidiani Capitulorum conuentus, aut maturius ſub ſummam Miſſam, aut ſtatim poſt illam ſeruandi ſunt, ne ob illos diuinum officium vel ſuſpendatur, vel præcipitetur, vel denique ab ipſis Canonicis negligatur. Debet enim Dei cauſa omnibus aliis anteponi.

Volumina ſtatutorum reuidenda. CAP. XIX.

HAbent ferè quotquot ſunt cathedrales ac collegiatæ eccleſiæ ſuũ volumen peculiariũ ſtatutorum, quæ interdũ

pro

pro affectu priuato cuiuſlibet augentur ac creſcũt. Inter hæc reperias quamplura, quæ quæſtum magis quàm pietatem reſipiant, & ad inæqualitatem potius, quàm æqualitatẽ faciãt: vnde diſcordia inter fratres (vti fieri ſolet) frequenter alitur, concordia verò ſcinditur, laceratúrque. Et quantumuis pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes qui recens admittũtur, vt ad eiuſcemodi ſtatutorum obſeruationem (etiam penitus ignari, quid contineant illa citra vllum delectum) iureiurando ſeſe alligant, quum tamen iuramẽtum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæpretium itaque nobis videtur, huiuſcemodi ſtatutorum volumina inter viſitandum excutere, & quæ Euangelicæ puritati, atque fraternæ charitati, denique diſciplinæ eccleſiaſticæ minus cõſentanea reperta fuerint, reſecare, cauerèque, ne poſthac vlla noua ſtatuta in eiuſmodi eccleſiis (niſi tamen noſter acceſſerit calculus) edantur. *Cap. 1. de iure- iur. in 6.*

In Capitulis à iuramentorum facili exactione temperandum. CAP. XX.

ET quum Chriſtus tanto ſerio iurandi facilitatem prohibuerit, vt niſi neceſsitate veritatis, alioqui periclitandæ cogamur, omnino nõ iurare debeamus, coërcenda eſt illa immoderata in Capitulis iuramentorum exactio, per quam neceſſe eſt, vt multi in ancipitia periuria corruant, quorum non tantũ illa qui peierant, ſed & qui cauſam periurij temerè exigendo præſtant, rei ſint. Nam Chriſti verbum eſt: Sit verbum veſtrum, eſt, eſt: non, non: quod amplius eſt, à malo eſt. Et in Eccleſiaſtico legimus: Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga. Si noſipſos iudicaremus, non vtique diiudicaremur. *Matth. 5.* *Cap. & ſi Chriſtus. de iureiu.* *Eccle. 32.*

Inter viſitandum de moderandis annis (qui expectantiæ appellantur) videndum. CAP. XXI.

NVm annos (qui expectãtiæ appellantur) moderari poſsimus, videbimus inter viſitandum, quando nobis vel id maximè curæ erit, vt qui recens acceſſerũt Canonici, aliquot annis de conſenſu Capitulorum ſuorum, bonarum, ac potiſsimum ſacrarum literarum ſtudiis in Academia aliqua publica & bene Chriſtiana incumbant, vtque tum ſequantur illos interim reditus præbendarum ſuarum quotidianis diſtributionibus tantum exceptis, aut portio eiuſcemodi perſonis, iuxta eccleſiarum ſtatuta & conſuetudines aſsignata. Multùm enim

Hono.3. c.ſuper ſpecul.de magiſtra. refert viros doctos eſſe in eccleſia Dei, qui veluti ſplédor firmamenti fulgeant, & tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri, ad iuſtitiam plurimos valeāt erudire. Indignum ergo ſtudio tam frugifero intentos, ac in vinea domini operantes, diurno denario fraudari, modo tamen teſtimoniū exhibeant magiſtrorum, quòd totos illos annos rectis operam dederint diſciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias, (quæ ſe latius porrigunt) nolumus coarctare.

Non oportere à Canonico recens admiſſo, pecuniam ſtatutariam duplicatam ob anteceſſorem exigi. CAP. XXII.

NEc ferendus nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo ad vnam præbendam receptus, ob ſuos in eadem præbenda anteceſſores non receptos (à quibus ius non habet, c. non debet. de re. iur. in 6. ſed potius a conferente vel inſtituente) pecuniā ſtatutariam, ſæpius exoluere compellitur. Nec ignoramus quoſdam Decanos & capitula in eo eſſe, vt hæc pecuniaria onera (quæ recēs recepti, contra ſacrorum Canonum diſpoſitionem grauātur) in dies nouis quibuſdam adinuentionibus grauiora, ac tandē importabilia efficiant: quod penitus improbamus.

Communi neceſſitati eccleſiæ, communi contributione conſulendum. CAP. XXIII.

QVòd ſi fabricę aut alia neceſſitas eccleſię immineat, ſatius eſt, vt quod in cōmunem vertetur vtilitatē, ex cōmunibus reditibus deſumatur, quàm vt quis priuatim grauetur. Euangelicum præceptum eſt, in quo vniuerſa lex conſiſtit & Prophetæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et Matt. 7. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapidem, omnes actiones ſuas, quum omnes Chriſtianos, tum viros eccleſiaſticos redigere, æquum eſt pariter, ac neceſſarium.

Tribunalia extra templa collocanda CAP. XXIIII.

Ex conci. Lugdu. c. decet. de imm. eccleſ. lib. 6. CVm in quibuſdam noſtris templis iuriſdictionis eccleſiaſticæ officiales pro tribunali ſedeant, ad quod interdum multò cum tumultu concurritur delitigatúrque: viſum nobis eſt, vt hæc tribunalia, foris, intra tamen eccleſiarum pomœria, collocentur. Cordi ſiquidem nobis eſt, vt quæcunque diuinū officium perturbare poſſunt, aut diuinæ maieſtatis oculos offendere, è templis eliminentur, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulenda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.

Optan-

Optandum, vt deambulationes in hiſce eccleſiis prohiberi poßint. CAP. XXV.

ATque vtinam cōmodè deambulationes etiam illas laicoru(qui ad cathedrales ac collegiatas eccleſias ſola rerum nouarū curioſitate ducti cōfluunt, ibidémque nihil minus q̃ de rebus ſacris, quæ inſpectātibus illis agūtur, cogitant) ſubmouere poſſimus. Grande equidē putamus piaculū, tam venerāda myſteria, quibus aſtat Deus, & inter quę Chriſti corpus & ſanguis cōficitur, tam irreuerenter haberi: tacemus ꝙ domus Dei contemnitur, de qua Chriſtus eiecit ementes & vendentes, & nō ſinebat, vt quis trāsferret vas per templū, & dicebat docens: Nonne ſcriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autē feciſtis illam ſpeluncam latronum? Duplici cura hic videbitur opus tum vt prædicatores verbi Dei ex ſuggeſtis populū ab iſtis deambulationibus ex ſcripturis deterreāt, tum vt magiſtratus ciuiles huic rei corrigendæ officium accōmodent, cum quibus hac de re agemus. *Marc.11.*

Theatrales ludos non inferendos templis. CAP. XXVI.

OLim theatrales quoq; ludi & laruarū ludibria inferebātur tēplis peſſimo quidē exēplo, adeò vt pro v.ſione canonica(quā his teterrimus abuſus aboleretur)opus fuerit quē ex noſtris diœceſibus, iam, vt ſperamus, eiectum gaudemus. *Inno.3.c. cū decorē. de vit & hon.cleri.*

Cuiuſdam abuſus abrogatio. CAP. XXVII.

IN quibuſdā collegiatis eccleſiis ad ſummū altare, non ordinarij, ſed mercenarij clerici presbytero ſacra peragenti miniſtraturi adiūgūt, qui tamē officio ſuo ſatisfaciūt minus, quū ab altari ad ſubſellia, ex quibus ſuccinūt, à ſubſelliis rurſus ad altare multū incōpoſitē ſubinde diſcurrūt: quod fieri nō oportuit, maximè eccleſiis illis, quæ ordinariis pſonis abūdant, & quorū miniſtri copioſis reditibus ſunt ditati. Nā oīs occaſio cōtēptus & ſcādali promiſcuo vulgō adimēda eſt.

Proceßionum Collegiatarum eccleſiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. CAP. XXVIII.

PRoceſſiones eccleſiarum collegiatarum ad ſummum templum, quæ diebus maximè celebribus ac feſtis fiunt procūldubio inſtitutæ ſunt cauſa cōueniendi illuc ad Miſſas epiſcopales, deſideriōque recipiendi cōmunionem, vel benedictionem epiſcopalem: iam quum illi cōuentus ſpeciem quidem antiquitatis & nihil præterea repræſentent, imò pernicioſę euagationis materiam & crapulæ occaſionē diebus illis *Agathē. c.63.& 64.*

ſacratiſſimis præſtét,illas nobis eatenus abrogare viſum eſt, vt Collegia in ciuitate noſtra Colonië.in quatuor illis ſummis anni feſtis ac diebus celebribus ſequẽtibus,quæq; in ſuis eccleſiis diuinum officiũ ſtatis horis reueréter ſolenniterque cõcelebrent ac peragant:neque his diebus, niſi quum nos in ſummo tẽplo noſtro pręſentes erimus, collegialiter accedãt. Nam quanrúla ſit deuotio collegiorum quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio,ſatis in aperto eſt. Tacemus,ꝙ interim apud ipſas collegiatas eccleſias hiſce diebus,maximè inſignibus,ſolenne officium prætermittitur: aut ſi quod dicitur,verius præcipitatur ac truncatur,quàm celebratur.

De proceſsionibus non abrogatis. CAP. XXIX.

RELiquas autẽ proceſſiones more antiquo obſeruari volumus : iubemus tamen vt clerus ciuitatis noſtræ abuſus, qui hactenus irrepſerunt, matura conſultatione præuia, tollere peragat.

Quomodo ad anniuerſaria Epiſcoporum in maiori eccleſia conueniendum ſit. CAP. XXX.

DVm vigiliæ in anniuerſariis Epiſcoporũ in ſummo noſtro templo,cõuenientibus illuc collegiis, perſoluuntur,inconcinnius atq; adeò ſpecie ipſa nõ ſatis pius ac deuotus,cãtus editur. Quare nobis viſum eſt expedientius,vt collegia ſingula in ſuis templis vigilias haſce deuotè abſoluant, dein eccleſiam noſtram maiorem ad ſacrũ tantum accedant, illic tantiſper facturi moram,donec id compleatur, ſingulis interim animum ad Deum ac pias precationes conuerſuris, quemadmodum ſuperiori articulo diximus.

Minora miniſteria idoneis committenda,ac decenter peragenda. CAP. XXXI.

Ex conci. Mogunt. de vit. & ho. cler. c. nõ liceat. *Ex conci. Agathẽ. c ſacr. 23 uiſtinct.*

ANtiquiſſimis Canonibus in pleriſq; etiam Cõciliis ſancitum eſt,ne laici ſecus altare inter clericos miniſtrent, néve inſacrati miniſtri licentiã habeant ingrediendi in ſacrariũ,quod Græci diaconium appellãt,néve vaſa dominica cotingant. Præterea ne reliquiæ Sanctorum & veſtimenta eccleſiaſtica(quæ honeſta eſſe decet)niſi tantũ à ſacratis miniſtris attrectẽtur,adeò vt ne ſacratis quidẽ Deo fœminis ac monachabus aut lectoribus etiam ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingere,vel incẽſum circa altare pręferre licuerit,verùm id ſolis Diaconis permiſſum ſit : expreſſim autem laicis vetitum,ne pallas,eccleſiæ vela,ac altaris ornamenta abluãt.

Neque

Neque patres hic ſcripturis deſtituuntur. Iam verò eò ventū eſt, vt quatuor illi minores ordines, nēpe oſtiarij, exorciſtæ, pſalmiſtæ, ac lectores (non temerè ab eccleſia inſtituti ac recepti) præter nomē nihil in eccleſia retinuerint, illorúmque loco tenues aliquot homines laici, qui per eccleſiæ prælatos minoris compendij gratia ſubrogantur, illorum officiis ſeſe ingerāt, idque indecore: quippe nullo penitus clericali habitu amicti, inter quos ſunt, quos appellamus capanarios, quos ad minimum (cereis accēdendis, aliíſque in choro miniſtrationibus intentos) deceret ſuperpelliceis indui. Ne interim prætereamus ablutionem pallarum, veſtimentorúmque altarium: breuiter, ſacrorū cuſtodiam talibus per cuſtodes, ſeu theſaurarios noſtri temporis committi, quos hęc contingentes antiquitas nefarij criminis ſimul cum ſurrogātibus damnaſſet: quare cautius poſt hac agendum, ne ob talem præſumptionem Dominus iratus, plagam populo, qua ſimul innocēs cum nocente inuoluatur, immittat.

DE PAROCHIS AC EORVM Vicariis, aliíſque verbi miniſtris. CAP. I.

HIc titulus cùm generalis ſit, in pleroſque alios ſcinditur. Primum enim videndum eſt, qui ad verbi miniſterium & regimen eccleſiarum admittendi ſint, deinde de vita ac moribus eorum. Pòſt, de officio, quod in duobus potiſſimum ſitum eſt, diſſeminatione verbi, adminiſtrationē ſacramentorū. Poſtremo, de ipſorum victu, de quibus ſpeciatim diſpiciemus. Ante omnia tamen lectorē admonitum eſſe volumus, hos eſſe locos quos eccleſiarum iubar diuus Paulus in epiſtolis ad Timotheum ac Titum accuratiſſimè tractat. Nam huc illæ potiſſimum ſpectāt, vt ſciant Timotheus, ac Titus, quomodo oporteat eos in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viuentis, niſi quòd articulus adminiſtrationis ſacramentorum, & qui de victu eſt, alibi fuſius explicantur. Porrò, cū hæ Paulinæ epiſtolæ meræ aureæ ſint, & nulli nō parocho cognitu in primis neceſſariæ: idcirco ad verbum ediſcendæ, memoriæ mandandæ, ac opere complendæ erūt. Ex quibus aliis euangelicis apoſtolicíſque ſcripturis ac patrum ſanctionibus, nos quędam decerpemus, quo dilucidius fiat, in quibus hactenus magno cum reipub. detrimento peccatum, & quid de cætero parochis facto opus ſit.

1. Tim. 5

In priori ad Corin.

Qui admittendi. CAP. II.

Matt. 9. QVum Chriſtus Ieſus paſtor ille bonus, ac paſtorum princeps, qui poſuit animā ſuā pro ouibus ſuis, circuiret omnes ciuitates & caſtella, docēs ī ſynagogis eorū, & prędicās euangeliū regni, & curās omnem languorē & omnē infirmitatē: Quum, inquā, is qui venit requirere & ſeruare quod perierat, vidiſſet turbas, miſertus eſt eis, quia erāt vexati & iacentes ſicut oues nō habentes paſtorē, dicebat diſcipulis ſuis: Meſſis quidē multa, operarii autē pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

Ioan. 10.

Marc. 6.

Lucæ. 10.

Orandus Deus vt mittat operarios in meſſem ſuam. CAP. III.

NVm, quæſo, putamus necdū tempeſtiuum eſſe interpellare dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem, ac paſtores nō quoſlibet, ſed ſecundum cor ſuum, nimirū ouibus miſerè diſſipatis ac palātibus requirendis? Quis, niſi in media luce cæcus, non pręſentiſcat, nos in ea periculoſiſſima tempora incidiſſe, in quibus prædictiones Chriſti, & apoſtolorum ſcripturæ, omnino atque omni ex parte complentur? Quis enim non videt veniſſe, irrupiſſeque numeroſa admodum cateruā ad nos falſos illos prophetas in veſtimentis ouium qui ſint intrinſecus lupi rapaces, qui nō introierint per oſtium in ouile ouiū, ſed aſcenderint aliunde fures ac latrones? Non enim venerunt, niſi vt furētur & mactent & perdāt, quos videntes mercenarij, & qui non ſunt paſtores, venientes, fugiunt & dimittūt oues, & lupi rapiunt & diſpergūt eas. Fugit enim mercenarius, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Poterant direptores iſti ſub exuuio ouinō aliquādiu deliteſcere, niſi Chriſtus eos prodidiſſet: Ex fructibus (inquiens) eorū cognoſcetis eos, quòd nō poſſit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim ſuo vnaquæque arbor cognoſcitur.

Matt. 7.

Ioan. 10.

Matt. 7.

Vnde dignoſcere oporteat Pſeudoeccleſiaſtes. CAP. IIII.

QVos qui velit penitus agnoſcere is II. Pet. Epiſt. legat, c. 2. & quę eiuſdē argumenti eſt, Iudæ Apoſtoli vnicā, & eas potiſſimum diui Pauli epiſtolas, quas ad Timotheum ac Titum coëpiſcopos ſuos perſcripſit, in quibus illos eodem quo dn̄s, nomine, appellat lupos rapaces, non parcentes gregi. Ex nobis quidē ſuborituros, ſed peruerſa loquentes, vt abducāt diſcipulos poſt ſe. homines ſeipſos amātes, cupidos, elatos, ſuperbos, blaſphemos, ſine affectione, ſine pace,

2. Pet. 2.

Iudæ.

Ad Timoth. & Titum.

2. Tim. 3

1. Tim. 1.

criminatores, incontinentes, proteruos, reprobos circa fidẽ. A fine præcepti, quæ charitas eſt, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, toto cœlo aberrãtes, in vaniloquiũ conuerſos, ſeductores, proficientes in peius, errãtes, & in errorem mittẽtes, Magiſtros prurietes auribus, & in fide (quòd bonam conſcientiam repulerint) naufragos, verbis contendõtes, ſanis verò ſermonibus, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, neutiquam acquieſcentes, ſuperbos, languẽtes circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, cõtentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones, malæq́; conflictationes hominum mente corruptorum, ac proinde ad nihil vtiles, niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ, quorũ ſermo vt cãcer ſerpit. Nũquid poterat Apoſtol⁹ futurorũ cõſcius, hoſce Pſeudo eccleſiaſtes apertius, aut dilucidius deſignare, quos nullus profectò Apelles tã expreſſim ſuis coloribus depigere potuiſſet. 1. Tim. 3 4. 2. Tim. 2

Soli authoritate ordinaria comprobati, ad Verbi miniſterium admittendi. CAP. V.

ADuerſus hos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas, nos præmuniuit Chriſtus: Videte (inquit) ne ſeducamini. Multi enim veniẽt in nomine meo, & multos ſeducẽt, vt in errorẽ (ſi tamẽ fieri poteſt) ducãtur, etiã electi. Nolite ergo ire poſt eos. Vos ergo (vti ſubiecit cõmonẽs) videte. Ecce prædixi vobis omnia. Chriſti ergo præceptũ, quãtum nobis ipſe concedit, ſequentes, quo lupos tã peſtilentes ab ouilibus ac diœceſibus noſtris abigamus, viſum nobis eſt operęprętiũ fore, ãtiquos innouare canones, quibus præcipitur, ne vlli ad Verbi miniſteriũ ſeu prædicationis officiũ, niſi miſſi, authoritatéque ordinaria approbati ſint, admittantur. Quomodo enim (ſecundum Apoſtolum) prædicabunt, niſi mittantur. Matt. 24 Lucæ. 21. Marc. 14 Roma. 10

Qui ſunt legitimi parochi, & illorum vicarij, modo tamen hi examinati prius, & admiſſi ſint. CAP. VI.

ORdinarij ergo verbi miniſtri, eccleſiarum parochialiũ legitimi rectores ac parochi ſunto, quos etiam perſonaliter apud eaſdem eccleſias, ſecundum canonicas ſanctiones perpetuo reſidere volumus, niſi tamen eos magna ratio, veluti quòd vel maioris ac publicæ vtilitatis cauſa abſint, quæ & noſtro calculo approbari debet, vel quòd ſoli ob parochiæ amplitudinẽ gubernationi tantæ non ſufficiant, excuſauerit. Tum enim qui per illos delegabuntur vicarij ſeu vicecurati (modo tamen hi etiam examinati, & tam quod ad vitę inte- c. licet. is etiã. de ele. lib. 6.

gritatem, quàm Chriſtianæ eruditionis puritatem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) noſtro permiſſu eodem officio perfungentur. Qui verò deinceps in vicecuratos aſſumẽtur, Vicarij noſtri in pontificalibus ac Theologorum ei per nos adiungendorum: in diœceſibus verò Suffraganeorũ noſtrorum illorum, quibus hoc muneris committẽdum duxerint, cenſuram (num videlicet obeundo muneri apti ſeu idonei ſint, vel minus) expectabunt.

Fratres mendicantes quatenus admittendi. CAP. VII.

Ex conci. Viennen. cle. dudũ de ſepul.

ALiquot retro ſeculis in eccleſiã recepti ſunt quatuor mẽdicãtiũ fratrũ ordines, quo parochorũ in verbi miniſterio cooperarij forẽt. Quos abſit vt repellamus, ſi tamẽ intra Concilij Viennẽ. ſub Clemẽte quinto celebrati, aliarumq; canonicarũ cõſtitutionũ cãcellos ſe cõtinuerint. Nec antè acceſſerĩt, quàm per ipſorũ prælatos, vt viri inculpatę vitę, diſcreti pariter ac modeſti, ac verbi diuini probè gnari, iudicẽtur, atq; ad hoc munus deligãtur: Deinde etiã vicariis noſtris in põtificalibus præſentati, tales inuenti fuerint ac permiſſi.

Quam modeſtiam fratres mendicantes in Verbi prædicatione ſeruare oporteat. CAP. VIII.

Ex decre. Pontia. pont.

Ex decre. Anaclet.

QVi tamẽ quũ in ſubſidium tantũ vocati ſint, ordinariis eccleſiarum rectoribus moleſti eſſe deſinent, ita videlicet, ne eoſdem (quũ ſuo munere fungi ipſimet velint) præoccupent, néve quos in excolẽda vinea domini iuuare debẽt in cõcionibus, virulẽta ac detractoria lingua carpãt, vti nõnulli huius generis ſolent, qui inflati ac incõpoſiti populi auribus demulcendis ſtudent, ſuam, non Chriſti gloriã ambiẽtes. Tã ignari omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt ignorent parochos, ſi fortè ceciderint, ſuos habere iudices, non ipſos fratres cenſores, multo minus promiſcuam plebem: quam exploratũ eſt, mutuis eccleſiaſticorũ virorũ amarulẽtis detractionibus adeò non emẽdari, vt ſcandalizetur multo magis. Nec audiẽdi ſunt iſti, ſi ſeruos Dei accuſare ſe dicãt, vt meliores fiãt, quũ potius inuidiæ ſtimulis adulationiſque, quàm charitatis ſtudio agitari conuincantur. Idipſum vel propria eorum conſciẽtia atteſtante, quòd ſciant nullum vel in ſeculo, ne dicamus in eorum monaſteriis inueniri, qui velit ſuũ ſeruum ab alio q̃ à ſe iudicari: adeò vt ſi quis ſecus facere præſumpſerit, hĩc & multa ſequatur indignatio & vlſciẽdi cupiditas. Quin Paulum audiant dicentem, Nolite iudicare inui-

Roma. 4.

cem,ſed hoc iudicate magis,ne offendiculum detis fratri.

Non ferendi qui in iuriſdictiones & poteſtates temerè ad plebem inuehuntur. CAP. IX.

MVlto minus ferendi ſunt qui vt auram venentur popularē, in iuriſdictiones epiſcopales ac ordines eccleſiaſticorū pariter & ciuilium magiſtratuū inuchétes,temerè vociferantur ad populū:non intelligentes interdū neq; de quibus loquuntur,neq; de quibus affirmāt.Quo nihil aliud efficiunt,quàm vt plebē,alioqui ſatis in clerū iritatem,iritatiorem reddāt,ac gliſcenti ſeditionū igni oleum ſubminiſtrēt. Iuriſdictiones ac magiſtratus eſſe oportet. Quod interdū pſonarū,non ordinis ſeu magiſtratus vitio peccatur,alia prouidentia purgandū eſt,non cæco plebis iudicio expédendū fraterna correptione op⁹ erat,nō accuſatione aut laceratione ex ſuggeſtis.Et vt omnia non ſtatim ad viuū vſque repurgentur,quod fieri vix poteſt,nō grauabuntur iſti oculati, in ſe quoque deſcendere ac ſuos erratus inſpicere,quo tādé,æquiores fiant,diuiniſque iudiciis etiam quędam relinquāt.Si enim omnia(vti ſcitè Anacletus ait)in hoc ſeculo vindicata eſſent,locum diuina iudicia non haberent.Sed de his ſatis.

1. *Tim.* 1

Matt. 18

Ex canō. Anaclet.

Abuſus eſt,qui parocho ſuo officio interdicit. CAP. X.

EX his quæ diximus conſequitur,eum morem, qui alicubi irrepit, penitus irrationabilem,ne dicamus execrabilem abuſum eſſe,quo legitimi eccleſiarum parochi adiguntur iureiurando affirmare, ſeſe in ſuis eccleſiis fratres mendicātes ad verbi miniſterium (etiā ſi ipſimet pro ratione ſuſcepti ac cōcrediti muneris eo fugi velint)perpetuo admiſſuros. Quid enim hoc more aliud agitur, quàm vt parocho officium, quo ſe Chriſto & eccleſiæ obſtringit, adimatur,ac in aliū relegetur?Id vitij,vt ſpes eſt,curabimus.

Fratres mendicantes his ſynodalibus conſtitutionibus erunt parentes. CAP. XI.

AEquum quoq; cēſemus, vt qui ex fratribus huic muneri accīgi velint,noſtris Vicariis in pōtificalibus ſerio promittāt,ſeſe hiſce ſynodalibus inſtitutis omnino obtēperaturos,quo ſermo Dei purè,ſyncerè,ac ſine offenſione decurrat.

Decet quoque vt fratres eatenus ordinariæ poteſtati ſubiiciantur. CAP. XII.

QVi vt ordinariæ noſtræ poteſtati, quod ad eiuſcemodi functionem attinet,ſubiiciantur, & eatenus monaſti-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

cæ profeſſionis regulis,obligationibuſq; eximantur, nõ de-
cens tantum,ſed & iuſtum putamus.

De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſſis,non temerè retrahendis. CAP. XIII.

QVi vero ſemel p̄ſentati & admiſſi fuerit,vt certo loco hoc miniſterio fungãtur, nõ debebũt temerè ſeu p̄ter noſtrũ aſſenſum à ſuſcepto munere retrahi.Nã frequẽtem perſonarũ mutationẽ periculoſam putamus. vt interim ſileamus ſæpe minus idoneum in idonei locum ſurrogari.

Qui nulla legitima authoritate innixi,ſe Verbi miniſterio ingerunt,vti ſeditioſi comprimendi. CAP.XIIII.

Ex cõcil. Anti.c.5 EXtra ordinarios parochos;illorũmque legitimos cooperarios nemo deinceps,neq; ſuggeſtũ occupet,neq; conuẽticulas,vel in priuatis domibus vel vicis faciat,aut quouis tãdem modo vſurpet. Quòd ſiquis ſecus agere p̄ſumpſerit, & inobediens perturbare eccleſiam Dei(quæ foris eſt)perſeuerauerit,hunc tanquam ſeditioſum corripi oporteat.

Prohibentur omnes apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. CAP. XV.

QVãobrẽ prohibemus oẽs apoſtatas monachos ignotos. Itẽ iſtos ac peregrinos ſpermologos,quorũ neque doctrina neq; vita vlli perſpecta eſt:eritq; proĩde curę ciuilibus magiſtratibus ac p̄ſidibus,vt de his inquirãt diligenter:& quos nos p̄ſcripſimus,eos illi cũ receptatoribus ipſorũ doli mali conſciis excedere prouincia compellant:Niſi quid ſeuerius culpa horũ præuaricatorum in ipſos ſtatuere poſtulauerit. Iã vt inueniatur quiſpiã(quod abſit)qui aliter quàm legitimè parochiam occupauerit,hunc abiici ſtatim oportet, quantumuis plebs,quam corrupit, eum retinere contendat.

Ex conc. Sardi.1. &18. Laodi.13.

De Terminariis quatenus admittendi. CAP. XVI.

EX ordine mendicantium, qui oppidatim ſoli cõmorantur,quos Terminarios appellamus,vitam interdum agere monachiſmo plurimũ diſsimilem cognouimus,proindeq; multis eſſe inuiſos:hos potius,quũ officio prædicationis ſtatis illis diebus perfuncti eſſent,eleemoſynaſque collegiſſent, ſtatim ad monaſteria ſua regredi, ibidémque quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia & orationes iuxta ordinis ſui inſtitutum malumus,quàm vitam communem,ne dicamus licentioſam,inter ciuium turmas ducere. Vbi tamẽ monaſteria ab opidis aut vicis tam lõge diſſita fuerint,vt vnius diei itinere

Ex chal. Concil.

nere repeti nō poſſint, nolumus Terminarios iſtos hac lege teneri, modò tamē viri graues & annoſi, vitæ quoque ex omni parte integræ ac ſanæ doctrinæ comperti fuerint: ac id etiam viſitatione potius quàm conſtitutionibus cauebitur.

Priuilegiis fratrum nihil derogatur. CAP. XVII.

NOlumus aūt per prædicta, priuilegiis, ordinibus fratrū mendicantium ritè & legitimè conceſſis, præiudicare.

Monachorum eccleſiæ per ſeculares (vt vocant) presbyteros gubernandæ. CAP. XVIII.

EAdē ratione decēs eſt, vt monachi qui parochiales eccleſias, cura animarū apud ipſum monaſteriū, nō perſonā, relicta, īcorporatas (vt vocāt) monaſteriis ſuis habēt, nō per religioſos (quos ī monaſteriis perpetuā vitā agere cōuenit) ſed per Vicarios presbyteros ſeculares (modo haberi poſſīt) ad eundē modū quem ſuprà diximus, examinādos admittēdóſq; gubernari procurent. Quibus etiā de eccleſiæ prouētibus tātū aſſignare obligati erunt, vnde & iura epiſcopalia perſoluere, & cōgruā ſuſtentationē habere poſſint, quod vt fiat nobis curæ erit. Nō tamen tam duri hic erimus, quo minus interdū viros monaſticos, quos ſingulari vitæ exemplo & doctrinę ſalutaris diſſeminatione inſignes comperiemus, apud eccleſias parochiales relicturi & confirmaturi ſumus.

Can. de monach. de præb. c. 1. de capell. mo.

DE VITA AC MORIBVS PArochorum. CAP. I.

QVanquam de vita ac moribus Clericorū ſuprà diximus, videt tamen hic locus poſtulare, vt ſpeciatī aliquid de cōuerſatiōe ac morib⁹ parochorū dicamus, ꝙ horū vita & officium diuo Paulo præcipue curæ fuerint; adeò vt his rectè ſe habentibus, de reliquis nō admodū magnā ſolicitudinem habuiſſe videatur. Nec immeritò: res enī ipſa declarat, ac priſca ſecula meminerūt, ꝗ trāquilla, quàm florens, quàm fructificans, quàm denique felix eccleſia fuerit, dum talib⁹ eſſet parochis inſignis, qui Euāgelicis, apoſtolicíſque inſtitutis, ſanctorúmq; patrū regulis addicti, nō tantū vocabulo, ſed & facto præſtabāt quod dicebantur. Cōtrà vero, in quātos æſtus, tempeſtates, procellas, ac pericula, ob eoſdē ſenſim in diuerſum mutatos ac varicantes, eccleſiæ nauicula miſerè cōiecta ſit, nos ſentimus. Ex quib⁹ rurſus emer

gere, quum certò certius non poſſimus, niſi nos (quibus gregem ſuũ Chriſtus paſcendũ commiſit) vias domini rectas, à quibus variendo excidimus, inambulare pergamus. Quid tandem aliud cõſilij capiendũ nobis, quàm vt ſinguli, quales eſſe debemus, tales & ſimus: atq; hoc inſigne Chriſti verbũ, quod hinc diſcedẽs, Petro ouiculas ſuas cõmittens, poſt tertiã demum dilectionis ſtipulationem promiſſionemque, vti vltimum elogium ac memoriale, fideliſſimè diligentiſſiméque inculcauit, & mente & opere teneamus, quod eſt: Pa
Ioã. vlt. ſce agnos meos. Id fecerimus, ſi gregẽ Chriſti poſt Chriſtũ vnicè diligamus, atq; eundem tam verbi doctrina, quàm operis exemplo paſcamus, diuinorúmque ſacramẽtorum diſpenſationem tueamur, defendamusque.

Vita ut doctrinæ in paracho conueniat neceſſarium. CAP. II.

VBique fermè cũ de parochis ſermo incidit, ſcriptura vitam doctrinæ copulat: nimirum quòd qui vitã agit doctrinæ cõtrariam, plus exemplo deſtruit, quàm ædificet verbo. Oportet enim & fieri ſermonẽ, non tãtum dici: alioquin cõpetet in parochum quod Seneca Platoni obiectum fuiſſe refert: Aliter loqueris, aliter viuis. Et ꝙ Chriſtus Phariſæis
Mat. 23 imputat: Dicũt enim & nõ faciunt: Alligant onera importabilia in humeros veſtros, digito autẽ ſuo nolũt ea mouere.
Gen. 27 Apponatur ergo man⁹ ori neceſſe eſt, ne ſit vox quidẽ, vox
1. Pet. 2. Iacob, manus autem Eſau. Porrò vox operũ fortius ſonat ꝙ̃
Acto. 1 verborũ. Intuẽd⁹ nobis paſtorũ prĩceps eſt, cui⁹ tota vita ſua
Luc. 24 doctrina eſt: qui cœpit primũ facere, poſt docere. Siquidem
Matt. 11 potens opere & ſermone, qui diſcipulos Ioannis de aduentu
Ioan. 10 Meſſiæ rogantes, ad opera remiſit, dicens: Ite, dicite Ioanni
Matt. 5. quæ vidiſtis & audiſtis. Qui deniq; nõ ſolũ vocat oues ſuas nominatim, ſed & vadit ante eas. Et cũ tantũ qui ſic docuerit & fecerit, magnum in regno cœlorum fore pollicetur.

Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. CAP. III.

QVare beatiſſimus Paulus eccleſiæ miniſtrum inſtituturus: Exemplum (inquit) eſto fidelium, in verbo, in cõ-
1. Ti. 2. uerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Itidem ad Titũ
Ad Ti. 2 2. In omnibus teipſum præbe exemplũ bonorũ operũ in doctrina, in integritate, in grauitate, verbũ ſanũ, irreprehenſibile, vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malũ di-
Matth. 5 cere de nobis. Sal enim terræ & lux mundi prædicator Euangelij dicitur, & lucerna ſuper candelabrum poſita, vt luceat omnibus

omnibus qui in domo ſunt: Sic,vt videant homines opera illius bona,& glorificẽt patrẽ,qui in cœlis eſt. Quòd ſi ſal infatuatum fuerit,in quo ſalietur? ad nihilum enim valet vltra, niſi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Apoſtolus itaque hoc præceptum commendat Timotheo,vt militet bonam militiam,habẽs non tantum fidem,ſed & bonã cõſcientiã, quam quidem repellentes,circa fidem naufragauerunt:ex quibus tum erant Hymenæus & Alexãder,quos tradidit Satanæ,vt diſcant nõ blaſphemare. Interea vero ex eodem numero omnes hæretici fuere. 1.Tim.1

Vitanda parocho in primis auaritia. CAP. IIII.

IAm quæ clericis vitanda erunt,ſuprà diximus. Ea ipſa potiſsimũ Paulus quamlongiſsimè à parochis eſſe vult,& quæ illis oppoſita ſunt, in ipſis quammaximè elucere. Primum ſcilicet,vt abſtineãt ab omni auaritia. Hoſpitales enim erũt, non turpis lucri cupidi, non opes, ſed animas venantes. non auri,ſed hominũ piſcatores:alioqui ex paſtoribus fient mercenarij,& vertẽtur en lupos,audientq́ue dominum per Ezechielem exprobrantem: Lac comedebatis,& lanis operiebamini:quod craſſum erat,occidebatis, gregem autem meũ nõ paſcebatis,quod infirmũ fuit non cõſolidaſtis, & quod ęgrotũ erat non ſanaſtis,quod confractũ eſt nõ alligaſtis,& quod abiectum eſt non reduxiſtis,& quod perierat nõ quæſiuiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia,& cætera quæ ſequuntur. Qui enim volunt diuites fieri,incidunt in tẽtationẽ & in laqueum diaboli,& deſideria multa inutilia & nociua,quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum,eſt cupiditas:quam quidam appetentes,errauerunt à fide,& inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu vero ô homo Dei,hæc fuge:ſectare vero iuſtitiã, pietatem,fidem,charitatem,patientiam,& manſuetudinem. 1.Tim.5 Tit.1. Mat.4. Eze.34. 1.Tim.6

Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. CAP. V.

INterim erit domui ſuæ benę præpoſitus,vt nõ tãtũ ipſe,ſed & ſua familia irreprehẽſibilem vitã agat. Qui enim domui ſuę prǽeſſe neſcit,quomõ eccleſię dei diligẽtiã habebit? Oportet autẽ illũ & teſtimoniũ habere ab his qui foris ſunt, vt nõ in opprobriũ incidat & in laqueũ diaboli.1.ad Timotheũ.3. 1.Tim.3

Parocho luxus omnino cauendus. CAP. VI.

DEinde procul abſint parochi ab omni luxu. Sobrium enim vult parochum eſſe Paulus, nec multo vino dedi- Ibidem.

tum,ac vino potius ad neceſsitatem quàm ad voluptatẽ vtentem,quemadmodum ipſe Timotheo præcipit,ne aquam adhuc bibat,ſed modico vino vtatur propter ſtomachum ſuum & frequentes infirmitates. Neſciat ergo parochi domus comeſſationes crapuloſas,execretur cõpotationes illas ad æquales hauſtus obligatorias. Sit procul à ſymbolorum(vt vocant) dationibus. Turpiſsimum putet,niſi cauſa neceſsitatis,intrare tabernam,quaſi domum non habeat ad edendum & bibendum Breuiter,vitet omnia quæ paſtoralem authoritatem aut dedecorant aut imminuunt.

Pudicitia ſeruanda parocho. CAP. VII.

DEteſtetur quoque omnem libidinem. Nam oportet parochum eſſe pudicum 1.Timoth.3.& ſe præbere exemplum in caſtitate.1.Timoth.4.ne in eum verè dicatur : Qui
Rom.2. alium doces,teipſum non doces. Qui prædicas nõ furandũ, furaris. Qui dicis nõ mœchandũ,mœcharis Qui in lege glo-
1.Cor.6. riaris,per præuaricationem legis Deũ inhonoras : per quod
Ephe.5. blaſphematur nomen Dei inter gentes. Quo enim vultu for-
Galat.5. nicarios cœlo excludet cum Paulo,qui huic volutabro cœni
Rom.2. ipſe immerſus eſt?An exiſtimas (inquit ipſe Paulus) ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt.& facis ea quia tu effugies iudiciũ Dei?In quo enim iudicas alterum,teipſum condemnas : eadem enim agis quæ iudicas. Scimus quippe, quia iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.

Quæ fugienda & quæ ſectanda parocho. CAP. VIII.

2.Ti.2. DEnique Paulus ad Timotheũ:Iuuenilia(inquit)deſideria fuge,ſectare verò iuſtitiã, fidem,ſpẽ,& charitatẽ, & pacem cũ his qui inuocant Dominum de corde puro. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus.& quæ ſequũtur In ſumma,ſolicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium incõfuſibilem rectè tractantem verbum veritatis.2.Timoth.2.

DE DISSEMINATIONE VERBI. CAPVT I.

1.Cor.1. HOc Miniſterium ſanctiſsimus Apoſtolus cæteris omnibus lõge præfert. Vnde & Corinthiis ſcribens,ait: Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare : cui & cæteri Apoſtoli aſtipulantur, quum inquiunt : Non eſt æquum nos relinquere verbum, & miniſtrare menſis. Quinimo & Chriſtus aliis anteponit: Eũtes

tes(inquiens)in mundũ vniuerſum,prædicate Euãgelium omni creaturę,ac docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſanĉti,docẽtes eos ſeruare omnia quæcũque mandaui vobis. Quamobrem Paulus Timotheũ ſuum excitans,ait:Attende lectioni, artẽde exhortationi & doctrinæ,noli negligere gratiã quæ ĩ te eſt,quæ data eſt tibi per prophetiam cũ impoſitione manuũ presbyterij. Hæc meditare,in his eſto,vt profectus tuus manifeſtus ſit omnib⁹. Attende tibi & doctrinæ,inſta in illis, hoc enim faciẽs,& teipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt.Et iterum:Tu verò vigila,in omnibus labora,opus fac Euangeliſtæ,prędica verbum,inſta opportunè, importunè, miniſterium tuum imple. *Mat.vlt.* *1.Ti. 4.* *2.Ti.4.*

Quid parocho meditandum. CAP. II.

MEditabitur parochus quid ipſi dominus per Ezechielem cap.3.33.ac.34.præceperit, parabolāq; ſpeculatoris mẽtis infigenda eſt:Speculatorem(inquit) dedi te,domui Iſraël. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & nõ inſonuerit buccina,& populus ſe nõ cuſtodierit ,veneritque gladius,& tulerit de eis animã, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autem eius de manu ſpeculatoris requiram . Parochi ſiquidem ſunt, quibus potiſsimum dictum eſt: Fratres,ſi quis ex vobis errauerit à veritate,& cõuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animam eius à morte.Dura eſt nimis illa prophetæ lamẽtatio: Paruuli petierunt panem,& nemo dabat eis. Paſce ergo fame morientem:ſi non paueris,occidiſti.At homo ex duabus partibus conſtat,ex carne ſcilicet & ſpiritu. Duplici ergo cibo opus eſt. Nam vt ſcriptura ait: Nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tantum mortalem reficit,& intrans per os,in ventrem vadit,& in ſeceſſum emittitur. Panis autem ſpiritus tã per verbum prædicationis, quàm ſacramentaliter in veritate corporis & ſanguinis dominici, in viua fide comeſtus, viuificat, reficit, ac vegetat animam, qui non perit, ſed permanet in vitam æternam, & hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pij ſciunt ac ſentiunt . Viuus enim ſermo Dei eſt, & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti,ac pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagumque, & medullarum. *Iaco.5.* *Thre.4.* *Mat.4.* *Ioan. 6.* *Heb. 4.*

Fidelitas in primis in parocho requiritur. CAP. III.

1.Cor.4 HIc iam inter huius cœleſtis panis diſpenſatores quæritur, vt fidelis quis inueniatur. Fidelis, inquam, ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt Mat.24 det illis eſcam in tempore. Beatus ille ſeruus, quem, quũ venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Sin ſecus, veniet Dñs ſerui illius, in die quo non ſperat, & hora quam ignorat, & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & ſtridor dentium.

Quis ſit fidelis verbi diſpenſator. CAP. IIII.

IS autem fidelis eſt diſpenſator (atteſtante diuiniſsimo Ioanne) cuius ſcopus vnicus ille Chriſtus eſt, & cuius ſpiritus cõfitetur Chriſtũ in carne veniſſe: id eſt, vt diuus Paulus in-
1.Ioã.4. terpretatur qui docet apparuiſſe gratiã Dei & Saluatoris noſtri omnib^9 hominibus ad erudiendũ nos, vt abnegãtes omnẽ impietatẽ & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatã ſpem & aduentũ gloriæ magni Ad Tit. 2. Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Qui, inquam, docet eũdem Chriſtum Ieſum dñm noſtrũ hominem factum, vt daret ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorũ operum. Quibus verbis ſanctus Paulus duas in Chriſto naturas, verbi ſcilicet & carnis, indiſſolubili vinculo cohærentes, & vtriuſq; naturæ rationẽ cõplectitur. Verbi, quatenus erudit nos, docẽs quę ſit volũtas patris, quã facientibus denuntiat prẽmiũ, prçuaricantibus verò pœnã æternam. Carnis ve-
Ioan.1. rò, quatenus datus & immolatus eſt pro nobis in ara crucis. A-
1.Pet.2. gnus immaculatus & victima tollens peccata mundi, nobis
1.Pet.4. relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, & eadem cogitatione armemur, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, vt iam nõ deſideriis hominum, ſed voluntate Dei, quod
1.Ioã.4. reliquum eſt in carne temporis viuamus. Omnis autem ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis: quoniam venit, & iam in mundo eſt.

Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. CAP. V.

IS item fidus eſt miniſter verbi, qui omnem ſcripturam ad Chriſtianam exigit charitatem. Charitas enim Chriſtianiſmum cõſummat, quemadmodũ apud diuum Paulũ legimus:
1.Tim.1 Finis præcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide nõ ficta. Et eſt potiſsimum illud indicium: quo Chriſtiani

ſtiani eſſe cōprobamur. In hoc (ait Chriſtus) cognoſcent om- *Ioan.13.*
nes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis inuicē. *15.*
Vnde beatus Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana breuiſsimam methodum ad perueſtigendas, intelligendasq; ſcri *Aug. de doctri. Chriſti. li. 1. c. 36.*
pturas commonſtrare volens: Quiſquis (inquit) ſcripturas diuinas vel quālibet earum partem intellexiſſe ſibi videtur, ita
vt in illo intellectu nō ædificet geminā charitatē Dei & pro- *Rom. 13.*
ximi, is nondū intellexit, quòd legis ac ſcripturarū ſumma, finis ac plenitudo, ſit dilectio, quæ duobus mandatis cōprehēditur: uēpe, Diliges Dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, ex tota *Mat. 22.*
anima tua, ex tota mente, ex tota virtute tua, & diliges proximū tuū ſicut teipſum Et quemadmodū vultis vt faciāt vobis *Matt. 7.*
homines, ita & vos facite illis. In his duobus mādatis vniuerſa lex pendet & Prophetę. Quicunq; ergo ad hāc amuſsim doctrinam ſuā attemperat, is nunquam poteſt pernicioſè errarē.

Summa Euangelicæ prædicationis. CAP. VI.

EZechiel verò Propheta ſummā ſuæ prædicationis dn̄m e- *Eze. 18.*
narrantē facit, hiſce penè verbis: Viuo ego, dicit Dn̄s: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur impius, & viuat. Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei, quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Quare qui egerit pœnitentiam à peccato *Matth 3.*
ſuo, feceritque iudicium & iuſtitiam, & in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquā iniuſtum, vita viuet & nō morietur, quod Chriſtus breuius cōplexus eſt: Pœnitentiam (inquit) agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Sed de his alias locupletius. Sufecerit hic vtcūque indicaſſe ſcopū.

Parocho cautiſſima ſolicitudine in prædicatione verbi vtendum. CAP. VII.

QVo autem ſolicitius parochus prouinciā, cui admotus eſt, gubernare ſatagat, haud exiſtimabit ſe alicui leui muneri, ſed omnium grauiſsimo ac difficilimo præfectū, tātæ nimirū difficultatis, vt verbi prædicatorem vndequaque abſolutum, vix vnum è milibus reperias. Nō idem eſt ouium palatum magna in paſcendis varietas: quod vnam ouiculam nutrit, alterā macerat, aut mactat. Culpauerit aliquis auaros, prodigus hinc argumentum prodigalitatis ſuæ colliget. Culpauerit prodigos, auarus inde tenacitatis ſuę excuſationē arripiet. Ea eſt hominum malitia, vt nedum alia, ſed & ſanctiſsimum Dei verbum pro ſuis quiſque affectibus ac ad ſua deſi-

Pſal.140 deria confouenda potius quàm eradicanda trahat. Videmus, proh dolor, quemadmodum hac tempeſtate pleriq; ſacras literas in parabolam ac prouerbium vertant, atque ad excuſandas excuſationes in peccatis ſumma vi atque impudentia torquean t, adulterãtes verbum Dei. Quare parochus cautiſsima ſolicitudine agere debet, per gladium Dei ſecantem à dextris & ſiniſtris, vt medium iter pateat ad incedendum per viã regiam mandatorum Dei.

Quemadmodum ſermo temperandus. CAP. VIII.

AT tẽperandus ſermo quoad eius fieri poteſt pro auditorũ captu. Alij ſiquidẽ acri ingenio ac iudicio ſunt, alij hebetes animo ac rudi Minerua præditi, quidem attenti, quidẽ verò deſides: hi rectè ac ſyncerè inſtituti, illi ſeducti ac decepti. Diſcretione ergo maxima opus eſt. Breuiter nemo erit concionator abſolutus, cui præter vitam exemplarem nõ adſint omnia quæ ſequuntur: nempe, cognitio ſcripturarum vtriuſque teſtamenti, ingenium velox, ſolers atque verſatile, eloquentia vehemens, ſuadibilis & ſuauis, neque interim minus temperata, quàm copioſa, prudentia rerũ ac perſonarum docendarũ, experientia multiplex, immobilis cõſtantia. Denique ſpiritus, qui ſi deerit, reliquis donis parum profecerit.

Matt.10 Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum deſideria alios accendet, qui ipſe totus languet ac friget? nõdum ſpiritu concepto, qui ex Deo eſt, quem & ipſe Deus dat bonum petentibus ſe. En quàm arduum eſt cõcionandi munus. Nec tamen propterea diffidentia (quæ plerũque multos auertit) deſerendum. Ad euangelizãdum miſsi ſunt parochi.

1.Cor.11. Væ ergo illis, ſi non euangelizauerint. Si quis autem eorum

Iacob.1. ſapientia indiget, ſcrutetur ſcripturas, & poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

Quid cauendum inter concionandum. CAP. IX.

Ex epiſt. Iudæ. 2.Tim.1. CAuebit autẽ modis omnibus, ne lubricus in docẽdo ſit, huc illucq; effluens. Et in primis, ne vẽto doctrinarũ ab eccleſia catholica nõ receptarum, veluti nubes ſine aqua circumferatur, ſed formam habebit ſanorum verborum ab eccleſiæ (quæ columna veritatis eſt) inſtituto nihil diſcre-

Ad Ti.2. pantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent ſanam doctrinam, verbum ſanum, & irreprehenſibile.

Nihil

Nihil aut fabuloſum aut ſuſpectum adferendum. CAP. X.

INeptas autē & aniles fabulas deuitabit, qualia nuper erāt quæ ex nullis probatis authoribus, ſed potius ſuſpectiſſimis obſcurorū hominum cōmentis adferebantur exēpla. Olim verò genealogiæ interminatæ, ꝙ ad pietatem illa nihil fecerint. Exercebit autem ſeipſum ad pietatem, ꝙ corporalis exercitatio ad modicū vtilis ſit: Pietas autem ad omnia vtilis, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. 1. Ti. 1. 4 2. Tim. 2 Titum. 3 1. Tim. 4

Loquacitas vitanda. CAP. XI.

NEque minus euitabit prophana & vaniloquia, hoc eſt futilem & inanem loquacitatem, qua nonnulli ratiocinationibus humanis falſam ſcientiæ opinionem ſibi venantur. Sic enim ſuum compellat Timotheum Paulus: O Timothee, depoſitum ſerua, deuitans prophanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidā promittentes, circa fidem exciderunt. 1. Tim. 6

Quemadmodum parochum aduerſus hæreticos pugnare oporteat. CAP. XII.

PAratos nos eſſe vult Apoſtolus Petrus ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationē de ea quæ in nobis eſt ſpe & fide, ſed cū modeſtia & timore. Neq; ergo doceat, neque intendat his parochus, quæ quæſtiones magis præſtāt quàm ædificationem, quæ eſt ex charitate. 1. Timoth. 1. Et iterum. 2. Timo. 2. & 3. Paulus ait: Stultas & ſine diſciplina quęſtiones & pugnas legis reſpue, ſciens quia generāt lites. Seruum autem domini nō oportet litigare. Proindéque vbi cū hęreticis res eſt, corripiet quidem eos cum modeſtia qui reſiſtūt veritati, ne quādo Deus det pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo tenētur captiui ad ipſius voluntatē. Quòd ſi nō profecerit, hæreticum hominem poſt vnam & ſecūdam correptionem, deuitet, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſcemodi eſt & delinquit, quum ſit proprio iudicio cōdemnatus. Nequaquam autem ad populū verbis cōtendat, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium, memor apoſtolici ſermonis, quo reiiciuntur omnes, qui ſciſſurā quęrūt. Si quis enim vult cōtentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei. 1. Petr. 3. Ad Ti. 3 2. Tim. 2 1. Cor. 5.

A ſcommatis & conuitiis abſtinendum. CAP. XIII.

INter concionandum ergo à ſcommatis, maledictis, ac conuitiis omnino abſtinendum eſt. Pręédicetur purè ac ſyncerè

Dei verbum, iuxta eccleſiaſticam traditionem, & patrum ab eccleſia catholica approbatorũ interpretationum. Quæ verò in contentionem vel diſceptationem reuocari poſſunt, penitus ſileantur, quemadmodum quoque pragmatica Auguſten. ſanctione cautum eſt.

Prag. Auguſtana.

In contentioſis dogmatibus, quomodo docendus populus ſapere. CAP. XIIII.

IN controuerſis autem & cõtentioſis, obſcuriſque dogmatibus, quę ſacris voluminibus vel vniuerſali eccleſiæ cõſenſu expreſſim deciſa nõ ſunt, populus priuatim (maximè cũ exomologeſi ſe purgat, modò grauatam cõſcientiam in hoc habeat) ita docendus eſt ſapere, atque hac cautione profiteri de his ſe credere, ſicut credit eccleſia. Hoc enim tutius, q̃ aſſeuerare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

Qualem oporteat eſſe parochum in reprehendendis criminibus. CAP. XV.

ERit quoq; parochus in reprehẽdendis criminibus vehemens atque acer. Conſtitutus eſt enim vt annuntiet populo ſcelera eorum, ſic tamen, vt in ſuggeſto vitia tantum reprehendat, non perſonas nominatim perſtringat. Argue (in-
2. Tim. 4 quit Apoſtolus) increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Vbi perſona arguenda, denũtiatione euangelica vtendũ.
Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus (inquit Chriſtus) vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quòd ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Quòd ſi te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi eos nõ audierit, dic eccleſiæ, quòd ſi eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sic
1. Cor. 5. Paulus Corinthiũ reſipiſcere nolentẽ excõmunicauit. Et hic iterũ Chriſti doctrina & exẽplum ſequendũ, vt beneuolentia
Mat. 18. ſeueritatem vincat, vt paratus ſit parochus dimittere peccãti
Ioan 8. non modo ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties. Et cum Chriſto paratior ſit ad abſoluendũ adulterã, ad frugem melioris vitæ reuertẽtem, quàm ad condemnandum. Quemadmodũ Paulus
2. Cor. 2. quoque in gratiam recepit Corinthium illum pœnitentem.

Manifeſta reprehenſio vtriuſque poteſtatis atuitanda. CAP. XVI.

VItanda quoque manifeſta reprehenſio vtriuſque poteſtatis, tam eccleſiaſticæ quàm ciuilis. Neq; inuehendũ in ordinem aliquem aut aliquod ab eccleſia receptũ viuendi genus

genus. Omnis enim poteſtas à Deo eſt, & propterea eatenus honoranda, nō incellenda. Sequenda præcurſoris dominici doctrina & exemplū, qui ne milites quidē à ſe repulit, aut vlla contumelia affecit, ſed magis viam rectè viuendi oſtendit. Per eiuſcemodi enim incautā reprehenſionem plebs ad ſeditionem magis ac rebellionem incitatur. Hāc murmur, odiū, impatientia, contumacia, proteruia, & detractionis libido comitātur: quin potius docendus populus eſt obedire magiſtratibus, parere præpoſitis ſuis, etiam diſcolis, ac interim admonendus eſt, vt ſint magiſtratus interdum vitioſi, id euenire, quòd dn̄s regnare faciat malos & hypocritas propter peccata populi. Omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditā eſſe. Quódque omnis poteſtas à Deo ſit: quòd denique, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi, reſiſtat, niſi tamen poteſtas expreſſim præcipiat, quod eſt contra mandatum Dei: tum enim oportet plus obedire Deo quàm hominibus.

Rom. 13. *Lucæ 3.* *1. Petr. 2.* *Iob. 14.* *Prou. 28.* *Eſaiæ 3.* *Roma. 13* *Acto. 5.*

Quomodo corripiendi magiſtratus. CAP. XVII.

IN corripiendis vero magiſtratibus, correctioni quoq; fraternæ locus eſt, quemadmodum Ioannes reprehēdit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, nō populo: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Qua ſi nihil promoueas, poſtulanda & expectanda prouiſio prælatorū ac maiorum magiſtratuum eſt: qui ſi diſſimulent, etiam conſultum magis, vt vltio remittatur ad Deum, quàm vt tantum ſcandalum inde deterius ſubſequatur.

Marc. 6.

Admonendus populus, vt oret pro magiſtratibus. CAP. XVIII.

EST autem populus frequenter in concionibus, poſt conciones vero ſemper diligentiſſimè commonendus, vt Deum Opt. Max. pro poteſtatibus deprecetur. Volo (inquit gentium magiſter Paulus) vt fiant omnium primum obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate cōſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

1. Tim. 2.

Notantur qui ſecus docent. CAP. XIX.

SI quis aliter docet, & nō acquieſcit ſanis ſermonibus dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, & ei quę ſecūdū pietatē eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciēs, ſed languens circa quæſtiones & pu-

1. Tim. 6.

gnas verborũ,ex quibus oriunť inuidiæ, cõtétiones,blaſphe miæ,ſuſpiciones malæ,cõflictationes hominũ corruptorũ, & qui à yeritate priuati ſunt,exiſtimantiũ quæſtũ eſſe pietaté.

Summa doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion contrahenda. CAP. XX.

Ex conci. Aphri. Pragma. Auguſtana.

POrrò cùm ſecundum euangelicã atque apoſtolicã doctrinam(quibus decreta patrum ac Conciliorum,deniq; pragmatica ſanctio Auguſtana meritò accedunt)in eccleſia Dei ſola canonica ſcriptura ac diuina eloquia ſecundum eccleſiaſticam interpretationem ſanctorum patrum ac doctorum,& recitari & prædicari debeat, non abs re videbitur parochis ſummam Bibliorum pauciſſimis præſcribere,ne alicubi,dum ſcripturæ metas neſciunt,impingant.

Enchiridion quæ docebit. CAP. XXI.

Hebr. 2.

ET cùm prçcipue ipſis incumbat,vt plebem erudiant in præceptis decalogi,articulis fidei,qui ſymbolo apoſtolico recẽſentur,ac eccleſiæ ſacramentis ſimul cũ explicatione orationis dñicæ:(Hic eſt enim inchoationis Chriſti ſermo quo iacitur fundamétum,ab operibus mortuis & fidei in Deum)idcirco vt imperitioribus conſulatur,quoddã Enchiridion dabimus,in quo breuiſſimè hæc omnia ſecundũ ſanam & eccleſiaſticam doctrinã exponẽtur,ſimul & loci quidam communes ad omnes omnium hominum ætates ac ordines cõmonitorij inſerentur. Veneratio quoque ſanctorũ ac reliquiarũ. Deniq; quatenus imaginibus ac picturis vtendũ docebitur. Nec interĩ quid ſibi eccleſiaſticç çeremonię prçſertim illæ piæ ac antiquiſſimæ velint, & quò conducant in eodem libello declarare omittemus,idque ſuccinctiſſimè.

Ordo concionandi quem ſimpliciores ſequentur. CAP. XXII.

Aug. de doctrina Chriſtia. li. 4. c. 10.

SImpliciores ac min⁹ eruditi cõcionatores,feſtis quibúſq; diebus cócione in noĩe ſanctiſſimæ Trinitatis cũ imprecatione gratiæ Dei (nẽpe vt dñs ſuum ſpiritũ verbo addere dignetur)cœpta initio ambas lectiones,quæ Epiſtola ac Euãgeliũ Miſſæ eius diei appellãtur,ad verbũ denarrabunt. Deinde poſt imploratã diuini numinis clementiã, regrediãtur ad vtriuſq; lectionis breuem dilucidationẽ,locos aliquot cõmunes ex vtraq; deligentes, quibus populus ad vitæ pietaté charitatémque Dei ac proximi inflammetur. Denuntiabunt quoq;,quid eccleſia Dei eo die potiſſimũ Deum oret ac precetur,quod in precationibus ſeu collectis,quæ poſt cãticum

Kyrie

Kyrie eleyſon, aut Gloria in excelſis, dicuntur, cōtinetur: ac hortabuntur populum, vt idem pariter interea dū ſacra agun tur, Deum oret, ſi non verbotenus, mente tamen.

Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ. CAP. XXIII.

SAnctorum hiſtoriis ne nimis diu immorētur: quin potior pars (vti iam diximus) Euangelio detur & Epiſtolæ explicandis. Quòd ſi fabuloſa videbitur hiſtoria, ne attingat quidem: ſi veriſimilis, leuiter, eáque decerpat quæ imitanda videantur. Miracula quoque ne impudentius iactētur, niſi quæ ſcripturis prodita, aut à nō leuibus ſcriptoribus ſumma cum hiſtoriæ fide tradita fuerint.

Allegoriæ quomodo explicandæ. CAP. XXIIII.

SI quas allegorias aut ſenſus ſcripturæ recōditiores, ſpiritualia ſpiritualibus cōferentes adferre velint, has ex receptis eccleſiæ doctoribus, veluti Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, ac ſimilibus comprobatis authoribus deſument.

Quomodo finienda concio. CAP. XXV.

VBi ad calcem concionis deuentum erit, breui epilogo, quo argumentum ac capita totius cōcionis renarret, vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit.

Quid recitandum finita concione. CAP. XXVI.

DEbet quoq; finita cōcione, decalogus, ac ſymbolū fidei & ſuccinctè & exertè recitari. Illa quoq; exomologeſis ac publica peccatorū cōfeſſio cū imploratione miſericordiæ Dei, purè ac diſtinctè pronunciari, ac moneri populus, vt eiſdē verbis ſacerdotē pronūtiantē ſubſequatur: ac deinde recēſeri cōſolatoria imprecatio remiſſionis peccatorū, vt populus deiecto, cōtrito, humiliato aīo ac toto corde, cū presbytero accingat ad myſteriū redēptionis ſuæ (quod in altari tractatur) cōtēplandū, fructumq; dominicæ paſſionis, quæ in altaris myſterio cōmemoratur, repræſentaturq;, participādū. *Pſal.* 50.

Quomodo finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis. CAP. XXVII.

CVm multum plerunque temporis, paruo cum fructu teratur in recenſendis ſingulatim defunctorum nominibus, vbi viritim pro quolibet exigitur vna oratio dominica, idque interdum nō citra ſuſpicionem vel quæſtus vel ambitionis fiat: nobis potius videbitur, vt populus ad commu-

nem pro defunctis orationem piè ac deuotè dicendam accen datur & hæ genealogiæ intermittantur. Super qua re tamen, quod ad morem ciuitatis noſtræ Colonien. attinet, & cum pa rochis & cum ſenatu latius agere non omittemus.

DE ADMINISTRATIONE Sacramentorum. CAP. I.

ECCLESIAE catholicæ vſus ſeptem myſteria (quæ ſa- cramenta appellantur) obſeruat, veluti ſeptem quædā parata remedia, per quæ Deo viſum eſt peccatis no- ſtris mederi, ac nobis gratiæ ſuæ ſalutaris medicinam (diuerſa tamē ratione) infundere: quæ ſunt, baptiſmus, con- firmatio, euchariſtia, pœnitētia, extrema vnctio, ordo; & ma- trimonium. Quæ cur à Chriſto & eccleſia inſtituta ſint, & à veteribus ſacramēta peculiariter appellata, deīde quæ illorū ſit per gratia Dei efficacia & virtus, nunc non eſt dicendi lo cus. Tantum admonebimus in præſentia parochum, quæ il- lum circa diſpenſationem ſingulorum obſeruare conueniat.

Inſtruendus populus, quid agatur in cuiuſlibet ſacramenti exhibitione. CAP. II.

Aug. li. de doct. Chriſt. QVia igitur in ſacramētis aliud videī atq; aliud agitur, inſtruēdus eſt populus in cuiuſlibet exhibitione, quid in eiuſcemodi religioſo arcano, (id enim ſacramentū ſonat) agatur. Cū enim in ſacramētis iſtis per ſigna quędā ſenſibilia infundatur inſenſibilis gratia, cōgruēs externis ſignis, excitā da eſt fidelium fides & deuotio in Deum, vt credētes ac diui num myſterium intelligētes, ad Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti participandam gratiam accedant. Quod fiet, cum pa- rochus ſub adminiſtrationem cuiuſlibet ſacramēti, ſacra cō- cione populum breuiter admonuerit quid in ea re agatur.

Quid agatur in baptiſmo. CAP. III.

Galat. 5. ET vt de ſacro baptiſmo exordium capiamus, docendus eſt populus, quòd illic aboleatur vetus homo, remiſſo o- mni peccato, atq; nouus exoriatur ab omni labe purgatus per *Tit. 3.* fidem in Chriſtum, quòd illic qui baptizatur, lauetur lauacro *Roma. 6.* regenerationis & renouationis Spiritus ſancti in ſanguine Chriſti pro nobis effuſo, quòd illic veterem Adam exuimus, ac viciſſim Chriſtum induimus, conſepulti cum illo per ba- ptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mor- tuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus,

quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit.

Cuius ſint admonendi ſuſceptores infantis. CAP. IIII.

SVſceptores infantis(patrini qui dicuntur)meritò admonentur,quòd ipſi ſint,qui eccleſiæ nomine, & in eccleſiæ fide Chriſto paruulos offerant per baptiſmũ, ac ſe propemodum pro paruulis fideiuſſores conſtituant, nomine paruuli reſpondentes: quem etiam poſtquam adoleuerit, ſymbolum ſimul &orationem dominicam edocere,atque vitam Chriſto ac profeſſione in baptiſmo facta dignam perpetuo agere,ſaltem vbi id neceſſitas poſcere videbitur,cohortari non omittēt:proindéque malumus illos deligi prouectæ ætatis, quàm impuberis, ne videatur infans infantem offerre, ac ſpõſorem ſe Deo pro alio conſtituere,qui quod promittit,non intelligat:ideóque multo minus quod non intelligit,docere queat. *c. vos ante oĩa. de conſe. diſtinct. 4.*

Populus docendus,quid velint externa ſigna CAP. V.

PRæterea docebũt populum,quid ſit, quòd catechizetur baptizandus,quid reliqua ſolennia,quæ eccleſia adhiberi voluit ſignent:videlicet,Cur inſuffletur in faciẽ baptizandi,cur ſignum crucis & in pectore & in fronte fiat,cur ſal in os detur,cur aures & nares ſputo attingãtur,liniãturque,cur inunctio in pectore & ſcapulis fiat,& cur poſt baptiſmi tinctionẽ in vertice.Denique,quid ſignificet amictus albus,quo infans ſeu alius baptizatus ſuperinduitur,quę omnia ſunt myſteriorum plena,quemadmodum Enchiridion declarabit.

Quomodo accedendum ad baptiſmum. CAP. VI.

CVm beatiſſimus Apoſtolus in eccleſia omnia honeſte atque ſecundũ ordinẽ fieri iubeat,debebit baptiſmus ſumma mentis in Deum & in ſacratiſſima quæ aguntur myſteria, intẽtione & dari & accipi Quare quicquid hinc ſuſceptores ſeu alios aſtantes auocat,procul tollendũ eſt. Accedatur itaque depoſito omni faſtu,humili ſpiritu,ac recta in Deum fiducia,queãdmodum acceſſerũt qui Ieſu paruulos obtulerũt, vt manus eis imponeret. Nam hic renunciatur Satanæ,omnibus operibus atq; omnibus põpis eius,cõueniatúrq; antè inter patrinos de noĩe infantis,vt potius in baptiſmo ipſo cogitetur de lucranda anima Chriſto,quàm de retinẽdo nomine. *1. Co. 14* *Matt. 19*

Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus. CAP. VII.

MAgna certe ratione eccleſiaſticis patribus viſum eſt,vt baptiſmus in cõſpectu eccleſiæ in loco ſacro recipiatur,niſi tamẽ imminẽs neceſſitas fieri aliud ſuaſerit.Quãobrẽ

diſplicet nobis quòd quidam faſtuoſi templum domini deſpi cientes, ambiũt magis ſuos infantes in domibus priuatim baptizari. Quod deinceps, niſi neceſſitas idipſum exegerit, & cauſæ cognitio præceſſerit, indulgeri nolumus.

In confirmationis exhibitione quid docendum. CAP. VIII.

Act. 8. 19. ITidem dum ſacramentum confirmationis confertur, docebunt Vicarij noſtri in pontificalibus, quid agatur, nempe *De cõſe. diſt. 5. c. nouiſ.* quòd ille ambiatur gratia ſpiritus ſancti, qua confirmatur tyro aduerſus Satanæ tẽtationes, roboraturque, vt quod corde credit ad iuſtitiam, ore quoque palàm confiteatur ad ſalutẽ. *Rom. 10* Quamobrem eo cõmuniri ſolet ætas tenera, quæ ad nequitiã procliuior eſt quàm ad pietatem, vt ea procliuitas minuatur, *Ex can. Vrbani.* docilitàsque ad pietatẽ augeatur. Omnes fideles (inquit Vrbanus pontifex Romanus) per manus impoſitionẽ epiſcoporum, Spiritum ſanctũ poſt baptiſmũ accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniãtur: quia cũ ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam roboratur. De Spiri- *1. Cor. 2* tu ſancto accepimus, vt efficiamur ſpirituales, quia animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. De ſpiritu ſancto accepimus, vt ſapiamus inter bonũ malũque diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitię ac ſuperbię repugnem*, vt luxuriæ & diuerſis illecebris ac fœdis indigniſque cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accepimus, vt amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere à terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus. Sed de hoc alibi latius.

Quomodo ad ſacramentũ cõfirmationis accedendũ ſit. CAP. IX.

Ex conc. Aureli. c. vt ieiu. ad con- ſec. di. 5. AN expediat imitari conſuetudinem, qua obſeruatur, vt nedum adultis, ſed & infantibus detur cõfirmatio, idq; pranſis, hic non diffinimus: quãquã quod Aurelianen. Concilio ſancitũ eſt, nobis magis placuerit, videlicet vt ieiuni ad confirmationem veniãt perfectæ ætatis, vt moneantur confeſſionem ſacramentalem facere priuſquam acceſſerint, quo mundi, donum Spiritus ſancti mereãtur accipere. Cum enim hoc ſacramentum non ſit neceſſitatis abſolutę, conueniẽtius & vtilius dabitur, ſi addatur admonitiuncula. At antequã infans ſupra ſeptimũ ętatis annum progreſſus fuerit, parum aut nihil horum quę aguntur intelliget, ne dicamus, meminerit.

Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. CAP. X.

QVemadmodũ in baptiſmo ſuſceptores ſunt, ita hic qui confirmandum præſentant ac coram Epiſcopo ſiſtunt, idque

idque non admodum diuerſa ratione,niſi quòd quidã etiam dicunt,decens eſſe,vt qui nõdum aduerſus carnis,mundi,ac Satanæ tentationes roborari ſint, per confirmatos iamdudũ atque exercitatos ſenſus habentes (quibꝰ fides cõfirmãdi cognita atq; explorata ſit)Epiſcopo præſententur. Quãobrem quoque admonendi ſunt iſti officij ſui, curãdumque,vt tãti ſacramenti perceptio dignè ac reuerenter peragatur, quemadmodum in primitiua eccleſia obſeruatum legimus. *Gerſon.*

De moderandis donariis,quæ ſuſceptores infantibus donent. CAP. XI.

QVibuſdã in locis,ambitiõis magis,quàm pietatis cauſa, dum vtrunque,tam baptiſmi quàm cõfirmationis ſacramentũ peragitur,hi qui patrini dicũtur,certant,vt alter alterum donariorũ pretio(quo ſuſcepti ac præſentati pueri donantur)vincant.Præterea itur ſtatim,maximè poſt baptiſmũ,ad comeſſationes,cùm tũ maximè comeſſationibus eſſet abſtinẽdũ. Qua de re admonẽdus eſt populus,vt quæ digna ſunt his ſacramentis tantũ curenr.Cætera aut moderentur, aut penitus tollant.Nam non offenderimus Deum,grauius quàm cùm illius ſanctiſſima myſteria indignè tractamus.

Docendus populus de ſignis externis. CAP. XII.

DOcebit præterea parochus populum,quid ſignet chriſma,& cur ex oleo oliuę ac balſamo conficiatur,quemadmodum docebit Enchiridion.

De ſacroſancta Euchariſtia. CAP. XIII.

EVchariſtia,vnicum illud piarũ mentiũ ſolatium ac deliciũ,hac deploratiſſima tempeſtate execrãda inſania ac abominabili prophanatione hæreticorũ de re tãta quodlibet comminiſcentium pleriſque quodãmodo in nauſeã vertitur,adeò vt(quod dolentes referimus) multi nunc ſint,qui non tantum hunc panem vitæ,qui de cœlo deſcendit,accipere nõ deſiderent,ſed & auerſentur,homines ſolo noĩe Chriſtiani, re ipſa vero Capernaitis ipſis deteriores, etiã quos poſt acceptã notitiam veritatis,voluntariè in filiũ Dei peccantes,ac corpori dominico & ſanguini cõtumeliã inferentes,terribilis quædã expectatio iudicij,& ignis ęmulatio(quæ conſumptura eſt aduerſarios)manet. *Ioan. 6.* *Heb. 10*

Quid docẽdus populus in huius ſacramẽti miniſtratiõe. CAP. XIIII.

DOcendus eſt itaq; populus Chriſtianus certiſſima fide crędere ꝙ in hoc ſacramẽto ſit verum corpus & verus

ſanguis Chriſti Ieſu. Neque enĩ veritas mentitur, quę apud
Mat.26 Matthęum, Marcũ & Lucam hoc ſacramentũ inſtituens ac
Mar.14 porrigens, ſimpliciſſimè dixit: Accipite & comedite: hoc eſt
Luc.22. corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus
noui teſtamẽti, qui pro vobis & pro multis effundetur in re-
miſſionem peccatorum. Hoc facite in meã commemoratio-
1.Co.10 nem. Sic docet Paul⁹ Apoſtolus: Calix benedictionis cui be
nedicimus, nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et, pa-
nis quẽ frangimus, nónne participatio corporis domini eſt?
Vnde conſequitur in Euchariſtia totum eſſe Chriſtum, quã-
quam ibi ſit ſub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit ve
rum corpus & ſanguinem, haud dubiè tradidit viuũ. Quare
ſi credimus in ſepulchro diuinam naturam non fuiſſe ſepa-
ratam ab examini corpore, quanto magis credemus eam à
viuo corpore non eſſe ſeparatam in ſacramento?

Quibus perſuaſum eſt vtranque ſpeciem laicum participare oportere, quomodo docendi. CAP. XV.

VBi ſunt, quibus cõtra eccleſiæ conſuetudinem perſua-
ſum eſt, oportere laicos participare corpus & ſangui-
nẽ domini ſub vtraque ſpecie, ibi docebit parochus hos, qui
grauatam habent conſcientiam, corpus & ſanguinem domi
ni in altera tãtum ſpeciè perfectè cõſiſtere, adeò vt laicus,
qui ſub ſpecie & panis communicat, nõ tantũ corpus, ſed &
ſanguinẽ domini nõ minus recipiat, quàm qui capit ſub v-
Ex cõci. Conſtã. traque ſpecie & panis & vini. Eccleſiam quoque laicis vnã
tantum ſpeciẽ dare, quod pro reuerentia ipſius ſacramenti
& ſalute fideliũ eccleſia (cui diſpenſatio ſacramentorũ Dei
cõmiſſa eſt) ſic viderit expedire. Nam quũ nullatenus am-
bigendum ſit, ſub ſpecie panis nõ tantũ carnem, nec ſub ſpe
Mat.18 cie vini ſanguinem tantũ, ſed ſub qualibet ſpecie totũ Chri
ſtum cõtineri, cur ſe laicus iudicio eccleſiæ, quam dominus
audiri voluit, non ſubmittet? qua non temerè, ſed multis ra
tionibus permota, decreuit ſalubrius eſſe, vt non tantum po
pulus, ſed & ſacerdotes non ſacrificantes, Chriſtũ ſub vna
Ambro de ſacra. c. reuera. de conſe. diſt. 2. tantum ſpecie, quàm ſub duabus perciperent. Quid enim
panis vinique ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationem, quàm
ſpecies ſacramentales & accidentia ſine ſubiecto? vt non ha
beat laicus cur quęratur ſibi alterã ſubtrahi ſpeciẽ, vbi to-
tum quod ſub vtraque ſpecie continetur, integrè accipiat.
De qua re alibi latius dicetur.

De veneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. CAP. XVI.

ET quoniã in hoc ſacramento Chriſtus cõtinetur, cohortandus eſt populus, vt ad hæc myſteria contremiſcens, quum in celebratione miſſarũ eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, corporéq; humi fuſo, mente adoret crucifixum, facturus idem, quum presbyter defert ad infirmum Euchariſtiã, quam ob id paratam ſemper habere debet, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eũ cõmunicet, ne ſine cõmunione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hãc ſalutarem hoſtiam palàm ac honorificè ante pectus cum omni reuerentia & timore ferat & referat lumine ſemper præcedente, vt ſigno populus intelligat, illic eum eſſe præſentem, qui eſt candor lucis æternæ. Hæc denique ſacroſancta hoſtia reponatur ſemper in loco ſingulari, mundo & ſignato, honorificéque collocata, deuotè ac fideliter conſeruetur. *Hno. 3. c. ſane. ue cele. miſſa. Ex cõci. Mogũt. c. presb. de conſ. diſt. 2.*

Quomodo tantum miraculum in hoc ſacramento fiat populus docendus. CAP. XVII.

DOcendus item eſt populus, ꝙ tãtum miraculum in hoc ſacramento virtute Chriſti fiat, nõ ex meritò ſacerdotis, quod & in cęteris ſacramẽtis obtinet. Nã intra ſanctã eccleſiam catholicã in myſterio corporis Chriſti, nihil à bono maius, nihil à malo minus, perficitur ſacerdote: quia non in merito cõſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritus ſancti. Si enĩ in merito eſſet ſacerdotis, nequaꝗ ad Chriſtũ pertineret. Nũc autem ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per Spiritum ſanctum hanc ſuã efficit carnẽ, & tranſit vinum in ſanguinẽ. Sed hoc tantum intereſt, ꝙ malus ſacerdos ſibi tantũ nocet, indignè tanta myſteria tractãs. Nam quod ad veritatẽ corporis dominici attinet, ita percipit hic, cui dicit Apoſtolus. Qui mãducat indignè, iudicium ſibi manducat, ſicut is, cui dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *1. Co. 11. Ioan. 6.*

Quomodo admonenda plebs, ad ſumendam Euchariſtiam accedens. CAP. XVIII.

PRæterea inſtruẽda plebs eſt, quomodo Euchariſtia ſumenda ſit. Et in primis admonenda, ꝙ graue crimen ſit, ad tanti ſacramẽti participationẽ indignè accedere. Nã Apoſtolus ait: Quicũque manducauerit panem hũc, & biberit calicem dñi indignè, reus erit corporis & ſanguinis. Et iterũ hanc horrendam ſentẽtiam cõgeminans: Qui (inquit) *1. Co. 11.*

mãducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãducat & bibit,non diiudicans corpus domini. Ideóque(vti ſubiicit)multi inter vos infirmi, & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Quòd ſi noſipſos diiudicaremus,non vtique iudicaremur.

Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. CAP. XIX.

PRoinde nemo admittendus eſt, niſi cuius cõſcientia parocho ſit,aut cui poteſtas ſuper hac re legitimè facta eſt, per exomologeſim explorata, & qui pœnitẽti ac cõtrito corde corpus dñi diiudicans acceſſerit,quod iubet Apoſtolus,quum ait:Probet autem ſemetipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat: ne cum Iuda,qui cœnæ dominicæ ad iudicium interfuit,locum diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccãdi longè abſit. Nam ſi adhuc habet voluntatẽ peccandi,grauatur magis Euchariſtiæ perceptione,quàm purificatur. At contrà,quanuis quis peccato mordeatur,ſi tamẽ pœniteat, & de cætero peccandi voluntatem nullam habeat,confidens de domini miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus.

1.Co.11. *Ioan.13* *Augu. c.quoti. de conſe. diſt.2.*

Quatenus alteri quàm ſuo parocho confeſſus,ad Euchariſtiam admittendus. CAP. XX.

QVi alteri q̃ ſuo parocho confeſſus eſt, is ſi nõ factę cõfeſſionis ſuſpectus habeatur,teſtimoniũ adferet ſe cõfeſſum eſſe,cuius etiã conſcientiam verus ipſe parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere nõ omittet. Ac generatim ſinguli parochiani rudiores,anno ſaltem ſemel quum adibunt menſam dominicam, examinandi prius in præceptis domini,articulis fidei,oratione dominica, ac eccleſiæ ſacramentis,maximè baptiſmi & Euchariſtiæ.

Intra annum ſaltem ſemel communicandum. CAP. XXI.

ET vt cohortandus eſt populus,quo ſæpenumero cõmunicet,quemadmodum olim ſingulis diebus dñicis fieri cõſueuit(quod quidẽ nũc quo minus fiat per laicos ſtat, quibus nõ debet cœleſtis ille cibus inuitis aut nauſeantibus obtrudi)ita ad minimũ populus ipſe in diſciplina eccleſiaſtica retinendus eſt,vt ſaltẽ toto anno ſemel ab omnibus qui ad diſcretionis annos perueniſſent,cõfeſſis & contritis,Euchariſtia ſumma cum reuerentia ſuſcipiatur. Olim qui non communicaſſent in anno ſaltẽ ter,in Paſchali, videlicet Penteco ſte,& natali Domini,inter fideles catholicos non connumerabantur:ſed quum ſenſim omnis penè refrixerit charitas,in hoc

Ex cõci. general. c.omnes. de pœni. et remiſ. *Ex cõci. Tolet. Et liber. de conſ.*

hoc quoque eccleſiaſtica diſciplina cœpit eſſe remiſsior. *diſt. 2. omnis homo.*

Quorum admoneri populus hoc ſacramentum participaturus maximè debeat. CAP. XXII.

OMnium autem maximè inſtruẽdus eſt populus, vt recta fide accedat, ſermoni domini firmiter credẽs, quo nos edocet Chriſtus dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Quibus verbis & veritatem ſui corporis aſtruit, & credentibus, dignéq; ſuſcipientibus, remiſsionem peccatorũ promittit, iubẽs vt hoc faciamus in ſuam commemorationem. Porrò anima quæ fidẽ habet, & eiuſmodi Chriſti verbis credit in memoriam Chriſti ſacramentum edit, quum ſecum recogitat, quemadmodum vnigenitus filius Dei, ob perditum hominem Deo patri recõciliandum, & delendũ quod contra nos ſcriptum erat, chirographũ, de cœlo deſcẽderit, ſemetipſum exinaniuerit ac humiliauerit, factus obediens patri vſque ad mortem, mortem autem crucis. In quo maxima erga nos Dei charitas commẽdatur, qui vnico filio ſuo nõ pepercit, ſed pro omnibus nobis à peccati & ſatanæ vinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem & affectum Deo ſuggerẽte præparare debet in animo ſuo is, qui Eucharistiam percipit. *Aug. c. timorẽ. de conſe. diſtin. 2. Mat. 26 Coloſ. 2. Philip. 2. Ephe. 2. Ioan. 3.*

Docendus quoque, cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & vini inſtitutum ſit. CAP. XXIII.

NEque interim negligendum, ſed perpetuo inculcandum erit, hoc ſacramentũ corporis & ſanguinis dominici, ſub ſpecie panis & vini inſtitutũ eſſe, vt præter veritatẽ corporis & ſanguinis (quæ in eo cõtinetur & recipitur) quoddã etiam eximiũ ſignum mutuæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodũ diuus Paulus inquit: Quoniã vnus panis & vnũ corp⁹ multi ſumus, qui de vno pane & de vno calice participam⁹. Quamobrẽ ab huius cõuiuij ſpirituali participatione lõge abſunt, qui inuidiæ vel odij veneno infecti, aut iracũdiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque ſunt qui cõmunicare deſiderant, vt depoſita omni ſimultate, diligant alterutrũ, vti vnius corporis membra, vt nõ ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra. *Aug. in ſerm. de dedicatione eccle. 1. Co. 10*

Quomodo ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendam Miſſam ſe præparabit. CAP. XXIIII.

DOcendus quoque populus, vt qui iuxta antiquum eccleſiæ ritum ſingulis dominicis diebus ad cõmunicandum

corpori & ſanguini dominico non ſe præparat, Miſſæ ſaltem parochiali hiſce, aliiſq; feſtis diebus interſit. vt tametſi inter ſacrificantē & aſsiſtantes non ſit (more illo antiquo) tam frequens ſacramentalis cōmunio, ſit ſaltem ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis communio, vt ſic quodammodo omnes ſpiritualiter cōmunicent, cum deſiderio etiam ſacramentaliter communicandi. Ne verò populus ab hac Miſſa parochiali, & ab auditione verbi Dei diſtrahatur, placuerit nobis, vt ſi quæ ſint aliæ Miſſæ legēdæ die dominico, hæ inchoentur primum poſt verbi prædicationem finitam, quem ad modum latius in viſitatione ſecundum diuerſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

c. & hoc accendēdū de conſe. diſt. 5. Ex cōci. Cartha. c. ſacer. de conſ. diſt. 1.

Docendus populus generatim, quid agatur in Miſſa. CAP. XXV.

DOcēdus populus generatim, quid agatur in Miſſa, & quibus partibus conſtet. Cōſtat ſiquidem pſalmodia, quem vocamus introitū, inuocatione & glorioſa celebratione ſanctiſsimæ Trinitatis, quæ in canticis Kyrie eleyſon, & Gloria in excelſis Deo, peragūtur, precatione ſeu collecta. recitatione verborū propheticorū aut apoſtolicorum, quam vocamus Epiſtolam: ſacris Canticis, quæ vocamus Gradualia & Alleluia & quæ ſequūtur, lectione Euangelica, ſymboli recitatione, ſeu profeſsione fidei catholicæ, cātico quod non ſine myſterio Offertorium appellatum eſt: Gratiarū actione, quæ dicta eſt Præfatio, religioſa commemoratione mortis, cōſecrationéque corporis & ſanguinis dominici, quæ fit in Canone. Rurſus, precationibus, inter quas eſt precatio dominica: ſequitur oſculum pacis ſymbolum Chriſtianæ charitatis, mox Communio. Rurſus ſacrū canticū, quod cōmune appellatur, & precatio. Poſtremo loco, ſacerdos totum populum velut in ſuam tutelam receptum, Deo benedictione tradit, atque cōmendat, vt perſeueret in affectu pietatis, mutuáque charitate: quorū quum admonetur populus, incipiet nedū credere, ſed & ſentire, quòd in Miſſa nihil non ſit pium ac venerandum.

Corripiendus abuſus eorum, qui ante finitam Miſſam irreuerenter diſcedunt. CAP. XXVI.

Ex cōci. Agathē. c. Miſſa. de conſe. diſt. 5. & c. ſequen.

COrripiēdus verò abuſus eſt, quòd quidam poſt aſperſam aquam, & ante Miſſæ introitum exitum faciūt: quidam poſt auditum & non intellectū Euangelium abeunt: alii que poſteaquam ſacerdos dixit, Surſum corda, & Gratias agamus. Atqui tum præcipuè populi partes erant, quando ſubmiſsius legente

legente tacente ſacerdote, quiſque cum Deo loquitur. Denique alij ſtatim poſt eleuationem corporis & ſanguinis dominici non expectantes præcipuam Miſſæ partem, quæ eſt cõmunio. Antiquiſsimus ergo Canon populo rememorãdus eſt, qui ſic habet: Omnes fideles qui in ſolẽnitatibus ſacris ad eccleſiam conueniunt, & ſcripturas Apoſtolorum & Euãgelium audiant. Qui autem non perſeuerant in oratione vſque dum Miſſa peragatur, nec ſanctam communionẽ percipiunt (quam nos, vt non exigimus quotidie ſacramentalem, ſaltem ſpiritualem à populo requirimus) velut inquietudines eccleſiæ commouentes conuenit communione priuari. *Cyprian. c. quando autem. de conſec. diſt. 1. Cap. omnes fideles. de cõſec. diſt. 1.*

Docendus populus, quale ſit Miſſæ ſacrificium. CAP. XXVII.

DOcendus item eſt populus, quale ſit miſſa ſacrificium, nempe repræſentatiuum. Semel quidem Christus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: ſemel in manifeſtatione ſui corporis in diſtinctione ſuorum membrorum omniũ. Verus Deus & verus homo ſemel tantum in cruce pependit, offerens patri ſeipſum hoſtiam viuam, & paſsibilem, immortalem, viuorum & mortuorũ redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Et tamen quotidie immolatur in ſacramento, nõ quòd toties Chriſtus occidatur, ſed quòd illud vnicũ ſacrificium myſticis ritibus quotidie renouetur, quotidianáque recordatione mortis domini (qua liberati ſumus) in edendo & potando carnẽ & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur, quod olim factum eſt, facitque oblatio iſta ſacramentalis moneri nos, tanquam videamus præſentem Dñm in cruce: Eliciẽtes ſubinde nobis ex illo fonte inexhauſto gratiam ſalutarem, immolamusque hoſtiã pro viuis & defunctis, dum pro illis patrem per filij mortem deprecamur. *Auguſt. de trini. et in pſal. 20 c. ſemel. de conſec. diſtin. 2. et duob⁹ ſequen. 1. Petri. 3. Roma. 6.*

Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ. CAP. XXVIII.

EXequias ac Miſſas quæ pro defunctis peculiariter dicũtur, malumus in alium diem transferri, quàm die dominico celebrari, niſi tamen plebs diei tranſlatione grauaretur. In quibus etiã ad populum fiat admonitio, declaretúrq; quibus potiſsimum modis Dei miſericordia pro animabus ambiẽda ſit: ſic, vt interim admoneãtur hi, qui funebres põpas ac Miſſas gloriæ tantũ aucupandæ cauſa inſtituunt, perdere mercedem ſuã. Debet quoq; plebs doceri, pium eſſe, quemadmodum *Capt. non*

æſtima. c. ab Apoſtolorũ tẽporibus,eccleſia (quæ colũna & firmamentũ
tẽpus. 23. veritatis eſt)& docuit & obſeruauit,pro defunctis Dominum
quæſ.2. exorare,& eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri, atq; hæc
Ex prag. eis prodeſſe,qui in cõmunione eccleſiæ & ſigno pacis deceſ-
Auguſt. ſerũt, & qui cum viuerent,hæc ſibi vt poſtea poſſent prodeſ-
1.Tim.3. ſe,cooperando meruerunt.

Qui ad Exequias euocandi. CAP. XXIX.

AD Exequias,quæ extra ciuitatẽ noſtrã Coloniã celebrãtur,nõ euocandi monachi,nec iſta cohors leuiũ ac indignorum ſacerdotum. Aut ſi euocentur, videndũ ipſis ne laſciuiant. Quanquã nobis magis probetur,vt qui volet, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, is monachos in ſuis monaſteriis,ac clericos ſingulos in ſuis tẽplis permanere ſinat,ibidémque preces ac Miſſas peragere Quonam enim ſpectat concurſus iſte, interdum quàm pars eſt immodeſtior, quàm ad captandam auram popularem? Cauenda verò ſummopere poſt exequias delicata conuiuia,crapulæ ac comeſſationes,ne Deus placandus,magis iritetur.

De pœnitentiæ partibus. CAP. XXX.

IN ſacramẽto pœnitentiæ explicãdo ac rectè miniſtrando, maturitate multa ac diligẽtia opus eſt. Veteres orthodoxi pœnitentiæ partes tres nobis tradiderunt,contritionem, cõfeſsionem,ac ſatisfactionem,ſeu fructum pœnitẽtia dignum.
Ioan. 20. Quanquã pœnitẽtia quatenus ſacramentũ dicitur,potiſsimũ in abſolutione presbyteri conſiſtat, qua ille ex virtute verbi & clauiũ ſibi à Chriſto traditarum,peccatorem pœnitentem, & in miſericordia Dei ſperantem,à peccatis ſuis abſoluit, de quibus paulo latius in Enchiridio dicemus.

Prima pœnitentiæ pars,contritio,in ſuggeſto ſemper pertractanda. CAP. XXXI.

PRima pœnitentiæ pars,quũ omnis Euãgelicæ prædicationis exordium ſit,nunquam non eſt in ſuggeſto pertractanda. Hac enim confugitur ab ira Dei ad miſericordiã,hac
Hebr.6. conuertimur ab operibus mortuis ad Deũ viuentem,hac ſubducimur à peccati ac diaboli laqueis,ac cõcorporamur Chri
Matth.3. ſto. Vnde à pœnitentia præcurſor Ioannes, deinde Chriſtus
Acto.2. ipſe, ac princeps Apoſtolorum Petrus prædicationis Euãgelicę doctrinam ſunt exorſi. Pœnitentia autem tum rectè prędicatur, quum arguuntur ſcelera ac flagitia per verbum Dei,
Roma.2. & incutitur populo timor iræ, indignationiſq; ac iuſti iudicij Dei

cij Dei, certo certius manentis eos, qui malè agunt ac male agendo perſeuerant. Subinde verò vino oleum miſcendum eſt, vt ex animo vereq; territis ac conuerſis promittatur gratia ac miſericordia. Ad eum modum Paulus ad Epheſeos ſcribens: Hoc (inquit) ſcitote, quòd omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, rixæ, iræ, diſſentiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. *Ephe. 5.* *Gala. 5.*

Neminem non ad pœnitentiam inuitari. CAP. XXXII.

IAm, quanquam nemo cõuertatur ad dñm, niſi tractus per patrẽ, attamen nemo hic excuſationẽ prætexat, ꝙ non trahatur, ꝙ ille ſemper ſtet ante oſtium pulſans, nimirum per internum & externum verbũ, cõmonens vt conuertamur à via noſtra peſſima, & inclamans quoniã ira, indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animã hominis operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonũ. Hic cõcuſſis conſcientiis commonſtrandus eſt Samaritanus ille, qui infundit vinũ & oleum, qui ſanat omnes contritos, & alligat omnes contritiones eorũ. Filioli mei (inquit diuiniſſimus Ioannes) hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tãtùm, ſed & pro totius mundi. Hæc eſt doctrina, quæ docet mori mundo, & viuere Chriſto. *Ioan. 6.* *Roma. 2.* *Luc. 10.* *Pſal. 146* *1. Ioan. 2.*

Presbyter qui à cõfeſſionib⁹ eſt, qualis eſſe debeat. CAP. XXXIII.

DE confeſſione, & quotuplex ſit alibi dicemus. Tantum quod ad eam quæ ſacerdoti priuatim fit, attinet, de paucis admonebimus. Primũ magnopere neceſſariũ iudicamus, vt ſacerdos, qui à confeſſionibus eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilentij tenax: alioqui ſi ad quæſtum intentus ſit, ſi ad malum ſolicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi pertinacibus blandiatur, ſi intricatã coſcientiam extricare neſciat, ſi deniq; vel ebrioſus, vel iracũdus, vel leuis, vel ſecreti minimè tenax, diſſi-

pandis magis quàm paſcendis ouibus videbitur idoneus.

Quid cõfitentẽ docebit presbyter cõfeſſarius. CAP. XXXIIII.

IN primis autẽ qui huic muneri intentus eſt, docebit cõfitentem, ne ambiguis ac perplexis ſermonibus ſe remoretur, & percõtando cogatur velut expiſcari crimina (quod ſæpenumero periculoſum eſt) ſed ſimpliciter, tãquam coram
Rom. 14. Deo aperiat lethalia crimina, & quæ cõſcientiam onerant ac lædunt, quòd ea quæ contra cõſcientiam aguntur, ædificent ad gehennam. Atque ibi maximè opus eſt ſacerdote iudice, diſcernente inter lepram & non lepram.

Remedium pro ratione morbi adhibendum. CAP. XXXV.

1. Theſ. 5 QVod omnibus Chriſtianus præcepit Paulus, dicens: Rogamus autẽ vos fratres, corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad oẽs. Hoc eum qui à cõfeſſionib⁹ eſt, maximè cõuenit obſeruare, nimirũ vt cõſolãdo erigat puſillanimes per immẽſam Dei miſericordiam: præfractos autem obiurget, tremendúmq; Dei iudiciũ ante oculos ponat. Deniq; vti prudentiſſimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quàm profuturus, ſi putauerit vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur, ſinguli ſecundum ordinem, ſtatum ac ętatem, atque id per locos quoſdam communes ex ſcriptura depromptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxii, quomodo tranquillandi. CAP. XXXVI.

QVi nimis anxi ſunt in repetenda cõfeſſione vel iterãda apud aliũ ſacerdotem, vel etiã in enumerandis circunſtantiis, quales ſunt quidam, qui quantumuis confitendo, conſcientiam tamen vix tranquillare poſſunt, docendi erũt, Deum (cui omnia patent) ſynceritatem tantùm cordis à nobis requirere, nec tam ſeuerum eſſe exactorem, qui conſcientiam ob vnam vel ob aliam delicti circunſtantiam, inter confitendum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatã eſſe
Pſ. 18. velit. Nam quis omnes erratus ſuos enumerauerit? quemadmodùm Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine.

Moderatio in caſibus reſeruatis. CAP. XXXVII.

IN occultis delictis ex reſeruatione caſuum compertum habemus, nõnihil mali interdum accidere: vel quòd peccator nõ habẽs in prõptu ſacerdotem qui illum abſoluat, cõfiteri

fiteri vel differt vel contemnit, vel quòd qui minores ætate ſunt vel mulieres, difficile adducãtur, vt ex ſuis parochis nõ ſine leui ſuſpicione ad nos ſeu commiſſarios noſtros profici ſcantur. Quare vt conſulamus & verecundiæ & famæ, viſum nobis eſt, hanc poteſtatem noſtram obſoluendi à peccatis & caſibus noſtræ abſolutioni reſeruatis (occultis tamen) omnibus parochis per diœceſim noſtrã cõſtitutis, ritè vocatis, delegare, modò tamen Vicariorum noſtrorũ in pontificalibus conſilium requirant ac adhibeãt, noſtris tamen Suffraganeis poteſtatem facientis, realiter in diœceſibus ſuis, vt cõſultius videbitur, ſuper hac re ordinandi.

Publicæ pœnitentiæ vſus in eccleſiam reuocandus.

CAP. XXXXVIII.

IN publicis verò criminibus, quẽadmodum neceſſe eſt, ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitẽtiæ regredi, atq; adeò ad Chriſti & ſui diſcipuli Pauli inſtitutũ reuerti, qui ad Corinthios exẽplo oſtendit, quomodo oporteat eccleſiam in publicè peccantẽ animaduertere, donec ipſi publicè peracta pœnitentia ſatisfecerit. De quo fuſius dicemus ſub titulo de iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. *1. Cor. 5.*

Recitata confeſſione, quid agendum per parochum.

CAP. XXXIX.

PEracta cõfeſſione, ſub abſolutionem ſacerdos monebit confitentem, vt quod admiſſum eſt, deteſtetur, vt ſic deinceps vitam inſtituat, ne in vllum lethale crimen poſt hac incidat, quemadmodum Chriſtus ad mulierẽ dixit: Vade, & noli amplius peccare. Vtque eum affectũ habẽs, credat per Dei miſericordiã in virtute ſanguinis Chriſti per abſolutionem impartiendã in verbo eius ſibi remiſſum iri peccata. Iniungat etiam illi fructũ dignum pœnitentiæ facere, ac tum denique imponat manum, ac abſoluat confitentem. *Ioan 8.*

In matrimonij ſacramento quid agatur. CAP. XL.

DVm matrimonio iungunt parochi virum ac mulierẽ, docebunt matrimonium inſtitutum eſſe à Deo, cõfirmatum per Chriſtum, vt Geneſeos 2. & Matthæi 19. legimus. Quod ſacramentum ſi quis, ſicut decet, acceperit, accedente ſacerdotali precatione, confertur donum ſpiritus, quo vir diligat vxorem amore caſto, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. Mulier viciſſim propter Chriſtum amet, reuereaturq; virum ſuum vti dominum. Vterq; liberos (ſi dẽtur) ſumma cura in- *Gene. 2.* *Matt. 19* *Ephe. 5.*

ſtituant ad Chriſtianam pietatem. Copioſam monendi mate-
Ephe. 5. riam Paulus ad Ephe. 5. ſubminiſtrat.

Quemadmodum monendi ſunt, qui matrimonium contrahere affectant. CAP. XLI.

QVum matrimoniũ ante lapſum Adæ, ꝑpter procreandos liberos inſtitutũ, ac benedictione Dei firmatũ ſit, Gene. 2. qua dixit ille: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Peculiariter autẽ homini. Erũt duo in carne vna. Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ. Nec ratio coniunctionis, ſeu benedictio poſt lapſum defecit, ſed tantũ quod ſanis potuit eſſe officiũ, id ægrotis factum etiã ſit remedium: dum vtriuſq; ſexus infirmitas propendens in ruinã turpitudinis, recte excipitur honeſtate nuptiarum, quemadmodũ diuus Paulus ait: Vnuſquiſq; vxorem 1. Cor. 7. ſuam habeat propter fornicationẽ, nimirum vitandã. Monendi ſunt qui matrimoniũ contrahere affectãt, ne alius affectus ipſos huc rapiat, vt ſit honorabile coniugiũ ac cubile impollutum. Nã ſi neq; ob prolem ſuſcitandã, neq; ob fornicationem vitandã, ſed potius diuitiarũ aut opum nãciſcẽdarũ, aut alterius rei gratia matrimoniũ cõtrahatur, perperam agitur ac grauiter in ſacramentũ peccatur. Hic, quę Tobiæ 6. 7, & 8. ſcribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conueniet. Vbi locus pulcherrimus eſt, exemplo cõmonſtrans, quemadmodũ bona vxor donũ Dei ſit, debitum timenti dñm, quomodo in timore Dei apparentibus, non luxuriæ cauſa, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Dei in ſecula petẽda. Quo pacto coniugij conſcriptione facta, tradenda, quemadmodum etiam cõuiuium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendũ. Denique quomodo precãdus ſit Deus per coniuges, vt benedictionẽ ſuã in ipſos, quos coniunxit, impleat. Hæc enim decent ſanctorum filios, qui non debent ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum. Eritque horrendum illud exemplum de ſeptem Saræ viris à dæmonio occiſis replicandum. His nanque (vt Raphaël angelus apud Tobiam ait) qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem vehementer comprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi, ante eccleſiaſticam cõiunctionem ieiunio ſe præparant, & ſacram Euchariſtiam ſumunt.

Matri-

Matrimonium tria complecti. CAP. XLII.

DOcendi itaque breuiter,matrimoniũ tria cõplecti,fidẽ, prolẽ,& ſacramentũ. In fide attẽditur,ne præter vincu lum coniugale,cum altera vel altero concumbatur. In prole, vt amãter ſuſcipiatur,benignè nutriatur,religioſè educetur. In ſacramento autem,ne coniugium ſeparetur,néve dimiſſus aut dimiſſa etiam prolis cauſa,alteri coniungatur. *Augu.de Geneſi ad literã libro.9.c. 7.tom.3.*

Pium votum & in clandeſtinè contrahentes cenſura. CAP.XLIII.

OPtandum,vt Canon Euariſti pontificis Concilio generali renouetur,tollanturq́; illa clandeſtina matrimonia, quæ inuitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quàm Dei cauſa contrahuntur. Nam quanta ex his clandeſtinis matrimoniis mala ſuboriantur,in aperto eſt. Interea vero donec eccleſia de hoc proſpiciat,ſi non irrita,prohibita ſaltem ſint, & pœnæ canonicæ,hoc eſt excommunicationi,cõtrahentes, & qui his ope aut conſilio adfuerint,ſubiaceãt, quã nec tã facile,niſi eccleſię ſatisfiat,tolli admodũ expedire nobis videtur. Quantũ fieri poteſt,cauebit parochus,ne liberos citra parentũ authoritatẽ coniũgat. Quòd ſi parẽtes negligẽtes fuerint,aut in admittẽdo matrimonio iã cõtracto,rigidiores negatores,admonebit eos,vt liberos maturæ ætatis elocẽt,néve vinculo iã per eccleſiã indiſſolubili pertinacius obluctẽtur. *Ex canõ. Euariſti.*

Coniunctio coniugum in facie eccleſiæ peragenda.

CAP. XLIIII.

COniũctionem per ſacerdotem cum benedictione ſacerdotali ac precibus inter miſſarum ſolẽnia in templo ſecũdum antiquos canones & eccleſiaſticum ritum fieri decernimus. Superbia ac faſtu tumidis(qui in priuatis domiciliis malunt quàm in templo,vbi eccleſia conuenit,ac coniungendis bene precatur) copulari,quis nõ inepte oppoſuerit illud Paulinum: Num eccleſiam Dei contẽnitis? Nec ſacerdos antè quoſlibet cõiugio iungat, niſi edictis, aut proclamationibus tribus publicè è ſuggeſto ad populum fact is præcedentibus,ob multas ac varias fraudes euitandas. Contra hæc haud facile,ſed tantum vbi ratio admodum neceſſaria, hoc ipſum fieri poſtulauerit,idq́; non,niſi cauſa cognita, diſpenſabitur. *1.Cor.11.*

Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio non coniungendos. CAP.XLV.

PEregrini & ignoti non cõiungantur, niſi legitimis teſtimoniis doceant ſe vbi antè verſati fuerint, nullis matri-

monij vinculis aſtringi, ipſiſque per ſuũ parochum licere per alium parochum copulari.

In gradibus conſanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obſeruandum. CAP. XLVI.

Ex conci. genera. c. non debet de conſan. & affic.

HVod ad gradus conſanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum, ac contractum dirimunt, decretum Concilij generalis obſeruabitur. Hic ſi parochi in dinumeratione graduũ addubitauerint, peritiores cõſulent. Vbi Romanus pontifex diſpẽſatorio diplomate matrimoniũ ſecus contractum, approbãdum iuſſerit, examinentur cauſæ diligentius, quæ diſpenſationẽ extorſerũt. Quæ ſi cõperiantur aliter, quàm narratum eſt, ſe habere, non dubium eſt diſpenſationem nullius roboris eſſe.

Ludicra tollenda. CAP. XLVII.

LVdicra illa, quæ in tẽplis poſt coniunctionem ſacerdotalẽ fieri cõſueuerunt, veluti in pulſando ſpõſo, atque alia eiuſdem generis penitus tollãtur. Nam res ſeria, quam Deus ipſe inſtituit, benedixit, inuiolabilémque decreuit, agitur.

De ſacro ordine dictum eſſe prius. CAP. XLVIII.

DE ſacro ordine, & quæ ſalutaris gratia hoc ſacramento conferatur: quæ denique in eodem ſacramento conferẽdo obſeruari oporteat, titulo primo, qui de munere epiſcopali eſt, abundè diximus.

Cur adhibeatur extrema vnctio. CAP. XLIX.

REſtat extrema vnctio, quę (quoniã in morte extrema lu cta eſt) adhibetur, vt vel cõualeſcat ęgrotus, ſi Deo ita viſum, vel cum fide bonáque ſpe obdormiat in domino.

Quomodo impendenda vnctio extrema. CAP. L.

Iacob. vl.

ESt autem vnctio impendẽda cum expoſitione vnctionis & mandati apoſtolici, quod ſic habet. Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros eccleſię, vt orent ſuper eũ, vngẽtes eũ oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit, remittẽtur ei. Poſtremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortẽ, quemadmodũ Enchiridon docebit.

A ſepultura nemo in communione diſcedens, repellendus. CAP. LI.

Gene. 23. 25.

QVod ad ſepulturam attinet, quis poterit negare rem lõge piſſimam eſſe, & in veteri & in noua lege accurratę obſeruatam, vt Chriſtianorum (qui ſpem reſurrectionis habent)

bent) corpora, non pecudum more diſiiciantu r, ſed in cœmeterij ſinum recondantur, quod etiam alto myſterio nõ caret. Ab hac ergo ſepultura, nemo Chriſtianus, qui in communione deceſſit eccleſiæ, arceatur, etſi caſu mortuus fuerit. Quũ enim communicabatur viuenti, & mortuo communicandum eſt. Soli vero hęretici, excommunicati, publici latrones, & hi qui ſibi mortem criminis conſcientia adacti, conſciuerunt. & quos in peccato lethali, nullis pœnitentiæ ſignis præcedentibus, deceſſiſſe conſtiterit, prohibeantur. *c. ex parte deſepult.*

Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. CAP. LII.

IN ſepulturis autem & exequiis mortalitatis atque huius calamitoſæ vitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præſentes, vt recogitent ſibi eodem modo hinc excedendũ eſſe, ſeſe in hac terra peregrinos agere, aliã auté inquirere, ad quã ſemper oporteat ſuſpirare. Nã quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei miſericordiam commonẽdi ſint, ſuprà diximus. *Hebr.11*

DE VICTV PAROCHORVM.

CAP. I.

SVPEREST vt de victu parochorũ diſpiciamus. Hic in primis, quod Chriſtus docuit, & ſacri canones maximo ſerio præceperũt, pręmittendũ duximus: népe vt ſacraméta eccleſiaſtica gratis miniſtrẽtur, dicente domino: Gratis accepiſtis, gratis date. Quãobré neq; pro baptizandis, conſignandiſq; fidelibus, neq; pro collatione chriſmatis, vel pro motionibus graduũ, neq; aliis ſacramẽtis diſtribuendis pretia quęlibet vel pręmia, niſi quid volũtariè offeratur, recipiẽda ſunt. Neminem quoque ad quęſtuoſas exequias cogi, aut pro ſepultura munus aut pretium exigi volumus, ſecũdũ canonicas ſanctiones. Cuſtodi interim ac veſpilloni, de ſua mercede nihil detrahentes. *Ex cõcil. Toletan. 11.cap.8. Matt.10 Ex conc. Tribur. ac Varẽ. c.in eccleſiaſtico. c.præcipiẽdũ.13. q.2.*

Parochis victus neceſſarius ſuppeditandus. CAP. II.

AT quum lex diuina præcipiat, non alligandum os boui triturãti, quod vtiq; non boum cauſa, ſed propter nos dictũ, Chriſtus in Euãgelio explicat: Dignus (inquiẽs) eſt mercenarius mercede ſua. Ac Paulus toto capite 9. primæ ad Corint. cõfirmat: Quis enim militat ſuis ſtipẽdiis vnquã? Quis plantat vineã, & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis non manducat? Neque enim magnũ eſt ſi qui *Deut.25 Marc.10 1.Tim.5 1.Cor.9.*

ſpiritualia ſeminãt,carnalia etiã metãt:Quãobrem diſpiciẽdũ eſt,vt parochis Euangelij prædicatoribus certa ac competens ſubminiſtratio victus & veſtitus fiat,idque ad eum modum,ne in adminiſtrandis ſacramentis quippiam exigendo, oneri ſint parochianis,aut cibum vicatim diſcurrendo emẽdicare cogantur,quo nihil turpius aut ſordidius.

Vicecuratos quos vocant,ex prouentibus eccleſiæ congruam ſubſtantationem recepturos CAP. III.

IN primis igiť, qui per vicarios ſeu Vicecuratos eccleſias parochiales regẽdi poteſtatẽ à nobis acceperunt,iiſdẽ vicariis tantã ex prouentibus eccleſiæ partem aſſignabunt, qua vitam congruè ſuſtentare poſſint. Quod nos inter viſitãdum pro ratione locorũ ac parochiarum vt fiat ordinabimus.

Qui eccleſias vnitas habent,Vicariis perpetuis portionem congruam aſſignare oportere. CAP. IIII.

c.ſuſcep. de præb. & dign. lib.6. ECcleſię cathedrales ac collegiatæ,itidẽ monachi ſeu religioſi,qui eccleſias parochiales aut ſuis eccleſiis vel monaſteriis vnitas habent,aut regendas aliis committunt,aut prę ſentando committi procurant,adeò interdum omnẽ prouentum emungũt,vt reſidui reditus,qui rectoribus eccleſiarum permittũtur,nimis tenues ſint & exiles. Quamobrẽ noſtrę curæ erit,vt tãta portio rectorib. iſtis aſſignetur,vnde iura epiſcopalia ſoluere,& congruam ſuſtentationem habere poſſint.

Vbi reditus non ſuffecerint,quid agendum. CAP.V.

Ex Viẽn̄.conci. clemen. ſi vna. VBi vero reditus eccleſiarum non ſuffecerint,iuris conſilium ſequendũ putamus:nempe vt duæ vniãtur:aut ſi id graue videbitur,ſaltẽ vna,aut plures etiã vicarię,quę ad altaria in eiuſmodi eccleſiis fũdatæ ſunt,ipſi eccleſiæ parochiali(vt vocãt)incorporẽtur:ſic tamẽ, vt quoad fieri poteſt, per parochũ officium,ob quod vicariæ illę fundatę ſunt,minimè negligatur. Porrò decimas potiſſimũ parochis ac eccleſię miniſtris deberi nõ dubiũ eſt.Nunc quũ illæ paſſim à laicis magna ex parte vſurpentur,neque facile ex eorũ manibus diuelli poſſint,videndũ num diligẽti cohortatione,aut alia via iuri conſentanea,parocho, cui eccleſiæ reditus ad victum non ſufficiunt,hinc aliquid emendicari poſſit.

Denarius conſuetus,ſed duplicatus,pendendus. CAP.VI.

POſtremo loco iuſtum ac decẽs putamus, vt ſinguli parochiani denariũ illum conſuetũ,ſed duplicatũ,ſaltẽ in anno quater,videlicet in feſtis illis maiorib. veluti ĩ Natali domi-

dominico, Paſchate, Pétecoſte, Aſſumptioneq; virginis glorioſæ. i. ſingulis feſtis duos denarios parocho pendát. Neq; enim tantillum offerre vlli oneroſum eſſe aut videri poteſt. Quis enim tã ſordidus eſt, qui nõ æquũ putet, modicũ quid caduci ac téporalis ſubminiſtrare illi, à quo ſpiritualia ac æterna viciſſim repetit? Certè omnes ſcire debent, eos qui ĩ ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edere: & qui altario deſeruiũt, cũ altario participare. Nã & dominus ordinauit, his qui Euangeliũ annnuntiant, de Euãgelio viuere. Qui ſe 1. Cor. 9 vnica ſolutione (quæ vno albo rotato fiet) liberare volet, id ipſi liberũ eſto. Ne vero parochus aut in cõtẽtioné aut ſuſpicioné trahať, poti⁹ hęc pecunia ꝑ eccleſiæ œconomos aut alios ꝓbatæ fidei viros colligetur, ac ipſi parocho numerabiť.

Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. CAP. VII.

Laudabilem tamen conſuetudinem in ciuitate noſtra Colonien. erga ſanctam eccleſiam, pia deuotione fidelium introductam per has noſtras ſynodales conſtitutiones nolumus immutare, donec ipſis parochis intra eandem ciuitatem de ſufficientiori victu fuerit prouiſum.

DE CONSTITVTIONIBVS ac conſuetudinibus eccleſiaſticis. CAP. I.

DE conſtitutionib. humanis ac eccleſiaſticis conſuetudinibus, magna in præſentiarum in eccleſia Dei concertatio eſt, quã eccleſiæ turbatores, vt eccleſiæ authoritatem euerterent, ad nihilumq; redigerent, inuexerũt. At populus hic docendus eſt, ſanctorũ patrũ regulã ſequi, qui diligẽter admonẽt traditiões eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei nõ officiunt, ita obſeruandas, vt à maiorib⁹ traditæ ſunt. Sunt autem illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, nõ vnius generis, quemadmodũ diuus Auguſtinus Aug. ad tradit. Alia enim toto terrarũ orbe obſeruantur à patribus, Ianua- nobis quaſi per manus tradita. Quæ quidem putãda ſunt, vel riũ. c. illa ab ipſis Apoſtolis, vel ex plenariis cõciliis (quorum eſt in ec- autẽ. 12. cleſiis ſaluberrima authoritas) cõmendata, atque ſtatuta reti diſt. neri, veluti quòd paſſio & reſurrectio & aſcenſio in cœlum, aduentus Spiritus ſancti, & quadrageſima annua ſolennitate celebrantur: quòd die Veneris à carnibus abſtinetur. Atque alia multa, quæ ab vniuerſis merito obſeruantur. Alia verò

quæ per loca terrarũ,religioneſque variãtur,ſicut eſt,quòd alij ieiunãt diem Mercurij, alij non,alij quotidie cõmunicãt corpori & ſanguine domini, alij certis diebus accipiũt. Et ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt,totũ hoc genus rerũ liberas habet obſeruationes. Quod enim neque cõtra fidem catholicam, neque contra bonos mores eſſe cõuincitur,indifferenter eſt habendũ,& pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruãdum. Sic diuus Ambroſius Auguſtinũ docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad quancũque fortè eccleſiã(nimirũ in vnitate catholicæ eccleſiæ permanentem)veneris,eius morẽ ſerua,ſi cuiquã nõ vis eſſe ſcãdalũ,nec quẽquam tibi. Sed de his,ac quatenus eccleſiaſticæ iſtæ conſtitutiones obligent,alibi latius dicemus.

Ieiunia ab eccleſia indicta,reuerenter obſeruanda. CAP. II.

IEiunia ergo ab eccleſia indicta,reuerẽter obſeruari volumus admonẽdúſque populus cur ſint inſtituta,nẽpe vt corpus per intẽperantiã cibi ac potus luxuriãs caſtigetur,in ſeruitutẽmq; redigatur,quo anim⁹ vegetior ac liberior laudib⁹ diuinis inſiſtat,diuinæq; volũtati ſeſe attẽperet. Magnũ certè & generale Ieiuniũ eſt,abſtinere ab omnibus iniquitatib⁹ & ab illicitis voluptatib⁹ ſeculi. Ad hoc perfectionis qui nõdum peruenit,is eccleſiæ indictũ huc vocans,haud contẽnat.

Aug. in Io ca te iuniũ autem magnũ. de conſec. diſt. 5.

Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorũ refelluntur. CAP. III.

QVi eccleſiæ ordinationẽ irrident,illique diuum Paulũ opponunt,quaſi is ieiuniis eccleſiaſticis contradicat, grauiſſimam vtriq; contumeliam (Apoſtoli doctrinam dedita opera adulterãtes) inferunt. Non enim eccleſia aliquod cibi genus perpetuò interdixit,aut Iudaicum ciborũ delectũ cõtra apoſtolicam doctrinã inuexit,quinimo cũ Paulo ſemper docuit,doctrinã eſſe dæmoniorum,cibũ aliquem immũdum iudicare,& prohibere,quem Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerũt veritatẽ, quòd ſcilicet omnis creatura Dei bona ſit, & nihil reiiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Sed potius eccleſia veteris legis ac apoſtolicorum virorum exẽpla ſequuta,ieiunia quędam publica certis diebus indixit,iubẽs tũ à carnibus abſtinere,& cibis aridioribus vti,nõ quòd carnes immundæ ſint,ſed vt luxui tẽperetur. Qua de re in Gangrenſi Concilio(quod non multo poſt apoſtolorum tempora obſeruatum eſt) pari cenſura damnati ſunt, tum hi qui nonnul-

Coloſ. 2. 1. Tim. 4.

Ex cõci. Gãgrẽ.

nonnullos cibos carnium illicitos reputarũt,tum illi qui prę-ter neceſsitatẽ corporalem ſuperbientes, ieiunia communia totius eccleſię putauerint contemnenda,perfectã in ſua ſcië-tia rationem vindicantes,quos anathema eſſe, Concilium illud decreuit . Atque alia multa (quæ nunc in contentionem rurſus vocantur) vt ſuccinctè admodum, ita Chriſtianiſsimè apoſtolico ſpiritu diffiniuit.

Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. CAP. IIII.

CVr verò criminẽtur hoſtes eccleſię eius inſtitutũ,nõ videmus,quũ ipſa nulli iniciat laqueũ,ꝙ hãc conſtitutionem adeò ligare nõ velit,vt vel charitati vel neceſsitati minimẽ cedere debeat. Quinimo liberum facit,quolibet tempore quibuſlibet veſci,modo id vel charitas vel neceſsitas ſuadeat,adhibito tamen vtriuſque medici(ſi præſto ſint)aut ſaltem alterius,nimirum animæ,conſilio. *Cap. conſilium. de obſer. ieiu.*

Quid in ieiunio potiſſimum ſpectandum. CAP. V.

IAm quum in ieiuniis ratio potius indictionis quàm abſtinentia iſta à carnibus ſpectetur, admonendus eſt populus quum ieiunandum erit,non minus ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula quàm carnium vitanda:bellaria item illa,magis quàm carnes inflammantia.

Redarguuntur qui Quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. CAP. VI.

QVadrageſimæ inſtitutio antiquiſsima eſt,à temporibus Apoſtolorũ ad nos vſque deducta cuius violatores pleriſq; generalibus Cõciliis,præſertim Toletano octauo,acerrimè redarguũtur,religionique contraire monſtrãtur. Atque adeò omnes quotquot ſine ineuitabili neceſsitate ſeu fragilitate,euidẽtique languore,ſeu etiã impoſsibilitate ætatis,diebus Quadrageſimę eſum carniũ attẽtare prę ſumpſerint,alienos à ſancta cõmunione decernit, ꝙ ſacris diebus abſtinẽtiæ obliti ſint,diſciplinã ac Quadrageſimæ dies(quæ anni totius decimæ putãtur,quę & in oblatione ieiunij Dño cõſecrãtur) temerariè prophanauerint. Quos verò aut ætas incuruat, aut lãguor extenuat,aut neceſsitas arctat, nõ antè prohibita violare præſumant,quàm à ſacerdote permiſſum eſt,percipiant. *Orig. ſuper Leuit. Hieron. aduerſus Montã. hæret. Ambr. in ſermo. de Quadrageſima. 36. Ex cõci. Tolet. 8.*

Letaniæ & rogationes cur inſtitutæ, & quomodo populus admonendus ſit. CAP. VII.

LEtanias,id eſt ſupplicationes,ſeu rogationes,in dicto triduano ieiunio ante Domini aſcẽſionẽ patribus placuit *Ex cõci. Aurelia. c. 23.*

celebrari:quibus omnes intereſſe iubêtur,vt quemadmodum omnes peccauerunt, ſic & omnes pro venia ſupplicent, omnéſque ad Deum corda cum manibus eleuent. Quanquã potiſsimum Letaniæ iſtæ principio inſtitutæ ſunt,vt tum populus diuina inſtitutione admonitus,clementiã Dei exoret,quò peſtes,clades,calamitates, fames, bella,& id generis aduerſa, quæ nobis iuſtiſsimo Dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur,ac ſub id anni tẽpus, nempe Veris(quum bella emergere atque terræ fructus,qui tũ in flore atq; teneri adhuc ſunt, facilè corrumpi ſolent)potiſsimum imminẽt, auertat & tollat.Vt autem eccleſia fiduciam erga Deum(quam orantes ac petẽtes habere neceſſe eſt)tum nobis adaugeat,Heliam proponit hominẽ nobis ſimilem & paſsibilem,qui oratione orauit,vt non pluret ſuper terrã,& non pluit annos tres & menſes ſex.Et rurſus orauit,& cœlum dedit pluuiam,& terra dedit fructum ſuum. Quòd ſi ſolus Helias petẽs exauditus eſt, nũ Chriſtus eccleſiæ ſuę preces auerſabitur? Hic interim populus docendus eſt,quòd nõ ſolùm quæ animi,ſed & quæ corporis & externa bona ſunt, à Deo omnium authore poſtulare oporteat. Et redarguendi illi (haud ita multò quàm gentes,meliores)qui vel fortunæ,vel ſuæ induſtriæ,bona temporaria accepta ferunt.

Iac.vlti. *1.Re.17.*

Proceſsiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. CAP. VIII.

QVòd proceſsiones per agros & cãpos peragũtur,rationẽ quidẽ habet,nẽpe ꝙ populus oret,vt ſegetes ac fruges terræ à Dño conſeruẽtur. Verùm vt alia plurima, ita & hic mos hominum malitia deprauatus eſt,ꝙ per occaſionem talis deambulationis (quæ Deo placando erat inſtituta) pleraque ſcelera committantur.Quamobrem nobis ſatius videtur,vt hæ,aliæque ſupplicationes ac proceſsiones de cætero intra ſepta eccleſiarum religioſè fiant,ac vt in templo,loco precationibus peculiariter dedicato,oretur Deus, habeatúrque tum pius rei ac tempori conueniens ad populum commonitorius ſermo.Noſtris tamen Suffraganeis liberum relinquimus,in ipſi in ſuis diœceſibus de hac re,vti mores regionis patientur,diſpiciant.

Mar.11.

Admonendus populus,cur feriæ inſtitutæ. CAP. IX.

DIligenter quoque populus admonendus eſt,cur feriæ,& potiſsimum dies dominicus(qui à temporibus Apoſtolorum in eccleſia Dei ſemper celebris fuit) inſtitutæ ſint. Nempe,

Apo.1.

Nempe, vt tũ in vnum omnes pariter conuenirent ad audiẽdum verbum Domini, ad audiendum quoque ſacrum, & cõmunicandum. Breuiter, ad vacandũ Deo ſoli, vt dies illa tantũ orationibus, hymnis, pſalmis, & cãticis ſpiritualibus trãſigatur. Hoc enim vt ſanctificare ſabbatum. *Exo. 20. Deut. 5.*

In feriis ſoli Deo vacandum. CAP. X.

Qvamobrẽ cupimus, hiſce dieb⁹ prohiberi nũdinas, claudi cauponas, vitari comeſſationes, ebrietates, ſumptus, lites, luſus improbos, choreas plenas inſaniis, colloquia praua, cãtilenas turpes. Breuiter, omnem luxũ. Nam hiſce (& quæ hæc ferè ſemper cõſequuntur) blaſphemiis ac periuriis nomẽ Dñi prophanatur, ac ſabbatum (quod nos admonet, vt quieſcamus peruerſè agere, & benefacere diſcamus) cõtaminatur. *Eſaiæ. 1.*

Dies dedicationis templis extra Coloniam, vno die vbique celebrandus, & quomodo ſit admonendus populus. CAP. XI.

ET quum in diebus feſtis (quę dedicationi eccleſiarum peculiariter dicati ſunt) plerunque indigna committantur, adeò vt videatur populus tũ potiſsimũ comeſſationis cauſa conuenire, viſum nobis eſt, vt per diœceſes noſtras vno certo die anni quo eiuſcemodi feſtũ dedicationis in metropolitana noſtra colitur, in reliquis quoque eccleſiis omnibus extra ciuitatem noſtram Coloniam Agrippinã conſtitutis obſeruetur. Nam intra Coloniam ſummo noſtro templo ſuus honos cõſtare debet, quod & in aliis oppidis inſignioribus, vbi vna cæteris eccleſiis præeminet, obtinere placuerit, videlicet vt ibi minores eccleſiæ pridie eius diei, qui dedicationi eccleſiæ ſummæ eius loci conſecratus eſt, aut die dominico proximo præcedente ſuas ſingulæ pedicationes celebrent, obſeruetur. Docẽdus autẽ eſt populus, dedicatione templi ſignificari dedicationẽ Eccleſię catholicę ac cuiuſlibet hominis Chriſtiani, qua copulatur Deo. Nam vt diuus Auguſtinus ait: Quotieſcunque templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter ac diligẽter attendimus, & ſanctè & iuſtè viuimus, quicquid in tẽplis manufactis agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione cõpletur. Nõ enim eſt mentitus ille, qui dixit: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterum: Neſcitis quia corpora veſtra templum eſt ſpiritus ſancti? *Augu. 1. Cor. 3.*

Cur templa & altaria conſecrentur. CAP. XII.

EX vetuſtiſsima inſtitutione & more receptũ eſt, templa & altaria, & pleraq; alia, quibus in templis ad excitandum *c. Sicut nõ aliũ. c.*

miſſarũ ſolennia. c. eccleſias. de conſec. diſt. 1. fidelium animos, & diuinum cultum explendum vtimur, cõſecrari, ſolennibúſque precibus, ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidem Teſtamento præceptum etiã diuinum habuit Quemadmodum Exod 31. & 2. Paralip. 22. legimus. Vngitur præterea ſecundum eccleſiaſticam conſuetudinem, quũ cõſecratur altare, quum dedicatur templũ, quum benedicitur calix, idque non ſolum ex mandato veteris legis, verumetiam exemplo beati Syluestri, qui quum conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. Verùm vnctionis ſacramẽtum, aliud quidem efficit & figurat, tam in nouo quàm in veteri Teſtamento. *c. 1. & fi. de ſacr. vnct.* Vnde non iudaizat Eccleſia, quum vnctionis celebrat ſacramentum, ſicut aliqui mentiũtur, qui neque ſcripturas neque Dei nouere virtutem.

Populus docendus, quid agatur & ſignificetur in conſecratione templorum & altarium. CAP. XIII.

QVamobrem populus docendus eſt, hic aliud agi atque aliud ſignificari quũ cõſecratur tẽplũ. Fundũtur preces Domino, vt hũc locũ ſibi peculiariter dedicatũ eſſe velit, vt diabolũ & eius poteſtatem inde penitus expel- *2. Re. 6.* lat, vt omnes qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacũque tribulatione cõſolationis diuinæ beneficia cõſequãtur, vt ab omnibus pariter cõuenientibus, Deo laudes ſoluãtur, diuinũ verbũ audiatur, ac eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrẽtur. Peculiariter altare cõſecratur, vt illic oblatio munda Deo offeratur, hoc eſt ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod in memoriã paſsionis dominicæ immolamus. Quò verò præter preces, aſperſionis etiam atque vnctionis aliarúmque rerum ſolẽnia adhibentur, myſterij ſecretioris plenum eſt, non quòd inanimata iſta gratiæ diuinæ ſuſceptiua ſint, ſed quum *1. Cor. 3. 6.* hæc viſibiliter fiunt, admonetur Chriſtianus, Deũ omnia hęc per inuiſibilẽ virtutem in anima operari, quæ eſt domus Deo dedicanda, vbi fides fundamentum facit, ſpes erigit, & charitas conſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ quàm eccleſiæ cum Chriſto deſponſationẽ. Ipſa enim eccleſia catholica ex multis viuis lapidibus adunata, verum Dei templum eſt. Quòd ſi Dei templum ſumus, altare intus habemus. Altare quidem noſtrũ, cor noſtrum eſt. In hoc altari fit *Pſal. 50* ſacrificium laudis. Sacrificium enim Deo, ſpiritus cõtribulationis, & cor contritum. In hoc altari fit cõmemoratio corporis & ſanguinis Chriſti. Hinc preces ad cœlum aſcẽndunt: ad

cor enim

cor enim reſpicit Deus. Quamobrem niſi omnia quæ in huiuſcemodi conſecratione exterius aguntur, in nobis ſpiritualiter impleantur, parum hinc fructus nobis acceſſerit. Quid enim exterior ablutio vel inunctio ſine interiori prodeſt.

Cur benedicatur campanæ. CAP. XIIII.

BEnedicuntur quoque companæ, vt ſint tubæ eccleſię militantis, quibus vocetur populus ad conueniẽdum in templum, & audiẽdum verbum Dei: clerus verò ad annuntiandũ manè miſericordiã Dei & veritatẽ eius per noctem, vt per illarum ſonitũ fideles inuitentur ad preces, & vt creſcat in his deuotio fidei: quãuis etiam patres aliò reſpexerint, videlicet vt dæmones tinnitu cãpanarũ Chriſtianos ad preces cõcitantium, quin potius precibus ipſis territi, abſcedãt, illiſque ſubmotis, fruges, mẽtes & corpora credẽtium ſeruẽtur, vt procul pellantur hoſtiles exercitus & omnes inſidiæ inimici, fragor grãdinum, procella turbinũ, impetus tempeſtatũ & fulgurum tẽperentur, infeſta tonitrua & ventorũ flamina ſuſpendãtur, ſpiritus procellarum & aëreæ poteſtates proſternãtur. Breuiter, vt audientes cõfugiãt ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium ac ante ſanctæ crucis vexillum, cui flectitur omne genu, quẽadmodum hæc in ſolenni benedictione companæ reperies. *Philip. 2.*

Docendus populus, vt ſignatis potius quàm ſignis inhæreat. CAP. XV.

DOcẽdus eſt ergo populus ab exterioribus iſtis, vt ſignatis potius quàm ſignis inhęreat ac intendat. Quod & in omnibus aliis obtinet cęremoniis, alioqui parum ad pietatem profuturis. Nam qui in exterioribus iſtis conſiſtit ac non potius illis admonetur, vt ad Deum reſpiciat, cõfugiat, ac totam ſuã fiduciam in illum collocet, huic citius externa iſta in ſubuerſionem quàm ædificationem erunt.

Quicquid in cæremoniis ad abuſum ſpectat, cautè ac diligenter cauendum. CAP. XVI.

QVamobrẽ quicquid in eiuſcemodi rebus ad abuſum & ſuperſtitionẽ ſpectat, & quo populus à Deo ad collocandum in externis iſtis aliquã fiduciam abduci poſsit, prohibemus. Quale inter alia eſt, quòd ſanctorum imagines cum indulgentiis & impoſitione incertarum reliquiarum dedicãtur: quòd quidã aqua, ſale, cereis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus ſuperſtitioſius abutuntur. Omnis quidem creatura per verbum Dei, & orationem ſanctificatur, quem- *c. Placuit. de conſec. diſt. 1.*

admodum diuus Paulus teſtatur. Ergo quantò res ſacratior, tantò abuſus eius damnabilior.

Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. CAP. XVII.

RECōciliatur eccleſia aut cœmeteriū ob ſeminis emiſsionem peccādi libidine factam. Itidem ob enormem ſanguinis effuſionem, dedita opera violēter & iniurioſè cōmiſſam, ac aliis quibuſdam de cauſis, qui mos ex Leuitic. 14. & 15. ſuam originem trahit. Fit autem hæc reconciliatio, non quod templum reuera polluatur. Eccleſia enim quum ſancta ſit, coinquinari non poteſt, imò ipſius loci ſanctitas infamiam loci abolet. Sed quum templum locus ſit, vbi delictorum venia poſtulatur, vbi ſalutaris hoſtia, pro peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluuntur, vbi tutela refugij eſſe debet, fit, vt ſcādalum, horror, atque abominatio turpitudinis & peccati ibi cō miſsi, propoſitum quoque & voluntas lethaliter delinquentis in cauſa ſint, vt ſacer locus reconcilietur, idque ad exemplum & terrorem, vt videntes locum ſacrum ſeu inanimatum templum nullo peccato obnoxiū lauari & purificari delicti horrore, concutiantur & recogitent quantū pro expiatione delictorum viuo Dei templo ſit elaborandum. Sic Chriſtus emētes & vendentes è templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipſos accerrimè corripiens, ac dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronū. Aliud quidem agens, aliud verò innuens.

Matt. 21. *Ioan. 2.*

Quæ pollutio reconciliationem requirat. CAP. XVIII.

NOn tamē omnis pollutio hāc recōciliationem requirit, ſed tantū publica, vel per rei euidentiam vel ſaltem per famā. Quòd ſi occulta ſit cōtaminatio, quæ etiam baptiſmi ac pœnitētiæ ſacramenta nō remoratur, ſolennitas nō exigitur, quòd ratio reconciliationis in occultis non habeat locum.

Quorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. CAP. XIX.

REconciliationem autem eiuſmodi gratis fieri, ac tantum itineris ſumptus Vicariis noſtris in pontificalibus ſuppeditari volumus. Qui quidem ſumptus ex bonis delinquentis deſumētur, modò tamen tantæ illius facultates ſint: ſin ſecus, parochiani non grauabuntur vel tantillos ſumptus itineris ſuppeditare, ne populus præter culpam ſuam grauetur. Ne verò diutius ob talem pollutionem diuinum ſuſpēdatur officiū, aut eccleſiaſtica intermittatur ſepultura, Vicarius noſter in pōtificalibus ſtatim vt vocatus fuerit à populo, (modo grauioribus

uioribus rebus id temporis non fuerit impſicitus) vltro ibit, officium ſuum expleturus.

Immunitatem eccleſiaſticam in duobus potiſsimum ſitam eſſe. CAP. XX.

IMmunitas eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimũ ſita eſt. Primum, vt clerici, illorúmq; poſſeſsiones & bona à vectigalibus & tributis, aliiſque muneribus laicis libera ſint. Nam (vt de libertate Leuitarum ſileamus) non temerè refert ſcriptura, Pharaonem totam terram Aegypti ſibi tributariam feciſſe, præter terram ſacerdotum & poſſeſsiones quæ à rege traditæ fuerant eis, quas vendere nõ ſunt compulſi, quin potius ipſis etiá ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebãtur, vt legimus Gen. 47. Deinde, ne rei criminis ad eccleſias cõfugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per induſtriam proximũ occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obſidét aggreſſionum inſidiis. Denique his qui ſub immunitatis ſpe in eccleſiis ac cœmeteriis delinquunt. Quòd ſi à cõfugiétibus ad eccleſias paria his commiſſa ſint crimina, quæ reipublicæ referat puniri, tantiſper ſaltem debet ſecularis poteſtas à manuum iniectione abſtinere, donec noſtros conſulat Officiales, ne deuenire neceſſe ſit ad ceſſationes à diuinis, & interdicta, quæ viſum eſt anteceſſoribus noſtris ob violationem eiuſcemodi immunitatis editis conſtitutionibus promulgare.

Ex cõcil. Latera. c. nõ minus. Ex generali. c. aduerſus. de imu. eccl. Ex conci. Tolet. 3. c. eccleſiarũ ſeruos. 12. q. 2. Gen. 47. cap. inter alia. c. im munitaté de immunit. eccle.

Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. CAP. XXI.

FRaternitates (quę vocantur) & in honorem aliquorũ ſanctorum in eccleſiis fiunt, ſpeciem quidé pietatis habent: ſed quales hac tempeſtate ſeruãtur, nempe in quibus tam clerici quàm laici potiſſimum comeſſationibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conſpirationibus aduerſus poteſtates intenti ſunt, ſi nõ omnino ſublatas, ſaltem correctas ac reformatas volumus: omnino ſublatas malimus, ac reditus ſeu ſenſus earundem vel in vſus pauperum, vel parochi expendi nobis magis placuerit. At quum hæ ſodalitates forſan præter publicum offendiculum ac pauperum (qui ab eis eleemoſynas ex inſtitutione accipiunt) præiudicium commodè tolli non poſſunt, videbimus inter viſitandum, vt ſaltem tollantur abuſus, vt prima ſeruetur inſtitutio, & examinentur formulæ earum & ſtatuta, vt ratio ac calculus ſingulis

Ex Gangren. c. ſi quis per ſuper 30. diſt.

annis per Prouiſores(vt vocant)earundem fraternitatum coram parochis eccleſiarũ reddatur,vt ſuperextantes fructus ac reditus in pauperum ſeu eccleſiæ vſum ac vtilitatẽ cõuertantur,aut etiam inde aliquid parocho ad victum decidatur.

DE VITA AC CONVERSAtione monaſtica.. CAP. I.

Philo. VITA monaſtica non multo poſt Apoſtolorum tempora cœpit,quanquam multis perſuaſum ſit,aliam tum fuiſſe quàm nunc eſt,monachiſmi rationem Nemo tamen
Auguſt. negauerit,hoc vitæ genus ad perfectionem euangelicam maximè accommodum, modò ſecundum ſanctiſsimam inſtitutionem purè immaculateque obſeruetur. Quia verò res eſt quammaximè ardua in carne viuere, & carnis ſtimulis nullum locum dare,diabolique mille fraudibus(quibus præſertim ſolitarios aggreditur) feliciter ſemper reſiſtere : idcirco in hoc vitæ genus nemo vel inuitus intrudendus, vel pelliciendus,vel temerè ſuſcipiendus,ſed ſumma cura adhibita, poſt diligentiſsimã demũ examinationem monachi ac monachę recipiãtur.Quibus ſæpe inculcandũ eſt prius Chriſti verbum de Eunuchis, qui ſe caſtrarũt propter regnũ cœlorum,
Mat.19. quũ inquit:qui poteſt capere, capiat.Proponẽda Sapiẽtis ſen
Eccle.3. tentia, quæ habet in hæc verba: Altiora te ne quæſieris, &c. Rememorãdum quoq; diligẽtiſſimè,quòd Deo ſtulta & infidelis promiſsio admodũ diſpliceat Breuiter,admonendus eſt omnis ad hanc vitam aſpirans, vt primũ ſe totũ excutiat, ne
Lucæ.14. prouinciã ſuſcipiat,cui non ſuffecerit,alioqui parabolæ euãgelicę dicterio notãdus, ꝙ cœperit ædificare & non potuerit conſummare. Maxima autẽ cautio adhibenda eſt in puellis propter ſexus fragilitatem:ne vel ob ætatem deſit voluntas,vel metus adſita,ut alius affectus minimè Chriſtianus.

Neminẽ monachiſmi profeſsione temerè alligandũ. CAP. II.

Ca. puella.12.q.2.ca. præſens.12.q.2. CErtè ſancti patres admodum fuerant ſoliciti,vt non niſi voluntario ac ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitũ atque habitus ſuſciperẽtur quòd coacta ſeruitia domino ingrata eſſe dignoſcãtur:ſiquidẽ voluntariè domino ſacrificandum eſt, & volũtaria oris ſui beneplacita fieri in cõſpectu domini Pſalmographus obſecrat. Quod enĩ quis non eligit,nec
Pſal 118. optat·quod non opat,nec diligit:quod nõ diligit, facilè contemnit.Vnde cõſequitur,Nullum eſſe bonũ,niſi voluntariũ:

adeò,

adeò, vt qui alio affectu quàm bonę voluntatis monachiſmo ſe alligāt, magis peccent quàm mereantur. Ambigi enim non poteſt crimē magnū admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & cōſecratio violatur Nam ſi humana facta nō poſſunt impunè calcari, quis de eis manebit qui corruperint fœdera diuini ſacramenti? De adoleſcentioribus viduis Paulus pronuntiauit, quòd quum fuerint luxuriatæ in Christò, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. *Cap. 1. de regula.* *1. Tim. 5.*

Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. CAP. III.

ADmonendi quoque erunt parentes, ne liberos in monaſteriū inuitos detrudāt, quòd illos væ lōgè grauius maneat quàm Phariſæos, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum proſelytum, & quum eſſet factus fiebat filius gehennæ duplo magis quàm ipſi. *Mat. 23.*

Quo affectu monaſtica vita amplectenda. CAP. IIII. *Auguſt.*

QVi monaſteriū ingreditur alio affectu q̃ ſimplici amore Dei ductus, veluti vel ſpem vel prōmiſſionē Abbatiam cōſequendi habēs, vel in ótio viuere affectās, vel lucris tēporalibus inhiās, vel honores ab hominibus appetēs: quiſquis talis eſt, nō Dei filius aut monachus, ſed planè mercenarius eſt, quēadmodū ſuperius nos de clericis etiā dixiſſe meminimus. Cui verendū eſt, vt quum volet ingredi nuptias euāgelicas, obiiciatur illud: Amice, quomodo huc intraſti, nō habēs veſtē nuptialē? Quódq; ipſo obmuteſcēte, rex ſit præcepturus miniſtris, vt ligatis manibus & pedibus, ipſum in tenebras exteriores mittant, vbi erit fletus & ſtridor dentium. *Mat. 22.*

In monaſteriis habendus, qui doceat legem domini. CAP. V.

HAbendus in virorum monaſteriis vir pius ac doctus, qui doceat monachos, ab adoleſcentia meditari in lege domini die ac nocte, ad quod munus in monaſteriis monialiū, ſanctimonialis cæteris vita & doctrina præſtantior deligatur. Debet autem qui monaſterio præeſt, ſumma diſcretione vti, maximè erga eos, quos compererit diuinis literis intentos aut contemplationi deditos, vt ſcilicet tales à ſordidioribus officiis ſinat eſſe immunes.

Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. CAP. VI.

IN monaſteriis quoq; verbi prædicator erit pius quidē ac eruditus: nā nulla armatura fortior ad reſiſtendū diabolicis inſidiis ac iaculis, quàm gladius ille ſpiritus, quod eſt *Matt. 4.*

verbum Dei, quo Chriſtus in deſerto ſolitarius ieiuniis & orationibus vacans, & nihilo ſecius tentationibus diabolicis expoſitus, retudit omnem dæmonis fraudem ac nequitiam. Nihil quoque potentius illo ad deiiciendos ac viſſim conſolandos animos noſtros, nihil efficacius ad concitandum mentem in amorem Dei, contemptum mundi, ac omnium quę in mundo pulchra ac ſpecioſa apparent.

Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. CAP. VII.

NEque nobis diſplicuerit, vt aliquot ex monachis bonæ indolis ad Vniuerſitates publicas & bene Chriſtianas, aliquot annos theologicis ſtudiis operã nauaturi mitterẽtur: illic tamẽ nõ alibi quàm in monaſteriis ſeu gymnaſiis ſub cura & oculis præceptorũ cõmoraturi, ne bonis ac rectis ſtudiis deſtinati, mores minimè monaſticos imbibãt ac contrahant.

Moniales non eſſe alligandas, vt nulli quàm ſuo (vt vocant) patri aut præpoſito confiteantur. CAP. VIII.

SInt præterea in monaſteriis virginum, præſertim præter Abbates aut Præpoſitos, alij conſcientiarum examinatores, ac à cõfeſſionibus. Aut ſaltem virginibus liberum ſit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis viris, de ſuorum ſuperiorũ (vt vocant) conſenſu, (quem hi interpellati, rationabili cauſa intellecta, nequaquam negabunt) conſciẽtias ſuas exomologeſi exponere, exonerareque, ne ſcilicet adigatur monialis renitens, ſemper vni homini delicta cõfiteri. Debent autẽ hi qui eiuſcemodi munere in monaſteriis monialiũ funguntur, eſſe homines vitæ probatiſſimæ ac morum quammaximè inculpatorũ, eruditi ac ſingularis iudicij, obſeruaturi ea quæ ſupra, vbi de pœnitentiæ ſacramẽto tractatũ eſt, delibauimus. Cauebit autẽ is in primis, criminũ nõ confeſſorũ rememorationem, ne virgines diſcant quæ prius neſcierũt. Cauebit præterea, niſi res omnino exegerit duritiẽ increpationis, magis intentus ad modeſtiſſimè arguẽdum & pientiſſimè viciſſim conſolandũ. Cõfeſſiones autẽ monialiũ nõ priuatim audiet, ſed in cæterarum conſpectu, nõ tantum vt omne malum, ſed & omnis mali ſuſpicio omnino ceſſet.

Mutatam eſſe paulatim faciem monaſteriorum, ac vſurpatum hoſpitij ius ſimul cum acceſſu moderandum. CAP. IX.

MOnaſteria olim virtutum ſcholæ ac pauperũ hoſpitalia erãt: nunc, proh dolor, videmus ea quæ virorũ ſunt, è ſcholis virtutum in diuerſoria militum ac raptorum: quæ

verò

verò mulierum ſunt, in plerisque locis in ſuſpectas de incontinentia domos (ne quid grauius dicamus) eſſe commutata. Quamobrem diſpiciẽdum nobis eſt, ne tam paſſim à quibuſuis militibus hoſpitij ius à moneſteriis vi exigatur, & eleemoſynæ pauperibus deputatæ, improborum luxu deuorentur, neve ad monaſteria virginũ acceſſus toties à ſacris canonibus prohibitus pateat: Et vt qui deprehẽſi præter hæc fuerint offendiculum aut occaſionem illis labẽdi, ſiue intra ſiue extra monaſteria dediſſe, dignas pœnas ferant. Cap. 1. de ĩmu. eccl. Ca mona ſte. de vit. & honeſta. cle.

Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. CAP. X.

VIſitatione ergo monaſteriorum quammaximè opus eſſe intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulam ordinis monaſtici exigere, nihil nõ ad pietatem & vitæ ſanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ conſuetudinis irrepſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, ſtatuta, & conſuetudines, tolli ſuperſtitioſa. C. in ſingul. para. Porro dicc. de ſta tu mona.

Sumptuoſi monialium Præpoſiti abrogandi, & frugales œconomi conſtituendi CAP. XI.

HAbent quædã monialium monaſteria ſumptuoſos Præpoſitos ſub quorum poteſtate quũ omnis bonorũ adminiſtratio ſit, ipſi de reditib⁹ monaſticis luxuriãtur. Et qui monaſticæ conuerſationis exemplum eſſe debuerant, ad mundi delicias reuoluuntur: faſtidientes interdum ſimilam & mella, interim monialibus ipſis vix milio & cibario pane rugientem ventrem ſaturãtibus. Sunt quoque virginum monaſteria, vbi non eſt victus & menſa cõmunis, ſed mos ille (quem ad Corinthios ſcribens Paulus, quamuis in longe ſacratiori conuiuio damnauit) quotidianus nempe quòd vnaquæque ſuum cibum præſumit ad manducandum, & alia quidem eſurit, alia vero ebria eſt. Quos abuſus tollere neceſſarium putamus, videlicet vt in illorum delicatulorum Præpoſitorum locum probi œconomi à nobis comprobandi (quorum victus ſit monaſtico ſimilis) ſurrogentur, qui etiam obligati erunt ſingulis annis rationem de receptis ac erogatis integrã reddere. Hierony. 1. Cor. 11. C. Oſius. 9. q. 3. c. qui relig. 17. q. 2.

In monaſteriis monialium victum ac menſam communem eſſe oportere. CAP. XII.

ITidem vt moniales victum ac mẽſam communem vbique habeant, & quæ pari ſunt officio deſtinatæ, pari etiam cibo

alantur. Quod vt quàm minime onerosum ſit, non debebunt plures iu monaſterium moniales recipi, quàm congruè poterunt in ſingulis monaſteriis ſuſtentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conueniet.

De Præpoſitis ſolitariè commorantibus. CAP. XIII.

DIſplicet etiam nobis, quod quædam monaſteria quoſdã Prępoſitos habens, qui in Capellis ſolitarij cõmorantur, quod Lateranenſi Concilio vetitum eſt ac cautũ, vt Epiſcopus, Abbates, monitione pręmiſſa per cenſurã eccleſiaſticam compellat, vt eiuſcemodi Præpoſitos aut Priores ad clauſtrũ reuocent, faciántque eccleſiis ipſis ſeu Capellis per ſeculares clericos deſeruiri, aut ſaltem alios monachos ipſis adiungãt.

Ex Lateran. Côci.

Viſitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Ioannis Baptiſtæ & Antonitarum. CAP. XIIII.

VIſitandæ quoque in primis & reformãdæ erunt domus hoſpitalium militum Teuthonicorum, præterea ordinis diui Ioannis Baptiſtæ ac Antonitarum, atque initio prouidendũ, vt in iiſdẽ domibus cultus diuinus ritè ac debitè peragatur, vt hoſpitalitas pro pauperibus ſeruetur, vt vita ac cõuerſatio regularis ſecundũ inſtitutionem primam ac regulã (quã illi profeſſi ſunt) illic geratur, vt ab ipſis veſtes ordini ac profeſſioni dignæ ac conuenientes publicè deferantur, vt comeſſationes, crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur, vt prædæ illæ bonorum mobilium, quæ poſt mortem prælatorũ per primores ordinis fieri, ac in exteras regiones deferri, peſſimo omniũ exemplo conſueuerunt, amodo nequaquam fiant. Sed quicquid parſimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel neceſſariis vſibus eccleſiæ, aut ſucceſſorum, aut pauperum eius regionis, vbi religioſa iſta domus ſita eſt, applicetur.

De vita & conuerſatione monachorum. CAP. XV.

Ex Conc. Chalcedon.

ET vt reuertamur ad monachorum vitam, haud ignorare debent, Concilio Chalcedonenſi cautũ, monachos oportere quieti operam dare, ieiunia & orationes obſeruare, in his locis, in quibus ſe ſemel Deo deuouerũt, remanere, nullas eccleſiaſticas ſeu ſeculares actiones tractare, nunquam ſua monaſteria relinquere, niſi forſan ob ingentes neceſſitates id facere à ſuo epiſcopo iubeantur, ne nomen domini blaſphemetur. Quare libertas illa peregrinandi ſeu exeundi, prætextu inuiſendi parentes moderanda ſeu penitus tollenda erit.

Monacho-

Monachorum ſtudia atque exercitationes quales eſſe oportեat. CAP. XVI.

MOnachus& monacha amare debent ſcripturarum ſcientiam,& carnis vitia non amare. Pſalterij librum de manu aut oculis núquam deponere,ſemper orare,ſenſu vigilare,vanis cogitationibus aditum præcludere,corpore pariter & animo in Deum tendere,iram patientia vincere. Breuiter nullis animi perturbationibus(quæ ſi inſederint, ad delictú maximum inducunt)locum dare:ſemper aliquid operis facere,vt eos diabolus ſemper inueniat occupatos. Et vt multa ſint quæ manibus operari liceat, libros tamen ſacros deſcribere ipſis maximè conueniret,vt & manus operetur cibos,& lectione anima ſaturetur. Porrò Aegyptiorũ monaſteria hũc morẽ ſeruaſſe legũtur,vt nullũ monachũ abſq; opere& labore ſuſciperẽt,non tã propter victus neceſſaria,quàm propter animæ ſalutem,ne perniciofis cogitationibus vagarẽtur,néve inſtar fornicãtis Iſraël,omni trãſeũti diuaricarẽt pedes ſuos. *Hieron. ad Ruſtic. monac.* *c. nũquã de conſe. diſtin. 9.* *Hiere. 3*

Monachos vagos ſub cuſtodiam reuocandos. CAP. XVII.

MOnachi qui peruagati fuerĩt,vbicunq; inueniẽtur,tãquã fugaces noſtro auxilio ſub cuſtodia reuocẽtur. Et ſi qui habitum abiecerint, vt eũdẽ reaſſumãt, cogẽdi.

Literas priuatas monacho aut monachæ,iniuſſu Abbatis reſignare non licere. CAP. XVIII.

VT monachi ſeu monachæ literas nullas vel deſtinare vel recipere audeant abſque Abbatis ſeu Abbatiſſę aut eius qui ipſorum loco monaſterio præeſt,ſcientia,ſumma ratione olim conſtitutum eſt, ſed per incuriam abolitum: id præſenti conſtitutione innouandum cenſuimus.

Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. CAP. XIX.

POſtremo,vitam,conuerſationem ac mores Canoniſſarũ, quæ ſeculares ob id appellantur,quòd perpetuæ caſtitatis ac reliqua vota monaſtica non emittant, reformari omnino ducimus neceſſariũ. Nam vitã agunt plus nimio licẽtioſam,ac pleriſque ſcãdaloſam. Quæ vt in ordinem & eccleſiaſticam quandam diſciplinam,quo ad fieri poteſt,reuocentur,nobis quum viſitationem aggrediemur,curandum eſt.

DE HOSPITALIBVS ET ORPHAnotrophiis,aliiſque id genus piis locis. CAP. I.

NOn ſolum canonicis conſtitutionibus,ſed& Imperialibus ac regalib⁹ Inſtitutis antiquitus pientiſſimè ſanci-

Codi. de Epiſ.& cleric. tum eſt,vt habeātur quàm fieri poteſt frequētia in repub. Xenodochia,Ptochotrophia,Orphanotrophia, Gerōtocomia & Brephotrophia,& id genus alia loca pietati cōſecrata,in quæ recipiantur peregrini,pauperes,inualidi,ſenes,parētibus orbati,atq; inopes liberi,infantes expoſiti,furioſi,leproſi,cōtagioſiſq; ac perpetuis morbis obſiti,atq; aliæ miſerabiles perſonæ,idcirco curę noſtrę imminebit,vt eiuſcemodi loca,vbi conſtituta ſunt,ſarta tecta teneātur. Vbi verò diſſipata ſunt, inſtaurentur,reformenturq;. Denique vbi necdum cōſtituta
Matt.26 ſunt,epiſcopali noſtra prouidētia ędificētur,conſtruantúrq;.
Mar.14 Pauperum enim curam nobis Chriſtus præcipuā eſſe voluit,
2.Cor.8 & horum toties meminit diuiniſſimus Paulus apoſtolus.

In hoſpitalibus in primis animæ curādæ,deide corpus. CAP. II.

HIc ante omnia curandum nobis eſt,vt in domibus iſtis, quæ ad ſalutem animarum pertinent, minimè negligātur,ſed ante omnia de ſacramentorum adminiſtratione pauperibus debilibus& ęgrotis prouideatur: Ac vbi corporis infirmitas medicum poſtulat,ibi prius animæ,deinde corporis medicus accerſatur.

In hoſpitali a qui recipiendi. CAP. III.

IN eiuſcemodi autem hoſpitalia,nullæ aliæ quàm eæ,quas diximus miſerabiles perſonæ,quæ aut morbo aut debilitate,aut ætate impeditæ,ſuis manibus laborare,victúmq; ac veſtitum ſibi comparare non poſſunt,recipiantur:quas ad eccleſiaſticam diſciplinam canones pertinere, ac noſtris, aliorúmque piorum hominum largitionibus victitare voluerūt.

In hoſpitalia pauperes eius loci, vbi conſtituta ſunt potiſſimum recipiendos,maximè contagioſis morbis implicitos. CAP. IIII.

IN primis autē recipiantur in hæc hoſpitalia,perſonę miſerabiles ei⁹ loci,vbi hoſpitalia cōſtituta ſunt. Quòd ſi rectè curatū fuerit,ſuffecerint penè(niſi tamen fallamur)iam conſtituta hoſpitalia,omnib⁹ verè paupetib⁹ per ſingula oppida ac vicos repertis,vt amodo illis non fuerit neceſſe oſtiatī panem emendicare, aut eos qui lepra ſeu alio contagioſo morbo impliciti ſunt,inter homines diuerſari.quod lege diuina,
Num.12 ne fiat,prohibitū legimus.Nec immeritò, quòd ex tali commixtione ac conuerſatione cum ſanis infinita pericula ſubſequantur,etiam ex ſolo aſpectu,qui intuentibus horrorem ſolet incutere. Quòd ſi leproſis aliiſq; qui ſimilib⁹ morbis impliciti

plicitiſunt,hoſpitalium,quibus addicuntur,reditus nō ſufſecerint,ſatius eſt,vt ipſorum nomine in conuentu eccleſiæ eleemoſyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputâdos,colligatur,ac præſtetur,atque vt trunci in templis eleemoſynis iſtis colligendis aſſeruādiſque erigantur,quàm vt ipſi morboſi alimoniæ petentæ obtentu, aut quocūque alio prætextu,conſortiis hominum miſceantur.

Mendicantibus validis hoſpitalia clauſa, & mendicitatem interdictam eſſe oportere. CAP. V.

SInt autē mendicātibus validis nō ſolū hoſpitalia clauſa, ſed & publicè ac oſtiatī mendicare penitus interdictū. Et qui ſecus agere cōperti fuerīt,arceātur,ac legalib⁹ noſtriſque cōſtitutionibus cōprehēſis pœnis ſubdātur. Vtilius enī eſurienti panis tollitur,ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm eidem frangitur vt ſeductus,iniuſtitiæ acquieſcat. Codi. de mendic. vali. lib. 12.

Magiſtrorum hoſpitalium praui adfectus damnantur. CAP. VI.

DAmnamus autem abuſum,quo in quibuſdā locis,fit vt neglectis miſeris ac inopibus(quib⁹ hoſpitalia dedicata ſunt)ex priuato affectu magiſtrorum aut magiſtratuū,qui hoſpitalibus hiſce præſunt,nō modo validi,ſed & quibus victus & veſtitus ſuppetit,recipiātur,tantum quòd illic commodius & in otio viuatur:qui certè aliter cēſeri nō poſſunt, quàm pauperum deprædatores,raptoréſque,de alieno viuentes,ac veluti ex ſanguine pauperū ſaginati. Quos diu⁹ Hieronymus grauiſſimè increpat. Qui(inquit)ex bonis parentū & ſuis opibus ſuſtentari poſſunt,ſi quod pauperum eſt accipiunt: ſacrilegium profectò committunt,& per abuſionem talium,iudicium ſibi manducant & bibunt. Hieronym.

Quā grauiter peccent,qui ex pauperum victu ſe ditant. CAP. VII.

VIderint quoque hi magiſtri ac hoſpitaliū præſides, ne Iudam imitentur,qui loculos(ex quibus pauperibus diſtribuebatur)ferebat,ac fur erat,ne ſicut ille,ita & ipſi pereant. Nouerint ergo ſe tali muneri addictos,nō vt ſui,ſed vt pauperum curā gerant,quos neglexiſſe,occidiſſe eſt:quibus quid ſubtraxiſſe,ſactilegij inſtar eſt. Et quò vigilantiores in officio ſint, ſingulis annis, aut ſæpius, magiſtratui eius loci præſente parocho,rationem de omnibus reddant. Non meū eſt (inquit Proſper) dicere,quātum peccatum eſt eorum qui cibos pauperum ſibi vſurpant,& vnde pauper victurus erat, præſumendo ſuſcipiunt. Ioan. 12.

DE SCHOLIS, TYPOGRAPHIS AC Bibliopolis. CAPVT I.

ECcleſiæ reformatio à ſummis pariter & infirmis, à capitibus ſimul & paruulis ordiẽda eſt. Paruuli enĩ ſunt, qui ſuccreſcentes in maiorũ locum, ſubinde decedentium in reipub. tam eccleſiaſticæ quàm ſecularis admi niſtratione ſuccedunt, vt cõſequens ſit, ab ipſis prauè ac nequiter inſtitutis reipublicæ perniciẽ imminere. Quãobrem ſummopere refert, vt pueritia, quę ſeges eſt omnium rerũ pu blicarum, in timore Domini ac bonis diſciplinis edoceatur. Id quod Dominus pręcepit Exod. 13. &. Prouerbiorũ ſexto. Siquidẽ ea ætas nullis aliis vſibus accõmoda, per id tẽpus colligere poterit & ſibi & reipublicę luculentum fructũ. In primis autem operæpretiũ nobis videtur, vt clãcularij illi magiſtelli, qui in conuenticulis vicatim docent, prohibeãtur, vtque gymnaſia illa ac ſcholæ minores, in quib⁹ pueri primis rudimentis imbuũtur, diligenter repurgentur, pręfectis illis didaſcalis ſeu pręceptoribus, non tã eruditis, q̃ ſanæ doctrinę, integreque ac inculpatæ vitæ viris: idque hac potiſſimum tempeſtate, quã innumeræ peſtilentes hæreſes totã ferè Germaniam ſummo cum Chriſtianiſmi ac reipublicę detrimento, iuſto Dei iudicio peruadũt, ac veluti cãcer ſerpũt: quas quum pueri ſemel imbiberint, difficile, imò impoſſibile erit, vt eaſdem penitus iterum eluant. Nam, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. *Horat.*

Scholæ inter viſitandum repurgandæ ac inſtituendæ. CAP. II.

QVemadmodũ verò didaſcali pueros in claſſes digerẽt, quæ dein ipſis prælegent, tã ad eruditionem, quàm ad vitã Chriſtianã rectè inſtituendam pertinẽtia, nos inter viſitandum pro ratione cuiuſcunq; ſcholæ trademus.

Apud ſingulas eccleſias habendus vir eruditus, qui clericos eius eccleſiæ inſtituat. CAP. III.

c.1 & c quia non nullis, de magiſt.

OLim conciliari conſtitutione cautum eſt, vt non ſolum apud quemlibet cathedralem eccleſiã, ſed & apud alias nimirũ collegiatas, quarum ſufficere poterunt facultates, cõſtituatur magiſter idoneus qui clericos earundem eccleſiarũ doceat & inſtituat. Apud metropolim autem Theologũ haberi præceptũ eſt, qui ſacerdotes ac quoſcunque alios in ſacris literis doceat, & in his pręſertim inſtituat, quæ ad cũrã animarum pertinere dignoſcuntur. Viſum etiã Cõcilio fuit,

vt

vt ſingulis magiſtris vnius præbédę prouẽtus tantiſper quo ad in docendo perſtiterint,aſsignentur. Cuius quidem ſaluberrimæ conſtitutionis vix veſtigia quædam apud eiuſcemodi eccleſias reliqua videmus. Nam vt ſcholas ipſas reperias, didaſcalũ tamen vix vllũ eruditum ac pium repereris,quòd nihil penè ſtipendij (ne dicamus vnius præbendæ prouentus)illi ſuppeditur,quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res leuis momenti eſt, à qua totius propemodum reipub tum ſalus,tum pernities dependet.

Qui huic viro victum ſuppeditabunt. CAP. IIII.

CVrandum itaq; vt ſingula Collegia ludos literarios diligenter inſtituant,eiſque de idoneis ludimagiſtris,ac ſumptibus proſpiciant:vbi Collegia non ſunt,ſenatus & reſpublica idem curet.

Quemadmodũ Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. CAP. V.

ACademias ſeu Vniuerſitates publicas per hãc hęreſum colluuiẽ miſerè perire cernimus,quas inſtaurari maximè in votis eſt. Id fieri poſſe nobis videtur, ſi modus aliquis inueniatur,quo pauperib⁹ ſcholaſticis ex eccleſiaſticis ſtipẽdiis aliquid poſſit decidi. Clericos enĩ illos cõuenit eccleſiaſticis ſtipẽdiis ſuſtẽtari,quibus parentũ & propinquorũ nulla bona ſuffragãtur. Quo inſuper ꝓfeſſorib⁹ atq; his,qui in bonis literis,optimis quibuſq; diſciplinis,ac ĩ primis Theologię ſtudiis multũ ꝓfeciſſent,ſpes præmij fieret: nã ſpes alit artes

Pium votum ad ſtudia ſubleuanda. CAP. VI.

ET quanquã hic articulus à ſummo pontifice potiſſimũ pẽdere videatur,tamẽ quod in nobis eſt, cuperemus omnes ordinarios collatores, præſertim parochialiũ eccleſiarũ,huc induci poſſe,vt Academię poteſtatẽ fecerent,ſignificandi ſubinde ipſis viros literatos ad regendum eccleſias eiuſcemodi idoneos,quos ipſi collatores quibuſcũq; aliis nõ idoneis præferrent,ac parochis qũũ vacarent,præficere nõ differrent,modò tamẽ perſonaliter reſidere nõ detrectarẽt. Quòd ſi idẽ apud collegiatas eccleſias (qui mẽſe ordinario canonicatus & præbendas conferũt)obtineri poſſit,non dubium id pleriſq; ad ſtudia capeſſenda calcar fore nõ exiguũ. *Concilio Baſilien.*

Decretalem Honorii tertii,quoad eius fieri poteſt,renouari æquum eſſe. CAP. VII.

PRęterea non parũ huc fecerit,ſi Honorij tertij decreta his ſeruetur,nempe vt Canonici eccleſiarũ diœceſis no *e ſup ſpecula.de magiſtr.*

ſtræ Colonienſis dociles ad ſtudia, potiſſimũ theologiæ, per Capitula trãſmittantur, percepturi toto quinquennio beneficiorum ſuorum fructus, non obſtante aliqua contraria con ſuetudine vel ſtatuto, quum denario fraudari nõ debeant in vinea domini operantes, de quo dictum eſt partim ſuperius. Ex his enim tandem ſpes non vana concipi poſſit, aliquando futurum, vt doctorum copia habeatur, quò veluti ſtellæ valerent plurimos ad iuſtitiã erudire, & temporis ſucceſſu eccleſiam Dei vniuerſalem in vita ac doctrina reformare.

Quid curandum in Academiis. CAP. VIII.

NEq; ignoramus multa ac diligenti prouiſione opus eſſe in Academiis quæ in primis curare neceſſe erit, vt optimi quiq; libri in ſingulis pfeſſionibus ac diſciplinis per doctiſſimos pfeſſores ſtatis diebus ac horis vigilantiſſimè prælegantur, enarranturq;. Deinde, vt ſcholaſticis viuendi regulæ præſcribantur, nempe vt bonis diſciplinis vacent, à põpis, comeſſationibus, ebrietatibus, aleæ ludis, diſſentionibus ac rixis abſtineant, vt prodigi eſſe deſinãt, ac quiſque ſe ſuo modulo metiatur, vt faſtum omnem ac doctrinę ſupercilium

Hieron. deponat. Nec incipiãt eſſe magiſtri priuſquam fiãt diſcipuli. Quot enim ſunt, qui magiſtrorum ac doctorum inſignia ambiunt, ac per ambitum extorquent, etiam qui nunquam eam artem quam poſt magiſterium profitentur, vel à limine ſalutarunt? quod quàm turpe ac indecorum ſit, nemo ignorat.

Nihil imprimendum aut vendendum, niſi reuiſum prius. CAP. IX.

PRęterea quum per abuſum artis impreſſoriæ librorũ plurimum malorũ emerſerit, prohibemus, ne vlli Typographi aut Bibliopolæ quempiam recens editum librũ aut chartam vel imprimant, vel venum exponant, vel vendãt publicè vel occultè, niſi hic liber reuiſus, & charta vel ſcripturã vel picturam continens, per noſtros ad hoc deputatos commiſſarios diligenter perſpecta ſit prius. Quæ & Typographi nomen & cognomen cõplectantur, atque eam ciuitatem ſeu oppidum in quibus excuſa ſunt, nominatim deſignent. Quæ verò his caruerint, nullo pacto venũ exponantur. Porrò Typographi, Bibliopolę ac reliqui librorum inſtitores ac geruli, qui huic ordinationi contrauenerint, præter confiſcationẽ

Pragm. Augu. librorum, pœnis etiam legalibus ac pragmaticę conſtitutioni Auguſtanæ ſubiacebunt. Contra quos in territoriis noſtris

ſtris Fiſcalis noſter acerrimè inquirere, ac ad iuſtarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

DE IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA contentioſa. CAP. I.

ANTE annos nõ admodum multos, reformationem iuriſdictionis noſtræ eccleſiaſticæ edi curauimus, per quam ita temperata ac moderata omnia ſperamus, vt nemo de ea iure queri poſsit.

Excommunicationis origo & præcipuus vſus. CAP. II.

NEc autem quiſpiam excommunicationis eccleſiaſticę originem ignoret, Primus excommunicationis in eccleſia vſus, qualis fuerit, Paulus primę ad Corinthios quinto manifeſtè oſtẽdit, vbi Corinthium publicè cum nouerca fornicãtem tradit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Non tantum exemplo indicans, ſed & expreſsim iubens, vt qui eiuſcemodi ſunt, è medio eccleſiæ eiiciantur: Si is (inquit) qui frater nominatur, ĩter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledic*, aut ebrioſus, aut rapax, cũ eiuſcemodi nec cibũ ſumere permitto. Quin ante diſcipulũ, ille qui ſolus verè magiſter eſt Chriſtus, eiuſcemodi excommunicationis vſum Matthei. 18. docuit. Quem optamus in eccleſiam reuocari ac frequentiſsimum eſſe. Nempe vt tales publicè ac enormiter peccantes, ne aliis offendiculo ſint, & notati tãdem reſipiãt; extra communionem ſacramentorum ac vitæ communis ponanrur, donec ad cor & eccleſiæ gremium reuerſi, ſuum reatum deplorẽt. Diuus ſanè Paulus grauiſsimè Corinthios increpat, quòd inceſtum illum tantiſper paterentur: Omnino (inquit) auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris ſui quis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ, qui hoc opus fecit. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. & cętera quæ ſequũtur. Quòd ſi denuntiationem Euangelicam (qua nulla res ſalubrior eſſe poteſt, & quæ nobis non tantum facienda ſuadetur, ſed præcipitur) frequentaremus, & apoſtolica præcepta mordicus teneremus, rariores profectò in cœtu noſtro haberemus adulte-

1. Cor. 5

Mat. 18.

Eſa. 52. ros,raptores,homicidas,&id genus alios publicè criminoſos,
Rom. 2. propter quos blaſphematur nomen noſtrum inter gentes, & ſcandalizantur multi inter nos infirmiores.

Cur paſſim in omnes inobedientes excommunicationis cenſura diſtringi cœperit. CAP. III.

1.*Re.*17 IAmdudum verò cœpit excommunicatio in omnes inobedientes diſtringi:quòd quaſi peccatum hariolandi ſit:repugnare,& quaſi ſcelus idololatriæ,nolle acquieſcere.

Viſum excommunicationis in publicè criminoſos in lucem reuocandum. CAP. IIII.

VSum ergo excommunicationis, præſertim aduerſus publicè criminoſos,in lucem reuocari conuenerit:deinde poſt hac in aliis cauſis excommunicatio tantum in manifeſtè contumaces feratur.

Ex cõci. Melden. & Aluer. c. nemo. et c. nullus ſacer. 11. *q.* 3. *Ex cõci. Lugd. c.* 1. *de ſenten. excõ. in.* 6. *Ex cõci. Anti. carthag. Aretalen. Bracharacen. Cap. cũ oporteat. ca. inquiſitionem: §. tertiæ dubita de accuſatio.*

Quid cauendum in decernenda excommunicationis cenſura. CAP. V.

CAuebit autem in primis iudex,ne hanc,aliás ve cenſuras eccleſiaſticas,vel ex iniuſtis,vel ex leuibus cauſis,vel iuris ordine non ſeruato, vel ex odij fomite proferat vnquam. Quum enim excõmunicatio pœna ſit,qua nulla maior eſt in eccleſia:nec ſit excõmunicandus quis,niſi pro peccato lethali,quòd anathema ſit æternæ mortis dãnatio:nec infligenda veniat,niſi his qui aliter corrigi non poſſunt, debebit Iudex non antè excõmunicare quépiam,quã cognouerit id vel cauſæ grauitatẽ,vel eius qui extra cõmunionẽ ponendus eſt,apertam contumaciã præcepto iuſto acquieſcere nolẽtis exigerẽ.

Excommunicatos vitandos. CAP. VI.

VOlumus autẽ vt hæc cẽſura ab omnibus(iure non tãtum humano,ſed & diuino idipſum poſtulante)timeatur:vtque excommunicati in familiari conuerſatione vitentur,& à nemine recipiantur, quemadmodum antiquiſsima concilia ſub grauis reatus incurſu idipſum fieri præceperunt.

Non paſsim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. CAP. VII.

PRocuratores noſtri Fiſcales aduerſus neminem inquirãt, niſi quem legitima ac frequens grauat infamia,non quidé à maleuolis & maledicis,ſed à prouidis & honeſtis,iuſtitię zelo commotis,ſuborta:quam ſi non probauerint,condemnentur ipſi, non autem inquiſiti in expenſis. Neque enim ſpeciem aliquam æquitatis habet, quòd ab innocentibus abſo-

luti

ſolutis, quippiam expenſarum nomine extorqueatur: alioqui calumnia & iniuſta diffamatio, mercedem (quod abſit) haberent. Valeant ergo alij maleuoli delatores, depeculatores famæ, ac reipublic. peſtes. Neque enim ad petitionem eorũ qui libellum infamationis porrigũt, in occulto inquirendum eſt ſuper criminibus in eodem deſcriptis: quum inquiſitio fieri tantùm debeat ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerint.

Manifeſti criminoſi pro quæſtu nequaquam ferendi. CAP. VIII.

NOlumus autem, vt concubinarij, aut alij manifeſtè criminoſi vllo modo pro quæſtu, aut pecuniæ emungendę cauſa ferãtur, tolerentũrque: aut vt pœnę pecuniarię pro criminibus paſsim imponantur, ꝙ res mali exẽpli ſit, crimen pecunia redimere: ſed reformationis noſtræ conſtitutio, quæ de officio Sigilliferi poſtrema eſt, ſeruetur. Quòd ſi interdũ vel perſonæ delinquentis, vel delicti qualitas pœnam pecuniariã imponi poſtulauerit, hæc in pios tantum vſus conuertatur, nẽ magis auaritiæ, quàm correctionis cauſa exacta videatur.

Clerici grauiſsimorum criminum rei ſecundum canonicas ſanctiones puniendi. CAP. IX.

CLerici in grauiſsimis criminibus deprehẽſi, iuxta canonicas ſanctiones puniãtur. Expedit enim, vt publicè delinquentes & eccleſiam Dei ſcandalizantes, publicè quoque arguãtur, & puniantur. Quamobrem tales vel à nobis deprehenſi, vel extra territoria noſtra per magiſtratus capti, ac nobis iuxta ſanctiones canonicas traditi, dignã ſui ſceleris pœnã recipiant. Quòd ſi tã graue fuerit, vt degradatione dignũ ſit, faciemus ipſos curiæ tradi ſeculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo ſe per flagitia reddiderunt indignos. *1.Tim.5*

De teſtamentis inſinuandis, approbandis ac exequendis. CAP. X.

IN cõcilio Moguntino ſancitum eſt, vt hæredibus qui iuſſa teſtatorum non adimpleuerint, ab Epiſcopo loci illius omnis res quæ eis relicta eſt interdicatur, cum fructibus & emolumentis, vt vota defunctorum adimpleantur. Quamobrem procuratores noſtri Fiſcales in diœceſi noſtra Colonien. aduigilabunt, vt Teſtamenta, maximè eccleſiaſticarum perſonarũ, priuilegiis eccleſiæ noſtræ maioris ſaluis, intra anni ſpatium exequutioni mandentur: vtque intra idem tempus executores teſtamentorum legitimum calculum reddant. Quorum etiam teſtamentorũ inſinuationem approbationemque *Ex concil. Mogũ. c. ſi hæred. de teſt.*

intra triginta dies à morte ſacerdotis peti volumus atq; obtineri, niſi rationabilis cauſa longiorem dilationẽ expoſcat, in præmiſsis. Diſpiciet autem Sigillifer noſter, vt ſi quid in quempiam ſtultum aut iure prohibitum vſum temerè relictũ ſit, in pium conuertatur.

Bona presbyteri ab inteſtato defunctis in piam cauſam conuertenda. CAP. XI.

VBi ſacerdos noſtræ diœceſis Colonien. mortuus eſt inteſtatus, bona ipſius, prçter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piam cauſam pro defuncti animæ ſalute conuertantur.

Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur, minimè grauis. CAP. XII.

EA portio, quæ nobis vti Archiepiſcopo ſecundum rationem bonorum (extra quæ tamen patrimonialia immobilia ſunt) deducto ære alieno ex more & ſpeciali conuentione cũ clero noſtro inita debetur, nemini grauis eſſe poteſt, quòd maior Epiſcopo ſecũdum canonicas ſanctiones portio, quàm ea eſt, quæ ex remiſsione noſtra nobis ſoluitur, debeatur.

Cap. Of-ſi. de teſta.

Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrenenda.

CAPVT XIII.

MVltiplex illa & facilis iuramẽtorum exactio, quæ in iudicis eccleſiaſticis fit, nobis probari non poteſt, Chriſtus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, vt in totum abſtineamus ab omni iureiurando. Quo colore ergo conſuetudo nunc paſsim iurãtium in omni negotio excuſari poſsit, non videmus, niſi aut grauitate negotij, aut neceſsitate. Crebris iuramentis rarò deeſt periurium, quod grauiſsimè punit Deus. Quamobrem monemus Cauſidicos, ne tam faciles ſint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis. Compertum enim habemus, quoſdam eſſe tam malè Chriſtianos, qui in re tam ſeria ludant, ac iuramenta interdum exigant, quibus præſtitis credere nolint. Ne dicamus quoſdam eò veſaniæ prolabi, vt iureiurandum exigant, quod malint ſuſpicari, præſtãdo violatum iri, quàm verè reuerẽtérque adhiberi. Quo laqueo quis pernicioſior eſſe poteſt? Admonebit igitur Officialis noſter Cauſidicos, atq; alios iuramenta exigẽtes, vt ea quę iudiciarij proceſſus ſolẽnitas neceſſariò non requirit remittant, vtque memores ſint, eandem manere pœnam temerè exigentẽ, quæ manet fruſtrà præſtantem iuramentum.

Matt. 5.

Deut. 5.

Formula inquirendi hæreticos delineanda. CAP. XIIII.

Quum

QVum hæreſum ac ſchiſmatũ in præſentiarũ plena ſint omnia, videbimur operæpretium facturi, ſi cõmunicato cum Inquiſitoribus apoſtolicis conſilio, formulam quandã inquirendi iuri conſentaneam, ac tãtum negotium decentem, miniméque captioſam, præſcribamus. Quamobrem ea de re noſtris iuriſperitis mandabimus.

DE VISITATIONE AC SYnodis Epiſcopalibus Archidiaconalibúſq;.

CAP. I.

QVVM fruſtrà ſint in ciuitate leges, niſi & ſint qui eas exequantur: itidem inſtitutiones canonicas ineffi caces & languidas eſſe oporteat, niſi ab Epiſcopo & reliquis (quibus ea cura demandata eſt, & quodammodo viua lex ſunt, qui & in Euangelio nuncupantur ſal terræ) mancipentur effectui. Idcirco viſitatione per noſtrã diœceſim Colonien opus eſt, quam, Deo authore, per noſtrum in pontificalibus Vicarium ac ipſi adiunctos viros, iuxta pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his ſpiritualibus ac eccleſiaſticis rebus ordinandi poteſtatem, aggrediemur, eodémque adiuuante Deo peragemus. *Matt. 5.*

Quo ordine viſitatio inſtituenda. CAP. II.

EX ſuperioribus verò liquet plus ſatis, quo ordine viſitatio inſtituenda ſit. Siquidẽ in primis ab eccleſiis noſtris metropolitana ac cathedrali inchoãdum. Dehinc ſingulæ collegiatæ ſimul cum monaſteriis & virorum & mulierum inuiſendæ. Poſt hęc ad parochiales eccleſias omnes in noſtris ciuitatibus ac diœceſibus cõſtitutas (vbi maxima cura opus erit) tranſeundum: ibi non ſolùm parochi, ſed alij etiam (quotquot ibidem commorantur) ſacerdotes ac clerici aduocandi. Atque interim non prætermittendæ ſcholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur: ac poſtremo hoſpitalia pauperum diligenter perluſtranda erunt.

Quæ vbique corrigere oporteat. CAP. III.

QVæ vero oporteat vbiq; ſciſcitari ac inueſtigare. quæ corrigere ac repurgare. quæ ſtatuere ac ordinare, ſuperiores conſtitutiones abundè docent.

In primis reformandos eſſe Decanos. CAP. IIII.

QVod ad cathedrales & collegiatas eccleſias attinet, prima cura erit in reformandis eccleſiarum prælatis,

maximè Decanis. Qui ſi cæci fuerint, conſequitur neceſſariò, vt hi quibus ducatum præſtant, ſimul in foueam trahantur ac cadant. Quod enim ab illis committitur, facilè ab aliis trahitur in exemplum.

Inquietos & prælatis rebelles corripiendos. CAP. V.

ET quoniam alicubi tanta eſt cleri diſſolutio, vt prælatis quantũuis bonis ac eruditis, neq; ſuus honor neq; authoritas ſeruetur, intendent Viſitatores noſtri animũ, vt inquieti corripiãtur. Qui corripi & obedire nolunt, cenſura eccleſiaſtica ſecundũ culpæ modũ percellãtur, donec reſipuerint.

In monaſteriis quomodo abuſus percipiendi. CAP. VI.

IN monaſteriis facilè percipiẽtur abuſus, modò regulę ordinis relegãtur, interrogentúrq; qui illis pręſunt, nõ illis ſcilicet ſimul cũ noſtris cõſtitutionibus p omnia ſatisfiat.

In viſitatione parochiarum quid agendum. CAP. VII.

VBi ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo paucis antè diebus aduentus Viſitatorum ſignificari, quo tum omnes expediti adſint, ac publicæ ſaluti intendant. Deniqué ea ſacramenta ac munera quæ per ſolum Epiſcopũ adminiſtrantur, expurgati & præparati recipiant

Habenda concio per Viſitatores. CAP. VIII.

NEc videbitur inutilè, vt Vicarius noſter in pontificalibus, ſeu alius ex Viſitatoribus noſtris Theologus concionem ad populum habeat, eũdémque de omnibus de quibus vtile videbitur, ex diuinis ſcripturis per Dei verbum admoneat.

Interrogandus parochus, quo titulo miniſterium gerat. CAP. IX.

INterrogandus deinde parochus, num ipſe principalis rector ſit, aut Vicarius mercenarius, an ordinaria authoritate admiſſus, nécne: vbi Vicarius præeſt parochiæ, videndum quo priuilegio abſit parochus principalis.

De vita, moribus & doctrina inquirendum. CAP. X.

DEinde inueſtigandum de vita, moribus, ac de doctrina, quo pacto verbum diuinum diſſeminet, ac ſacramenta eccleſiaſtica adminiſtret, & num omnia calleat quæ ad officium ſuum ſpectant. Vbi vero minus fuerit inſtructus, erudiatur maximè in his quæ ad diſpenſationem eccleſiaſticorum ſacramentorum attinent, præſertim pœnitentiæ. Subinde inquiratur, num in his deſes aut negligens interdum ſit: & num illi neceſſarius & honeſtus victus ſuppetat, ſeu digna

ſtipendia

ſtipendia exoluantur. Nam ſi competens victus defecerit, ad eum modum (vti ſupra diximus) procurãdus erit, aut ad nos referendum.

De habitu, tonſura ac reliquis externis videndum. CAP. XI.

VIdendum deinde de eruditione, habitu, tonſura, ac familiari conuerſatione: honeſtas familiæ exploranda libri quoque omnes inſpiciendi, qui ſi nothi aut ſuſpecti erũt, auferendi ac tollendi ſunt.

Num hæreſis quæpiam ſerpat, diligenter inueſtigandum. CAP. XII.

INſuper inueſtigandũ erit diligẽtiſſimè, num in tota parochia vllus hæreticus aut ſchiſmaticus deliteſcat: num hæreſis aliqua ſerpat, atq; hic apponenda ſecuris ad radicẽ, vt ſeducti per verbũ Dei in viã veritatis & eccleſiæ vnitatẽ reducãtur. Qui cõtumaces fuerint, è cœtu cæterorũ tollantur.

Num agantur alia, quæ cum Dei & eccleſiæ inſtitutis pugnent, diſpiciendum. CAP. XIII.

PRæterea, num in parochia ſuperſtitiones, ſortilegia, diuinationes, atq; alia id generis, quibus mẽtes à Deo viuo per diaboli fraudes ſeducũtur, exerceãtur: nũ periuria, blaſphemiæ, adulteria, & ſimilia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladiũ iræ ſuę vibrat, publicè cõmittantur: num eccleſiaſticę cẽſuræ contẽnantur: num ſint qui parocho obedire floccifaciant, qui ſacramenta eccleſiæ non participent: item, num feſti dies & ieiunia eccleſiaſtica ritè obſeruentur.

De puerorum inſtitutione, & hoſpitalium cura quærandum. CAP. XIIII.

DEin videndum quo pacto pueri inſtituantur, qui præterea ſint ſcholis præfecti. Hoſpitalium quoque cura haud prætermittenda.

Vitia quibus aſſueuerint parochiani, acriter corrigenda ac refrenanda. CAP. XV.

DE vitiis quibus parochiani vel maximè aſſueuerint, inquiſitio facienda, vt per Viſitatores verbo diuino ab his populus auocetur

De officio parochi inquirendum. CAP. XVI.

DEnique expiſcandum, num parochus diuinum officium in eccleſia canendo, legẽdóque ritè gerat: num ſacrum baptiſma, itidem ſocroſanctã Euchariſtiam cum chriſma ſecurè ac decenter cuſtodiat: num veſtes & reliqua ornamenta

quibus in diuinis officiis vtimur,mundè aſſeruet:nũ ipſe aut qui eccleſiæ prouiſores appellantur,templum ſartum tectum curent:num ſacris altaribus ſuus honos impẽdatur: num ruinis domus parochialis occurrat: num de rebus eccleſiæ alienationes faciat. Atq; his ſimilia, quæ Viſitatoribus noſtris pro eorum circunſpectione & prudentia facilè occurrent. Et ex conſtitutionibus noſtris(quæ vbique pro loci ac perſonarum ratione rememorari debebunt) ſuppeditabuntur.

Synodus epiſcopalis anno bis habenda. CAP. XVII.

Nicæ.c.3 Anti.c. 20.Conſtan.c 3. Chalcedo.c.19. c. ſicut olim.de accuſat.

ET quoniã Viſitationes iſtę generales per ſingulas parochias abſq; magno ſumptu ſingulis quib uſq; annis frequentari haud poſſunt, ſaluberrimè ſancitum eſt antiquiſſimis canonibus, bis per ſingulos annos in ſingulis prouinciis Cõcilium fieri: Vt primum, ante dies Quadrageſimę habeatur, videlicet quo omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundũ ſolenne Deo munus poſſit offerri. Secundum vero agatur, ante tempus Autumni, in quo ſi communi omniũ conſenſu rationabiliter comprobato, ſecundũ eccleſiaſticã regulã, duo vel tres animoſitate ducti per cõtentionem cõtradicant, obtineat plurimorũ ſententia ſacerdotum.

Quid agendum in ſynodo epiſcopali. CAP. XVIII.

IN his ergo Cõciliis, anno bis, de his omnibus apud metropolitanæ, cathedralium, collegiatarũ, monaſteriorúmque prętatos, & pręſertim Archidiaconos, ac quos vocam' Decanos rurales(qui vocati ſunt in partem ſolicitudinis epiſcopalis) per Vicarium noſtrum in pontificalibus ac Officialem diſquiſitio diligens fiat. Et quæ ex illorum iudicio reformatione opus habere cõperientur, cõmuni cõſilio emẽdentur.

De ſynodis Archidiaconalibus ac ruralibus. CAP. XIX.

DEnique Archidiaconi, qui Epiſcoporum oculi dicuntur, ac Decani iſti rurales in ſuis deinceps ſynodis, quę ſancita fuerint, in prouinciali ſeu epiſcopali Concilio publicabũt. Et ad eundem modum (qui in Viſitatione præſcriptus eſt) vitiis extirpandis ac virtutibus inſerendis ſtudeãt, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quàm pecuniæ exactione puniendis intenti.

Officiales Archidiaconorum, & Decanos rurales, viros graues eſſe oportere. CAP. XX.

QVod vt rectè ac prudenter fiat, Archidiaconis noſtris incumbit, ne vllos inidoneos Officiales aut Decanos rurales

rurales deligant aut admittát, ſed ad has functiones viros tantum aſſumant, cum doctrina præſtantes, tum vitæ innocẽtis, inculpatæque, qui nullius criminis labe notabiles, officium ſuum irreprehenſibiliter exequantur.

Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ ſe ferunt. CAP. XXI.

EX vetuſtiſſima quadam inquirendorum criminum formula relictum eſt, vt Archidiaconi anno biſextili circumeant, & peccata enormia emendent, quę ſequitur in hæc verba: In Concilio publico ab Epiſcopo habito primitus iurare debent de villis ſingulis fideliſſimi quiq; liberi & ſerui, tres vel quatuor, ſeu etiã plures, vt rei veritas omnino inquiratur. Iuramẽtum auté illud huiuſcemodi eſſe debet: Quicquid in villa in qua habitat, veraciter ſciat, vel ſerio audierit actum contra fidem rectam & Chriſtianitatem, Epiſcopũ aut eius nuntium, quantum recordari poſſit & ſcientia ſubminiſtrat, non lateat. Poſt iuramentum verò Epiſcopus per ſingula numerare debet, quæ prius iuramento comprehendit, hoc eſt: Si vir ſuper vxorem ſuam, aliquam clanculo corrupit: Si cum duabus cognatis, ſiue mulier cũ duobus propinquis fornicata ſit: Si commatrem ſpiritualem aut filiolã ſuam ſtupro violauit: Si qua mulier partum ſuum necauit, vel conceptum quocunq; modo excuſſit: Si quis cognatum ſuum voluntate aut caſu occidit, ſeu morbidum fecit, & necdum ad publicam pœnitẽtiam venit: Si mulier maritum ſuum, aut maritus vxorem ſuam iniquo conſilio intercmit: Si quis virum aut fœminam veneno, aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc ſcilicet veneno machinatur: Si ſciant diuinatrices vel augures, etiam illos, qui per incredulitaté illas inquirant: Si ſciant meretrices, quia meretrix appellatur, ſi vno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta non ſit: Si illos etiam ſciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos ſciant, qui conuicti ſunt periurium perpetraſſe: Si & illos nouerint, qui loca Deo non dicata, contra fidem eccleſiaſticam colunt, & ad Chriſti eccleſias venire contẽnunt: Illos etiam, ſi ſciãt, qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Epiſcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cęteros verò omnes nobiles & ignobiles, per bannum Chriſtianitatis conſtringat, vt ſupradictas res minimè celent, acſi in die iudicij ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti rei oc-

Ca. 1. de of. archi. Hunc canonẽ renarrat. B. Rhenanus in proœmio. Tertulli.

cultatione præfatarum rerum nefandarum inueniãtur. Hoc enim indicet & per bannum cõteſtetur, vt nemo per vllius timorem aut fauorem vel etiã amicitiam, præfata reticeat, veraciter ſcita Neque per odium, neque per inimicitiam vllam quicquã alicui irroget, quod veraciter nõ poſſit probare. Horum aliquã ſi antea in præſentia Epiſcopi allata eſſét, eiusq; iudicio terminata, & poſtea iterata, comperta fuerint, veluti in initio referantur, & epiſcopali decreto conſtituantur.

Abuſus in ſynodorum Archidiaconalium ac ruralium obſeruatione. CAP. XXII.

PRæſcripta quidẽ formula, quã antiquitatis cauſa retulimus, ſucceſſu tẽporis in abuſum, quod negare non poſſumus, deducta eſt, quod nõ fideliſſimi quiq;, ſed leues delatores. nõ qui veraciter ſciant, aut ſerio audiuerint, idque à probatis: neque vno tantum, ſed pluribus, hisque fide dignis, minimẽque maleuolis, ſed frequentius abſque omni delectu vel leues ac futiles, vel inuidi ac rapaces, calumniatores delationi comperiantur aſciti. Quòdq; pro manifeſtis criminibus non canonicæ pœnitẽtiæ, ſed pecuniariæ potiſſimũ mulctæ à delinquentibus fuerint exactę, permiſſis interim delinquentibus, haud præter graue populi offendiculum, in publica ſcelerum infamia perſeuerare.

Inter viſitandum abuſus corrigendi. CAP. XXIII.

QVæ omnia magna correctione indigent, quam, volẽte ac adiuuante Deo, inter viſitandum adhibebimus, nimirum curaturi, vt viris exploratæ virtutis tantùm hoc officij delegetur.

Procurationem ſuo officio rectẽ fungentibus pendi, æquum eſſe. CAP. XXIIII.

Ex Conc. Lateran. Ex cõcil. genera. c. cum Apoſtolis. c. procurationes. de cenſibus.

HIs autem qui ſynodo præficiendi ſunt, ſumptus neceſſarios (quam procurationem canones vocant) per parochianos ſuppeditare iuſtum atque æquum eſt.

CAetera, quæ præſentis Concilij Decretis cõprehẽſa nõ ſunt, (ſunt autẽ pleraque nõ minorẽ quàm ea quæ corrreximus, caſtigationẽ poſtulantia) ea ſecũdum ſacrorũ canonũ cenſurã, partim in Viſitatione, partim in futuris ſynodis epiſcopalibus, Deo dantẽ emendare diligenter adnitemur.

CANONVM CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS, FINIS.

REFORMATIO CLERI GERMAMIAE AD CORRECTIONEM VItæ & morum, ac ad remouendos abuſus.

LAVRENTIVS MISERATIONE DIVINA TITVli *S. Anaſtaſiæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis, per vniuerſam Germaniam ac Hungariæ & Bohemiæ, Poloniæque regna, & quæcunque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit domini noſtri Papæ, & Apoſtolicæ ſedis Legatus ad perpetuam rei memoriam.*

EX Legationis officio à ſede apoſtolica nobis cõmiſſo obligamur, vt circa ſtatum perſonarum eccleſiaſticarum ſub finibus noſtræ legationis conſiſtentium in melius reducendũ propenſius cogitemus, vt quæ in eis à ſanctorũ patrũ decretis & ordinatione deuiare perpendimus, ad debitã reformationis normã dirigẽtes, eis opem & operã adhibeamus efficaces. Nuper ſiquidem cum ſanctiſſimus dñs noſter Clemẽs Papa vij. cum pro paſtorali ſuo officio, tũ pro ea affectione, qua inclytã nationem Germanicã paternè proſequitur, intellectis eius fluctuationibus, hæreticorũq; impietate indies creſcẽte, nos ad vniuerſam Germaniam ſuum & apoſtolicæ ſedis Legatum de latere miſerit, nõ aliam ob cauſam, quàm vt tranquillitati prouinciæ, & ſaluti animarum, quæ periclitantur ob dictã nuper natam impuriſſimam omnis hæreſeos ſentinam, conſulat. Quod onus licet humeris noſtris impar, eius tamen pręceptis & mandatis obedire (vt tenemur) volentes freti Chriſti fauore, ſeruatoris noſtri (cuius negotium agitur) ſubiuimus. Nihil hic prorſus noſtris viribus tribuentes, aut prætere a cupiẽtes, quàm quod ad munus hoc feliciter implendum attineat. Cumque aliquot mẽſium experientia multa collapſa, & præter omnem opinionem difficultatibus plena perpenderimus, cum sereniſſimo Ferdinando, Hiſpaniarum principe, archiduce Auſtriæ, Imperiali locum tenẽte generali, communicatis conſiliis, concordi ſententia particularem conuẽtum in ciuitate Ratiſponæ cõuocare decreuimus, In quo vnà nobiſcum interfuerũt præfatus sereniſſimus princeps & archidux, Reueren. Matthæus S. Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Angeli presbyter Cardinalis, archiepiſcopus Saltzburgen. ac illu-

ſtriſſimi VVilhelmus & Ludouicus Palatini Rheni duces in ſuperiori & inferiori Bauaria fratres germani, venerabiles in Chriſto patres Bernardus Epiſcopus Tridentin. Ioannes adminiſtrator eccleſiæ Ratiſponen. Palatinus Rheni dux Bauariæ, ac nuntij ſiue Oratores omnes, cum pleno mandato venerabilium in Chriſto patrum & illuſtriſſimorum principum Vigādi Epiſcopi Bambergen. Georgij Epiſcopi Spiren. Palatini, VVilhelmi Epiſcopi Argentinen. Chriſtophori Epiſcopi Auguſten. Hugonis Epiſcopi Conſtantien. Chriſtophori Epiſcopi Baſilien. Philippi Epiſcopi Friſingen. Palatini Rheni ducis Bauariæ: Erueſti adminiſtratoris eccleſiæ Patauien. ac Palatini Rheni ducis ſuperioris & inferioris Bauariæ, & Sebaſtiani Epiſcopi Brixien, cum quibus pluribus hinc inde in diſcuſsionem allatis, & præcipuè quibus conſiliis quibuſque modis præfatæ nationi Germanicæ periclitanti conſuleretur, paribus ſententiis receptum fuit, hanc perditiſſimam hæreſim rudi populo plauſibilem, ob libertatem illi falſò perſuaſam prætextu euangelicæ libertatis non paruam habuiſſe occaſionem, partim à perditis moribus & vita clericorum, partim ob non diutius diſſimulandum ſacrarum ſanctionum eccleſiaſticarúmque conſtitutionum abuſum, & perinde non parum momenti fore extirpandæ hæreticorum & eorum ſequacium ſectæ, vt clerici ad honeſtatem vitæ moreſque ſuos illos quos D. Paulus exigit & præſcribit debita cenſura reducti abuſuſque laicos male offendentes ſublati fuerint. Itaque habitis maturis deliberationibus & piis conſiliis præfatorum Ferdinandi principis, Cardinalis, ac Ducum, & Epiſcoporū atque nūtiorum ſuorum, infra ſcriptos ſalutares aliquot tam neceſſariæ reformationis ſacerdotū, presbyterorū, religioſorum & clericorum modos pręſcribere, ſtatuere, ſancire, atque edere neceſſarium duximus. Quocirca authoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte ſtatuta & ordinationes per nos (vt præfertur) edita ab omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbatibus, prępoſitis, decanis, archidiaconis, & aliis perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, ac parochialium eccleſiarum, aliorumque beneficiorū eccleſiaſticorum rectoribus, presbyteris, religioſis & clericis, in vniuerſa Germania reſidentibus, prout eos & eorum quemlibet reſpectiuè tangit aut tangere poterit in futurum perpetuis futuris tem-

ris temporibus inuiolabiliter obſeruari volumus. Decernentes irritum & inanæ, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilomin⁹ vniuerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbatibus & aliis perſonis in eccleſiaſtica dignitate cõſtitutis, necnon metropolitanis & aliarum cathedralium eccleſiarũ canonicis, ipſorúmque Archiepiſcoporum & epiſcoporum Officialibus & vicariis genaralibus per præſentes cõmittimus & mandamus, quatenus ipſi & eorũ quilibet, ſi & poſt quàm pro parte illorũ, quorum intereſt, aut in futurum intereſſe poterit, fuerint requiſiti, ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, & horum ſingula inuiolabiliter obſeruari faciant, Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris remedia capeſcendo, inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtante conſtitutione felicis recordationis Bonifacij papæ. 8. qua cauetur, ne quiuis extra ſuam ciuitatem & diœceſim, niſi in certis exceptis caſib⁹, & ĩ illis vltra vnã diætã à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede apoſtolica vel eius authoritate deputati, extra ciuitatẽ & diœceſim in quibus deputati fuerint, cõtra quoſcũque procedere, aut alij vel aliis vices ſuas cõmittere præſumant, & in cõcilio generali de duabus diætis, & perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & aliis cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cęteríſque contrariis quibuſcunque. Verum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula loca, ad quæ expediens fuerit, deferri, volumus, & authoritate apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis præſentium literarum manu notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ in eccleſiaſtica dignitate cõſtitutæ munitis, ea fides adhibeatur, quæ eiſdem originalibus ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſę, adhiberetur. Et vt huiuſmodi ſtatuta & ordinationes ad ſingulorum notitiam deducãtur, vniuerſis locorum ordinariis authoritate apoſtolica præfata in virtute ſanctę obedientiæ mandamus, quatenus ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, per ſe vel alium ſeu alios in eorum eccleſiis vel ciuitatibus publicẽt, ſeu publicari faciãt, quæ poſt publicationem ipſam, eoſdem quorum intereſt, aut intereſſe poterit, deinde arctent, ac ſi eis perſonaliter intimatæ eſſent antintimarentur. Tenor vero ſtatutorum & ordinationum prædictarum ſequitur, & eſt talis.

Quod nemini prædicare liceat, niſi per epiſcopum admiſſo, cuius eſt verbo Dei ſeminando eos adhibere, quos probauerit eſſe doctos, modeſtos & pios viros. CAP. I.

CVm potiſſimum anima verbo quod ex ore Dei procedit viuat, id autem nec paſſim nec ab omnibus expediat prædicari, admonente Apoſtolo, qui inquit: Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur? Ideo ſtatuimus & ordinamus, vt nõ liceat cuiquam, etiam religionem profeſſo, & quomodolibet exempto, euãgeliũ docere, niſi ab Ordinario vel eius Vicario tã moribus, quàm doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes literas, quæ præter notarij mercedẽ gratis prorſus concedantur. Miſſi itaque atque probati euangelicum negotium tractabunt rectè, ſobriè, & purè, loca quæque recõdita magis & abſtruſa, intellectuque difficilia, non ad nouum & adulterinũ ſenſum, ſed iuxta ſanctorum patrum, & ab eccleſia receptorum doctorum, præcipuè Cypriani, Chyſoſtomi, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorij exponant & interpretentur. Omni etiam ope ſtudeãt, ne pro veris ſomnia & aniles fabellas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha, & iamdudum exploſa damnatáque ab orthodoxa eccleſia tradãt vel depromant, idque omni modeſtia, ne vnquã eos ad conuitia iniuriáſque delabi cõtingat, locúſque ille cum populi offendiculo dehoneſtetur. Itaq; Ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos conſtituat, qui per diœceſim inquirant, qui ſint ad Euangelicam doctrinam idonei diſſeminandam, quique ad impias nouitates & perfidiã aliquam non deflectant, vt remedia adhibeãtur, quo populus rectè inſtituatur in Chriſtina lege, & ab ea deficiens, ne ſecũ alios trahat, debitè coërceatur, cultus diuinus obſeruetur, peragatúrque his modis & ritib⁹ qui per manus ſanctorum patrũ nobis traditus, & per maiores noſtros obſeruatus eſt in ſacrificio altaris, officiis defunctorũ, canonicis horis, cæteríſque diuinis laudibus atque cæremoniis.

Quod clerici morum integritatem, clericali quoque habitu ac tonſura ornare debeant. CAP. II.

HInc hortamur atq; monemus omnes & ſingulos qui ſacris initiati ſunt, vt viuant vitã, quàm profeſſio exigit, & Chriſtus requirit, inquiens: Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, cum veſtitu honeſto incedant,

quem

quem Paulus alibi præſcripſit. Quapropter ſingulari cura intendat quiſque prælatus, ne hi quibus præeſt in ſacris ordinibus cōſtituti veſtes varij coloris velut virgatas & fimbriatas deferant, ſed longis atque talaribus vtantur: nulla arma induant, niſi itinerantes: barbam & comam non nutriant, coronam & tonſuram deferentes. tum ſummopere curantes, ne quem laicorum indecentia veſtitus offendāt, vt ſacris canonibus cautum eſt.

Vitandæ clericis tabernæ, ſcenæ, ludi, omníſque leuitas.

CAP. III.

INſuper tabernas publicas euitent, niſi eas peregrè proficiſcentes ingredi oporteat, & tam in ibi quàm domi & alibi à crapula, ebrietatibus, omníque ludo à iure prohibito, blaſphemiis, rixis ac aliis quibuſcunque exceſſibus & offenſionibus penitus abſtineant, choreas, ſpectaculáque & conuiuia publica vitent, ne ob luxum, petulantiámque eorum nomen eccleſiaſticum male audiat.

Interdicitur clericis cauponaria ac mercatio. CAP. IIII.

CVmque ſecundum Apoſtolum, nemo militans Deo, ſeſe negotiis ſecularibus implicare debeat. Nemini liceat contra prouincialia ſtatuta & ſynodalia domi ſuæ tabernam compotandíque locum aperire laicis, quoniam non raro ſequi ſolēt ebrietatem, rixæ, cædes, & multa hoc genus ſcelera, quæ ſacerdotalem polluunt dignitatem. Præterea negotiationibus mercimoniiſque more mercatorum abſtineant.

Vt parochi oblationibus ac iuribus ſuis contenti, ſubditis nihil ſuperflui oneris imponant. CAP. V.

SAcerdotes autem curati, quique vicem eorum referunt, ſubditos in remediis & aliis parochialibus vltra ea quæ ſibi de iure debentur, non grauent, vltráque depoſitionem, eos ad peractiones Septimi, Triceſimi, vel Anniuerſarij peragi faciendas nō cogant. tum præter oblationes feſtis ſolennibus fieri ſolitas, cùm illa pro arbitrio fieri debeāt, aliàs inuitis non exigant.

Vt parochi pro neceſſaria ſacramentorum adminiſtratione, quod de conſuetudine voluntariè offertur recipiant, nihil vero extorqueant. CAP. VI.

DE ſepultura quoque ac adminiſtratione ſacramentorū, aliíſque ſpiritualibus paciſci, aut aliquid ab īuito exigere nemo poſſit aut debeat, & ꝓpter eiuſmodi à parochia-

nis neglecta cuiquam non liceat aliquot ſacramentorum delegare,neque propter debita quempiam ab eccleſiaſtica ſepultura prohiberi,parochialia tum iura quæ vſus recepit & debetur altari ſeruienti,per prædicta non abrogamus.

Conſuetudo per quam plus iuſto onerantur ſubditi,authoritate epiſcoporum vel magiſtratus moderanda. CAP. VII.

CVm autem in diœceſibus nõ ſit eadem cõſuetudo & inter ſubditos & paſtores multa & varia emergãt diſsidia, paſtoribus quibuſdam plura exigere propenſis.Subditis vero ob penuriam & egeſtatem reclamantibus & recuſantibus,ordinamus quòd quilibet Ordinatius infra ſex mẽſes poſt præſentium publicationem omnibus perpenſis,benéque & ſufficienter examinatis ſuper prædictis certam legem ordinationémque vnà cum principum,aut dominorum ſecularium cõſilio,quos iſta negotia tãgunt,conſtituat,ne viduæ,pupilli,& alij pauperes nimiũ vltra vires iniuſtè grauẽtur, quod nos ſi neglectũ fuerit,ſi in prouĩcia adfuerimus,vel ſucceſſor noſter habita plena de his informatione, facturos pollicemur,aut rẽ ipſam ſanctiſsimo domino noſtro relaturi ſumus,qui huic rei proſpiciendæ iudices deputabit.

Quod oporteat clericos eſſe temperantes,& non miſcere cum laicis conuiuia,ne funeralia quidem aut fraternitatum. CAP. VIII.

COnuiuia presbyterorum, quæ in exequiis & fraternitatibus publicè in tabernis hucuſq; exhibita ſunt, prorſus abrogamus,quod plerunque laicis ſint ſcandalo.Si autem cõuiuium vel conſuetudo vel locorum diſtantia exiget,fiat illud in domo ſacerdotis,honeſtéque,non ad luxum,ſed ad neceſsitatem inſtruatur. Si quidem neque comeſſationi, neque compotationi vacandum eſt ſacerdotibus, quum quod non audiant, quorum Deus venter eſt, tum quòd officij eorum eſt & ſobriè & caſtè pro peccatis Deo dona ſacrificiáque offerre.

Parochis datur poteſtas occultos peccatores gratis abſoluendi,præter hæreticos,homicidas,& excommunicatos qui cum publicis peccatoribus remittendi ſunt ad eos quibus abſolutio reſeruata eſt. CAP. IX.

POrrò ne & ipſi videantur pecuniæ aucupiũ magis quàm ſalutis animarum ſtudium amplecti,dum laicos grauiora delicta confeſſos hinc inde remittunt,non ſine famæ rerúm-

que diſpẽdio, Conſtituimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confeſſor abſoluere poſsit laicos contritos & confeſſos, à quibuſcunq; peccatis occultis, quantumcũque grauibus & enormibus, quæ Ordinarij ſuæ authoritati reſeruauerant, exceptis dũtaxat homicidis, hæreticis, & excommunicatis ad epiſcopum vel eius vicariũ mittẽdis. Quo autem ad clericos, nihil quo ad hoc ſtatutum intelligatur innouatum. Pro condonatione autem & remiſsione peccatorum, quam abſolutionem vocant, nihil omnino ab inuito exigant.

Ne prælati animarum curam indignis & ſub vili ſtipendio locent. CAP. X.

Sancimus quoque iuxta Apoſtoli ſententiam, quæ dicit, Nemini citò eſſe manum imponendam, ne cui temerè cura animarum committatur. Itaque probetur prius per epiſcopum vel eius Officialem, etiam religionem profeſſus, nec liceãt vlli vicarium eccleſiæ & plebis ſuæ ſufficere, illámve locare, ſiue emolumentum quod abſentiæ nomine recipiet, cõſtituere, ſine authoritate epiſcopi aut vicarij. Nam cũ os boui trituranti non ſit alligandum, Epiſcopi vel officialis arbitrio eiuſmodi emolumẽta locationum & abſentiarum moderanda cenſemus.

Gaudere non debent clerici de eccleſiaſticis beneficiis, quorum prædia & domos non reſtaurant. CAP. XI.

Domos quoque fundóſque dotales beneficiorum collapſos inſtaurent poſſeſſores quantum neceſsitas poſtulauerit, reparatáque in debita ſtructura conſeruent, & per Archidiaconos & Decanos rurales, ac alios, ad quos de iure vel conſuetudine ſpectat, vbi negligentes fuerint per ſubtractionem prouentuum authoritate noſtra arctius compellantur.

Non debent animarum curæ præfici religioſi, ſed ad regulæ (quam profeſsi ſunt) obſeruantiam compelli. CAP. XII.

Expreſſe cauentes ne cura eccleſiarum, beneficiorúmque concedatur religionem quamcunque profeſsis, etiam exemptis quòd ſi aliqui hactenus admiſsi vel recepti eſſent, niſi de voluntate fauoréque ſuperioris ſui, legitimiſque cauſis conſtiterit, extra ſua monaſteria degere nequaquam ſibi integrum fore putent, quando illos ſic vagos per Ordinarios vel vicarios ad ſuperiores ſuos, per victus denegationem, aut alia iuris remedia remittendos eſſe iubemus.

Licebit pauperi conuentui cuilibet ſuæ eccleſiæ diuiti tantum cõ- Lærenti præficere religioſum probatum prius & admiſſum per epiſcopum, ſed ne ad ſacro quidem ordines, alii quàm tales promoueri debent. CAP. XIII.

MOnaſteriorum prælati vnitas eccleſias habentes, prædictos vicarios perpetuos, vel ad nutum amouendos in eiſdem eccleſiis in poſterũ non conſtituant, niſi prius per Ordinarios aut eorum vicarios vt idonei & apti fuerint admiſsi, eccleſiæ tamẽ ſuis monaſteriis vnitæ, vſqueadeò propinquæ, quòd religioſi earundẽ curam habituri ſub religione, in monaſterio, ſub debitáq; obedientia ſtare poſſent, modo ſint habiles & idonei, per huiuſmodi religioſos prouideri poſsint: id quoq; permittimus de monaſterio quod tã tenuè eſt, vt debitam ſuſtentationem habere nequeat, volentes religioſos & qualitercunque exemptos curata beneficia habentes Ordinario loci eſſe ſubiectos. Cumque in eccleſia Dei magis præſtet paucos bonos & doctos q̃ plures indoctos & imperitos habere miniſtros, id quod ratio noſtrorũ temporum exigere videtur. Idcirco deinceps non initientur ſacris ordinibus, niſi viri morum, vitæ candore, & doctrina præ cæteris ſpectati probatíque per teſtimonium examinis ritè ſeruandi.

Extra diœceſim ordinati, ſine Ordinarii authoritate ac literis teſtimonialibus ad diuina non admittantur. CAP. XIIII.

QVod attinet ad Ordinarios in vrbe vel in alia quacunque aliena diœceſi, ſancimus, vt & illi ſuarum ordinationum literas & titulos oſtendant. Et ſimili modo ad diuina peragenda prius non admittantur, quàm ab epiſcopo vel vicario ſeu Officiali fuerint ritè admiſsi.

Sacerdotes in libidinẽ effuſos, & nephario concubinatu pollutos pœnis ac cenſuris eccleſiaſticis coercendos. CAP. XV.

PRæterea cum nihil ęque conueniat omnibus numeris, ac eos eſſe mundos, qui vaſa Domini portant, & in ſacrario operantur, quales ſacerdotes conſtituit ipſe Dominus: qui quotidie ſacroſancta tractant, & in illis verſantur. Igitur volumus, atque iuxta ſanctiones canonicas feliciter à diuis patribus inſtitutas ſancimus, vt caſtè, continentérque viuant. Sacerdotes concubinarij, incontinenterque vitam agentes. Canonum pœnis in ordinem redigantur, nulla conſuetudine eis, nulla conniuentia, imò damnoſa prælatorum negligẽtia patrocinante.

Stationarios qui eleemoſynam pacti ſunt, prohibendos, qui vero integra fide colligunt, non admittendos niſi ſub teſtimonio Ordinarij. CAP. XVI.

QVo verò ad quæſtores, qui vulgò Stationarij appellãtur, ſtatuimus, ne quis quauis authoritate & literarum occaſione, vel ad prędicãdũ, vel ſubſidia, eleemoſynáſque colligẽdas ſe ingerat, vtcunq; ſe iactet indulgẽtiis abũdare, niſi prius literæ admiſsionis & approbationis Ordinariorũ vel vicariorum ab eo prolatæ fuerint, aſtringẽtes ipſos ordinarios vt tales admittant, qui probatę vitæ teſtimonium habeãt. Et de prædicatione ſua dum opus erit rationem reddere poſsint, eleemoſynis, piorúmq; oblationibus nõ abuſuri per luxum proprium, religione iuſiurandi affirmaturi, ſe nec quotã nec totam colligendi facultatem certa ſumma pecuniarũ pactos eſſe. Fratribus tamen mẽdicantibus integras, ſaluáſque conceſsiones à ſede apoſtolica factas relinquimus.

Vagos ſacerdotes non tolerandos vltra menſem, niſi cum teſtimonio ordinarij vnde diſceſſerunt, eiúſque cuius diœceſim intrarunt admiſsione. CAP. XVII.

ET vt paſtor agnoſcat vocem ouis & illa viciſsim vocẽ paſtoris audiat, tollatúrque omnis vagandi occaſio, Ordinamus, quòd presbyteri peregrini & ignoti ad Miſſarum ſacrificium non admittantur, nec vltra menſis ſpatium in conſortio presbyterorum tolerentur, niſi exhibeãt literas admiſſionis alterius ex Archiepiſcopis vel epiſcopis, in cuius diœceſim ſe trãſtulerint, ac documẽta & literas teſtimoniales ſui ordinarij à cuius diœceſi proximè diſceſſerũt, quibus de eorum ordinibus & honeſtate conſtet, ne aliquis incorrigibilis poſt perpetratos exceſſus impune ad alienam diœceſim trãſeundo euadat.

Seruandas in ærario templi pecunias templo dedicatas, nec erogari debent, niſi accedente ad voluntatem præfectorum ærarii, Rectoris quoque conſenſu. CAP. XVIII.

VT autem Chriſti fidelium eleemoſynæ in vſum pro quo erogantur vertantur, non liceat procuratoribus ſeu vitricis fabricarũ in ſingulis eccleſiis quicquam de pecuniis ad fabricam prouenientibus diſtribuere, aut in ædificiorum vel alterius rei vſum diſpẽſare, ſine rectoris ſcitu: ſed ad armaria fabricæ reponantur, vt hactenus ſeruatum eſt: duabus vel tribus clauibus pro loci conſuetudine tenendis, quorum vna

ipſi rectori ſeruãda tradatur, obſeruato vſu in clauib⁹ & ratio nib⁹ reddẽdis à principib⁹ & ſuperioribus hactenus recepto.

Epiſcopi debent ſuis vicariis, & qui ipſi epiſcopi ſunt, ita prouidere, ne cogantur contra epiſcopalem dignitatem quæſtui ſeruire. CAP. XIX.

STatuimus quoq; & ordinamus, ne Epiſcoporũ in põtificalibus vicarij in conſecrãdis eccleſiis & altaribus, quod ſacri iubent Canones, quicquam omnino exigant, excepta procuratione. Conuenit nanq; vt pro qualitate ſtatus ipſorũ epiſcopi proſpiciant, præſtãdo præcipuè penſiones ſuper fructibus menſæ epiſcopalis à ſede Apoſtolica cõſtitutas, ne aliquid attentare habeant in dedecus epiſcopalis dignitatis.

Rediguntur dies feſti in numerum, cæteri ita abrogantur, vt nihilominus peragantur diuina. CAP. XX.

NEc ab re, imò iuſtis de cauſis adducti, feſtorum multitudinem conſtringendam eſſe duximus. Statuentes & ordinantes, vt de cætero Dominica dies, quæ in gloriam dominicę reſurrectionis ad nos vſque à primitiua eccleſia maximè celebris ſemper habita eſt: dies quoque Natiuitatis Chriſti, ſancti Stephani, Ioannis & Innocentum, Circũciſionis, Epiphaniorum, Paſchæ, cum feria ſecunda & tertia duntaxat, Aſcenſionis, Georgij, Pentecoſtes, cum feria ſecunda & tertia duntaxat, Corporis Chriſti, & præſertim quatuor beatæ Virginis, Purificationis, Annuntiationis, Aſſumptionis & Natiuitatis, Natalitia apoſtolorum, Ioãnis Baptiſtæ, Magdalenæ, Laurẽtij, dedicationis, Michaëlis, Omnium ſanctorum, Martini, Nicolai, & Catharinæ celebres quoque & feſti habeantur. In cæteris autem feſtiuitatibus, quacunque ratione vel inſtitutis, vel receptis, & quæ ſub præcepto celebrari debeãt, permittimus, liberũmque cuique facimus, vt Miſſa audita, ad operas ſuas, quibus ſuam ſuorũmque alimoniam quærere cogitur, redire poſsit. Feſtis tamen dedicationum, patronorum & principalium nihil derogantes, quo ad eorũ celebrationem in cathedrali ſede, ciuitatéque ac loco etiam Epiſcopalis reſidentiæ duntaxat.

Quibus diebus interdicta ſit nuptiarum celebritas, & quatenus ieiunium plebi ſit imponendum. CAP. XXI.

CVmq; in certis locis & diœceſibus inter paſtores & gregem propter nuptiarũ celebritatem, quam alij intronizationem, alij ſolennizationem vocare ſolẽt, multa & iurgia & ſcanda-

& ſcandala eueniant, declaramus & ſtatuimus, ꝙ matrimonia in conſpectu eccleſiæ poſſint ſolennizari, nullo ab Ordinario ad hoc cõſenſu petito, aut quapiam re pro eo expoſita. Exceptis tamen tota Quadrageſima, vltima hebdomada Aduentus feſtis Paſchæ, Pẽtecoſtes, & Natiuitatis dominicę, cũ octauis, ac diebus Rogationum. Ieiunia quoq; ab eccleſia inſtituta ſub debito obediẽtiæ ſanctę Eccleſiæ catholicæ in poſterum indici debẽt, omiſſo excõmunicationis verbo, ne infirmorum cõſcientiæ offendantur, cum his temporibus pietas penè omnis iaceat, ſacerdotibúſque parum deferatur.

Quod cædes clerici authores tantum diuinis excludere debeat. CAP. XXII.

VT igitur & extinctus cultus excitetur, populúſque non fiat in dies negligẽtior, ſtatuimus, vt propter cædẽ clericorũ, perſona tantũ, non autẽ locus interdicendus veniat, niſi cœtu concurſúque populari facinus patratum eſſet.

Quod epiſcopi non debeant clericorum bonis inhiare, qui legitimos hæredes aut ſucceſſores relinquunt. CAP. XXIII.

INhibemus inſuper, ne in poſterũ Epiſcopi clericis legitimis ab inteſtato decedẽtibus, in patrimonialibꝰ bonis, aut induſtria propria acquiſitis, ſuccedere poſſint aut debeãt.

Quod ſecularis poteſtas capere poſſit apoſtatas, debet tamẽ ordinario tradere, cuius erit in ipſos animaduertere. Quodque non liceat epiſcopis penſionum aut abſentiarum decimas extorquere. CAP. XXIIII.

CVmque quotidie ob nouas, imò iam olim dãnatas hereſes apoſtatarũ numerus tam religioſorum q̃ ſacerdotũ in immenſum creſcat, quamplurimis eorum vxores ducentibus. Vt ergo ſacrilegia hæc impunita non remaneant, concedimus quibuſcunque principibus, ſtatibúſque poteſtatis ſecularis, eorúmque Officialibus facultatem, vt eiuſmodi apoſtatas & ſacrilegos capere poſſint, modò reos ipſos Ordinariis infra tempus debitũ tradant & aſſignẽt abſq; aliqua in eos tortura & animaduerſione debitè puniẽdos: quibus enixè mãdamus, vt omni poſita mora fauoréq; diligentius quàm hactenus factum fuit, iuxta ſacras ſanctiones, omnino puniãt facinoroſos, adeò quòd criminis enormitate expoſtulante, poſsit epiſcopus ſeruata forma capituli primi de hęreticis in ſexto, reum curię ſeculari relinquere, vel ad perpetui carce-

ris ærumnam damnare. Negligentia autem ordinariorum ad Apoſtolicam ſedem deducta, iudices eccleſiaſtici ab ea deputabuntur, qui conſtito de ordinariorum negligentia ad preces principum aliorúmque ſecularium reos maximè hæreſeos meritis pœnis afficiet. Quod iam epiſcoporum quidam, vt accepimus, de beneficiorum penſionibus atque abſentiis decimas exigant, cùm ſit id cõtrarium iuri, longéque præſtet malè inductos vſus delere quàm inuſitatum quid admittere. Idcirco decimas eiuſmodi vlterius exigi, ſoluíque interdicimus, vſúmque talem qualitercũque receptum caſſantes, caſſatúmque eſſe cenſentes.

Quod non liceat epiſcopis beneficiorum fructus immodicè ac auare clericis ſurripere. CAP. XXV.

ITem improbamus, & vt abſonum prorſus reiicimus ab epiſcopis medios exigi fructus de beneficiis quæ vnius ſuſtentationi vix ſufficiunt, vt ſunt quę nõ excedunt valorẽ triginta duorum Rhenenſium, de quibus in Romana curia medij fructus non exigũtur. Quod etiam ab ordinariis obſeruandum eſſe præcipimus, niſi concordatis aliter cautum eſſet, vel honeſta ratione aliquid, ſine tamen reprehenſibili grauamine, accipiant.

Archiepiſcopi debent prouincialem ſynodum omni triennio conuocare CAP. XXVI.

CAeterum quo maior fiat cõiunctio, firmáq; magis inter prouinciales totius prouinciæ ſtabiliatur cõcordia, antiquum morem ſynodorum innouantes ſtatuimus, vt ſingulo triennio poſt Paſcha prouinciale Concilium celebretur.

Qui recuſat altari ſeruire, non debet de altari viuere. CAP. XXVII.

AD hæc cùm beneficia propter officia iuxta patrum ſanctiones dari conſueuerint, fieríque vix poſſit, vt in tãta præbendatorum caterua non reperiatur, qui officij oblitus, horas negligat canonicas. Hinc ſtatuentes volumus & ordinamus, vt locorum Ordinarij per Archidiaconos & Decanos de huiuſmodi ſacerdotibus negligentibus ſe ſe diligẽter edoceant, & ſecundũ vniuſcuiuſque negligẽtiam atque deſidiã, fructus perceptos vel in vtilitatẽ eccleſiæ, vel in vſum pauperum vertant. Quòd ſi poſt legitimas monitiones, & ſimul primam correctionem in eandem negligentiam (quæ diſſolutæ prorſus mentis indicium eſt) quis relabatur, tum beneficio

ficio etiam eccleſiaſtico priuetur, collatorique vel patrono de alio idoneo prouidendi aut præſentandi ſit poteſtas.

Qui ſacramentorum communionem in totum neglexerint, ſepultura debent aſinorum ſepeliri. CAP. XXVIII.

SAnctionem patrum qua eccleſiaſtica ſepultura priuatur quiſquis nō confeſſus, nec Euchariſtiæ Paſchali tempore communionem ſumpſerit, inuiolabiliter obſeruandam eſſe ſtatuimus, ac vbi quem cōtigerit inopinata morte obire inconfeſſum, ſepultura præfata illum carere non volumus, modò ipſius Curato conſtet vel doceatur ipſum ſecundum iam dictam ſanctionem confeſſum eſſe & ſimul communicatum, aliúdque non obſtet canonicum impedimentum.

Non committendum vt relinquatur impunita blaſphemia.

CAP. XXIX.

AD tollendam execrabilem blaſphemiam diuini nominis atque duorũ quos temnere fas non eſt: Statuimus & ordinamus vt quicũque clericus vel ſacerdos Deo palàm male dixerit, conuitiis, contumeliíſque atque adeò obſcœnis verbis inceſſerit Deum & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aut nunquam ſatis laudatam matrem eius glorioſam Virginem pari blaſphemia lingua impetiuerit, alióſque ſanctos blaſphemauerit, fructuum vel bonorum priuatione, ſeu aliis pœnis, pro qualitate blaſphemiæ & delicti plectatur.

Seruanda quæ aduerſus ſimoniacos ſacri canones decernunt.

CAP. XXX.

COntra ſimoniæ labé non diſcedimus à patrũ ſanctionibus, iubentes eas ſub pœnis in illis cōtentis obſeruari.

Diuinatores, hæreticos & fidei dilaceratores non modo vitandos, ac reſcindendos, ſed ſeuera quoque animaduerſione plectendos. CAP. XXXI.

IN ſortilegos, diuinaculos, incantatoréſque clericos, quos tam ſacræ leges q̃ patrum decreta execrantur, ſtatuimus & ordinamus, vt arbitrio ſuperiorum infamia notentur: ſi qui moniti non deſtiterint, ordine amoueantur, inque monaſterium ad tempus arbitrio ſuperioris relegantur, beneficiis officiiſque ſuis eccleſiaſticis priuati. Cęteri autē pſeudochriſtiani de fide parum probè ſentientes citrà delectũ perſonarum: Hæretici quoque vel Iudaiſmum referentes, à ſancta Chriſtianorum congregatione procul arceantur, contráque eos diligenti inquiſitione procedatur per ordinarios vel

eorundem vicarios, aut hæreticæ prauitatis inquiſitores, vel per iudices à ſede apoſtolica vel per nos deputandos, vt non reſipiſcentes pœnis puniantur debitis.

Vt ſacerdotes oportet ſacras literas aſſiduè diſcere, ita laicorum eſt non temerè de illis diſceptare ac iudicare. CAP. XXXII.

PRohibemus etiã tam clericis q̃ laicis de ſacroſancta fide temerè, præcipuè inter pocula atque cõuiuia, diſceptare, iniungẽtes ſacerdotibus vt omni modeſtia vtãtur, & peculiariter operã impendant Nouo Veterique teſtamento legendo vt par eſt, ne per otia in vitia voluptatéſq; labentur.

Decet epiſcopos in ſuos vicarios eſſe liberales, prælatóſque omnes eleemoſynarios. CAP. XXXIII.

STatuimus & ordinamus, vt quilibet epiſcopus diligẽter prouideat atque in primis id curet, vt vicarij ſiue perpetui ſiue pro nutu poſiti cõpetentem viuendi portionem aſſequantur, ne detur eis anſa ſuos ſubditos ob rei familiaris penuriam grauandi. Porrò, quod proximè accedit ad Apoſtolorum inſtitutionem morémque primitiuæ eccleſiæ, hortamur cum prælatos, tum reliquos ſacerdotes, vt meminerint pauperum & eleemoſynis ſtudeant alter alterum vincere.

Veterum decreta ſanctionéſque pulchrum eſt obſeruare. CAP. XXXIIII.

SVnt item pleraque alia à ſummis pontificibus ſacris Conciliis prouincialibúſque & ſynodalibus cõſtitutionibus prodita, quæ mirè decent & adornant candorem vitæ clericalis, nec minus obuiãt offendiculis, quæ Chriſtus paſſim cauenda præcepit, quæ velut ſancta teneri & obſeruari mãdamus, tranſgreſſores ſecundũ canones ipſos prædictáſque conſtitutiones puniri volentes.

Epiſcopi in ſynodo quomodo de more veterum ſingulis annis oportet celebrare, debent has conſtitutiones publicare, & ſubditos ad earum obſeruantiam compellere. CAP. XXXV.

INhibẽtes propterea omnibus & ſingulis vicariis & officialibus, necnon & archidiaconis & decanis ruralibus aliiſq; ad quos criminum denuntiatio correctióque quomodolibet ſpectat, aut quibus id per ordinarios committetur, ne ad exceſſus tranſgreſſionéſque alicuius dictarum conſtitutionum, ſtatutorum & ordinationum noſtrarum ob pecuniam etiam vltro oblatam, aut alterius rei gratia conniueant, ſed potius ad pœnas de iure vel cõſuetudine debitas contra delinquentes, pro delicti qualitate & officij ſui debitè procedãt, atque

vt ita

vt ita fiat (quoniam nihil proderit leges cōdere, niſi ſint qui conditis viuant, mentémque earum exequantur) vtque reflo reat catholica fides eccleſiaſticaq́; dignitas, hęreſibus radicitus extirpatis, ſuum locum recuperet, idque vix alio modo aptius atque commodius fieri poſſit quàm ſynodis. Itaque priſcum ſynodorum morem renouare cupiētes, ſtatuimus & ordinamus vt ſingulo anno ſaltē ſynodus diœceſana opportuno tēpore à ſingulis epiſcopis celebretur cum potioribus prælatis decanis ruralibus viriſq́; dignis, in quibus per quartas deſignētur iudices, perdiligenter intēdant ſi ſtatuta prædicta, ac alia per ſynodos de ſcitu epiſcopi ſtatuēda obſeruētur, inuocato ad hoc ſi opus fuerit brachio ſeculari. Mandātes propterea, vt huius noſtræ cōſtitutionis ordinationiſque ſeries in præfatis ſynodis tam prouincialibus quàm diœceſanis, in earundem principio diligenter legatur, ne quis in futurum ignorantiam prætexere poſſit. Datū Ratiſponæ, Anno à Natiuitate domini, Milleſimo quingēteſimo vigeſimoquarto, Nonas Iulij, Pontificatus præfati domini noſtri Papæ anno primo.

Viſa. Iul. Flo. Montinus.
D. de paternina.
G. Prego.

STATVTA SYNODALIA REVERENDI IN CHRISTO patri, domini Valentini, epiſcopi Hildeſemenſis.

IN NOMINE Patris & filij & Spiritus ſanctiAmē. Valentinus Dei & Apoſtolicę ſedis gratia epiſcopus Hildeſemēſis, vniuerſis ſeculariū & regularium eccleſiarum prælatis, capitulis, conuētibus, rectorib⁹, plebanis, viceplebanis, canonicis, capellanis, presbyteris, clericis, & laicis per ciuitatē & diœceſim noſtras vbilibet conſtitutis pręſentibus & futuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Chriſtus ille optimus maximus gubernator & rector omnium cœleſtium & terrenorū, æquo tramite cuncta diſponens, voluit & in terris cum ſpiritualium, tum & ſecularium negotiorum, legum quandā eſſe ſeriē, qua in humanis degentes, ducti natiua inſolentia, quæ perpetuo ad malū flexa eſt poſtpoſita, à vitiis tāto magis de-

terrerentur,alter ab altero dirigeretur adamareturq;, ita vt iuſtitia matre & duce,omnia iuſto ducerentur tramite. Paca ta & in tuto omnia conſiſterent,cohiberetúrque appetitus& libido lędendi proximi. Cuius conſideratione moti,cumque eccleſiā & diœceſim noſtras Hildeſemen pluribus annis grā uiſſimis bellorum ac tumultuum fluctibus & procellis miſè rè vexatam & afflictam Epiſcopo ac Paſtore ſponſo ſuo viduatam atque orbatam,& ab optimo quoque flore,præcipuè legū ordine peſſum iiſſe ac cecidiſſe, legibus diœceſanis bo niſque & ſalubribus ſtatutis carere,&(in ſumma quod aiūt) omnia ſusque déque verſa.ſacráque prophanis miſta eſſe reperiſſemus: Ad honorem Dei omnipotētis glorioſiſſimę virginis Marię matris eius,beatorumApoſtolorum Petri &Pauli,Godehardi,Epiphanij,Bervvardi,& aliorum patronorum noſtrorum,ac ſanctorum omnium pro communi cleri, ciuitatis & diœceſis noſtrarum vtilitate,próque expurgādis ſor dibus quibus eccleſia & diœceſis noſtra polluta eſt. Vtque ſingula ſuo ordine gerantur,& cuique quibus porrò ſibi viuendum ſit legibus & ordine conſtet,has ſynodales noſtras conſtitutiones ex iure, & patrum Decretis ſumptas, præter æquum & honeſtum nihil ſpirantes,ſed ad vnius Dei & ſuorum cultum proximíque dilectionem deſeruientes,hic congeſſimus. Quare ne hic labor & ſtudium noſtrum,integérq; animus noſter in vos fruſtraneus ſit & illudatur, authoritate noſtra ordinaria,vobis omnibus & ſingulis, noſtris curæ & gubernationi commiſſis ac ſubiectis,mandamus,volentes vt has noſtras quas videtis ſanctiones ſynodales ſtudioſè & inuiolabiliter obſeruetis, & iiſdem pro ſtatutis ſynodalibus ab hinc in futurum vtamini,hoc addito, vt quiuis archipresbyter nobis ſubiectus eaſdē habeat & apud ſe cuſtodiat, perque ſe ſeu ſuo nomine in capitulo rurali cōfratribus ſuis,& omnibus quorum intereſt annuo & ſingulis annis ad minus bis prælegat,publicet & publicari faciat & procuret.Contrà facientibus eccleſiaſticis & aliis iuris remediis & cenſuris obuiaturi. Interim non ab re generalem cleri Germaniæ reuerendiſſimi domini Cardinalis Campegij reformationem Ratiſponæ euulgatam,præmiſſam fuiſſe putantes.

De ſumma Trinitate & fide catholica.

CAP. I.

In

IN primis igitur omnia & ſingula quæ propter ſui exequiſitam & probatiſſimam perfectionem ac clariſſimã & candidiſſimam veritatem adiectione vel declaratione vlla nõ indigent, & ad quæ vtpote ad principium, medium & finem ſalutis omniũ corda noſtra, manus & oculos eleuamus deuoti, & quod ſancta, catholica & apoſtolica Romanáque credit, tenet, & docet, eccleſia ſanctiſſima, piiſſima, & prudentiſſima mater noſtra. Et nihil aliud credendum, tenendum, ac docendum, ſtatuimus & ordinamus, atque præcipimus.

Cæterum, ea quæ per reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Laurentium. S. R. E. Sabinen epiſcopum Cardinalem, de latere ad Germaniam ſanctę & apoſtolicæ ſedis olim legatum (tam circa reformationem vitæ ac morum cleri Germaniæ, quàm antiquandos abolendóſque abuſus, quæ hîc præinſeri curauimus) Ratiſponæ edita, ordinata & ſtatuta ſunt, reuerenter & obedienter acceptamus atque ſuſcipimus, illaque ab omnibus ſubditis noſtris obſeruari mandamus.

Ex Concilio prouinciali Aſchaffemburgenſis. D. Petri archiepiſcopi Moguntini.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus, vt ſi aliquis clericus vel laicus vtriuſque ſexus, cuiuſcũque dignitatis, religionis, vel ſtatus exiſtat, auſus ſit præſumptione & pertinacia damnabili publicè pręదicare, vel occultè docere, credere, vel tenere, quòd ſacerdos in mortali peccato exiſtẽs nõ poſſit cõficere corpus Chriſti, ſeu ſic ligatus non poſſit ligare vel ſoluere ſuos ſubditos à peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, & errorem huiuſmodi ſacri Concilij approbatione cõdemnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cùm ſacræ ſcripturæ dicat authoritas, quòd ſiue bonus, ſiue malus ſit miniſter, per vtrunque Deus effectum gratiæ ſuæ confert. Non enim quæ ſancta ſunt, coinquinari poſſunt, nec ipſa ſacramẽta poteſt hominum malitia prophanare: vnde ſacerdos quantumcunque pollutus exiſtat, diuina non poteſt polluere ſacramẽta, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. Licitè ergo à quocunque ſacerdote ab eccleſia tolerato, diuina myſteria audiantur, & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta.

Ad idem de blaſphematoribus & ſortilegiis.

QVanuis ſacris canonibus & ſanctorum patrum traditionibus contra manifeſtos ſanctorum blaſphemos, ac dã-

natum & abominabile ſcelus idololatriæ, videlicet incantationes, ſuperſtitiones & ſortilegia pythonum & pythoniſſarum, in locis diuerſis ſufficienter cautum & prouiſum exiſtat: Quia tamē (quod mentis amaritudine referimus) adhuc vitia talia in multis locis nobis ſubiectis exiſtant in vſu, quapropter erroribus & periculis exinde in dies cōſurgentibus quantum in nobis eſt obuiare cupiētes, diſtrictè ſtatuto præſenti perpetuo duraturo pręcipimus, vt cōtra tales ſtatuta canonica deſuper edita ſumma cum diligentia ab vniuerſis nobis ſubiectis practicentur, & in cōfeſſionibus de peccatis huiuſmodi ſolers fiat inquiſitio, & tam mares quàm mulieres talia exercentes, à communione ſacramentorum excludantur, ac pro abſolutione ad nos vel vicarium noſtrum remittātur. Et nihilominus ſi qui publici blaſphemi reperti fuerint, vel de huiuſmodi incantationibus vel ſuperſtitionibus ab eccleſia reprobatis ſe intromiſerint, vel eiſdem fidē adhibuerint, vt ab his infrà breue tempus eis ſtatuendum deſiſtant, volumus moneri ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis & eccleſiaſtica ſepultura, à quo non niſi per nos vel vicariū noſtrum aut noſtros ſuperiores valeant liberari & abſolui. Hoc etiam ſtatutum noſtrum ſalutiferum, ne quis illius ignorantiam prætendere poſſit, volumus per rectores eccleſiarum, ac curam animarum habentes, in cancellis eccleſiarum, ſi & quoties expedire viſum fuerit, ſolenniter publicari.

De officio archipresbyteri. CAP. II.

INdemnitatibus eccleſiarum & beneficiorum quæ frequēter propter eorum longam vacationem grādia in ſpiritualibus & temporalibus diſpendia patiuntur, occurrere volentes: Statuimus, vt quilibet archipresbyter ſeu eius locum tenēs ſingulis annis ad minus bis, ſcilicet in quibuſlibet ſex mēſibus, ſemel in præſentia confratrum ſuorum in loco capitulari cōgregatorum de omnibus beneficiis infra archipresbyteratū ſuum vacantibus, curatis, & nō curatis, quæ vltra tempus collatoribus & patronis eorū à iure ſtatutū vacauerint, necnō de ipſis collatoribus & patronis, ac eorum nominibus diligentius inquirat, nobis ſeu vicario noſtro in ſpiritualibus illa cum ſuorum patronorū & collatorum nominibus, quam primum commodè poſſit (ſic tamē quòd iſtud vltra duorum menſium ſpatium non differatur) poſt inquiſitionē huiuſmodi in ſcriptis notificet: quòd ſi facere obmiſerit, pœnā ſuſpē-

ſionis

ſionis ab officio diuinorum dictorum (duorum menſium ſpatio lapſo) incurrat, quam etiam pœnam quilibet cōfratrum, qui ſuper præmiſſis requiſitus, ea archipresbytero ſciēter celauerit, incidat ſimili modo. Verum quia nonnulli prætextu literarum apoſtolicarū quas ſe impetraſſe mentiuntur, eccleſiaſtica beneficia vacātia propria temeritate in periculū ſuarum animarum occupare præſumunt, Ordinamus vt de cęte ro quilibet archipresbyter ſeu eius locum tenens tam eorū, qui infra ſuum archipresbyteratū eccleſiaſtica beneficia vigore literarū apoſtolicarum aſſequuntur, quàm etiam beneficiorum & patronorum eorundem nomina infra menſis ſpatium à tempore aſſecutionis huiuſmodi cōputandum nobis vel vicario noſtro reſcribat ſeu notificet. Alioquin ſimilem pœnam vt pręfertur dicto menſe lapſo incurrant. Tēpus autem à iure datum pro conferendis, beneficiis patronis eccleſiaſticis ſex menſes, laicis verò quatuor intelligatur.

Ad idem.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, vt quilibet archipreſbyter ſeu locū eius tenens infra proximos tres menſes à publicatione præſentium, omnes ſuos confratrū cæterosq́; preſbyteros ſeculares & religioſos infra ſuum archipresbyteratum beneficia eccleſiaſtica obtinētes, ſeu officiātes, de quorum titulis, inueſtituris, ſeu inſtitutionibus, ac prouiſionibus ſibi non conſtat, ad oſtendendū ſibi inueſtituras titulos, aut inſtitutiones ſeu prouiſiones beneficiorum ſuorum authoritate noſtra in ſcriptis cum inſertione pœnę ſuſpenſionis requirat, & de cætero nullū infrà ſuum archipresbyteratū ad officiandum aliquod beneficiū eccleſiaſticū, niſi prius oſtenderit ſibi titulum, inueſtiturā, aut inſtitutionē & prouiſionē ſigillatas, ſciēter toleret vel admittat. Quòd ſi archipreſbyter quempiā talium literas ſuas vt pręfertur ſibi nō oſtendētē, in regimine & officiatione eccleſiaſtici beneficij cōtra præmiſſa tolerare præſumpſerit, ipſum vt ſuprà mādatur nō ſuſpendendo extūc aliis quindecim diebus elapſis archipreſbyter ipſe ſuſpēſionis ſentētiā propter huiuſmodi negligentiam incurrat ipſo facto. Sit etiā forma ſuſpēſionis, quam in ſcriptis archipresbyteri ferāt: Quia tu monitus vt titulū vel prouiſionem tui beneficij oſtenderes, infra quindecim dierū ſpatiū huiuſmodi mandato nō paruiſti, nec titulū oſtēdiſti, idcirco authoritate mihi conceſſa, te in his ſcriptis à diuinis

ſuſpendo,

ſuſpendo, ac ſuſpenſum denũtio, quã formam etiã in aliis cẽ ſuris infligẽdis, iuxta cauſarũ exigentiã volumus obſeruari.

Ad idem.

Cõſiderantes quòd archipresbyteri rurales pro eo conſtituuntur, vt clericorum honeſtatem & confratrum vtilitatem procurẽt, exceſſus eorum referant, Mãdata noſtri vicarij & Officialium noſtrorum debitè exequantur, & ſingula quę à ſuperioribus mandantur ad notitiam confratrum ſuorũ deducant, quę tamen ab achipresbyteratibus ſuis abſentes nequeãt adimplere. Statuimus & ordinamus, vt quilibet archipresbyter diœceſis noſtræ Hildeſemen. teneatur infra ſuũ archipresbyteratum facere reſidentiam perſonalẽ, decernẽ. vt abſentes à ſuis archipresbyteratibus archipresbyteri, niſi infra menſem proximum à publicatione pręſentium ad reſidentiã, ſe cum effectu receperint, & etiã illi qui de cætero à ſuis archipresbyteratibus ſe abſentauerĩt. Et animo alibi reſidendi ſeu domicilium extra archipresbyteratum ſuum cõſtituẽdi & fouendi in abſentia huiuſmodi per vnum mẽſem mãſerint, ſuis archipresbyteratibus lapſo mẽſis ſpatio prædicto, ſint eo ipſo priuati. Moxque camerarius teneatur cõfratres capitulares, pro electione alterius archipresbyteri cõuocare, & aliũ archipresbyterum eidem eligere. Quòd ſi camerarius infra quindecim dies poſt lapſum dicti menſis facere neglexerit, ſit eo ipſo ab officio diuinorum ſuſpenſus.

Ad idem.

Hac inſuper conſtitutione, vniuerſis & ſingulis archipreſbyteris pręcipimus, vt notorios exceſſus & pręſertim illos in quibus eccleſia ſcandalizatur, quorumcunque infra ſuum archipresbyteratum beneficiatorũ ſeu aliorum clericorũ infra duos menſes à tempore notitiæ ſuæ cõputandum nobis ſeu vicario noſtro notificent & conſcribant. Quòd ſi quis facere neglexerit, & huiuſmodi ſtatutum executum nõ fuerit cum effectu, præter omnipotentis Dei indignationem quam incurrat, pœna condigna per nos vel noſtrum vicarium puniatur, & inflectetur. Sunt autem ſcandaloſi exceſſus, furtũ manifeſtum, presbyteri homicidiũ, fornicatio ſcandaloſa cleri, & adeò notoria, quòd nulla tergiuerſatione celari poteſt, ſi clericus literatoriè publice, & in forma eccleſiæ excõmunicatus celebraret, legendo euangelium, ſeu epiſtolã. Si clericus vſuram manifeſtę exerceret. Si clericus cuiuſcũque gradus

dũs poſt monitionẽ archipresbyteri ſe tabernis,lupanaribus, & actib⁹ illicitis,& litigioſis notoriè immiſceat,& his ſimiles qui pro loci,tẽporis,& perſonę ratione ſcãdaloſi dici poſſũt.

Ad idem.

INſuper ordinamus, vt nullus archipresbyterũ ruralem noſtræ diœceſis electus aut eligendus nondum confirmatus, officium archipresbyteri ante confirmationem ſuam à nobis vel vicario noſtro obtinendam,exercere,aut ſe archipresbyterum nominare,vel ſcribere,vel pro tali gerere quomodolibet præſumat. Formam autem iuramenti per archipresbyterum quemlibet in ſua confirmatione pręſtandi talem eſſe volumus,vt ſequitur:Primo videlicet,iurabit quòd mandata noſtra ac vicarij, & Officialis noſtrorum pro tempore exiſtentiũ reuerẽter exequatur,ac nobis & eiſdem fidelis erit,quódque officium ad quod electus eſt, fideliter exercebit abſque dolo & fraude. Item, quòd penes ſe habeat ſtatuta ſynodalia, & illa quater,vel euidenti occurrente impedimẽto,bis in anno confratribus ſuis ad intellectum publicabit,ea quoque inuiolabiliter obſeruabit,& in aliis,quantum in ſe eſt,obſeruari faciat,dolo & fraude ſemotis:quòd inſuper exceſſus confratrum ſuorum prout ad ſe ſpectat corrigere,incorrigibiles verò pro eorum exceſsibus pro quibus deferendi ſunt,nobis vel vicario aut Officiali noſtris deferre non tardabit.

De renuntiationibus beneficiorum. CAP. III.

VNiuerſis noſtris epiſcopat⁹ eccleſiaſticis perſonis beneficiatis diſtrictius prohibemus, ne audeant aliter quàm in manus noſtras ſeu vicarij noſtri in ſpiritualibus,& Officialis vel ſuperioris ad hoc poteſtatem habentis,beneficia ſua dimittere,& reſignare,aut illa aliàs(nulla ſuper hoc à nobis,ſeu vicario noſtro, vel ab alio ſuperiore poteſtatem habente obtenta licentia)relinquere:quòd ſi ſecus factum fuerit, ad huiuſmodi reſignata & dimiſſa beneficia, per nos vel vicarium noſtrum, niſi fortè ex cauſa rationabili tales reſignationes authoritate noſtra approbarentur ſeu ratificarentur, quiſquam nullatenus inſtituatur.

De temporibus ordinationum. CAP. IIII.

SAepe contigit,quòd nonnulli clerici ciuitatis & diœceſis noſtrarum vinculo excommunicationis aſtricti, aut apoſtatæ ſeu irregulares vel idiotæ vel aliàs ſuſceptione ſacrorum ordinũ indigni, in ręmotis partibus per alienos epiſco-

pos,quandoque furtiuè,& aliquando per ſaltum,& interdum extra ſtatuta tempora & aliàs indebitè ſe faciunt cõtra ſtatuta ſacrorum canonum promoueri. Et deinde ſe à Rom.põtifice,vel aliàs debite promotos fore,mẽtientes,in ſacris ordinibus præſumũt miniſtrare. Volentes igitur his pro exequutione iuris cõmunis iuxta poſſe prouidere,ſtatuimus,vt nullus ciuitatis & diœceſis Hildeſemen.clericus abſque licentia noſtra ſeu vicarij noſtri ad ſacros ordines promotus in ordinib⁹ huiuſmodi in ciuitate & diœceſi noſtris miniſtrare præſumat, ſeu ad exequutionẽ ordinum taliter ſuſceptorum per aliquem admittatur,imò ipſum & quemlibet ipſorum ſic furtiuè promotum, ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendimus, donec & quouſque de ordinibus ſuis coram nobis aut vicario noſtro in ſpiritualibus legitimè docuerit,&quod admitti debeat,noſtris ſeu vicarij noſtri patentibus literis oſtendat.Si quis autem hanc conſtitutionem trãſgredi & contra illam in ſuſceptis ordinibus non admiſſus(vt prædicitur)miniſtrare præſumpſerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, quam etiam extunc per archipresbyterum & alios confratres apud quos moram fecerint,& ipſos incurriſſe denuntiari volumus & publicari.

De filiis presbyterorum. CAP. V.

SAcris diſponentibus ordinationibus, filiis ſacerdotum in eccleſiis patrum miniſtrare, aut ea ſeu alia in eiſdẽ beneficia eccleſiaſtica quomodolibet obtinere & ipſi & alij illegitimè nati,ſeu ex illegitimo coitu procreati ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ vnum beneficium curatũ obtinere prohibẽtur. Et ſi ex diſpẽſatione huiuſmodi vnum curatũ,deinde tacito defectu natalium quem patiuntur,à ſede præfata,vt duo vel plura beneficia ſimilem curam habentia, recipere poſſint & retinere valeant,& ſi eis canonicè conferantur,obtineant, talis diſpenſatio tanquam per ſurreptionem obtenta, nullius penitus ſit momenti.Quapropter cenſen.parum fore iura cõdere,niſi executione demandetur : Volumus & ſtatuimus vt deinceps ſacerdotum filij in ſuorũ patrum eccleſiis in noſtris ciuitate & diœceſi miniſtrare,aut eas ſeu alia beneficia in eiſdem quomodolibet obtinere non præſumant,illáque extunc in antea per ipſos taliter cõtra iuris diſpoſitionẽ occupata vacare decernimus,& eorum collatoribus licentiã talia idoneis conferendi præſentibus aſsignamus, niſi cum ipſis per ſedem

apoſto-

apoſtolicam deſuper ſit diſpenſatum, eiſdem presbyterorum filiis & aliis illegitimè natis beneficiatis noſtrarũ ciuitatis & diœceſis præſentibus iniungentes, vt infra vnius menſis ſpatiũ à publicatione præſentiũ, de ſuis diſpẽſationibus tã ſuper eo quod in eccleſiis patrum miniſtrare, ſuccedere, & in eis beneficia obtinere valeãt, quàm ſuper defectibus ſuis, & pro obtinendis vno vel pluribus beneficiis à ſede prędicta obtentis, coram nobis vel vicario noſtro doceant, vt animarum periculis obuietur, & eccleſiaſticis beneficiis debitè prouideatur: quod ſi ſecus fecerint, contra ipſos ſecundum ordinationes prædictas, prout de iure poterimus, procedemus.

De clericis peregrinis. CAP. VI.

DIcimus quòd in ciuitate & diœceſi noſtris Hildeſemen. plures clerici peregrini, de quorum promotione non conſtat, in ſacris ordinibus publicè miniſtrent, & curam regant animarum, licet literas commendatitias & dimiſſoriales ſuorum Epiſcoporum, vel examẽ nunquam oſtenderunt. Volentes igitur in his prouidere, ſtatuimus vt deinceps nullus clericus peregrinus, ſiue ſecularis, aut religioſus exiſtat, ad executionem ſacrorum ordinum infra ciuitatem & diœceſim noſtras in publico admittatur, niſi per literas noſtras, aut vicarij noſtri ſe admittendum fore prius oſtendat. Si quis autem contra hoc ſtatutum per nos vel Vicarium noſtrum non admiſſus ſciẽter miniſtrare, & de cura animarũ ſe intromittere prǽſumpſerit, eo ipſo ſentẽtiam excommunicationis incurrat. Quam etiam ſententiam taliter delinquẽtes incurriſſe volumus denuntiari, certificando quoſlibet coram taliter excommunicatis poſt huiuſmodi denuntiationem celebrantes, ſuſpenſionis ſententiam à iure in tales promulgatam incurrere; & exinde notam contrahere irregularitatis.

De maioritate & obedientia. CAP VII.

STatuimus vt vnuſquiſque archípresbyter, rector, plebanus, viceplebanus, ſiue curatus nobis ſubiectus literas noſtras ac Vicarij & Officialis noſtrorũ noſtráſque & eorũ mãdata reuerenter vbique infra limites ſuæ parochiæ recipiat, & ſine dolo & fraude proxima dominica die ſequẽti diligenter exequatur, nuntióſque literarum nullo modo prodat, ſed pro viribus defendat. Secus autem faciens & conſtito de eo puniatur. Volumus etiam & ſtatuimus vt in executione quorũcunque mandatorum, literarum, & proceſſuum à nobis vel

vicario ſeu Officiali noſtris emiſſorũ,dies,mẽſes,annus, nomen exequentis, & locus excutionis per rectores, plebanos & vice plebanos apponãtur,vt ſic,videlicet executor,ſcribat à tergo mandati eiuſdẽ propria ſua manu.Executum eſt hoc mandatum per me N.plebanum eccleſiæ in N.nomen & cognomen ſuum,ac eccleſiæ ſuæ nomen exprimendo,Anno infra ſcripto, die tali, menſis talis, &c.vt de huiſmodi executione legitima fides per hoc habeatur:alioquin ſi ſecus factum fuerit,per Officiales grauius puniatur.

Inhibemus quoque ne quiſpiam clericorũ nobis ſubiectorum cuicunque congregationi,capitulo aut conuenticulo,in quo quicquã in præiudiciũ ſtatus & honoris noſtri & ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporũ Hildeſemẽ.ſeu iurium epiſcopalium tractatur intereſſe,dando conſilium,auxilium vel fauorem,ſcienter & doloſè præſumat.ſecus autem faciens,noſtram incurrat vltra pœnam iuris,indignationem.

Et præterea conſiderantes,ꝙ tunc eccleſiaſticus ordo confunditur,cum vnicuique honor debitus non obſeruatur:Statuimus & ordinamus ꝙ in eccleſiis collegiatis conuentualibus ſeu capitularibus antiquæ honeſtates & cõſuetudines approbatæ debitè obſeruentur,& prælatis earundem in aſſurgẽdo,& aliis prærogatiuis,debita reuerentia & obediẽtia, cum ſint columnæ eccleſiarum earundem,exhibeantur,tam à canonicis,quàm aliis ſimplicibus presbyteris eccleſiarũ huiuſmodi. Quòd ſi quis huius ſtatuti tranſgreſſor repertus fuerit, in fructibus præbẽdæ ſuæ taliter puniatur,vt diſcat ſuperioribus honorẽ & reuerentiã cõdignam impẽdere & exhibere.

De iudiciis. CAP. VIII.

QVia cauſæ matrimoniales cum depẽdentibus & connexis per eos qui poteſtatem iudicãdi habent, & canonũ ſtatuta non ignorant, tractari & diffiniri debent:Statuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ mãndamus,vt deinceps vnuſquiſque presbyter habens curam animarum,ac ſubditos,quorum cohabitatio ſeu diſcohabitatio , ſeu matrimonia publica in veritate vel errore fuerint,ita quòd de his,an iure ſubſiſtere poſsint ſaltem probabile dubium extiterit,tales poſtquam hoc ſciunt, ſpecificè moueant, & ſuper his infra duos menſes proximos pro declaratione deciſionis recipienda,ad no vel Officialem noſtrum remittant,vt & ſententiam iudicium ſuper his petant, & ab inde cauſam huiuſmodi vſque ad finem

quantum

quantũ in eis eſt, proſequãtur, alioquin taliter moniti, ſi hoc infra eoſdem duos menſes facere cõtempſerint, eccleſiaſtica ſacramenta eis in vita denegentur, & morientes peccata ſua nõ confeſsi, careant eccleſiaſtica ſepultura. Presbyter autem curatus, qui taliter mouendo non proceſſerit, per nos, vel vicarium noſtrum grauiter & condignè puniatur. Volentes vt quilibet plebanorum, huiuſmodi noſtram cõſtitutionem ſingulis annis ſemel aut bis in eccleſiis eorũdem publicet & publicari faciat.

Inhibemus quoq; omnibus & ſingulis ſubditis noſtris clericis & laicis cuiuſcũque ſtatus aut conditionis exiſtãt, ne de examinatione, cognitione, vel deciſione iudiciali, quarũcunque cauſarũ matrimonialiũ aliter q̃ per modũ ſalubris cõſilij ſe intromittant, aut aliarũ quarumlibet de iure vel conſuetudine ad forũ eccleſiaſticũ ſpectãtium. Secus autem facientes, decernimus excõmunicationis ſentẽtię eo ipſo ſubiacere: per hoc autem nõ prohibemus, quo minus in cauſis vbi trãſactiones locũ habent, in arbitratores & viro cõmunes cõpromitti poſsit, per quæ diſcordiarum materiæ & quæſtiones celerius valeant terminari: dummodo talia in fraudem non fiant.

De foro competenti. CAP. IX.

ATtendendũ quòd laici de eccleſiaſticis negotiis intromittere ſe nõ debeãt. Omnibus & ſingulis eccleſiaſticis perſonis per ciuitatẽ & diœceſim noſtras vbilibet cõſtitutis interdicimus, ne quiſpiam laicorũ ad iudicia laicalia ſeu ſecularia doloſẽ trahat, aut clerici ſe trahi ad talia conſentiãt, vel huiuſmodi vetita iudicia ſubeant, ſeu ibidem aliquatenus reſpondeant, ſub cauſarum ſuarum ſic motarum, etiam ſi in huiuſmodi vetitis iudiciis pro ipſis iudicaretur, perditione ſeu amiſsione, feudalibus tamen cauſis exceptis, quas prout de iure volumus tractari.

Ad idem, de foro competenti, ſeruetur capitulum libri ſecundi Decretalium, cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur.

SI diligẽti: & infrà, Aſſeruiſti te vſque ad hæc tempora tenuiſſe quòd ſi licitum clerico renũtiare ſaltem in temporalibus cauſis iuri ſuo, & ſibi laicum iudicem cõſtituere, præſertim vbi aduerſarij volũtas acceſſerit, ac tenere iuramentũ ſuper hoc interpoſitum reſpondiſti, immemor conſtitutionis, qua cauetur, pacto priuatorum iuri publico minimè derogari. Quum igitur ius hoc in Mileuitanẽ. & Carthaginen con-

ciliis ſpecialiter promulgatum ſit, ne clerici clericos, relicto ſuo pontifice, ad iudicia publica pertrahant. Alioqui cauſam perdant & à communione habeãtur extranei, & tam Epiſcopi quàm diaconi ſeu quilibet clericus in criminali vel ciuili negotio ſi derelicto iudicio eccleſiaſtico, publicis iudiciis ſe purgare voluerint, etiam ſi pro eis lata ſit ſentẽtia, locum ſuũ amittant. & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdant quod euicerint, ſi locum ſuum maluerint obtinere: manifeſtè patet, quòd non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci nõ poſſunt, vt ſecularia iudicia ſubeant, cum non ſit beneficium hoc perſonale cui renuntiari valeat. Sed potius toti collegio eccleſiaſtico publicè ſit indultũ, cui priuatorum pactio derogare non poteſt, nec iuramentum licitè ſeruari potuit, quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.

Prætereà inhibemus, ne de cætero quæcunque eccleſiaſtica perſona ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. nobis ſubiecta, ſeculare auxilium vel ſubſidium laicorum contra nos ſiue iuriſdictionem noſtram, ſibi qualitercunque aſſumat aut inuocet, vel ſibi procuret: contrarium autem facientes, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſubiaceant.

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta & ceſſionibus. CAP. X.

CVm aliàs ſancta ſedes Moguntinen. inter alia ſtatuta prouincialia ediderit prouinciale ſtatutum, cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

Quia plurium ceſſiones actionum in fraudem aliquando nõ purè & ſimpliciter ex cauſa ſeu cauſis legitimis fiant: Statuimus vt ceſſiones actionũ ex iuſtis cauſis procedant in præſentia epiſcoporum, iudicum, vel Officialium ſuorum, & de licentia eorundem, ſi ſubſunt cauſæ legitimæ, etiam iurent cedentes quòd non ſimulatè, ſed verè cedant: & ſi ceſſiones ſecus factæ fuerint, decernimus non tenere. Et tenore præſentium inter alia mandamus, ſtatuta prouincialia dictæ ſedis Moguntinæ (quorum etiam aliqua præſentibus noſtris ſtatutis ſynodalibus & epiſcopalibus ex certis nos ad hoc mouentibus cauſis inſeruimus) in ciuitate & diœceſi noſtris Hildeſemen. ſeruari, & præſertim ſtatutum ceſſionis præinſertum, attento quòd per ſimulatas ceſſiones priuilegia in fauorem cleri data & conceſſa, ſæpe per abuſum eorundem prout experientia docet ad noxam tẽdũt. Et propterea ſingulis ſub-

ditis

ditis noſtris ſtatuendo cõmittimus,& in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excõmunicationis necnon quinquaginta aureorum Rhenen.pro vna Fiſco noſtro,pro altera medietatibus partibus pro tempore læſis,ſeu propterea lædẽdis applicandorum pœnis. Mandamus & præcipimus quatenus præinſertum ſtatutum irrefragabiliter & firmiter teneāt & obſeruent,inhibentes eiſdem ſub ſimilibus pœnis,ne deinceps ceſſionibus præter & contra præinſertum & per nos modo innouatum ſtatutum factis & celebratis in iudiciis ſeu extra vtantur: quòd ſi ſecus fuerit,cõtra negligentes contradictores & rebelles addictæ excommunicationis ſententiæ declarationem ac prædictæ pœnæ extorſionem ſeruatis ſeruandis procedemus,ſeu curiæ noſtræ cauſarum Officialis generalis irremiſſibiliter procedet.

De probationibus. CAP. XI.

QVia ſicut didicimus,ſæpe propter defectus probationum cognationum ſpiritualium, pericula cõſurgunt animarum, eo quòd adinuicem matrimonij ſacramento conſtrictis interdum cognationum ſpiritualium obſtāt impedimenta,quę difficulter vel aliquando vix vel nõ probari poſſunt. huiuſmodi periculis cupientes quo ad nobis ſubiectos obuiare, decernimus & hoc ſtatuto perpetuo ſeruari præcipimus, vt eccleſiarũ per ciuitatem & diœceſim noſtras, rectores plebani, viceplebani, & ſinguli curati in baptizando pueros ſubditorum ſuorũ leuantium & baptizati nomina in regiſtro cõmuni quod in ſua eccleſia habeant, conſcribant, & teſtes quamplures aſſumantur: ſimiliter ſubditos ſuos inducant & informent, vt deinceps in confirmatione ſuorum puerorum coram epiſcopo teſtes requirant diſcretos & intelligentes qui de cõfirmatione & tentione coram epiſcopo ac nomine tenentis dum opus fuerit teſtimonium valeāt dare, vt facilius impedimenta huiuſmodi,& minoribus laboribus & expenſis valeant opportuno tempore comprobari.

De fide inſtrumentorum ac Notariis. CAP. XII.

STatuimus pariter &ordinamus,vt nulli tabellionatus ſiue Notariatus officiũ iuxta ſacrorum canonum ac legũ, &pręcipuè nouiſſimę imperialis reformationis & ordinationis Coloniæ factæ,cõmitti debeant,aut exercere liceat, niſi competentis literaturæ honeſtæque cõuerſationis & vitæ & laudabilis teſtimonij ſit,& vigeſimumtertium ætatis annum

peregerit: vnde præter præmiſſam ordinationem, plerunque minus idonei ad officium huiuſmodi aſſumũtur, qui ſub vmbra ignorantiæ, & temeritatis audacia, grauiter in dicto offi cio delinquunt, ſibiipſis infamiã parant, aliiſque graue præiudicium & inæſtimabile periculum inferunt. Ne igitur huiuſmodi deteſtabilis morbus in hac noſtra diœceſi amodo vt in antea ſerpat atq; progreſſum habeat, volumus & præcipimus, mandamus, ꝙ nullus huiuſmodi officium Tabellionatus ſiue Notariatus amplius ĩ noſtra diœceſi exercere præſumat, niſi prius per nos aut Officialem noſtrũ ad id repertus fuerit idoneus atque ſufficiens, vt ſit legitimè & tanquam legalis admiſſus. Contrarium verò facientes, præter excommunicationis pœnas tanquam mandatorum noſtrorum tranſgreſſores vtique puniemus, eorúmque inſtrumenta tanq̃ inualida, nulliúſque roboris aut momenti decernimus reiicienda, neque in iudicio vel extra quoquo modo admittenda.

De ſententia & re iudicata. CAP. XIII.

INtelleximus ꝙ interdum eccleſiarũ ciuitatis diœceſis noſtrarũ Hildeſemen. rectores ſeu plebani cum ſuis ſubditis in cauſis matrimonialibus tam ſimplicibus q̃ impedimentorum in curiam noſtrã Hildeſemen. vbi expediri debeant, aduenìant, & latis ſententiis diffinitiuis prætenden. ſufficere ꝙ lectioni ſententiæ intererãt, partes iubent ſine literis & ſententiis recedere: ſæpius etiam cõtingit, quod latis huiuſmodi ſententiis, partes coram ſuis plebanis & aliis aſſerunt eas aliter latas eſſe, quàm ſunt, & deinde ſecundario curiã noſtram viſitantes variant depoſitiones & contrarias reportãt ſententias, & quia aliquãdo propter temporis diuturnitatem de ſententia conſtare non poterit, ex quo non modica pericula euenerunt animarum, vt experientia ſumus edocti. Volẽtes igitur periculis huiuſmodi obuiare, præſenti edicto diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis eccleſiarum rector ſeu plebanus præmiſſa quomodolibet faciat, decernen. partibus aſſerentibus ſententias pro matrimonio vel contra matrimonium latas, abſque ſententiarum literis debitè ſigillatis, credi nullo modo debere, & nihilominus eaſdem aſſerentes à ſacramentorum communione excludimus, ſaluo mortis articulo, donec & quouſque ſententias huiuſmodi ſcriptas & debitè ſigillatas obtineant. Rectores autẽ & plebanos eccleſiarum ſi deinde præmiſſa perpetrauerint, aut etiam quamcunque

cunque ſententiam huiuſmodi antequam illam ſcriptam viderint, publicare præſumpſerint, per integrum mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendimus fructus eccleſiarum ſuarum per idem tempus cedentes officiantibus eaſdem, & ſubditis prouidentibus, reſeruantes.

De vita & honeſtate clericorum. CAP. XIIII.

PRæſenti inuiolabiliter duraturo prohibemus edicto, ne de cætero aliquis clericus in ſacris ordinibus cõſtitutus aut beneficiatus infra ciuitatem & diœceſim noſtras cereuiſiam ſub menſura publicè vendere, miniſtrãdo fercula, lectiſternia & hoſpitium ad modũ publici hoſpitis aut mercatoris & laicorum exercere, puta res venales pro lucro captando remiſſius emere vt carius vẽdat, ſeu aliàs illicite mercari per ſe vel interpoſitam perſonã quomodolibet præſumat. Si quis autẽ talia facere præſumpſerit, & ab huiuſmodi negotiationibus nõ deſtiterit, lucrum exinde captatum Fiſco noſtro applicandum, atque eundem aliàs etiam grauius puniendum iuxta exceſſus qualitatem decernimus.

Cæterum ſub pœna excommunicationis canonica monitione præmiſſa, mandamus quatenus clerici noſtri, & pręſertim illi qui curá animarum gerunt, ab actibus ſcurrilibus & illicitis crapulis in Calendis & exequialibus cõuiuiis per eos fieri ſolitis abſtineant atque deſiſtant, quódque ſcorta & mulieres ſuſpectas ad huiuſmodi conuiuia minimè adducãt, ſed honeſtè in Calendarum ſolennitatibus & exequiis huiuſmodi ſe habere ſtudeant, alioqui contra non obſeruantes & delinquentes rigidè procedemus.

Ad idem.

RVrſus cõſtitutione præſenti, prout etiam in prouinciali concilio quõdam domini Conradi archiepiſcopi Moguntinẽ. ſancitum dignoſcitur, volumus, præcipimus & ordinamus, vt clerici noſtrarum ciuitatis & diœceſis, in ciuitatibus & oppidis, præſertim in eccleſiis, veſtes longas ſtatui clericali decentes, & non ſubductas de vario aut ſerico (niſi graduatus aut canonicus maioris eccleſię Hilſedemen. vel nobilis exiſtant) deferant, non ſeritias, ab extra non variatas, aut diuiſiatas, nec deſuper ab extra cum plicaturis foderatis, ſed manicis ſtrictis & aliàs decentibus vtantur, nõ deferant calceos ſeu ſotulares inhoneſtos aut indecẽtes. Itinerãtibus autem ex cauſa breuioribus veſtibus vti liceat: Coronam verò

& tonſurā ſuo ſtatui, ordini aut dignitati conuenientē iuxta canonū ſanctiones deferant, nec armati incedant, neque gladios ſeu cultellos longos portent. Et niſi fortè extra ciuitatē vel loca ſua eos pergere cōtingat, vel de licentia ſuperioris pro perſonarum eccleſiæ & rerum ſuarum defenſione id faciāt Diſtrictius inſuper inhibētes, ne mātellos ab ante apertos & ſciſſos, & circa collum cum magna zona cōſtrictos, ſed veſtibus honeſtati clericali congruentibus vtantur, prout canonicam & noſtrā grauem vltionem voluerint euitare. Huius autem ſtatuti trāſgreſſores ad vnius menſis ſpatiū, à fructibus beneficiorum ſuorum nouerint ſe ſuſpēſos. Quorum fructuū diſpenſationem arbitrio noſtro reſeruamus per præmiſſa. Cæterum Clementinę de vita & honeſtate clericorum generalis Concilij ordinationi & aliis iuribus quæ de indecentia veſtium tractant, non intendimus derogare.

Item vt clericorum maximè beneficiatorum vita ſit exemplaris & accepta vniuerſis clericis beneficiatis in ſacris & noſtra diœceſi conſtitutis, conſtitutione præſenti diſtrictius inhibemus, ne ludis taxillorum aut aliis leuitatibus ac choreis, haſtiludiis, torneamentis, & aliis ſpectaculis publicis & prohibitis interſint, aut talia exerceant, prout pœnas condignas in contrafacientes facti exigente qualitate, authoritate noſtra infligendas voluerint euitare.

Inſuper diſtrictius inhibemus clericis ꝑ ſacris ordinibus ſuſcipiendis itinerantibus, ne in hoſpitiis, ludis taxillorum, aut aliis enormibus, & turpibus actibus inſiſtāt, ſed honeſtè & clericaliter viuāt: ſecus verò facientes, volumus eſſe à ſuſceptione ordinis pro qualibet vice ipſo facto ſuſpenſos, quódque comas nō nutriant, ſed crines capitis antè & retro nō nimis longos deferant, prout canonum & ſtatutorū prędictorum pœnas & noſtram ac canonicam vltionem voluerint euitare. Simili modo præcipimus & mandamus vt clerici beneficiati noſtrarum ciuitatis & diœceſis, temporibus diuinorū, eccleſias in & ſub quibus beneficiati exiſtant, abſque ſuperpelliciis non accedant vel ſubintrent: contrarium facientes, vice qualibet trium dierū ſpatio ſtipendiis ſuis prębendalibus careant, in vſus fabricæ conuertendis, quos etiā decanis rectoribus plebanis & aliis in eccleſiis ſuperioribus reuerentiam debitam impendere volumus, ſed noſtra graui indignatione & pœna ſuperius expreſſa.

De co-

De cohabitione clericorum & mulierum. CAP. XV.

SAncta generalis ſynodus Baſilien. reformationi ſtatus clericalis intendens inter alia cõſtitutionem ſalubrem, cõtra clericos concubinarios edidit per locorum ordinarios publicandam & exequendam, cuius quidem conſtitutionis ignorãtiam, ne quis prętendere valeat de clero noſtro, illam pręſentibus inſeri, & cum ſtatutis aliis noſtris publicari, & diſtrictius volumus obſeruari, cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilien. in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ eccleſiã repræſentãs, ad perpetuã rei memoriam, Quicunq; clericus, cuiuſcũque ſtatus, conditionis, religionis, dignitatis, etiã ſi pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt huius conſtitutionis notitiam quam habere præſumatur, poſt duos menſes poſt publicationem eiuſdem in eccleſiis cathedralibus quam ipſi diœceſani omnino facere teneãtur, poſtquam eadem cõſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuũ omniũ ſuorum beneficiorũ, trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatẽ, ex quibus hi fructus percipiũtur, conuertat. Necnõ huiuſmodi publicum cõcubinarium cum primum talem eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, vt infra breuiſſimũ terminũ concubinam dimittat, quã ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliã publicè reaſſumpſerit, vult hęc ſancta ſynodus, vt ipſum omnibus beneficis ſuis oĩno priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij vſquequo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamq; vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorũcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationẽ recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alterius diſpenſationis, ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. Quòd ſi hi ad quos talium correctio pertinet, eos (vt prædictum eſt) punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu quàm in illos de cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In conciliis etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem & priuationem collationum beneficiorum vel aliam cõdignam pœ-

nam ſeueriter procedatur. Et ſi hi quorum deſtitutio ad ſummum pontificem ſpectat, per concilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis, ipſi ſummo pontifici deferantur, eadem diligētia & inquiſitio in quibuſcunque capitulis generalibus & prouincialibus quo ad ſuos ſeruetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubinarios ſtatutis in ſuo robore permanſuris. Publici autem intelligendi ſunt, nō ſolum hi quorum cōcubinatus per ſententiam aut confeſſionē in iure factam, ſeu per rei euidētiam quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari, notorius eſt: ſed qui mulierē de incōtinētia ſuſpectā & infamatā tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quęſtus à cōcubinariis percipere non erubeſcunt, patiētes eos in ſua fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictiōis æternæ pręcipit, ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alicuius quęſtus, talia quouis modo tolerent aut diſſimulent, alioqui vltra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint reſtituere ad pios vſus omnino teneantur, & compellantur. Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas, prælati modis omnibus curent à ſuis ſubditis, etiam per brachij ſecularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere, quarum cōcubinarum res, quæ de bonis præſumatur habere eccleſiæ, in fabricam vel in aliam ipſius eccleſiæ vtilitatem per ipſos pręlatos conuertantur. Qui etiam ex tali cōcubinatu procuratos filios apud patres ſuos cohabitare non patiantur. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus, vt etiam in prædictis ſynodis & capitulis hæc conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum cōcubinarum dimiſſionē moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus ſecularibus viris, etiā ſi regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecūque inferant impedimentum, quocunque quæſito colore, prælatis, qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro huiuſmodi cōcubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quàm ſolutos, vt ſimiliter à concubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt, qui vxorem habet & ad alienam mulierem accedit: qui vero ſolutus, ſi conti-

ſi continere noluerit, iuxta Apoſtoli conſiliũ, vxorem ducat. Pro huiuſmodi autẽ diuini obſeruatione pręcepti, hi ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis quàm aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

De clericis non reſidentibus. CAP. XVI.

CVm autẽ ad hoc ſint eccleſiaſtica beneficia deputata, vt in eis ad ſeruiendum Altiſſimo tales aſſumantur, qui per ſeipſos volunt & poſſunt eorũ curam exercere, ſtatuimus vt quilibet infra ciuitatem & diœceſim noſtras beneficiatus cuiuſcũque ſtatus, ordinis vel cõditionis extiterit, cuius beneficium reſidentiam perſonalem, vel certum ordinem de iure ſtatuto vel cõſuetudine requirit, in illo infra proximum mẽſem perſonaliter reſidere incipiat, & ab inde quandiu beneficium huiuſmodi obtinuerit, talem reſidentiam faciat, ſeque ad ordinem, quem onus beneficij ſui requirit, iuxta tempora obtineat, promoueri. Tranſgreſſores vero huius ſtatuti noſtri per ſuos ſuperiores ſeruato iuris ordinẽ priuentur, niſi expreſſam ſuper hoc à nobis vel vicario noſtro licentiã obtinere meruerint.

De præbendis. CAP. XVII.

ITẽ ſtatuimus, vt quilibet religioſus infra diœceſim noſtrã Hildeſemen. curam gerens animarum, titulum huiuſmodi beneficij ſui in proximo capitulo poſt illius aſſequutionẽ archipresbytero vel eius locum tenenti in præſentia fratrũ oſtendat, etſi alium quàm à nobis ſeu vicario noſtro impetratum oſtenderit, titulo huiuſmodi nulla fides adhibeatur, niſi fortè Romanus põtifex illum ſibi conceſſiſſet, & hoc noſtris vel vicarij noſtri literis appareret declaratũ. Si quis verò cõtra præmiſſa venire præſumpſerit, vltra pœnam iuris cõmunis tam diu à diuinis ſuſpenſus remaneat, quouſque huiuſmodi ſtatuto noſtro ſtuduerit cum effectu parere & obedire.

De portione congrua ſeu competentia. CAP. XVIII.

CVm non debeat ligari os bouis triturantis, ſacris iubẽtibus canonibus, vniuerſos & ſingulos prælatos ciuitatis & diœceſis noſtrarũ, in Domino exhortamur, vt eccleſiarũ, ipſis & eorum mẽſis vnitarum & incorporatarum, noſtrę diœceſis vicariis, de præbendis cõgruis vnde decenter ſuſtẽtari, iura epiſcopalia & archidiaconalia ſoluere, hoſpitalitatẽ tenere, & alia incumbentia onera ſupportare valeant, prout de iure tenẽtur, prouideant: alioquin prout de iure conſtringũ-

tur,eis neglig͂etibus,ad præbendarum huiuſmodi deputationem ſeruatis ſeruandis procedere non obmittemus.

De inſtitutionibus. CAP. XIX.

CVm in cũctis ſacris miniſteriis ſint ætatis maturitas,grauitas morum,& literarum ſcientia requirenda,præſenti perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis ſacerdos ſecularis vel religioſus infra ciuitatem & diœceſim noſtras, quodcunque eccleſiaſticum beneficium cum cura vel ſine cura abſque inſtitutione ſeu inueſtitura aut induciis,ſeu licen. à nobis vel vicario noſtro aut aliàs legitime,ac per literas ſigillatas obtentis& prius Archipresbytero vel eius locum tenẽti oſtẽſis,regere,aut quomodolibet officiare ſuo vel aliquo nomine p̃ſumat, niſi ipſius beneficij rector ſeu Vicarius vel Capellanus perſonaliter in eo reſideat,cuius nomine & conſenſu aliquis vt ſocius in diuinis inibi inofficiet:ſecus autem facientem quum non ſuos fructus faciat,ipſo iure ad reſpõdendum Fiſco noſtro de fructibus ſic per eum leuatis, condemnamus,& Fiſco eidem decernimus applicandos,cõcedimus tum vt beneficio poſtquam primo vacare cœperit,poſſit loci Archipresbyter per ſe vel alium quem duxerit eligendũ per primum proximum menſem & non vltrà in diuinis prouidere,ſeruato tamen moderamine ſuperius de officio Archipresbyteri expreſſo.

Cum ad extirpandũ quorundam deteſtandam cupiditatem in ſacro Lateranen.Cõcilio prohibitam,vt nullus diuerſas eccleſiaſticas dignitates aut parochiales eccleſias recipiat,& cõſequenter ſtatutum, quòd recipiens beneficium habens curam animarum annexam,ſi prius tale habeat,is eo ſit ipſo iure priuatus,&ſi fortè illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur,imò ſi vltra menſem teneat,ambobus eſt priuatus, apoſtolicæ tamen ſedis diſpenſatione in his ſalua, & alibi canon.vitium cupiditatis huiuſmodi redarguẽs, tales in curatis beneficiis plurales,eo quia ſic retẽta ad ipſos non ſpectãt, de iure,rem aſſerit attrectare alienã,& ſic furtum committerent quodammodo & rapinam,nõ ſine ſuorum & ſubditorũ animarum periculo:eapropter, vt huiuſmodi canones & ſacrorum Conciliorum generalium ſancita debitæ executioni demandentur,locorum Ordinarij per felicis recordation. Gregorij decimi decretũ,in ſacro generali Cõcilio eſt pręceptum,vt ſubditos ſuos plures dignitates vel eccleſias, quibus ani-

bus animarũ cur imminet obtinen. ſeu perſonarum aut dignitatẽ cũ alio beneficio cui ſimilis cura eſt annexa, ad exhibendum diſpenſationem authoritate,cuius eccleſias perſo natus,aut dignitates canonicè ſe tenere aſſerunt,infra tẽpus arbitrio ordinariorum ſtatuendũ diſtrictè compellant. Nos itaq; animarum periculis obuiare, & vt eccleſiaſtica beneficia canonicè poſſideantur,per executionum præmiſſorũ cũ piẽtes prouidere: Hoc pręſenti ſtatuto decernimus,vt deinceps à publicatione præſentiũ,ſic vt præfertur plura curata obtinentes beneficia ac plures dignitates & perſonatus ſeu perſonatũ & dignitatem cum alio beneficio curato, de ſuis diſpenſationibus,quarũ authoritate illa tenere pręteudunt, necnon titulis ſuis ad eadem,infra duorum menſium ſpatiũ corã nobis vel Vicario noſtro ĩ ſpiritualib⁹ legitimè & ſub pœnis iuris doceant, ne deficientes in titulis & diſpẽſationibus huiuſmodi canonicis,occupãdo iniuſtè ipſa beneficia, contrahent rem alienam & per conſequens furtum committant,& animæ exinde periclitentur,ipſorúmque ſanguis de noſtris manibus exigatur,alioquin ad executionẽ pręmiſſarum ſacrarum conſtitutionũ, contra ipſos dictis lapſis menſibus effectualiter procedemus.

De rebus eccleſiæ non alienandis. CAP. XX.

ITẽ mãdamus ſub excõmunicationis pœna canonica monitione pręmiſſa vniuerſis & ſingulis Abbatibus,Prępoſitis, Decanis,Prioribus,Priorißis monaſteriorum & eccleſiarum noſtrarũ ciuitatis & diœceſis, ne de cętero aliqua bona immobilia ſeu reditus& prouentus monaſteriorũ ſeu eccleſiarum ſuarum vendãt aut obligent quouis modo abſq; licentia noſtra ſpeciali.Et ſi qui contra huiuſmodi inhibitionem & mãdatum noſtrum,bona vel reditus ſuorum monaſteriorum ſeu eccleſiarũ alienauerint ſeu obligauerint,huiuſmodi contractus decernimns irritos ac inanes: Decernentes vt in mutuo contrahendo, necnon obligatione mobilium vel immobilium ſacri canones obſeruentur.

Statuimus etiã quòd ornatus & libri eccceleſiæ,altariúmq; ſeu vicariarũ fundatiões,& literæ capitales cẽſuũ ac prouẽtuum eorundem,bis vel ad minus ſemel in anno inſpiciãtur à Decano& capitulo diligenter,& ſub ſigillis prælatorũ & capituli ponãtur ſigillatim in ſcriniis,vt ſic cognoſcatur in poſterum,ſi de ipſis augmentatum ſit aliquid vel ſubtractũ.

Et quoniam pauci ſunt in ſingulis eccleſiis,qui prædia & reditus eccleſiæ plenè cognoſcãt,& nonnulli reditus & bona propter negligentiam officiatorum,& infelicẽ ſtatũ horum turbatiſſimorũ temporũ ſunt fortè perdita vel deſtructa, ſtatuimus,quòd prædia & reditus eccleſiarũ cõmunes, & ſpecialiter dignitatum & officiorum,& quæ,ac quales rationes cuiuſlibet officij fieri debeant,ſub ſigillis prælatorũ & capituli pleniſſimè conſcribantur.

De teſtamentis & vltimis voluntatibus ex prouinciali Concilio Fritzlarien. CAP. XXI.

CLericus de prouẽtib⁹ anni gratiæ,vel aliàs de rebus eccleſiæ acquiſitis,cõcubinę ſuę,vel filiis ex fornicatiõe genitis quicq̃ penit⁹ nõ relinquat:quod ſi fecerit,legatũ non teneat,& quod taliter eſt relictũ,eccleſię applicetur.

Ex eodem Concilio

AD abolendam prauam cõſuetudinem vel potius corruptelam ſeu temeritatem clericorum qui ſignum pudicitiæ deberẽt oſtẽdere laicis quibus ſunt,poſiti in exẽplũ in argumentum ſuæ finalis impœnitentiæ fructus pręhendarum ſuarum concubinis vel ſpuriis ſuis legant in vltima volũtate,rigor eccleſiaſticus debet exerceri. Quare ſub anathematis vinculo prohibemus,ne de cætero clerici annis gratię abutentes,de rebus eccleſiæ fructus beneficiorum eccleſiaſticorũ ſpuriis & concubinis dimittendo aliquo modo diſponant. Qui verò cõtra inhibitionem huiuſmodi venire præſumpſerit,in ſignum ſuæ perditionis,eccleſiaſtica ſepultura, & quibus taliter fructus legantur eis careant ipſo iure. Qui autem teſtamentum tale poſt mortem defuncti manu tenere voluerint,& per quorũ manus talibus perſonis fructus pręhendarum & beneficiorum eccleſiaſticorum fuerint miniſtrati, eccleſia ipſa ſit ſuppoſita interdicto.

Ex prouincialis Concilio Moguntino.

SVnt nõnulli qui anno gratiæ pro releuatione debitorũ in fructibus beneficiorum defunctis clericis conceſſo dãnabiliter abutuntur,fructus anni ipſius gratiæ cõſanguineis ſuis vel aliis,quibus voluerint,relinquentes,ex quo prouenit duplex iniuria,eccleſiæ ſcilicet & perſonæ: fraudatur enim eccleſia per dictũ anni ſpatium ſeruitore,priuatur etiã ſucceſſor in percipiendis fructibus ſuo iure:quod de cætero fieri prohibentes,ſacra approbatione Concilij ſtatuimus,ꝙ niſi

niſi pro releuatione debitorum quæ cum aliunde ſolui non poſſunt, anno gratiæ clerici nõ vtantur, niſi ipſius anni fructus pro aliqua pia cauſa, ipſi relinquant eccleſię, à qua idem beneficium habuiſſe noſcuntur.

Ad idem.

QVoniam in quibuſdã locis noſtrarum ciuitatis & diœceſis, vti accepimus, conſuetudo ſiue corruptela deteſtabilis obſeruatur, videlicet quòd tã clericus quàm laicus in lecto ęgritudinis cõſtitutus vltra certã, limitatã & expreſſam ſummã, nec piis locis, nec perſonis eccleſiaſticis pro animæ ſuæ remedio & ſalute aliqua poſsit ordinare legata: conſiderantes prædictã conſuetudinem, ſacris canonibus & ſecularibus legibus obuiare, quum omnia iura clament, quod vltima voluntas hominis & vltimũ teſtamẽtum immobile perſeueret, & nihil ſit quod hominibus magis debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſtylus exiſtat, eandem conſuetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam authoritate huius ſalutaris ſanctionis penitus reprobamus, firmiter ſtatuen. vt illis quos iura à teſtamentorũ nõ prohibent factione, etiam in ſanitate vel in lecto ægritudinis cõſtitutis legandi, diſponendi & ordinandi de bonis ſibi à Deo collatis ad pia loca & perſonas eccleſiaſticas, dum modo cõtra legitimas cõſtitutiones non venerint, libera ſit facultas: Volentes & præcipientes diſtrictè, vt vniuerſi clerici & laici impedientes defunctorum legata ſeu voluntates, per excommunicationis in perſonas, & interdicti in loca ſentẽtias (monitione canonica præmiſſa) ferendas, ab huiuſmodi impedimentis deſiſtere compellantur.

Ad idem.

DOlẽter audiuimus, quòd fidelium tam clericorũ quàm laicorum teſtamenta & vltimæ voluntates maximè pro animarũ ſalute, & ad pios vſus legata & teſtata in ſuis debitis executionibus ac ordinationibus, interdũ peruerſis machinationibus hominum, & quãdoque negligentiis interuenientibus & obſtantibus, in noſtris ciuitate & diœceſi in locis pluribus multipliciter impediantur & retardentur. Cum itaque vltima voluntas, ſeu vltimum hominis teſtamentum ꝑ lege ſeruari debeat, & ſupremæ hominis rationabilis voluntatis liber ſtylus exiſtat, & noſtro incumbat paſtorali officio talibus prouidere, & teſtamenta vtroque iure ſuaden.

defendere, vniuerſis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis eccleſiaſticis & ſecularibus ſubintermìnatione diuini iudicij & excõmunicationis ſententia, quam in cõtrà facientes ſex dierum monitione præuia in his ſcriptis ferimus, ne teſtamẽta, & vltimas fideliũ eccleſiaſticarum vel ſeculariũ perſonarũ, quas iura à teſtamentorũ factione nõ prohibent, voluntates, maximè ad vſus pios & animarũ ſalutem, ſe extẽden. earũmque executionẽ debitas impediat, negligãt vel retardent, nec de teſtamẽtorum & cauſarum earundem ac ipſorũ occaſione pro tẽpore motarũ cognitioni ſe intromittant, ſed ad nos, & Officiales noſtros ordinariã iuriſdictionẽ cauſarũ huiuſmodi habentes, remittãt, diſtrictius inhibemus atq; mandamus.

Mandamus prætereà teſtamenta ac vltimas voluntates per teſtamentarios & executores ad hoc per defunctos teſtatores deputatos, nominatos, ac deſignatos, iuxta iuris cõmunis ordinationem ac diſpoſitionem infra anni ſpatium à morte eorũdem teſtatorum computandum, etiã abſque aliqua præuia monitione (cuius vicem hoc præſens ſtatutum noſtrũ habere volumus) debitæ executioni demandentur, & ritè exequantur: alioquin elapſo anno eorundem executionem, ipſo iure ad nos vti epiſcopum diœceſanum & loci ordinarium deuolutam eſſe decernimus.

De parochiis & parochianis. CAP. XXII.

GRauis ad nos querela perduxit, quòd nonnulli ſuis iuribus & finibus nõ contenti, parochianos alterius præſumãt. recipere temerè ad diuina, contra canonicas ſanctiones, & cùm dictorũ parochianorũ iudices non exiſtant, nec ligandi vel ſoluendi in eos receperint poteſtatem, ſe tamẽ iudices faciendo in foro pœnitentiali periculoſè abſoluunt & ligant, pro libito ſuæ volũtatis, ſicq; ipſis qui proprios ſpernunt ſacerdotes minimè abſolutis, illud ſalutiferum noſtrę peregrinationis: viaticum quod nõ proficit, niſi prius à criminum labe mundatis, & in animarum ſuarum & eorum quid nõ diiudicãtes indiſcretè recipiunt, periculum conferre nõ verentur, ſicque dicti eorum ſacerdotes, qui curã recipiendo ſuam pro ipſis animam obligarunt, dum ſibi taliter ſubtrahuntur, ſtatum ignorantes ipſorum ægrotantium, non poſſunt quod in eis eſt ſanare, nec conſolidare infirmum, nec alligare cõfractum: & ſic dum curationis neceſſaria non adhibentur remedia, inualeſcentibus morbis vſque ad interẽptionem læſio

ſio dilatatur, vnde ſacerdotes nullam poſſunt de ſic pereuntibus animabus ſummo iudici dare rationem. Noſtrorum patrum, qui eccleſiæ ſanctæ Dei & perſonis eccleſiaſticis termi nos, quos non licet tranſgredi, poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, vniuerſis ſacerdotibus, tam religioſis quàm ſecularibus, cuiuſcunque ordinis, conditionis, ſiue ſtatus exiſtant, in ciuitate & diœceſi noſtris degẽtibus, ſub debito iuramento quid in receptione ſuorũ ordinum præſtiterunt, & ſub interminatione diuini iudicij firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cuius cura per epiſcopum vel loci Archidiaconũ vel eius vicarium, alij eſt commiſſa præſumat (excepta neceſſitatis cauſa, quæ legem non habet) ad confeſsionem recipere, vel ad porrigendum ei eccleſiaſticum ſacramentum, niſi petita deſuper & obtenta licentia proprij ſacerdotis accedere, cùm certi & indubitati iuris exiſtat, talem à tali presbytero abſolui nõ poſſe aliquatenus vel ligari, & ex hoc ordinem eccleſię per maiores & ſanctos patres diuina prouidentia inſtitutũ cõfundi, quod per vniuerſos plebanos ſingulis diebus dominicis & feſtiuis corã ſuis plebibus pręcipimus publicari.

Ad idem.

INſuper veridica relatione intelleximus, populum vulgarẽ in pleriſque locis nobis ſubiectis diebus dominicis & feſtiuis rarò intereſſe diuino officio Miſſæ & prædicationi verbi Dei, licet iuxta ordinationem & ſtatutum ſanctæ matris Eccleſiæ, eiſdem diebus intereſſe debeant, vt ibidem de diuinis præceptis & euangelicis doctrinis informentur. Nos volentes huic morbo obuiare, ac animarum ſaluti conſulere, præſenti volumus & ordinamus ſtatuto, diſtrictè vniuerſis preſbyteris curatis noſtræ diœceſis, mandantes & exhortantes, quatenus plebes & parochianos ſuos, qui ad annos peruenerint diſcretionis, hortentur & admoneant ſub pœna excommunicationis, quatenus deinceps ſingulis dominicis & feſtiuis diebus officio Miſſæ in eccleſiis ſuis intereſſe ſtudeãt, & prædicationem verbi Dei diligenter audiant, niſi legitimo impedimẽto ex cauſa rationabili quis excuſetur, nec ab officio huiuſmodi ante benedictionẽ ſacerdotis, donec cõpleatur, recedãt, vel aliàs inhoneſtè diſcurrãt, faciẽdo, ob reuerẽtiã diuiniſsimi ſacramẽti genuflexiones. Interim dũ hoſtia ſalutaris per presbyterũ eleuatur, cũ deuotione cordis Deũ exorent pro peccatis. Si quis verò rebellis & negligens in his

fuerit,hunc in cõfeſsione ſeuerè volumus emẽdari,& nihilominus talis qui tempore prædicationis verbi Dei extra eccleſiam,& in cœmeterio ſtare cõtra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerit,ad authoritatem noſtram epiſcopalem remittatur. Cõtemptores etiam huius ſaluberrimi præcepti per excommunicationis inflictionem coërceantur. Inſuper presbyteri curati in ſermonibus populum eis commiſſum ad hoc inducere curent, vt proceſsionibus & aliis actibus & cæremoniis eccleſiaſticis interſint deuote, laudéſque omnipotenti Deo cum attentione cordis & morum grauitate perſoluant.

De fructibus defunctorum plebanorum ſeu rectorum eccleſiarum parochialium, vicariorum, altariſtarum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. Et qualiter inter defunctum & ſucceſſorem diuidi debeant.

CAP. XXIII.

VOlumus, vt in morientium plebanorum vicariorum, altariſtarum,& aliarũ perſonarum eccleſiaſticarum fructibus,ſubſequẽs definitio ſeu deciſio,iuri communi & æquitati conformis in omnibus obſertur.

De bladis ſeu frumentis. CAP. XXIIII.

ANnus ad ſeruiendũ blada,incipit in feſto beatę Margaretę,vnde declaramus,ꝙ ſi aliquis deceſſerit quacunque parte anni, fructus bladorum liberè cedentium debentur defuncto à feſto beatæ Margaretæ vſque in finem triceſimi diei obitus ſui proportionabiliter ſecundum ratam tẽporis, reliqua portio huiſmodi bladorũ debetur ſucceſſori defuncti. Si aũt defunctus haberet vel habuiſſet blada per ipſum elaborata,& feciſſet omnem laborẽ agrorum vſq; ad meſſem excluſiuè, tunc duæ tertiæ crementorum debẽtur defuncto: de reliqua tertia,defunctus recipiat partem à feſto Margaretę vſque ad finem triceſimi diei obitus ſui, ſecundũ ratam tẽporis,reſiduũ verò habebit ſucceſſor ſuus. Itidẽ ſi defunctus dictos agros coluiſſet vſq; ad ſparſionem ſeminis excluſiuè, ex tunc ſucceſſor ſatisfaciat defuncto per ipſum ad culturam agrorũ expoſitis vſq; in diẽ obitus ſui, & colat vlterius bona ipſa,recipiatq; omnes fructus ipſorum bonorũ. Et ſi fortaſsis ſucceſſor recuſaret labores huiuſmodi facere,ex tũc teſtamẽtarij ac manufideles defuncti,vel pro ipſis,ſi defunctus deceſſit inteſtatus,vicarius noſter in ſpiritualibus ſeu officialis vel alius quicunque per vicarium ſeu officialem noſtrum ad hoc deputatus

deputatus ſeu deputandus, colat vel colãt bona ipſa vſque ad conſummationem, colligantque fructus omnes dictorũ bonorum pro defuncto, tertia tamẽ parte dictarum frugum reſeruata pro defuncti ſucceſſore.

De fœno. CAP. XXV.

ANnus ad deſeruiendum fœnum incipit in die beati Vrbani papæ, de quo fœno iudicabitur ſicut de blado liberẽ cedẽte proportionabiliter ſecundũ ratam tẽporis vſque ad diem triceſimum obitus defuncti.

De fructibus arborum. CAP. XXVI.

ANnus ad deſeruiendũ fructus arborũ incipit in die Aſſumptionis glorioſæ virginis Mariæ, de quibus idem iudicium erit ſicut de blado liberè cedente, proportionabiliter vſque in diem triceſimum obitus defuncti.

De cenſibus & aliis prouentibus. CAP. XXVII.

ANnus ad deſeruiendum cenſus, reditus ac prouẽtus pecuniales, anſeres, pullos, capones, & alia quæ intra cenſus cõputãtur, incipit à feſto beati Martini epiſcopi. Hæc omnia veniũt defuncto pro rata tẽporis vſq; in diem triceſimum obitus ſui proportionabiliter diuidenda. Reliqua autem portio debetur ſucceſſori pro ſua rata. Idẽ etiã iudiciũ erit in omnibus altariſtarũ fructibus, ſicut de prouentibus eccleſiarũ, quo ad aſsignationẽ ratæ tẽporis pro defuncto & eius ſucceſſore.

De rata ſolutionis impoſitionum. CAP. XXVIII.

VOlumus etiam, ꝙ ſi aliqua ſubſidia ſiue procurationes imponerentur clero, anno illo in quo aliquis beneficiatus naturæ debitum perſoluiſſet, quòd in perſolutione talium impoſitionum, quælibet partim tam defunctus quàm ſucceſſor ſoluat ipſas impoſitiones proportionabiliter, ſecũdũ quod recepit de fructibus ipſius anni vnde ſoluuntur huiuſmodi ſubſidia ſeu impoſitiones.

De regularibus. CAP. XXIX.

QVoniam nonnulli religioſi contra Deum & ſuam conſcientiam multipliciter excedunt, eorúmque prelati deſides & negligentes in obſeruatione regularis diſciplinæ & correctione exceſſuum exiſtunt, eos per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti requirimus & hortamur, vt perſonas regulares ſibi ſubiectas ad obſeruantiam regularũ ſuarum & ſtatutorum regularium diligentius inducant, moneant & alliciant, & ſi opus eſt, ſtrictius compellant, vt de eſ-

ficio,ſibi cõmiſſo dignã Deo poſsint reddere rationem:quòd ſi vltra preuaricatores ordinis ſui fuerint aut contẽptores ſeu negligentes vel remiſsi, pro certo ſe nouerint non ſolum ab officio deponendos,ſed aliàs ſecundum regulam ſuam caſtigandos, cum offenſa non ſolum propria, verumetiam aliena, ac ſanguis ſubditorum ſuorum de ſuis manibus requiratur. Nos etiam eorundem prælatorum negligentiam,fauente Domino,ſupplebimus,iuxta canonicas ſanctiones.

Ad idem.

PEriculoſum nimium fore conſiderantes & ſcandoloſum, quòd perſonæ regulares vtriuſque ſexus extra monaſteria ſua vagantes,in ſeculo moram trahant,nonnullæ etiã ex ipſis religionis habitu dimiſſo apoſtatare non formidant excommunicationis ſententiam,vt ſic incurrendo,& ſuis ſuperioribus rebellando. Cum itaque periculoſum ſit talibus ſic vagantibus excommunicatis & apoſtatis in diuinis participare, volumus & vniuerſis nobis ſubiectis eccleſiaſticis perſonis mandamus, vt omnes & ſingulos ſic in ſeculo ſuis ſub diſtrictibus vagantes & commorantes cuiuſcunque ordinis vel cõditionis fuerint,moneant & requirant,vt infra menſis ſpatiũ à die publicationis & requiſitionis huiuſmodi ad ſua monaſteria redeãt,& vt vota ſua Deo reddãt,ſuis ſuperioribus iuxta ordinẽ & regulæ inſtitutionem obediẽdo, vel ſaltẽ infra eũdẽ terminũ corã nobis vel noſtro vicario de indultis ſi quę de cõtrario habeãt,legitimè doceãt, alioquin cõtra ipſos per eccleſiaſticę cẽſuræ,pœnas,& prout iuſtũ fuerit,procedem⁹.

Ad idem de regularibus.

QVanuis contra monachos & moniales de ſuis clauſtris propter aliquos enormes exceſſus, aut animi leuitate temerè fugientes,& in ſeculo per tempora vagantes & conuerſantes, & tandem pœnitentia ducti ad clauſtra ſua humiliter redire volẽtes,certæ & variæ pœnæ iuxta qualitatem & quantitatem excedẽtium à ſanctis patribus ſint ſtatutæ:quidam tamen abbates & magiſtratus pœnis in ſacris canonibus & regula ſui ordinis contra tales profugos expreſsis non contenti,grauiores & quaſi importabiles pœnas ipſis in ſui reuerſione imponere non verentur, vel quod deterius eſt,eaſdem perſonas,quantumcunque humiliter poſtulantes,ad ſua clauſtra de quibus exiuerunt admittere, inhumaniter contradicunt. Cum itaque de iure pœnæ ampliandæ non ſint, ſed leniendæ,

niendę, & longè ſit ſecurius de miſericordia quàm de crudelitate reddere rationē: cùm etiam dominus per os prophetæ ſit pollicitus, ſic dicentis: Peccator quacūque hora cōuerſus fuerit, & ingemuerit, iniquitatum ſuarum amplius nō recordabor. Nos aduertentes, ꝙ vbi paterfamilias largus diſpenſator exiſtit, nō decet familiam eſſe tenacem, vt peccandi materia & occaſio talibus præcludatur, prouida deliberatione ſtatuimus & pręſenti ſtatuto decernimus & ordinamus, vt monaſteriorum abbates & prælati, abbatiſſæ, præpoſiti, priores, & magiſtratus cuiuſcunque ordinis nobis ſubiecti, fratribus & ſororibus modo præmiſſo à ſuis monaſteriis profugientibus aut in apoſtaſiam ex quacunque cauſa lapſis, deſiderantibus & quærentibus cū humilitate ac deuotione regreſſum, gremium miſericordiæ (quem mater eccleſia claudere nulli petenti cōſueuit more pij patrisfamilias qui filium primum prodigum, & poſtea pœnitentem paternè ſuſcepit) ſtudeant liberaliter apetire, & tąles redire volentes, quantumcunque eorum exceſſus graues fuerint vel enormes, iuxta cuiuſlibet ordinis diſciplinam ſiue regulam & conſuetudinem obſeruatam, ſine contradictione recipiant & admittant, ita tamen quòd propter eorū exceſſus, nec victus nec veſtitus eis ſubtrahatur, ſed aliàs regulariter puniantur, vt præfertur, prout ipſi prælati, abbates, abbatiſſæ, præpoſiti, priores, & magiſtratus ſententiam ſuſpenſionis à diuinis, quam in contrafacientes, ſex dierum canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis ferimus, voluerint euitare.

Idem de monialibus. CAP. XXX.

SAcras apoſtolicas cōſtitutiones debitæ executioni demādātes, hoc noſtro ſtatuto inhibemus, vt ſanctimoniales cuiuſcunque ſint religionis vel ordinis noſtrarum ciuitatis & diœceſis, quæ in ſuis monaſteriis ſub perpetua clauſura manere iubētur in cōſtitutionibus apoſtolicis antedictis, ita ꝙ nulla earū religionem tacitè vel expreſſe profeſſa quacūque ratione vel cauſa, niſi fortè tali morbo euidenti aliquam earum laborare cōſtaret, quòd nō poſſet cum aliis abſq; graui periculo vel ſcandalo cōmorari monaſteria ipſa egrediendi ſit facultas, deinceps abſque licentia ſuperiorum ſuorū quam nō niſi ex cauſa expreſſa vel ineuitabili exigente neceſſitate concedi volumus, monaſteria ſua nō exeant, prout dictarum cōſtitutionum pœnas & vltionem canonicam voluerit eui-

tare: Quódque vt ipſę ſanctimoniales à publicis & mūdanis aſpectibus ſeparatæ, Deo liberius ſeruire,& laſciuiendi opportunitate ſublata,corda ſua & corpora in animi ſanctimonia diligētius cuſtodire valeant, vniuerſis & ſingulis eccleſiaſticis & regularibus perſonis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis interdicimus & prohibemus,ne abſq; rationabili & manifeſta cauſa,& ſine ſuperioris,ad quē pertinet,licentia ſpeciali, ipſa monaſteria ſanctimonialium ſubintrent, ſub pœnis ſuſpenſionis in eccleſiaſticas, & excōmunicationis in ſeculares perſonas,prout de iure poterimus,contra ipſos procedemus. Ad idem.

ITem præcipimus,& ſub pœna excōmunicationis mandamus,ne etiā ipſi prælati,prouiſores, aut præpoſiti monaſteriorū monialium,noſtrarū ciuitatū &diœceſis,ipſa monaſteria ſeu clauſtra quouis modo introeant, niſi magna & euidens neceſſitas id expoſcat.Quæ ſi talis fuerit,nequaquā tamē huiuſmodi ingreſſum ſine religione & ſocio ſibi comite facere præſumant,pœna ſub præmiſſa: & ſi ex iuſta & honeſta cauſa cuiquā perſonarum ſui monaſterij loqui voluerint,hoc in eccleſia ſub bono teſtimonio faciāt manifeſtè,ne ſiniſtra contra ipſos ſuſpicio oriatur, alioquin graui ſubiaceant vltioni. Ad idem.

ITem mandamus ſub pœna excōmunicationis ſimiliter,ne capellani aut ſcholares monaſteriorum monialium ſeu illi qui cōuerſi dicuntur,abſque licentia præpoſitorū prouiſorum eorundem monaſteriorū clauſtra vel clauſuras monialium, perſonis mūdanis prohibitas, aut cum monialibus per feneſtras colloquium habeant. Cōtrarium facientes & prępoſitis ſeu prouiſoribus monaſteriorum inobedientes & rebelles, in hac parte prout eorū rebellio vel pertinacia exegerit, nobis aut commiſſario noſtro in hac parte fideliter ſtudeant intimare. *De magiſtris ſcholaſticis.* CAP. XXI.

QVia nōnullis propter inopiā & legendi ſtudiū opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranen. cōcilio pia fuit inſtitutione prouiſum vt per vnāquamq; cathedralem eccleſiā magiſtro qui clericos eiuſdē eccleſiæ, alióſque ſcholares pauperes gratis inſtrueret,aliquod competens beneficium præberetur,quo & docentis releuaretur neceſſitas,& via pateret diſcentibus ad doctrinam.Verùm quoniam in multis eccleſiis id minimè obſeruatur,nos prædictū

roborantes

roborantes ſtatutum, adiicimus, vt non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiã in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, cõſtituatur magiſter idoneus, à prælato cum Capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte Capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarũ & aliarum gratis in grammatices facultate & aliis inſtruat iuxta poſſe. Volumus etiam, vt prælati & Capitula tam Cathedralium quàm collegiatarum eccleſiarum, qui magiſtros huiuſmodi aſſumendi, recipiendi, ac cõſtituendi habẽt facultatem modernis peruerſarũ dogmatum & pernicioſarum nouitatum temporibus, neminem in magiſtrum recipiant ſeu aſſumant, niſi de cuius vita integritate, ſcientia, moribus, ac conuerſatione, plenam & perfectam habeant notitiam, & qui peruerſarum dogmatũ fermento conſperſus infectúſque non ſit, ne tenera iuuentus cum lacte venenum imbibat, & ea diſcat quæ poſtea non ſine magno ſalutis diſcrimine ac ingẽti labore dediſcere vix aut nullatenus poſſit. Cæterum, magiſtros qui tales reperti fuerint, mox deſtituendos, amouendóſque diſtrictiſſimè mandamus.

De cuſtodia Euchariſtiæ & reuerentia ſacramentorum. CAP. XXXII.

NE propter irreuerentiam ſacramentorum ira Dei ſequiat in miniſtros, ſtatuimus vt Euchariſtia, chriſma, & oleũ ſanctum ſub diligenti cuſtodia ſeruentur. Cùm autem ſacerdos Euchariſtiam vel oleum infirmorũ ad decumbentem deportauerit, videat, quòd ſuperpellicio, ſtola ſeu orario ſit indutus, ſuppoſito mũdo velamine, manifeſtè & honeſtè, lumine ac etiam cãpanella, Euchariſtiæ præcedentibus ſacramentum. Hæc facienti ac omnibus etiam verè pœnitentibus & confeſſis, qui ſacerdotem Euchariſtiam vel oleum infirmorum, vt ſic deferẽtem eundo vel redeundo aſſociauerint, vel ſequuti fuerint, & hoc de die faciunt, decem: ſi vero de nocte cum lumine proprio vel alieno, viginti dierum de iniunctis ſibi pœnitentiis, præter indulgentias ab aliis & authoritate apoſtolica conceſſas, authoritate noſtra ordinaria miſericorditer in domino relaxamus. Similiter in miniſtratione ſacramenti baptiſmatis, vt ſacerdos ſuperpellicio ac ſtola vtatur, volumus atque mandamus.

Ad idem de cuſtodia Euchariſtiæ.

COnſiderantes quàm grauiter glorioſus Deus propter ſacramentorum irreuerentiã offendatur: ideo quanquam

circa ſacramentorum cuſtodiam & reuerentiam ſufficienter ſancitū dignoſcatur, quia tamē vt quotidiana edocemur experientia, ſacerdotes cùm diuiniſſima Euchariſtiæ & extremæ vnctionis ſacraméta ad infirmos deportant, incautè cum calopedibus & ſcādaloſè ac turpiter capite nudo aut vix birreto ſuperpoſito, nō ornatis capillis in mundi cōſpectū procedant, diſtrictè præſenti ſtatuto inuiolabiliter duraturo, ſancimus, vt cōſtitutio proximè præinſertā firmiter obſeruetur, ac quilibet presbyter ſic infirmos Euchariſtię & extremę vnctionis ſacramentis accedens, abſq; calopedibus, & capite almutio (ſi ſaltem tali in loco almutia ſolita ſint) portari tecto alioquin caputio clericali per collū tracto, vt ſola facies nuda appareat, deuotè ac religioſè pręcedentibus lumine & cāpanella, iuxta eiuſdem cōſtitutionis tenorem incedat, indulgentias inibi expreſſas Chriſti fidelibus in domino elargientes. Si qui vero conſtitutionem noſtram ſeruare contempſerint, ſe vltionem noſtram grauem non euaſuros agnoſcant.

De baptiſmo, ex Concilio prouinciali Fritzlarien.

CAP. XXXIII.

Baptiſmus cum ſumma reuerētia celebretur, maximè in diſtinctione & prolatione verborum, in quibus ſacramenti virtus cōſiſtit, his ſcilicet verbis: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, amen. Doceant etiam ſacerdotes, tam mares quàm fœminas in neceſſitate paruulos baptizare, eadē forma in ſuo idiomate, & quòd patres & matres proprios infantes, ſi ſumma neceſſitas exigat, poterunt baptizare: & ſi ſacerdotes ſuper hoc diligentius requirentes, debitam formam ſeruatam in baptiſmate inuenerint, quod factum eſt approbent, ſupplentes circa baptizatum quo ad vnctionē olei in pectore & in ſcapulis, & chriſmatis in vertice, quod à laicis eſt omiſſum: ſi autem in baptiſmate debibitam formam nō inuenerint obſeruatam, nō differant pueros iterum baptizare.

De eccleſiarum procuratoribus. CAP. XXXIIII.

Quorūdam fidedignorū didicimus relatione, quod plurimarum eccleſiarū noſtrę diœceſis procuratores laici duntaxat cōſtituāntur, qui ad eorum nutum cum pecuniis & rebus earundem eccleſiarum abſque plebanorum ſcitu & conſenſu propria commoda quærant, ac mercationes & contractus interdum vitioſos cum illis exerceant, &

eas

eas ad alios priuatos vſus conuertere non formident, nec de per eos perceptis, collectis, imburſatis & geſtis in præſentia plebanorum, quorum tanquam procuratorum principalium intereſt, rationem reddere ſtudeant, fabricas eccleſiarum huiuſmodi & eorum animas miſerabiliter defraudando, quod profectò periculoſum fore arbitramur. Quamobrē eccleſiarum indemnitati & ſubiectorum ſaluti prouidere cupientes, præſenti conſtitutione ordinamus, vt deinceps cuiuſlibet eccleſiæ noſtræ diœceſis rector ſiue plebanus tanquam principalis, & cum eo ad minus duo laici huiuſmodi procurationis officia, citra eorum priuata cōmoda fideliter cum ſcitu & cōſenſu plebani exerceant ac vtilitatē eccleſiæ promoueant, rationem de ſingulis per eos leuatis, collectis, diſtributis, actis & factis, in præſentia ipſius rectoris ſiue plebani, tanquā principalis procuratoris, coram his qui ad hoc ſunt deputati, temporibus conſuetis faciēdo, prout de hoc in extremo iudicio reſpōdere velint. Qui autem huiuſmodi noſtri ſtatuti rebelles fuerint reperti, per eorum plebanos & paſtores monitione præuia excommunicari poſſint & debeāt, ad quod eiſdem plebanis præſentis ſtatūti vigore liberam damus facultatem.

De celebratione Miſſarum & horarum Canonicarum perſolutione, & de concionatoribus, ex Concilio prouinciali Moguntino. CAP. XXXV.

PRædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhæredo ſtatuimus, inhibentes ſub excommunicationis pœna, quā in omnes tranſgreſſores huius ſacri approbatione Concilij decernimus ferēdam, vt nullus ſacerdotum nouitiorum, illa die, qua celebrare intendit primam Miſſam, in exordium publicationis ſui ſacratiſſimi officij, oblaturus Deo primitias gratiæ ac ſalutis ſibi collatæ, aliquos ad conuiuium inuitare aut inuitatos habere aut procurare per ſe vel per alium quoquo modo præſumat, ſed ad ſolum Deum cuius militiæ eſt aſcriptus, dirigat aciem ſui cordis, maximè die illa deuotus, & curis ac ſolicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum diſtrahuntur exutus, remotus à vanitatibus, hiſtrionum curſibus, tumultibus & inſolentiis reproborum, qui etiam ſæpe venire ſolent non vocati. Si qui autē pōſt vel antē (octo dierum ſpatio ſeu plurium intermedio) amicorum honeſtam conuocationem habere velint, abſque hiſtrionum curſibus fieri non vetamus.

Quomodo diuinũ officium ſit celebrandum. CAP. XXXVI.

SAncta generalis ſynodus Baſilié. reformationi ſtatus clericalis intẽdens, etiã inter alia de celebrãdo diuino officio, & horis canonicis ritè perſoluendis, ac nõnullis aliis circa cultũ diuinum neceſſariis certas ordinationes fecit tenoris infraſcripti: Si quis prĩcipẽ ſeculi rogaturus habitu hone ſto, geſtu decenti, prolatione non præcipiti, ſed diſtincta, attẽta quoque mente ſeipſum ac verba ſtudet cõponere, quãto diligẽtius in ſacro loco omnipotentẽ oraturus Deum, hęc omnino facere, curare debet? Statuit igit̃ ſancta ſynodus, vt in cũctis cathedralibus ac collegiatis eccleſiis horis debitis, ſignis cõgrua pulſatione præmiſſis, laudes diuinæ per ſingulas horas nõ curſim ac feſtinanter, ſed tractim & cum pauſa decẽti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorũ debitam faciendo inter ſolẽne ac feriale officium differẽtiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac ſuperpellicis mundis, vltra medias tibias longis, vel cappis, iuxta temporum ac regionũ diuerſitatẽ, eccleſias ingrediãtur, nõ caputia, ſed almutias vel birreta tenẽtes in capite. Quj cùm in choro fuerint, grauitatem ſeruent, quã & locus & officiũ exigunt, nõ inſimul aut cum aliis confabulãtes ſeu colloquẽtes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes. Et cum pſallendi gratia ibidem cõueniant, muta ac clauſa labia tenere nõ debent, ſed omnes præſertim qui maiori funguntur honore, in pſalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur: Gloria patri & filio, & Spiritui ſancto, Sicut erat in principio, &c. omnes conſurgant. Cum nominatur glorioſum illud nomen Ieſus, in quo omne genu flectitur, cœleſtiũ, terreſtrium & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem dum horæ in communi publicè cantãtur, legat vel dicat priuatim officium. Nam non ſolum obſequium quo obnoxius eſt choro, ſubtrahit, ſed alios pſallentes perturbat. Super his debitè obſeruandis aliiſque ad diuini officij proſecutionem ac chori diſciplinã ſpectantibus, Decanus vel cui onus incumbit, diligẽter inuigilet, hinc inde ne quid inordinatè fiat, circunſpiciens. Horum autẽ trãſgreſſores, illius horæ in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia maiori, prout trãſgreſſionis grauitas exigit, plectẽtur pœna, laudabilibus tamen cõſuetudinibus, ſtatutis ac obſeruantiis ſpecialibus eccleſiarum ſingularum ſaluis.

Quo

Quo tempore quiſque debeat eſſe in choro. CAP. XXXVII.

QVi in Matutinis ante finẽ pſalmi, Venite exultemus: in aliis horis ante finem primi pſalmi: in Miſſa ante vltimum Kyrie eleiſon, vſque in finem, diuino officio nõ interfuerit, niſi fortè neceſſitate cogẽte, ac petita & obtẽta à pręſidente chori licẽtia, diſcedere oporteat, pro illa hora abſens cenſeatur, ſaluis eccleſiarum cõſuetudinibus, ſi quæ fortè circa hoc arctiores exiſtãt. Idem in his obſeruetur, qui à principio vſque in finem in proceſſionibus non permanſerint, pro cuius executione deputetur aliquis onus habẽs notandi perſonas ſingulas ſtatuto tempore non conuenientes iuramẽto aſtrictus agere fideliter & nulli parcere. Iubet etiam hæc ſancta ſynodus, quòd in illis eccleſiis, in quib⁹ ſingulis horis certæ diſtributiones ſtatutæ non ſunt, omnino etiam de groſſis fructibus (ſi opus ſit) deputentur, vt iuxta menſuram laboris plus minúsve quiſque capiat emolumẽti, tollens prorſus abuſum illum, quo in vna duntaxat hora præſens, totius diei diſtributiones vſurpat, & illum quo Præpoſiti vel Decani, aut alij officiales, ex hoc ſolum quòd officiales ſunt, licet actualiter pro vtilitate eccleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones percipiunt.

Qualiter horæ canonicæ extra chorũ dicẽdæ ſint. CAP. XXXVIII.

QVoſcunque etiã alibi beneficiatos ſeu in ſacris cõſtitutos, cum ad horas canonicas teneãtur, admonet hęc ſancta ſynodus, ſi orationes ſuas Deo acceptas fore cupiunt, vt non in gutture, vel inter dentes ſeu deglutiẽdo, aut ſyncopãdo dictiones, nec colloquia vel riſus intermiſcẽdo, ſed ſiue ſoli, ſiue aſſociati, diurnũ nocturnumque officiũ reuerenter, verbiſque diſtinctis peragant, ac tali in loco, vnde à deuotione non retrahantur, ad quã ſe diſponere & præparare debent, iuxta id quod ſcriptum eſt, Ante orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi qui tentat Deum.

De his qui tẽpore diuinorũ vagãtur per eccleſiã. CAP. XXXIX.

QVicũq; in eccleſia beneficiatus, præſertĩ de maioribus diuinorũ tẽpore per eccleſiã, vel foris circa ipſam deãbulãdo, aut cũ aliis colloquẽdo, vagari viſus fuerit, nõ ſolum illius horę, ſed totius diei pręſentiã ipſo facto amittat, Qui ſi ſemel correctus, nõ deſtiterit, per mẽſem diſtributionibus careat vel grauiori (ſi pertinacia exegerit) pœnæ ſubiaceat, ita vt tãdẽ deſiſtere cogatur. Prohibeatur etiã ne diuina

officia tumultuoſi quorūcunq; per eccleſiam diſcurſus impediāt aut perturbēt. Regulares, qui ī cōuētualib⁹ eccleſiis cir ca prędicta exceſſerīt grauiter ſuperioris arbitrio caſtigent̄.

De tabula pendente in choro. CAP. XL.

VT cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet ſciat, quid ſibi agendū imminet, ſtatuatur tabella aliqua continuę pendens in choro, in qua quid per vnūquenque ex canonicis vel aliis beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam, aut maius tempus legendum, cātandúm ve ſit, ſcribatur. Qui autē ſecūdum quod ibi deſcriptus fuerit, facere per ſe vel alium neglexerit, pro qualibet hora diſtributiones vnius diei amittat.

De tenentibus capitula tempore Miſſæ. CAP. XLI.

PRohibet hæc ſancta ſynodus vt tēpore Miſſæ maioris, præſertim ſolēnibus diebus, capitula ſeu actus capitulares, aut alij tractatus per Canonicos nō celebrentur, niſi forte vrgens & euidens ingrueret neceſſitas. Qui vero ad talē horā capitulū indixerit, à diſtributionibus quotidianis per hebdomadam ſit ſuſpenſus, neque ipſi Canonici pro illa hora diſtributiones ipſas lucrentur.

Experientia docti nouimus, quòd quidam verbum Dei in eccleſiis noſtrarū ciuitatis & diœceſis ſeminātes, religioſi, & ſeculares presbyteri, interdum rancore moti cótra ſe inuicē prædicare non verentur, in populi ſcandalum & exemplum pernicioſum. Nos conſiderantes, quòd ſicut ex indiſcreto ſilētio ſæpius error poſt ſe relinquitur, ita & incauta loquutio ſæpius errorē inducit. Idcirco præſenti ſtatuto inhibemus, ne quis prædicantium in monaſteriis & eccleſiis noſtrarum ciuitatis & diœceſis, ſiue religioſus, ſiue ſecularis exiſtat, de cætero contra alium quicquam in cācellis prædicet, ſed ſi errorem, hæreſim, vel quid aliud aliquis ex ipſis prædicauerit: id nobis vel noſtro vicario in ſpiritualibus referatur, ne ex huiuſmodi contentione publica ſcandala in populo & pericula conſurgant animarum, ſecus facientes pœnam grauem & condignam non euadent.

De ſponſalibus & matrimoniis. CAP. XLII.

QVāuis in generali Cōcilio Innocētius papa tertius ſufficiēter ſtatuerit, ne quis ſacerdos clādeſtinis matrimoniis interſit, inhibēs nihilominus ne talia clādeſtina matrimonia cōtrahātur, cū tamē, quod dolēter referimus.

prædicta

prædicta clandeſtina matrimonia ſæpius contrahantur, per quæ grandia ſcandala, & animarũ pericula non modica inſurgunt, prohibemus de cætero clandeſtina matrimonia cõtrahi iuxta cõſtitutionem in Concilio generali editam, quæ habetur in c. fin. De clandeſtina deſpõſatione, infra ſcriptã, quam in omnibus parochialibus eccleſiis præcipimus ſingulis annis per plebanum & curam animarum habentem quater publicari. Ne autem conſtitutio prædicta cuiquam ſit incognita, eam etiam de verbo ad verbum hic inſeri volumus, cuius tenor ſequitur & eſt talis:

Cum inhibitio copulę coniugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata, eã in aliis volumus diſtrictè obſeruari: vnde prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, clandeſtina matrimonia penitus inhibemus: Prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialẽ quorũdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, vt cũ matrimonia fuerint contrahenda in eccleſiis per presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illũ qui voluerit aut valuerit legitimum impedimentum opponat, ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis cõiectura contra copulam cõtrahẽdam, cõtractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo manifeſtis cõſtiterit documentis. Si quis vero huiuſmodi clandeſtina vel interdicta cõiugia inire præſumpſerit in gradu prohibito etiam ignorantes, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cùm illi taliter contrahendo non expertos ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorãtiæ videãtur. Pari modo proles illegitima cenſeatur: ſi ambo parentes impedimentũ ſcientes legitimum, præter omne interdictum, etiã in conſpectu eccleſię cõtrahere pręſumpſerunt. Sane, ſi parochialis ſacerdos tales cõiunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiam regularis qui eis præſumpſerit intereſſe, per triẽnium ab officio ſuſpẽdatur, grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & his qui taliter copulari præſumpſerint etiam in gradu cõceſſo, pœnitentia condigna iniungatur. Si quis autem ad impediẽdam legitimam copulam malitioſè impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

Hac conſtitutione prohibemus,ne quis plebanorũ ſeu curatorũ ciuitatis & diœceſis Hildeſemen.de cætero clãdeſtinis matrimoniis interſit:quòd ſi ſecus fecerit,vltra pœnas canonis prædictas cõdignè mulctetur. Si autem aliqui ex ſubditis matrimonium clandeſtinè contraxerint, mox poſtquã hoc ſciuerint,eos moneat, vt matrimonium per eos contractum in facie eccleſiæ infra proximũ mẽſem ſolennizẽt,qui etiam infra tempus & ſpatium menſis eis præfigendũ matrimonium huiuſmodi in facie eccleſiæ ſolennizare legitimo ceſſante impedimento teneantur. Et ſi id facere contempſerint,ſeu eorum Curatus,vt præfertur, ipſos monere nõ curauerit,tam curatus quàm contrahentes, iuxta dictam cõſtitutionem & alias, canonicè puniantur.

De Iudæis. CAP. XLIII.

NE Iudæi de cætero in ciuitate & diœceſi noſtris nutrices ſeu ſeruiẽtes habeant Chriſtianas,diſtrictius inhibemus,quia indignum eſt quòd filij liberi filiis famulentur ancillæ,omnibus ipſorum ſeruientibus ac nutricibus præcipientes,vt à ſeruitiis earum infra proximũ menſem,à publicatione præſentium recedant,quos etiam Iudæi liberè dimittere teneantur,& tranſgreſſores huius ſtatuti condigna animaduerſione puniantur.

Ad idem.

QVoniam dudũ id generalibus Cõciliis,& in ſacra prouinciali ſynodo Moguntinen. nouiſſimè celebrata, inter cętera de Iudęis & crucis Chriſti inimicis,ſub ceſſatione diuinorũ & pœna ſubtractionis, communionis,ſtatutum & mandatum reperitur,quòd etiam nuper in conuentu Imperiali Auguſten. per piiſſimum & inuictiſſimum dominũ, dominum Carolum quintum Romanorum Imperatorem in reformatione ſua Imperiali ibidem facta ſimiliter repetitũ, ac de nouo eſt ordinatum & diſpoſitũ,quòd Iudęi ſigna deferre debeant,per quæ à Chriſtianis diſtingui & diſcerni videantur,declarando & adiiciendo tale ſignum eſſe debere, circulũ videlicet de filis croceis in veſte extrinſeca ante pectus,quo ad mares ac maſculos:& duas rigas blauei coloris in peplis mulierũ quo ad fœminas. Cum autem parũ proſit ſtatuta condere & eorum exequutionem negligere,idcirco cõſtitutione præſenti præcipimus diſtrictè vniuerſis Iudæis per ciuitatẽ & diœceſim noſtras habitãtibus,ſub pœna quin

quaginta

quaginta florenorum Rhenen. mandantes,quatenus huiuſmodi ſigna extrinſeca iuxta declarationem Cæſareæ & catholicæ maieſtatis prædictam deferant cõformiter,& ad hoc per poteſtatem ſecularem & officiales & regentes cõpellantur:alioquin contra ſecus facientes officiales & regentes,ad ſubtractionem ſacramenti Fucharistiæ,& nihilominus etiam cõtra Iudæos ad excluſionem communionis fidelium & alias pœnas, prout de iure procedatur.

De adulteriis. CAP. XLIIII.

QVædam perſonæ relicto legitimo thoro,nõ verentur vna domo in adulterinis amplexibus manifeſtè cohabitare,in ſcandalũ plurimorũ,quorum ſaluti prouidere volentes omnibus rectoribus,plebanis & curatis, noſtrarum ciuitatis & diœceſis in virtute ſanctæ obediẽtiæ diſtrictè præcipiendo mãdamus,quatenus omnes & ſingulos,qui in adulterinis amplexibus inſimul reſidere nõ verẽtur, admoneãt, requirant,& exhortentur, vt infra quindecim dies ab inuicẽ diſcedẽt, & ſi mandato huiuſmodi obedire cõtempſerint, & poſt dictos quindecim dies(quod abſit)inſimul cohabitauerint,tales in eorum vita ab eccleſiaſticis excludantur ſacramentis,& poſt mortem niſi pœnitentiã egerint de cõmiſſis eccleſiaſtica careãt ſepultura,& nihilominus ad nos vel vicarium noſtrũ pro abſolutionis beneficio conſequendo remittantur. Ipſi verò rectores, plebani, & curati qui eos monere obmiſerint à nobis,vel vicario noſtro,canonicam expectare ſe non dubitent vltionem:quibus etiam ſub ſimili comminatione diſtrictius iniungimus,vt eorundem rebellium nomina,infra alios quindecim dies nobis vel vicario noſtro denũtient,vt contra eoſdem ad vlteriora procedere valeamus.

De raptoribus. CAP. XLV.

SPoliatores ſtratarum ac raptores alios,qui tranſeũtes per vias & ſtratas publicas,viduas, pupillos & perſonas alias, præſertim eccleſiaſticas, eorum bonis ſpoliant, propter eorum violentias, quæ perturbationem deſiderandæ pacis inducunt,tali volumus noſtro ferienti correctionis gladio pœna mulctari,vt tam ipſi quàm receptãtes eos & ſcienter dantes eis auxilium vel fauorem.ipſo facto ſint anathematis vinculo innodati. Hoc quidem ſtatutum, volumus anno quolibet in ſingulis quatuor feſtiuitatibus principalibus ſi ſermo eodẽ die fiet: alioquin die ſequẽti proximo dum ſermo fue-

rit in quibuſlibet eccleſiis ciuitatis & diœceſis noſtrarum, in cancellis publicari.

De vſuris. CAP. XLVI.

VSurarios actus diuina & humana lege ſatis nouimus exprobratos: & cõtra exercẽtes vſuras, nouiſsima cõſtitutio Cõcilij Lugdunẽ. pœnas ſtatuit exquiſitas, ſed quia quæſito fœnerãdi colore, nõnulli ſub titulo venditionis exercẽt vſuras, qui pecunias mutuãt datis induciis vt ſtatuto die recipiant fruges fortè in duplo valore, quas deinde ampliori pecunia vẽdant, Quidã etiam emendo rem pro certa quantitate venditori dimiſſam, ſtatuto termino pro adaucto numero vſurarũ quantitate reuendunt: His fraudibus obuiando prohibemus, ne quis vſurarium abſoluat publicum, vel ad eccleſiaſticam recipiat ſepulturã. niſi cautione præſtita de vniuerſis reſtituẽdis iuxta conſtitutionẽ apoſtolicam in Cõcilio Lugdunen factam, quæ habetur de vſuris libro ſexto, quæ incipit: Quanquã, &c. quam in omnibus parochialibus eccleſiis præcipimus ſingulis annis per regentẽ curam animarũ ſemel videlicet in dominica Quadrageſimæ, qua canitur Iudica, &c. ſolenniter publicari. Ne autem cõſtitutio prædicta cuiquam ſit incognita, illam voluimus hic de verbo ad verbum inſeri:

Quanquã vſurarij manifeſti de vſuris quas receperant ſatisfieri expreſſa quantitate vel indiſtinctè in vltima volũtate mandauerint. nihilominus tamen eis eccleſiaſtica denegetur ſepultura, niſi de vſuris ipſis fuerit, prout patiũtur facultates eorum, plenariè ſatisfactum: vel illis quibus eſt faciẽda reſtitutio, ſi pręſto ſint ipſi, aut aliis qui poſsint eis acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, ſiue rectori parœcię, in qua teſtator habitat, corã aliquibus fide dignis de ipſa parœcia, quibus quidẽ ordinario vicario aut rectori prædicto modo, cautionẽ huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis autoritate recipere: ita, quòd illis perinde actio acquiratur, ac ſi ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum vſurarum ſit quantitas manifeſta, illã ſemper in cautione prędicta exprimi volumus: alioquin aliam recipiens cautionem huiuſmodi arbitrio moderandã, ipſe tamẽ ſcienter non minorẽ, quàm veriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactionẽ reſidui teneatur. Omnes autẽ religioſos & alios qui manifeſtos vſurarios contra

præſen-

præſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticā auſi fuerint admittere ſepulturam,pœnæ Lateranē. Cōcilij cōtra vſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere. Nullus manifeſtorū vſurariorū teſtamentis interſit,aut eos ad confeſsionē admittat,ſiue ipſos abſoluat: niſi de vſuris ſatiſfecerint,vel de ſatisfaciēdo pro ſuarum viribus facultatū præſtēt(vt præmittitur)idoneam cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter facta non valeant,ſed ſint irrita ipſo iure.

De pœnis occaſione interdicti. CAP. XLVII.

SAcri prouincialis Cōcilij ordinationi inhærendo hac cōſtitutione perpetuo valitura,ordinatione reuerendiſsimi dñi cardinalis Cāpegij legati in ſua reformatione præinſerta,poſita pro præſenti rerū ſtatu ſalua ſancimus,vt ſi in antea aliqua eccleſiaſtica vel ſecularis perſona cuiuſcunque dignitatis ſtatus vel cōditionis exiſtat,inſtigante diabolo infra ciuitatem & diœceſim noſtras,clericum,aut pro clerico ſe gerētem interfecerit, aut mutilauerit, aut ſine licentia ſuperioris ipſius clerici captiuauerit,aut detinuerit,eo ipſo in terris,eccleſiis,parochiis totius archipresbyteratus in quo huiuſmodi delictum commiſſum, aut clericus huiuſmodi captus fuerit, non ſolum in illo archipresbyteratu,ſed etiam in quibuſcūque aliis archipresbyteratibus in quibus quempiam taliū detineri conſtiterit, & in omnibus locis, in quibus interfector ſeu mutilator,aut captor,ſeu eius complices,& ipſi conſilium, auxilium,& iuuamen præſtantes,domicilium,aut dominium obtinentes, & ſiue de facto, ſiue de iure iuriſdictionem, exercuerint, aut obtinuerint, vel moram traxerint, & ad quæ deuenerint,& quandiu in eiſdem fuerint,& poſt cuiuſlibet ipſorū abinde receſſum ad tres dies cōtinuos ipſos facto ceſſetur à diuinis, & ſeruetur ſtrictiſsimè eccleſiaſticū interdictū tam diu,& quouſque læſo nobis & eccleſiæ fuerit de tāto flagitio ſatisfactum,aut interdictū huiuſmodi aliàs fuerit legitimè relaxatū: tales etiam iniuriatores tanquā excōmunicati eo ipſo,à ſingulis arctius euitentur,donec abſolutionis beneficium meruerint ligitimè obtinere. Ne autem hi iuxta promiſſa interdictum ſeruare debentes, ſe valeant per ignorantiam quomodolibet excuſare,præcipimus,vt rectores ſeu plebani eccleſiarum parochialium, in quorum parochiis facinora prædicta cōmiſſa fuerint,ſtatim,& infra vnius diei ſpatiū archipresbytero ſi præſens in archipresbyteratu fuerit,

ſtico poſsit ſupponit īterdicto, niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorū, locorum ipſorum, aut domini, ſeu rectoris, vel Officialium. Propter culpam verò ſeu cauſam alterius cuiuſcunq; priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſsint authoritate quacunq; ordinaria vel delegata, niſi talis perſona fuerit prius excommunicata, aut denuntiata, ſiue in eccleſia publicata, ac domini, ſeu rectores, vel Officiales authoritate iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduū inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduū eiecta recedente vel ſatisfaciente, mox diuina reſumi poſsint, quod etiam in pendētibus locum ipſa ſynodus vult habere: per hanc tamen cōſtitutionem, non volumus eſſe ſublatam conſtitutionem noſtram præmiſſam, quæ incipit, Sacri prouincialis.

De pœnitentiis & remiſsionibus. CAP. XLVIII.

TAmetſi iuxta ordinationem & conſtitutionē ſanctæ matris Eccleſiæ in concilio Lateran. ſub Innocentio tertio celebrato editā & factā, quæ habetur ſub titulo De pœnitētiis & remiſſionib⁹ in antiquis, quilibet doli capax teneatur ſaltē ſemel in anno cōfiteri proprio ſacerdoti, vel de eius licētia alteri, & Euchariſtię ſacramentū ad minus in paſcha recipere. Certificati tamen ſumus (quòd certè dolenter referimus) quòd nonnulli ciuitatis & diœceſis noſtrarū incolę & inhabitatores his turpatiſsimis pernicioſarū dogmatū & nouitarū temporibus, etiam pluribus annis nō ſint cōfeſsi, nec ſacrū Euchariſtiæ receperint ſacramentū. Itaque pro paſtoralis officij noſtri debito, vt tales circa propriam ſalutē deſides, ad meliorem vitam omni ſtudio & ſolertia reducantur, diſtrictè præcipimus & mandamus, dictā Lateranen. Cōcilij conſtitutionem in omnibus parochialibus eccleſiis annis ſingulis per eccleſiarū parochialiū rectores & curam animarum habentes, bis in Quadrageſima, ſemel in dominica Inuocauit, & iterum in dominica qua canitur Lætare, publicè & ſolenniter publicari. Et ne conſtitutio huiuſmodi cuipiam ſit incognita, illam præſentibus verbo ad verbum inſerendam curauimus:

Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquā ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter cōfiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctā ſibi pœnitētiā propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſcha Euchariſtię ſacramentū, niſi fortè de pro-

prij ſacerdotis cõſilio ob aliquã rationabilẽ cauſam ad tẽpus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendũ, alioquin & viuẽs ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriẽs Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutũ frequẽter in eccleſiis publicetur, ne quiſque ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis aũt alieno ſacerdoti voluerit iuxta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cũ aliter ipſe illũ poſsit abſoluere & ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinũ & oleũ vulneribus ſauciati, diligẽter inquirens & peccatoris circũſtantias & peccati, quibus prudẽter ĩtelligat, quale debeat ei præbere cõſiliũ, & cuiuſmodi remediũ adhibere diuerſis experimẽtis vtẽdo ad ſaluandum ægrotũ. Caueat aũt omnino ne verbo aut ſigno aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorẽ, ſed ſi prudentiori cõſilio indiguerit, illud abſq; vlla expreſsione perſonæ cautè requirat. Quoniã qui peccatũ in pœnitentiali iudicio ſibi detectũ præſumpſerit reuelare, nõ ſolũ à ſacerdotali officio deponendũ decernimus, verumetiam ad agendũ perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Quia nõnulli religioſi terminis ſuis nõ contenti in perditionẽ animarũ in caſibus ſedi apoſtolicę & nobis reſeruatis, in ciuitate & diœceſi noſtris ſubditos noſtros abſoluere pręſumũt, licet de hoc nullã receperint poteſtatẽ, pręſenti decreto inhibemus, ne deinceps nudo verbo ipſorũ religioſorum aſſerẽtiũ ſe talẽ habere poteſtatẽ, niſi aliàs de poteſtate huiuſmodi fecerint fidẽ legitimis documẽtis, credatur, declarantes abſolutiones eorũ in caſibus prædictis factas, nullas eſſe, niſi hoc ſpecificè à ſede apoſtolica, ſeu à nobis eis ſit conceſſum.

Ad idem.

Inſuper omnibus presbyteris curatis & nõ curatis noſtrarũ ciuitatis & diœceſis inhibemus, ne de caſib⁹ epiſcopalib⁹ nobis reſeruatis, quos duximus inferius annectendos, niſi quatenus iuxta tenorem præinſertæ reformationis reueren. domini Cardinalis Campegij de latere legati hoc ipſis conceditur ſeu permittitur, ſe intromittere audeant: ſed ad nos ſeu Vicarium noſtrum, omnes infra ſcripti remittantur, decernentes abſolutionem per eos abſque ſpeciali conceſsione noſtra ſeu Vicarij noſtri in caſibus huiuſmodi, præterquam in mortis articulo factam viribus penitus carere.

De ſen-

De ſententia excommunicationis. CAP. XLIX.

QVoniam excõmunicati abſolutos ſe eſſe nonnunquam mentiuntur, ex quorũ cõmunione pericula eueniunt animarum, præſenti conſtitutione inhibemus, ne de cætero quiſque ſacerdos cũratus nobis ſubiectus quamcunque perſonam eius parochiæ, quam ſemel per noſtras, ſeu vicarij vel Officialis noſtri literas excõmunicatorias ſigillatas excõmunicatam denuntiauit, aut contra quam tales literas vidit & recepit, vltra ad diuina ſua ſcienter admittat, vel coram eo celebret, aut abſolutum credat vel teneat, niſi abſolutionem ſuam literatoriè & ſigillatam illius ſigillo qui eum excõmunicauit ſibi prius oſtendat. Tranſgreſſores autẽ vltra pœnam iuris quam incurrant, pœnam condignam non euadent.

Quãuis cõtra abſentes ad ſynodũ vocatos ad pœnas iuris procedere id eorũ cõtumacia exigẽte poſſemus, ex cauſis tamen certis nos monentibus mitius agentes, ſub ſpe ꝙ in futurũ noſtra benignitate attẽta reddãtur obedientes, pœnarũ huiuſmodi effectũ duximus ſuſpendendũ, & ſuſpẽdimus per præſentes. Preterea, ne clerus noſter cẽſuris, & ſentẽtiis eccleſiaſticis authoritate ordinaria propter ſtatutorũ trãſgreſſionẽ, & nõ obſeruationẽ à nobis & prædeceſſoribus noſtris latas, dũmodo à iure latæ non ſint, inuoluatur, illas tollimus in his ſcriptis, eaſdẽ in arbitrarias pœnas per noſtrũ Vicariũ in tranſgreſſores infligendas committentes, citra tamen pœnarum iuris ſublationem, quibus per hoc nolumus derogare.

Caſus epiſcopis ſpecialiter reſeruati ſunt infra ſcripti. CAP. L.

REbaptizatus, Reconfirmatus, vel reordinatus.

Item: Qui matrimonium poſt ſponſalia iurata cum alia quàm ſponſa contraxerint.

Item: Mulier quæ antequam certificaretur de morte mariti, ſecundo contraxerit.

Item: Ille qui virginem deflorauerit, oppreſſerit, & rapuerit.

Item: Opprimens propriam prolem.

Item: In ſe ſterilitatẽ vel aborſum quomodolibet procurans.

Item: Homicidium, facto, præcepto, conſilio, conſenſu, authoritate propria, aut authoritatiua exhortatione, vel quouis alio modo committens.

Item: Inceſtum in tertio, aut proximiori gradu cõſanguinitatis, aut affinitatis committens.

Item: Voti tranſgreſſores.

Item : Simoniacus. Item: Vſurarius.
Item : Raptor. Item: Sacrilegus.
Item : Incendiarius. Item: Latro.
Ité: Eccleſiã cõſecratã ſanguinis vel ſeminis effuſiõe polluẽs.
Item: Quilibet eccleſiæ, vel cœmeterij, aut emunitatis, vel libertatis eccleſiaſticæ violator.
Item: Quilibet excommunicatus à canone vel cõſtitutione.
Item: Sacerdos proditor confeſſionis.
Ité: Celebrans in eccleſia interdicta, vel altari nõ cõſecrato, aut mobili, ſine licẽtia, vel ſine indumẽtis, aut nõ ieiunus.
Item: Nõ ordinatus celebrans vel miniſtrãs in ordine quem non habet.
Item: Sacerdos, cuius negligentia, vel culpa aliquid inhoneſtum, vel aliquod ſcandalum circa ſacramenta euenit.
Item: Quilibet deierans, ſeu veniens cõtra ſuum iuramentũ.
Item: Falſarius literarum & monetæ.
Ité: Quilibet manus violẽtas iniiciens in patrẽ & matrẽ ſuã.
Item: Quilibet coniugatus cõtrahens matrimonium, viuente vxore, cum ſecunda, vel intrans religionem, vel recipiens ſacrum ordinem coniuge inuita, & econtra.
Item: Coniunx qui & quæ in mortem coniugis effectualiter machinatus vel machinata fuerit.
Item: Scienter coiens cum infideli.
Item : Promotus per alium, quàm per proprium epiſcopum ſine licentia.
Ité: Furtiuè ſeu per ſaltũ vel extra ſtatuta tẽpora promotus.
Item: Excõicatus, vel ſuſpẽſus, aut interdictus in ordine ſuo miniſtrãs, vel qui taliter ligatus aliquem ordinẽ ſuſcepit.
Item: Scienter ſepeliens corpus excommunicati in cœmeterio, vel etiam non excommunicati tempore interdicti.
Item : Abutens quomodolibet ſacramentis Eccleſiæ, vtputa Hoſtia, Chriſmate, vel alia re ſacra.
Item: Omnis adulter & adultera ſaltem publicus & publica.
Ité: Quilibet ſcienter extra caſum neceſſitatis baptizãs propriã prolem, vel illã tenens in baptiſmo aut cõfirmatione.
Item: Omnis hæreticus, aut fautor, participatórve hæreticæ prauitatis.
Ité: Cõmittens Sodomiticũ crimen, aut cũ brutis cõmiſſum.
Item: Quilibet cum ſanctimonialibus coiens.
Item : Omnes clandeſtinè contrahentes ſponſalia, niſi infra

tempus

tempus ſtatuti ſuprapoſiti illa ſolennizauerint.

Poſtremo, ad ſiniſtræ ſuſpicionis tollēdū ambiguū, inhibemus ne quis ſacerdos, vel religioſus, de cætero confeſſione, mulierū audiat alibi quàm in loco publico vbi videri poſſit.

Lecta & publicata fuerunt hæc ſtatuta ſynodalia Reuerendiſſimi patris & dñi, D. Valentini epiſcopi Hildeſemen. in ſynodo epiſcopali per ipſum perſonaliter in ciuitate & eccleſia Hildeſemē. celebrata, die lunę poſt dominicā Lætare, quę fuit XVII. menſis Martij. Anno à natiuitate domini 1539.

FORMVLA VIVENDI CANONICORUM, Vicariorū & aliorum Presbyterorū ſecularium.

SIc Pſalmum dicā nomini tuo in ſeculum ſeculi, vt reddā vota mea de die in diem. Scribitur Pſalm. 60. Super hoc verbo dicit gloſ. Augu. Si vis in æternum pſallere, redde vota in iſto die, id eſt quod promiſiſti nunc ſolue, donec venias ad illū diem in quo perenniter cum omnibus ſanctis Deum laudes. De omnibus enim bonis quæ in præſenti facimus, Deum in futuro perēniter laudabimus. Quod igitur illic acturi ſumus, hîc inchoare debemus. Ecce venerabilis domine, quàm breue verbum, ſed fœcundum & omni ſuauitate plenū, veſtróque deſiderio aptiſſimum. Scribitis nanque & reſcribitis pro aliqua exhortatione & informatione vobis tranſmittenda, ſuper qualitate ſtatus veſtri, quaſi non habeatis ad manum ſanctorum regulas & formulas, iuxta quas ſecurè vos regulare poſſitis. Si non humilitas veſtra pariter & bona vita vos excuſarēt, decidendi nos occaſionem potius quàm exhortationem aut informationem expetere timeremus. Coacti igitur (Deus ſcit) facere tentamus quod neſcimus, & niſi ipſe calamum dirigat, inutilis erit labor iſte, ſed vtinam non pernicioſus. Nunquam enim ſermo exilis doctum quemlibet aut exaſperat aut impedit. Et cum ego veſtræ perſonæ notitiam nō habeam, niſi tantillum quod (ſicut dictū eſt) mihi presbyter eſtis, & cuiuſdam cathedralis eccleſiæ canonicus, idcirco ſecurè conſulere nō valeo.

De quinque horribilibus exēplis contra eos qui vitā ſuā emendare volentes, ſtatim cum compunctionis ſpiritum ſentiunt, ſe perfectos eſſe arbitrātur, & in modo viuendi eligendo ſanis conſiliis non vtuntur, ſed iuxta motum capitis ſuis ambulant. CAP. I.

Dicit beatus Gregorius in Paſtorali ſuo: Nō vna eadémq; cūctis exhortatio cōgruit, quia nec cunctos par morū qualitas aſtringit. Quod vni prodeſt, alteri nōnunquā obeſt. Dicā rem hanc breuiter ſub quintuplici exemplo quę vos in admiratione & cautelam magnā adducere debet. Non longè ante hos annos presbyter quidā fuit admodū bonę vitæ, quē hoc ordine diabolus decepit. Cōſuluit nāq; ſibi, vt ſe interficeret, vt martyr fieret, aſſerens hoc domino plurimum placere. Tandem miſer arrepto pugione proprium perfodit ventrem, ſperans in hoc obſequium ſe præſtare Deo: ſed cum plagam ſenſiſſet, illico exclamauit, dicens: Heu heu deceptus ſum. Accurrentibus autem vicinis & cauſam ſciſcitantibus, cuncta narrauit, móxque miſerabiliter vitam finiuit.

Alius quidā valde timoratę vitę, cū īformari nollet, ī erroneā cōſciētiā lapſus, dixit ſe deſperare de venia ꝓpter ſeueritatē iudiciorū Dei, qui ſimiliter laqueo ſe ſuſpēdēs, interiit.

Tertio, quidam presbyter caſtiſſimæ vitæ fuit, ita vt nec probatæ vitæ fœminis loqui auderet, verum cum ad beatam Mariam in eremo peregrinari diſponeret, virgo quædā ſancti propoſiti eidem ſe ſociauit, vt hac occaſione diu cōceptā deuotionē ſibi colloquendo reuelaret. Sed, proh dolor, poſt longa tandem colloquia in carnis vitium ſunt collapſi.

Altera etiam quædā virgo per omnia probiſſima mihi nota, cum non poneret modum deuotioni ſuæ, eo quòd iugiter orare & contemplari vellet, in freneſim perpetuam cecidit.

Quædam etiam virgo cū maritari nollet, ex magna deuotione à ſeculari cōuerſatione abſtinere diſpoſuit. Hanc inimicus in tantam auaritiæ facem depulit, vt de eius quoq; ſalute plurimum timeretur. Hæc, venerabilis domine, breuiter dixerim, vt è vicino oſtenderem, quantū etiam periculum in ſacris exhortationibus cōtingere poteſt, ſi non debitè applicantur. Ecce, ponamus ante noſtros oculos quinq; hos quos pręfati ſumus. Si primo dixerimus, quòd fortiter in via Dei ambulare debuerit, ecce inde occaſionem proprię necis accepit. Si ſecūdo dicamus vt Deū timeat, ecce, inde in deſperationem corruit. Si tertio dixerimus, proximū tuū ama ſicut teipſum. ecce propter hoc in luxuriā cecidit. Si quarto dixerimus, cōtemplationi inſiſte, ecce hac occaſione in amētiam peruenit. Si quinto dixerimus, vt prudēter ſe gerat in omnibus, ecce propterea penè in auaritiam irremediabiliter lapſa eſt.

eſt. Omnes hæ doctrinæ quàm ſanctæ quàm deuotæ ſint, ſed his perſonis ſic diſpoſitis quàm ſint pernicioſæ, dat idem beatus Gregorius exemplum de pane qui vitam fortiorum roborat & paruulorum necat. Similiter medicina quæ nonnunquam vni morbum minuit, & alteri vires aufert: ſic ſacra ſcriptura eſt quibuſdam odor vitæ in vitã, quibuſdã odor mortis in mortem. Neque hoc ideo venit quaſi ſacra exhortatio mala ſit, ſed propter inſufficientiam audientium, quę cõmuniter ex ſuperbia pullulare ſolet. Nã ſunt plerique qui quàm citò ſpiritum compunctionis ſentiunt, ſtatim ſe perfectos arbitrantur, neque vllius magiſterij moderamini ſe ſubdere volunt, dicentes: Ego ſum bonę voluntatis, totum quicquid dico aut facio, cordialiter noto &c. quaſi hoc ſufficiat cõtra tot antiqui hoſtis verſutias: & quia nunquam diſcipuli veritatis fuerunt, ideo facile à ſpiritu erroris ſeducuntur. Nulla enim ars haberi præſumitur, niſi prius intenta meditatione diſcatur. Dicit quidam venerabilis doctor, quòd bonæ voluntati nihil eſt periculoſius, ſi non recta ratione reguletur. Hoc eſt notabile & formidoloſum verbum, & dat rationem, quia de natura volũtatis eſt, quòd ſit cęca, & de natura boni eſt quòd ſit ſui diffuſiuum. Quæ igitur ſemper cæca eſt & vbiq; diſcurrere voluerit, quid illi reſtat, niſi caſus continuus? Vnde Cyrillus de hoc dicit: Certe nil plus nocet, quàm aliorũ ſpreto conſilio, vt propria præcipit voluntas ambulare: qui ſuæ tantum voluntati credit in cũctis quę facit, finem odibilem adinueniet. Exempla de hoc ſunt infinita. Igitur qui ſecurè ambulare deſiderat, non ſibi confidat: neque Deum tentare debet, quaſi ipſe ſibi deſuper ſcientiam infundere merito teneatur, quia ipſum amoroſo corde quærit. hoc nanq; & ipſe dedit. Sed neque de hoc ſibi blãdiri quiſquam poterit quòd bonæ voluntatis eſt, quaſi hoc à ſe habeat, ſed ſolicitè pẽſare debet, quomodo talentum ſibi diuinitus datum dignæ expendat gratiæ, dignè cooperando, ſciens quòd nõ omnia chariſmata ſimul donãtur in ſua plenitudine, ſicut nec impetu vno virgultum excreſcit in arborem robuſtam, ſed omnia tempus ſuum habẽt, & per determinatas moras regulatiſſimè vnumquodque tendit ad ſui cõſummationem. Eſt igitur conſilium omnium ſanctorum patrum, qui de moribus ſcripſerũt, quòd homo bonæ voluntatis quærere debet virum aliquem diſciplinatum & in ſacra pagina bene doctum, cui totũ cor ſuũ &

propoſitum plenè reuelet, à quo mandata viuendi accipiat, quæ etiam tam diu diligenter obſeruet, donec ipſo licentiatæ, aut certè Spiritu ſancto reuelante ad altiora ſe transferat. Hic nãque vir heroicus ſiue ſpiritualis omnia diiudicat, naturam cõſiderat, propoſitum explorat, & iuxta hoc quod viderit expedire, ſingula moderatur. Cuius etiam conſilus tanquam diuinis eſt obtemperãdum, quià in eo habitat Spiritus ſanctus. Qui de his dubitat, legat regulam beati Hieronymi ad Euſtochium, & epiſtolam ad Demetriadem, & alia eius opuſcula: ſimiliter Auguſtini, Benedicti, Bernardi, &c. & ſi aliter inuenerit, quod non puto, mẽdacij me arguat. Verùm vt per quotidiana exẽpla id probẽ, ad oculũ iſta videmus in ſcholis virtutũ, id eſt approbatis religionibus, vbi de his omnibus diligenter inquiritur, nec quiſquam in feruore nouitio permittitur ambulare, iuxta motum capitis ſui, quaſi ſecurus ſit de omnibus, eo quòd habuerit bonam voluntatem, ſed ſecundum regulas ſanctorum patrum inſtituitur in omnibus. Et qui ſic procedit, ſecurè procedit & proficiet, non tamẽ ſine grandi labore & tentatione quotidiana. Quia tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Et Adæ dictum eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Specialiter autẽ virtutis exercitiũ eſt circa difficilia: quare merito ad hoc idoneus magiſter, ſcilicet, qui ſcientiam & experientiam eius habuerit, quia teſte S. Gregorio: Ars artium eſt regimen animarum. Dicitur notanter idoneus magiſter, quia multi reperiuntur conſultores fallaces, inflati ſpiritu arrogantiæ, aut auaritiæ, & multos ſeducunt. Heu quot homines ſimplices & bonæ voluntatis perierunt per tales ſimulatores. Dicam breuiter rem quæ mihi accidit. Cum aliquando in adoleſcentia mea viſitaſſem quẽdam ſolitarium laicum, qui iugi clauſura ſedebat in quodam conclaui ſeorſùm, & ab eo verbum ædificationis interrogaſſem, inter multa conſilia quæ dixit, hæc, aut ſimilia verba adiunxit: Qui vult eſſe perfectus Chriſtianus, debet vẽdere omnia quæ habet, & dare pauperibus, & oſtiatim mẽdicare ſicut Chriſtus fecit: & nihil amplius curare de ſcripturis, quia ſcripturæ confuſæ ſunt propter multiplicitatem gloſſarum, & bonum eſſet quòd vniuerſæ gloſſæ comburerentur. Hęc & ſimilia miſer ille verboſitando dogmatizauit. Cumque diligentius cogitaſſem de his, quia adhuc ignarus erã huius aſtutiæ: quidam presbyter dixit mihi, Ne cures de phãtaſiis illis:

Nuper

Nuper quendam fabrum ſimiliter docuit qui cũ omnibus di ſtractis mendicare cœpiſſet, vniuerſi maledixerũt ei, dicẽtes: Cur mẽdicare vis cũ fortia membra habeas ad operandũ, redi ad officiũ tuum. Quid plura? Tandẽ cùm nil ſibi à quoquã daretur, nec quid mãducaret, inueniret, deſperatione tactus in flumen ſe præcipitans ſubmerſus eſt. Similia plura de tali bus legũtur. Ecce venerabilis domine, quãta eſt aſtutia antiqui hoſtis, etiã contra homines bonæ voluntatis. Quare ſum mopere vobis præcauẽdũ eſt, ne in laqueũ eius incidatis. Placeat reuerẽtię veſtrę hoc aduertere, quod cõmuniter dicitur, religioſi poſſunt ſe facilius iuuare contra tentationẽ inimici propter multa, &c. Hęc eſt etiã ſentẽtia beati Bernardi & Hieronymi. Ratio eſt, quia ſemper alieno arbitrio dirigũtur, nec quicquã de voluntario habent. Peccatum autem eſt adeò voluntarium, quod ſi non eſſet voluntarium nõ eſſet peccatum.

De mala libertate canonicorum ſecularium. CAP. I I.

HInc concluditur, quòd verus obediens vix poteſt peccare, ex quo vlterius per oppoſitum cõcluditur, quòd qui non vult obedire, vix poteſt benefacere. Iam, quæſo, reflectite hæc ſuper ſtatum veſtrum. Quid eſt quòd quidam ita vitare ſolent ſicut obedientiam? cum venia loquor, nõnne hęc eſt quotidiana vox dominorum canonicarum paucis exceptis? Nos liberi ſumus, nemo nobis præcipere habet: nos cum domini ſumus, nolumus vt pręcipiatur nobis, ſed ipſi aliis pręcipere debemus. Nunquid ſerui ſumus? Ach malè liber eſt, qui diaboli ſeruus eſt. Nõne vulgariter dicitur, Quãto ſtirps nobilior, tãto ceruix flexibilior? Quid de ſua generoſitate tales habẽt gloriari, quãdo nec diuino nec humano iudicio vlla in eis ingenuitatis indicia reperiuntur? Iã dictũ eſt, quòd nobilitas vera ſiue ſecularis ſiue ſpiritualis, cũ prõptitudine obediẽdi ſoleat agnoſci. Itẽ vlterius ſequitur, quòd ſi verus obediens facilius poteſt vitare peccatũ, ecõtra qui non vult obedire, difficilius poteſt peccatũ vitare, imò penitus nõ poteſt, quia diabolus eũ ad omne malũ impellit, quem nullo diſcipli nę fręno alligatũ cernit. Prona eſt nanq; omnis ętas ad malũ, Igitur venerabiles domini, ſi vultis ſerioſè veſtram ſalutem procurare, cauete ab hac mala libertate, cauete & à falſis & imperitis magiſtris: per hæc duo penè totũ mundũ diabolus poſt ſe trahit. Tollantur è medio iſta duo, ſcilicet pertinacia obediendi, & fallacia erroneorum magiſtrorũ: quid vlterius

periculi remanebit in orbe terrarum?Si cunćti magiſtri bene docerent,ſi cũćti diſcipuli bene obedirẽt,nónne reformatus eſſet mundus?hîc tota difficultas,hîc totius vitæ Chriſtianæ perfećtio latet. Sed abſit hoc,dicit libertas mala,vt ſic me alteri ſubdã,quod nihil mihi reſerué,viuit dominus,ego pariter cõſiliabor,ego quod placet faciam,alienũ non audiã,niſi fortè illum qui loquitur mihi placentia.O periculũ periculorum nimis ſuper omnes filios Adã effuſum,quod vtique pauciſſimi effugiunt,ſcilicet elećti,perfećti in timore Dei. Et vt breuiter dicatur:Via lata ad gehennam eſt mundialis iſta libertas pro qua penè omnis homo certat vſque ad mortẽ,iuxta vulgatum prouerbium:Libertas præualet auro. Videamus exemplũ familiare,Nauis in mediis fluctibus ſine gubernatore,nunquid verè libera,an non?Si verè libera eſt,ad portũ ſecurè perueniet:ſin autem,ſubmergetur:Sic eſt omnis homo,qui diuinis legibus non eſt inſtitutus,nunquã aliquis talis eſt ſaluatus,quia à diabolo poſſidetur,ad cuius voluntatẽ vinculis prauæ conſuetudinis tenetur irretitus.O vtinam viderent ſinguli quod vidit beatus Martinus. Cũ enim aliquãdo veniſſet ad palatiũ cuiuſdam tyranni,vidit quẽdam maximum dæmonem ſedere ſuper collum eius inſtar equitis, qui ipſum duxit quocũque volebat. Simile beata Brigida vidit, Cum quidam ſuperbi prælati aſcendiſſent ſuper equos pompaticos,quòd toties Aethiopes quidã aſcenderunt ſuper colla ipſorum:Sic miſer homo decipitur,putans quòd ſuam impleat volũtatem,& neſcit quòd diaboli ſeruit impulſibus ad omne malum. Hæc ſunt ſtipẽdia malæ libertatis,quãdo ſcilicet vnuſquiſque facere delećtatur,quod ſibi propria volũtas ſuadet,quam cõmuniter diabolus quodam quaſi hereditario iure facile ſibi ſeruire cogit. Ecce quod homo ſummè diligit & appetit,hoc ſummè ſibi pniciosum eſt,propriã ſcilicet adimplere volũtatẽ,vt nemo ei dicere poſſit,cur ſic facis,aut ab illis abſtineto &c. quia hac libertate oĩbusq; vitiis exponit.

Quid ſit ſecundum carnem viuere. CAP. III.

VNde Apoſtolus ait:Si ſecundum carnem vixeritis,moriemini. Vbi ſic dicit beatus Auguſtinus:Ille ſecundum carnẽ viuit, qui ſecũdũ ſeipſum viuit,id eſt pergit quò vult, dormit quando vult,& quandiu vult,loquitur quicquid vult, manducat & bibit quando vult,& quãtũ vult,ridet,iocatur, otiatur prout vult,occupatur quando vult,& in quibus vult,

quicquid

quicquid naribus ſuaue eſt quærit,quicquid auribus blādū, quicquid oculis delectabile,quicquid corpori ſuo iocundū, exercet & proſequitur. Delectatur in veſtimentis curioſis,& epulis ſplendidis & domibus glorioſis. Quid multa? Omnia deſideria carnis ſuæ exquirit,& perficit ſicut vult & quādo vult. Qui ſic viuit abſq; omni dubio æterna morte morieť, vbi nunquā quicquā habebit ex his quæ vult,ſicut exēplificat domin⁹ in Euāgelio de diuite epulone,qui hic omnia ad nutū habuit prout voluit,ſed poſtea vnā guttā aquæ obtinere nō potuit ꝓ refrigerio linguæ ſuæ in tanta pœnalitate cōſtitutus,in qua adhuc eſt vſque hodie & in æternū manebit, nec vnquā gutta illa ei dabitur,ſed iugiter peius habebit. Ecce venerabilis domine,quàm inſenſati ſunt,qui hîc de mala libertate glorientur,non volentes ſubmittere collū ſuū iugo Chriſti,qui dixit: Diſcite à me,quia mitis ſū & humilis corde: Tollite iugū meū ſuper vos,& inuenietis requiē animab⁹ veſtris.

Cū quibus cōuerſari debet canonicus ſecularis. CAP. IIII.

IGitur penſate diligenter ſtatum cōſcientiæ veſtræ, quomodo vixiſtis,& quomodo quotidie viuatis,& quales ſint cū quibus cōuerſamini: quia ex hoc magna dependet portio ſalutis veſtræ. Dicit nāque ſpiritus ſanctus, ſpiritus vtiq; veritatis, qui neminē fallit, per os prophetæ: Cū ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cū electo electus eris,& cum peruerſo peruerſus eris. Vbi dicit gloſſa: Ex conuictu mores formantur. Nam qui tangit picem,inquinatur ab ea. Et qui terit herbam odoriferam,percipit ſuauitatem eius. Quia reuera vita humana,nō eſt ludus puerorū. Ecce,vt planè loquar vobis,quia presbyter & canonic⁹ eſtis, non licet niſi cū ſpiritualibus conuerſari,quia de eleemoſynis viuitis,& ideo omnino debetis vos aptare vt ſitis dignus & gratus mediator inter Deum & homines. Hoc enim clericus ſonat quaſi de hoc ſeculo acceptus & ſorti domini mācipatus Igitur cū Deo & ſpiritualibus viris erit cōuerſatio veſtra,ſi rectè viuere vultis. Itē nō ſufficit qualitercūq; viuere, ſed ſicut canonicus,id eſt regularis. Canō enim dicitur regula: inde canonicus,id eſt regularis. Dicitur autē regula quia regit,& ſecundum quam aliquis bene regulatur ac dirigitur.

Qui non vult regi & dirigi,non eſt canonicus. CAP. V.

IGitur qui nō vult regi nec etiā dirigi,ipſe nō eſt canonicus. Si autem nō eſt canonicus,tūc coram Deo nō poteſt le-

uare fructus præbēdæ, cuius titulū falſo noīe poſſidet. Quòd ſi leuauerit, peccat, & ad reſtitutionē corā Deo tenetur. Et ſi reſtituere nō valet, tūc diuina iuſtitia ipſum æternæ ſeruituti adiudicabit, ſi in hac vita, dū adhuc tēpus habet, cōdignā pœnitentiā nō egerit. Hoc omnib⁹ modis eſt tenendū, ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ vnus quadrās iniuſtè leuatus, apud Deū ſi in oblatione, ſicut apertè Euangeliū dicit: Si vadas cū aduerſario tuo ī via, cōpone te cū illo, ne fortè tradat te iudici, & iudex exactori, & exactor mittat te in carcerē. Amen dico tibi, nō exibis inde, donec vltimū quadrātē reddas. Vere hoc eſt formidabile verbū cunctis qui leuāt grandes reditus eccleſiarū iniuſtè. Aut ſi iuſtè leuāt, ſi tūc diligēter nō ſtudent orare, & alia debita eccleſiaſtica facere prout tenētur. Vos autē venerabiles domine, qui ſpiritu Dei tactus, nō diſſolutè, ſed canonicè viuere vultis, ſupradictū Pſalmiſtę verbū in pricipio poſitū, diligēter aduertite, ſcilicet, Sic pſalmū dicā nomini tuo ī ſeculū ſeculi, vt reddā vota vt mea de die in diē. Faciāt alij quicquid velīt, vos iugiter ruminate huius verſiculi efficaciā, & vtinā in tātū vobis familiaris iſte verſiculus fiat & dulceſcat vt quoties cāpanæ ſonitū auditis, deuotè eū ſubmurmuretis, dicēdo ſic, Pſalmū dicā nomini tuo. Hoc enim ſuauē colloquium inter Deum & animā deuotā non in vacuum trāſibit, ſed magnā gratiā reportabit. Poteſt etiā iſte verſiculus, ſecundum quoſdā expoſitores ſic ordinari (retrograde enim legatur in cōſtruendo) videlicet, Sic reddā vota mea de die in diem, id eſt per ſingulos dies, vt pſalmū dicā nomini tuo in ſeculum ſeculi, id eſt merear te laudare in æternū. Et hic cenſus eſt planior quàm primus, vterque tamen bonus.

Quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem ſuam dirigere ad dominum Deum. CAP. VI.

PRo cuius verſiculi maiori explanatione, quātū ad propoſitū, eſt aduertendū, quòd duo poſſunt in eo cōſiderari, quæ cuilibet canonico bonæ voluntatis, aut vicario, ſiue parochialis eccleſię rectori, imo vnicuiq; ſpirituali viro ac bonæ volūtatis Chriſtiano ſūt pręcipue neceſſaria, cuilibet ſecūdū proportionē ſtat⁹ ſui. Primū eſt directio intētionis, ſecūdū exequutio operis. Igitur loquēdo ſecūdū ꝓpoſitū noſtrū, dicim⁹ ꝙ quilibet canonic⁹ aut vicari⁹ primo debet intentionē ſuā dirigere ad dominū Deū, vt quicquid facit, ad gloriā Dei ordinet, & hoc notaī, cū dicitur, Pſalmū dicā

nomini

nomini tuo. Plures nãque pſallunt & bona opera faciunt, non ad Dei gloriã, ſed ad ſuam, quærentes laudem ab hominibus, aut lucru tẽporale. Hi tales nõ ſoluunt vota ſua, ſed furãtur, quia illi cui debent, ſubtrahũt fallaciter, & ſibiipſis reſeruãt, licet inutiliter, quia ſe quærunt, & nõ Dei honorẽ. Sed verus Chriſtianus pſalmum dicit nomini domini, nõ ſuo, quia conſiderat quòd ex ſe nihil eſt, & ideo domino totum tribuit, dicens: Non nobis domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã. Quicquid enim ſumus, & quicquid habemus tu largiris: ſine te ſtatim in nihilum redigeremur. Tu ſine intermiſsione aſpicis nos, & nũquam obliuiſceris creaturarũ tuarum. Et quia à te eſt totũ noſtrũ eſſe & poſſe, & ſcire & quicquid habemus: ideo merito tibi à nobis debetur omnis laus, honor virtus & gloria & gratiarũ actio nunc & in ſeculũ ſeculi, id eſt in æternum. Vbi dicit ſanctus Thomas in prima parte Sũmæ, quòd Deus eſt in creaturis non ſicut calor in aqua, ſed ſicut ſol in aëre, quia remota aqua ab igne, adhuc manet ad tempus aqua calida, ſed remoto ſole ab aëre, ſtatim aër tenebreſcit, nec quicquã luminoſitatis remanet: ſic Deus, ſi non cõtinuo creaturam adminiſtraret, ſtatim omnis creatura eſſe deſineret. Et ergo meritò vniuerſa creatura debet eſſe parata iugiter ad obediẽdũ ſuo creatori, ſine quo nec ad momentũ eſſe poteſt. Et hæc eſt principalis cauſa & primaria, quare Deo ſoli debetur honor & gloria, quia ipſe eſt à nullo, ſed oĩa ab ipſo ſunt.

Quilibet canonicus aut vicarius debet aduertere quibus & qualibus debitor ſit iuxta vocationem ſuam, & hoc, ad quod tenetur, debet opere implere. CAP. VII.

HAec autẽ cõtemplatio iucũda in libro creaturarũ in immẽſum extẽdi poteſt, nec doctore opus habet, quia quaſi violẽter ingerit ſe humanis ſenſibus, ita vt inexcuſabilis ſit omnis homo. Vnde dicitur in Iob: Interroga iumenta terrę & & docebũt te. Hinc ſecundũ Apoſtolũ: Quæcunque facimus, ſiue comedamus, ſiue bibamus, ſiue aliud quodcunq; faciam⁹, omnia quidẽ ad Dei gloriã faciamus. Hoc autẽ nobis eſt vtile, nõ ei, quia nullius eget. Secũdò etiã quilibet canonicus aut vicarius debet diligẽter aduertere, quib⁹ & qualibus debitor ſit iuxta vocationẽ ſuã, & hoc diligenter opere adimplerę ad quod tenetur, prout melius poterit, quia ſibi nõ ſufficit generalis quædã bona voluntas, ſine operis executione, ſicut dicit Dominus in Euangelio: Non omnis qui dicit mihi, domine

dn̄e,intrabit in regnū cœlorum,ſed qui facit voluntatem patris mei. Et iterum: Qui cuſtodit mandata mea & ſeruat ea,hic eſt qui diligit me. Eſt autem Dei mādatum, vt reddamus omnibus debita. Eſt autē quilibet canonicus triplex debitor,ſcilicet Deo, ſibi & proximo, de quibus multa ſcripta in ſanctis libris reperiūtur. Sed quantū ad præſens ſufficit,arbitramur, quòd omnibus legaliter ſatisfaciat,ſi diuinū officium debitè perſoluit. Si autem aliquid vltra facit,illud ſupererogationis eſt,& hoc iam quod dicimus, vocatur debitum eccleſiaſticū: ſed ſi aliunde ſe obligauerit ad partem, ad quod eum eccleſia non aſtringit,hoc vocatur debitum perſonale,ad hoc etiā tenetur,ſi licitum fuerit & honeſtum.

Valde multa ad hoc requiruntur, quòd aliquis ritè officium diuinum perſoluat, & quòd ſi aliquis dignus habeatur diuinis intereſſe.

CAP. VIII.

Igitur tota intētio debet ad hoc tēdere, vt officiū eccleſiaſticū ritè perſoluat. Et hoc tangitur in ſecunda particula prędicti verſiculi,ſcilicet: Reddā vota mea de die in diē. Quæ verba includunt, quia valde multa requiruntur ad hoc, quòd aliquis ritè diuinum officium perſoluat. Sicut & iam vulgariter dicitur, quòd plura neceſſaria ſunt pauperi antequam diues fiat, etiā plura neceſſaria ſunt vnicuiq; homini antequā dignus habeatur diuinis intereſſe myſteriis, etiam beatiſsimis angelis pauēdis. Hoc ideo ſancti cōcorditer dicūt, quia eſt vltra hominē diuina tractare, imò vltra omnē creaturā. Et ideo diuinū officiū iniungitur eccleſiæ miniſtris,& præcipuè epiſcopis & presbyteris qui ab hoc Hierarchi dicuntur, id eſt ſacri principes diuinorū myſteriorū. Alij miniſtri, quia his ſociātur, & ad tam etiā pauēda ſacramenta ſubſeruiunt ſedulè, omni ſanctitate & puritate fulgere debēt. vt dicit beatus Auguſtinus, Cōtemplemini quid ſit ſancto populo Dei præeſſe, & conſiderate quale ſit ſacramentis diuinis inſiſtere. Altario placere debent qui de altario viuunt. Et Epiſcopus inſtruendo ordinandos, dicit ꝙ cum magno timore eſt ad ſacros ordines procedendum, atque prouidendum vt cœleſtis ſapientia, probi mores,& diuturna iuſtitiæ obſeruatio ad id electos cō mendet. Ecce venerabilis domine, qualia ſunt vota, & qualia eſſe debent quæ reddere oporteret de die in diem quemlibet eccleſiaſticum. De his beatus Gregorius pulcherrimū librum ſcripſit, quē omnino ſuadeo ſæpius legatis, ſcilicet Paſtorale,

in quo

in quo inuenietis vltra quàm dicere valeo, cuncta ſaluti veſtrę neceſſaria. Sūma nanque diſcretione ſingulis(iuxta quod expedit)ſalutares largitur doctrinas.

Si aliqua de antiquis obſeruātiis eccleſiæ ſunt colapſa,poteſt canonicus laborare pro reformatione eorum,vel in domo propria ſupplere illa per alia exercitia ſpiritualia. CAP. IX.

DE quotidiano autem exercitio ſpecialiter nihil ſcribere poſſum,niſi quòd iuxta laudabilem veſtræ eccleſiæ cōſuetudinem vos regatis in horis nocturnis pariter & diurnis. Quòd ſi aliqua de antiquis obſeruātiiscollapſa ſunt,poteſtis, quantum gratia vos adiuuerit,laborare pro reformatione earundem. Si audire alij noluerint, tunc quantum ad veſtram perſonam attinet poteritis in domo propria illa ſupplere per alia exercitiā ſpiritualia,iuxta conſilium diſcreti viri.

De regula canonicorum ſecularium,quæ in quibuſdam eccleſiis habetur. CAP. X.

HAbetur etiam in quibuſdā collegiis regula quędā canonicorum valde bona, olim in Concilio Aquenſi edita, & collecta ex dictis ſanctorum. Sed nullum ſcio collegiū hodie,in quo ita ſeruetur ſicut in ea ſciprum eſt. Et propter hoc quidam dicūt,quòd abolitā ſit. Fortè hoc verū eſt quo ad aliqua,ſcilicet refectorium,dormitorium,& ſimilia poſitiua,ſed quo ad alia quæ ſunt iuris diuini,ſtabilis eſt & manet in æuū. Ratio autem quare tam ſalubris regula abolita ſit, ſuprà dictum eſt,quia pauci ſunt,qui ſubmittere volunt ceruices ſuas iugo diſciplinæ,ſed omnes libertatem affectant.

Qui hanc formulam ſtudioſè ſeruauerint,etiam in ſeculo manentes, religioſam vitam ducere poſſunt. CAP. XI.

VOs autem venerabiles dn̄i,qui per viam illam incedere vultis,quæ arcta eſt & ad vitā ducit,per quā pauci ambulant, diligenter eidem regulæ mores veſtros conformate, quia optima eſt & ex elegantiſsimis ſanctorū doctrinis cōpoſita, & ita diſcretè ꝓcedit, vt cuilibet bonæ volūtatis viro bene ſit portabilis. Et quia fortè nonnulli ſunt vobiſcum qui libros iſtos aut nō habēt, aut propter paupertatē ſibi procurare non valent: igitur ne illis charitas noſtra deſit,aliqua hic annotare breuiter ex eiſdem & aliis deuotis libris intendimus, per quæ ſuam conuerſationem regulare poſsint, vt corā Deo & hominibus in ſanctitate proficiant. Quòd ſi ſtudioſè hæc obſeruauerint,abſque dubio etiam in ſeculo manentes,reli-

gioſam vitam ducere poſſunt. Hoc auté præmittendum eſt,ꝙ ſecuudũ diuerſas temporũ vices,diuerſi modi vîuẽdi in clero fuiſſe narrãtur,de quibus Gratianus in Decretis plura collegit,præcipue in cap.12.q.1.& aliis locis multis. In primitiua ſiquidẽ eccleſia nullus ad clericatũ aut ſacros ordines admittebatur,niſi magna ſanctitate cæteros antecederet omnino à cõuerſatione laicali ſegregatus,ſummáque religioſitate præfulgens. Nam tãta crudelitate & ſæuitia pagani tũc fidẽ perſequebantur,vt præeſſe nemo vellet niſi valde perfectus,quia teſte beato Gregorio:Quicunq; erat prior in dignitate, prior trahebatur ad martyriũ.Stetit autem hoc tempus annis penè trecentis,vſq; ad Syluestrũ & Cõſtantinum Magnum,in quo penè nullus honor & reuerentia fidelibus deferebatur, quia tunc erat apud vulgares ſcãdaloſum eſſe Chriſtianũ,ſed poſtquam Conſtantinus Magnus & alij principes tẽpla idolorum ſubuerterũt & baptiſmum ſuſceperunt,cœpit Chriſtianũ nomen in gloria eſſe apud cõmunem populũ, & prohibitæ fuerunt occaſiones fideliũ,vnde tunc fides maxime creuit. Idem auté Imperator volens eccleſiaſticos in honore eſſe,maximas poſſeſsiones eccleſiæ cõtulit,vnde clerici & pauperes ſuſtẽtarẽtur,quatenus cõmodius diuinis intereſſe poſſent,& pro cõmuni populo diligẽtius orarent. Similiter & alij principes in diuerſis locis fecerũt,& extũc eccleſiaſtici ab his operibus vacare cœperũt,& ſedulè diuinis inſiſtere,viuẽtes de eleemoſynis fidelium. Vidẽtes autem ſancti patres ꝙ grãdis cõflueret multitudo,& ꝙ ſine aliquo vtili labore & occupatione cohabitare nõ poſſent,eccleſiaſticũ officium, regulas varias & diuerſos viuẽdi modos inſtituerunt,vnuſquiſque prout ſpiritus ſanctus illi dabat. Nam beatus Hieronymus diuinũ officium ordinauit:Ambroſius hymnos & cantũ ſuperaddidit:Pachomius, Baſilius, Auguſtinus,& alii j regulas ediderũt. Maxima quoq; tũc ſanctorum eremitarum & monachorum multitudo extitit. Fuitq; tũc vix aliqua differẽtia inter religioſos & clerũ,quia nondum erat iſta ſolẽnis profeſsio inſtituta, quæ hodie in monaſteriis frequẽtatur. Verũ ſucceſſu tẽporis & charitate frigeſcẽte hæc generalis ſanctitas valde cœpis declinare ſingulis abeũtibus poſt concupiſcẽtias ſuas,in tantum ꝙ cepit diuiſio apparere inter eccleſiaſticos. Ita ꝙ quidã nominabãt ſe canonicos,quidã monachos,prætextu cuius magna ſuperbia & auaritia in clero ſurrexit. De quib⁹ Gregorius ſępe mentio-

mentionē facit in dictis ſuis,& alij.Huic autē peſtiferæ abuſioni ſancti patres occurrere volentes,& clerū ad priſtinū ſtatū prouocare cupientes,regulam quandam canonicorum in Concilio Aquenſi tempore Ludouici Imperatoris magno cū moderamine ex antiquorum dictis collegerunt,præcipiētes, vt qui in monaſteriis viuere monachico more nō vellent,huius regulæ inſtitutis omni conſcientiæ ſecuritate ſe tradere poſſent. Sed rurſum ab hac ſancta regula ita deſperabiliter eccleſiaſtici nūc defecerūt,vt vix aut nullo modo poſsibile ſit, quòd vnquam reduci poſsint,impletúrque hodie illud propheticum: Et erit ſicut populus,ſic & ſacerdos.

Canonicus & vicarius bonæ voluntatis malitia huius temporis obeſſe non poteſt,faciant melius quod poſſunt,& ſolicitè ambulent cum Deo ſuo, & ſalui erunt. CAP. XII.

VErum qui bonæ volūtatis ſunt, illis malitia tēporis obeſſe non poteſt. Faciant molius quod poſſunt,& ſolicitè ambulēt cum Deo,& ſalui erunt,quod vt facilius poſsint,ſeptem ſolicitudines,circa quas bona voluntas occupare ſe debet,aduertent.

De debita exterioris hominis compoſitione tam in loquendo quàm comedendo. CAP. XIII.

SOlicitudo igitur prima bonæ voluntatis ad hoc tendere debet,vt exteriorē hominē debitè cōponat,tam in loquēdo q̄ comedendo,bibendo,ambulando,&c. quatenus quicunque mores ipſius conſiderat,ædificetur & dicat: Ille eſt diſciplinatus vir & vtilis in officio eccleſiaſtico, quia omnes ſanctam vitam in eo vident. Hæc autem compoſitio morū inter ſimplices & mundanæ vitæ homines maximè eſt neceſſaria, quia facilimè ſcandalizantur, quando vel parum clerici ad libertatem extrinſecā declinant. Econtrà autem,quando vidēt eos maturè incedere,& timoratè conuerſari in omni caſtitate & ſobrietate,tunc maximè ædificantur & venerantur eos.

De ſobria mēſa,& cibis ſimplicibus mediocribúſque. CAP. XIIII.

SIt igitur menſa frugalis, de cibis & ſimplicibus,non nimis delicatis,nec nimis groſsis, ſed mediè temperatis, quia hoc expedit ad ſanitatem corporis.

De Ieiuniis temperatis. CAP. XV.

IEiunia ſic temperare ſtudeat,vt nō laſciuiat,nec etiam deficiat in ſeruitio domini. Hoc nanque tentator omnino nititur perſuadere,vt aut nimis homo repleat ventrē,aut etiam

indiſcretè abſtineat,ſed medium eſt tenendum.

De habitu. CAP. XVI.

SIt habitus humilis,nõ minus vilis nec nimis pretioſus,ſed mediocriter honeſtus.ſine omni curioſitate,longus & amplus, ne forma corporis more ſecularium appareat foris. Poteſt autẽ duplicem veſtitum̧ ſeruus Chriſti habere,vnum meliorem pro diebus feſtiuis, alium deteriorẽ pro diebus ferialibus.Color autem ſit niger,vel griſeus,vel etiam blaueus,ſed non ſanguineus aut ſubuiridis,vt non dicatur ei,quod diabolus improperauit cuidam:Si plus poſſes,plus faceres.

De loquutione. CAP. XVII.

SInt verba pauca rationabilia & vtilia,non vana,nõ otioſa,nõ ſuperflua,non riſoria,nõ detractoria,non ſcurrilia, nõ maledica,non inuerecunda, non litigioſa, nõ clamoroſa, ſed ſuauia,religioſa & gratioſa,vt dicit Salomon : Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratia autẽ ſtultorũ effundetũr. Item: Verbũ dulce multiplicat amicos,ſermo autẽ durus ſuſcitat furorẽ. Item Hieronymus:Beata lingua eſt,quæ non nouit,niſi de diuinis ſermonẽ texere. Verum nõ hæc ſic ſunt intelligẽda quaſi nunquã ſit licitum vti verbis iocundis & ſolatioſis, quia ſecundũ omnes morales, Vir ſapiens & timoratus pro loco & tempore poteſt virtuoſè aliquando rigorẽ remittere,& hoc maximè pertinet ad verba iocunda,in quibus hæc debent omnino vitari,vt ſcilicet nõ ſint inhoneſta,nociua aut detractoria. Et hæc remiſsio debet fieri,quãdo omnia ſerioſa ſunt perſoluta loco & tẽpore debito,& cũ talibus perſonis,quæ ex hoc nõ ſcandalizantur,& tali intentione, vt hac recreatiõe fortius valeat ad ſerioſa virtutis opera redire. Exemplum horum legitur de ſancto Ioanne Euangeliſta, & de ſancto Anthonio,quorũ hæc ſententia eſt,quòd expedit aliquãdo cõtemplationem intermittere propter infirmitatẽ naturæ, vt poſtea melius ad ſpiritualia videnda animus redire valeat,ſicut arcus diſtentus fortius iaculum proiicit,q̃ qui ſine intermiſsione tenſus tenetur. vnde Auguſtinus dicit:Volo tãdem vt tibi parcas:Nam ſapientem decet interdum remittere mentis aciem rebus agendis intentam.

Medium ſemper eſt tenendum. CAP. XVIII.

ET ſicut ſuprà dictũ eſt de Ieiunio,ſic & hic de hoc ſolatio virtuoſo dici poteſt, ꝙ diabolus nititur hominem ducere ad duo extrema,ſcilicet vt ſic ferueneer bonis operibus inſiſtat,

ſiſtat, quatenus totaliter inutilis fiat, vel quod ſine intermiſſione ludis ac ſolatiis vacet, & alia bona opera negligat. Sed mediũ eſt tenendum, & hæc regula optima eſt, & vbiq; applicanda, quia virtus in medio conſiſtit. Iuxta illud: Ne quid nimis, ne quid minus. Mediũ tenuere beati. Et teſte beato Bernardo: Diſcretio eſt auriga virtutum, ſine qua virtutes ſunt vitia.

De reformatione interioris hominis. CAP. XIX.

SOlicitudo ſecũda bonæ volũtatis ad hoc tendere debet, vt etiã interiorẽ hominẽ reformare ſtudeat, vt ſcilicet velit quę Deus vult eũ velle, ſciat quę vult eũ Deus ſcire, & recogitet ſiue memoretur quæ vult eũ Deus cogitare. Et hic eſt maior labor, neq; vnius diei, ſed qui nunquã incipit, nũquã perueniet. Igitur inuocato diuino auxilio totaliter nos propter imminentẽ talem neceſſitatẽ ad hoc opus pręcingamus. Magni nanq; meriti eſt huic negotio inſudare, quamuis nõ pro voto idipſum acquiratur quod intẽditur. Sciendũ eſt igitur, quòd ĩternus noſter homo triplici morbo eſt infectus, id eſt tria ſemper cõcupiſcit, quæ ſemper deberet ſpernere. Et hic oritur omnis illa difficultas proficiendi in virtutibus, quam boni viri ſentiũt etiam vſque ad mortẽ, quidam maius, quidam minus. Hoc eſt quod dicit beatus Paulus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.

De bello legis Dei cõtra legẽ diaboli in vno homine. CAP. XX.

ECce bellũ mirabile in homine, vnũ contra vnũ. Lex Dei cõtra legẽ diaboli. Lex Dei dicit: Cõtemne omne quod eſt in mundo & adhære præceptis domini creatoris tui. Cõtra lex diaboli dicit: Nihil ſit tibi curæ de inuiſibilibus, ſed ſtude delicias corporis tui habere, & honorẽ huius mundi, & diuitias ad omnem copiam. Iterũ lex Dei dicit: Caue ne audias eam, ſed mihi obtempera, quia omne quod eſt in mundo, vanum eſt, nec mundus te iuuare poterit nec ſeipſum. Cõtra lex diaboli dicit: Ne permittas te decipi, quia omnia grauia ſunt: ego autẽ habeo tria quæ tibi ſunt vtilia valde & delectabilia, ſcilicet omnia cõcupiſcibilia carnis, & oculorũ tuorum, & pompam huius ſeculi, exerce te in iſtis & felix eris.

De triplici concupiſcentia. CAP. XXI.

EX hac triplici radice oritur omne malũ, & ideo primus labor hic debet inchoari, vt hæc triplex cõcupiſcentia, carnis videlicet, oculorũ, & vanitatis quod eſt ſuperbia vitę, nõ quidẽ radicitus extirpetur, quod eſt impoſſibile, ſed

conculcetur,ne herbã peccati germinet:ſicut videmus ꝙ via quæ frequéter pedib⁹ teritur,nõ ꝑducit gramina,quãuis radicé intus habeat,ſed ſi nõ calcat,tũc ſtatim vireſcit. Sic anima quę ſemper exercetur in via mandatorũ Dei,nõ producit mala opera, quãuis inclinationem malã intus adhuc habeat, ſed ſi tepeſcit ab operibus bonis,tũc cõcupiſcentia mala quę intus dormiuit,euigilat, & in opus prauum foras erumpit.

De elongatione ab occaſionibus cõcupiſcentiarum CAP. XXII.

IGitur ſtudioſè præcauendũ eſt,ſi homo ad internã pacem cupit peruenire,ꝙ elõget ſe ab omnib⁹ occaſionibus quæ has cõcupiſcentias ſolent prouocare, ſicut boni religioſi faciunt,qui per caſtitaté & ieiunia & diſciplinas & vigilias ac labores quotidianos mortificãt cõcupiſcentias carnis, & maximè fugiendo otiũ & familiaritates & colloquia mulierũ,& per paupertaté voluntariã mortificãt cõcupiſcentias oculorũ,per obedientiã & ſubiectionẽ mortificãt appetitũ ſuperbæ inclinationis huius ſeculi cui proxima eſt occaſio omniũ peccatorũ quę dicitur libertas ſecularis,quę nullo iugo diſciplinę vult ſubdi.Cõtra inſidias vitiorũ,quod periculoſiſſimũ eſt,ſicut apertè apparet de milite inſano & fatuo,qui cũ aliũ percutere non poteſt, inſuper nec ſibiipſi prouidere vult,vt armis ſe muniat cõtra hoſtiũ tela, huic nihil reſtat, niſi mors acerba & finis ſine honore. Sic omnis homo (qui in via Dei vult ambulare ſecundũ propriã voluntatem, & nõ præcauet ſibi ab occaſionibus peccatorũ)periclitabitur.Et datur exẽplum de Dauid,qui idcirco in adulteriũ cecidit,eo ꝙ oculos non cuſtodiuit, & in numeratione populi ſimiliter grauiter deliquit,quia informari noluit. Si in his tãtus propheta cecidit,quid nobis faciendũ eſt,niſi vt tota diligẽtia cuſtodiamus corda & corpora noſtra? Similia multa de aliis legũtur. Pax igitur cordis tũc acquiritur,quãdo mens gratia fortificata vitioſam inclinationem cõpeſcit, ne malũ quod cupit, poſſit perficere. Nõ autem poteſt homo ex propriis viribus & de cõmuni gratia,internum bellũ penitus ſedare,vt nunq̃ malas inſinuationes aut immiſſiones ſentiat,ſed poteſt in tãtum proficere,ꝙ huiuſmodi leuiſsimè vincat.Et datur exemplum de principe aliquo mediocri, qui etſi non poteſt hoſtes ſuos expellere de patria ſua, poteſt tamen eos ligare, captiuare aut humiliare,in tantum quòd nunquam ſine ſuo cõſenſu aliquod dominium aut tyrãnidem in ea exerceant. Hinc

dicit

dicit beatus Paulus, ꝙ non debeat peccatum regnare in mortali corpore noſtro. quaſi dicat: Et ſi nõ poteſtis facere vt nõ ſit, tamen facere poteſtis vt non regnet.

De duplici remedio contra peccatum. CAP. XXIII.

ECce duplex remedium cõtra peccatum: vnum, vt ſe elonget homo bonæ voluntatis ab occaſionibus peccatorũ: Aliud, vt continuè & feruidè operibus bonis inſiſtat.

Quòd homo regulam viuendi ſibi eligat iuxta ſuæ naturæ & ſui ſtatus congruentiam. CAP. XXIIII.

SOlicitudo tertia bonę volũtatis debet eſſe, vt ex prędictis duob⁹, ſcilicet ex debita cõpoſitione exteriorũ morũ, & interno exercitio ſpiritualis deuotionis aliquã ſibi regulã viuendi eliciat, iuxta ſui ſtatus & naturę cõgruentiã, quã regulam vniformiter obſeruet, & in ea vſq; in finem laudabiliter perſeueret. Hoc nãq; eſt omniũ ſanctorum patrũ conſiliũ, cuius etiã exemplũ in omnibus penè quæ ſub cœlo ſunt, videmus. Omnia nãq; habent naturã, & modũ & conſuetudinẽ & ordinem, ſicut patet in ſole, luna, ſtellis, plãtis, beſtiis, & aliis (quæ ſecundũ naturã ſunt) vniuerſis ꝙ̃ pulchrè, ꝙ̃ ordinatè, ꝙ̃ perſeuerãter & vniformiter cuncta procedunt & redeunt, currũt & recurrunt, creſcũt & decreſcunt. In ſolis autem humanis moribus irregularitas cernitur, & quia etiã nec ex natura, nec ex induſtria habet homo, vt ſuos actus regulare meritoriè poſſit, ſed eſt Dei gratia, ideo cõfidere ſibi nullatenus debet, neq; ſibi aſſcribere ſi aliquid boni fecerit, debet tamẽ facere quod in ſe eſt, vt tota natura & induſtria gratię cooperetur, ne vacua in ſe maneat. Igitur natura per gratiã nobilitata initiũ eſt bonæ vitæ. Hanc cõmuniter dicũt ſancti patres, bonã voluntaté. Volũtas nanq; dicitur totus homo, propter imperiũ quod habet ſuper cęteras vires, & ideo in ea ponitur totum pondus meriti & demeriti. Si homo cõſentit bono, meretur: ſi malo, demeretur. Si bono cooperatur amplius meretur: ſi malo, amplius demeretur. Ex quib⁹ patet, ꝙ homo bonæ volũtatis poteſt iugiter mereri, quãdiu eſt in ſtatu vitæ. Ratio eſt, quia poteſt actualiter bono cõſentire, aut in bona occupatione ſe tenere. Hoc autem fit, quãdo regulariter viuendo omnia opera ſua ordinat ad gloriã Dei, ſic, aut aliter dicẽdo: Iam volo dormire vel comedere, vel hoc vel aliud facere tali intẽtione, ſicut hoc merito verus Chriſtianus facere debet. Et cupio in omnibus placere Deo. Exemplum huius

datur de bonis religioſis, de quibus firma ſententia eſt, ꝙ ſine intermiſſione merētur, quia ſemper ſunt in obediētia aliqua, quanuis nō laborent vel orent cōtinuè, quia nec hoc regula pręcipit, ſed quia ſe cōformant intentioni regulæ. Igitur ſiue regula præcipiat ſiue cōſulat, aut laborandū, aut quieſcendū, ſemper ſunt in obediētia. Quare tam quieſcendo q̄ laborando merētur, quia vtrūq; ad virtutē pertinet, ſecundum ꝙ hoc Spiritus ſanctus fieri mandauit. Iuxta hanc formā quilibet eccleſiaſticus vir, ſiue paſtor fuerit parochialis eccleſiæ, ſiue canonic⁹, ſiue vicarius eccleſię collegiatę, aut alter qualiſcūq; abſtractæ vitæ de patrimonio viuens, poteſt ſibi legē ſtatuere ſanctorū regulis cōformem, & ſecundū illam vniformiter viuere, ſicut viuūt religioſi ſecundū regulas ſuas, iuxta cōſiliū diſcreti viri, in ſpiritualibus experti. Hoc modo cunctæ religiones inchoatæ fuerūt. Vnde dicit beatus Bernard. Qui vult bene viuere, ſtudeat vnū diem bene inſtituere, deinde adiūgat ſecundū, deinde tertiū, & ſic de ſingulis, donec paulatim ad bonā conſuetudinē veniat. Bona autē cōſuetudo, fortitudinē ſubminiſtrabit, qua acquiſita, efficitur homo naturaliter virtuoſus, quia vſus eſt altera natura. Ita fiet q̄d primo fuit intolerabile, per continuationē efficitur ſuaue & quaſi naturale, dūmodo à cœptis nō deſiſtat. Qui autē variis exercitiis naturā ſuā diſtēperat, nūc illud nunc aliud guſtando, nūquam erit homo ſolidæ ſanctitatis, ſed vagus & profugus ſuper terram, ſibi & aliis oneroſus, & vtilis nulli. Vnde dicit Helinandus, quòd bene viuere, eſt vniformiter viuere.

Quòd homo ſuam doctrinam ad practicam ponat. CAP. XXV.

SOlicitudo quarta bonę volūtatis eſſe debet, vt poſtq̄ eſt diligēter iformata, quid ſibi expediat & quid nō, ſtatim illud quod ſuę naturę & ſuo ſtatui cōueniēs eſt, ad practicā ponat, ſicut Sapiens ait: Quodcūq; poteſt manus tua, inſtāter operare. Multi nanq; decepti ſunt hac tētatione, dicētes: Quid habes feſtinare? ſufficit tibi viuere, ſicut cæteri viuunt, propitius eſto tibi. Contra hanc tepiditatem oportet fortiter dimicare vnūquemq;, qui in via Dei vult proficere. Qui autem tepidus eſt, ad charitatis augmentum nō perueniet, ſed ſi quid habet, hoc ipſum perdet. vnde dicitur talibus per increpationem illud Naſonis: Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes. Vt autem aliquid exemplaris bonę vitę nouelli canonici habeant, dictarium quoddam breue hic adnotauimus,

tauimus, quod nihilominus in aliis deuotis libris& authenticis regulis plenius reperitur. Proteſtamur quoq; nullũ præiudicium per hoc velle nos offerre, aliis diuerſis viuendi modis perfectioribus, quaſi ſecurum eſſet ab altioris vitæ inſtitutis ac regula ad hæc minima deſcẽdere, ſed his qui adhuc inſtituendi ſunt, iſta quamuis exigua obeſſe non putamus.

De dilectione Dei & proximi. CAP. XXVI.

IN primis igitur, ſecundum conſilium beati Auguſtini, diligatur dominus Deus ſuper omnia, & proximus infra Deũ, & ad Deũ, & propter Deũ. Et ex iſta dilectione & propter conſeruandam & augendã hanc dilectionem omnia alia exercitia fiant tam ſpiritualia quàm corporalia. Deinde inuocato diuino auxilio, dicat hæc aut ſimilia verba in oratiõe: Domine qui me ex nihilo creaſti, & vſque in hanc horam perduxiſti, tibi gratias ago, rogans vt omnia præterita peccata mea deleas, & deinceps à peccatis præſerues, vt reliquum tempus vitæ meæ tibi valeam plenè dedicare.

De confeſſione. CAP. XXVII.

ET quia teſte Auguſtino, initiũ bonorum eſt cõfeſſio malorũ. Ideo quilibet placere Deo cupiẽs, ſtudeat diligẽter ad minus ſemel præteritam vitã diſcutere, & omnia integrè cõfiteri, de quibus eum cõſcẽtia remordet, quatenus ſecuritate adepta, anima quietior exiſtat. Quòd ſi ex toto vna vice nõ poſſit ſe plenè recolligere, tunc paulatim poteſt hoc ſupplere per tẽpus ſubſequẽs, donec ſerenitas oriatur in corde.

De propoſito obſeruãdi formã viuẽdi conceptã. CAP. XXVIII.

SAepe igitur concepta poteſt hãc profeſſionem facere in oratione ſua. Miſericordiſſime dñe ſuſcipe me ad gratiã tuam, & à malis vniuerſis præſerua, vt bonum propoſitũ quod dediſti, vſque in finem meritoriè valeam perducere. Propono nanque hanc viuendi formam obſeruare quantum infirmitas mea mihi permittit, quatenus iuxta conſilium ſanctorum patrum, in ſtatu gratię tuæ iugiter inueniar, ſiue dormiam, ſiue vigilem, ſiue comedam, ſiue bibam, ſiue laborem, ſiue quieſcam, ſiue aliud quodcunque faciam: ita tamen quòd ſi hunc viuendi modum in parte vel in toto dimittam, non volo alicuius criminis eſſe reus apud te, ſed liberè facere& liberè dimittere prout placet. Si autem vult ſe voto obligare, tũc poteſt ſic dicere: Promitto tibi domine ꝙ ſic & ſic volo tibi ſeruire per hunc annum, vel duos, vel tres, vel omnibus

diebus vitę meæ,donec aliud melius inſpires,&c.ſed hoc ego nō conſulo quòd huiuſmodi votū leuiter emittat,niſi cū magna deliberatione & præuia experientia,quia quanuis ſit maximè meritorium,tamen in libertate iſta qua cōmuniter eccleſiaſtici nunc viuunt, exceptis religioſis, vix eſt poſſibile quòd continuè vnus modus viuendi à quoquā poſſit ſeruari,ſicut apud religioſos fieri ſolet. Verum faciat vnuſquiſque iuxta gratiam ſibi deſuper datā. Qui parcè ſeminat,parcè & metet. Conuertat ſe etiā toto corde ad beatā Virginem,&ad proprium angelū,& ad alios ſanctos ad quos eū deuotio magis inclinat pro implorando auxilio cōtra ſpirituales nequitias,quia quando antiquus hoſtis percipit quòd aliquis vult ſibi a peccatis cauere& ad Deum ſe conuertere,tunc fraudes multiplicat,ſed qui in domino ſperat,cuncta ſuperat.

Qua hora ſurgendum ſit. CAP. XXIX.

SOlicitudo quīta quā habere debet homo bonæ volūtatis iuxta propoſitū noſtrum,hoc eſt vt ſecundum apoſtolicā doctrinā per ſingulos dies exhibeat corpus ſuum hoſtiam viuentem,beneplacitū,rationabile obſequium ſuū,vt ſicut ſeruiuit prius peccatis in immunditiam,ſic iam ſtudeat ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē. Ad Dei ergo gloriā taliter poteſt ſe inſtituere,quòd ſic dormitū eat de ſero,vt euigilare aſſueſcat de mane hora tertia,& ſurgēs aliquid boni meditetur,videlicet de futuro iudicio, quomodo tūc oēs euigilaturi ſumus. Deinde veſtiēdo ſe poteſt aliquid boni legere,Pſalmū: Quid multiplicati ſunt &c. aut aliud ꝙ placet. Et ſi aliqua illuſione ſe meminit pollutū,percutiat pectus ſuum cū propoſito cōfitendi,aſpergendo ſe aqua benedicta,& ſic ad oratorium vadat, & debitum ſuum ſoluat,ſicut melius poteſt.

De horis beatæ Virginis CAP. XXX.

SOlent communiter deuoti eccleſiaſtici permiſcere horas beatæ virginis Mariæ horis canonicis ſingulas ſingulis. Perſolutis ergo matutinis de beata Maria virgine,ſi aliquod tempus habet ante pulſum matutinarū tempore,poteſt ſe ſpiritualiter occupare in bonis meditationibus,de paſſiōe dñi, qualem noctem agnus ille manſuetus pro nobis pertulit,&c.

De pulſu ad matutinas. CAP. XXXI.

CVm autem ad chorū pulſatur,ſtatim exeat venerabiliter cum omni grauitate & alacritate, ne cū vltimis veniat.

Quō homo ſe habere debeat in igreſſu eccleſiæ & chori. C. XXXII.

Intran-

INtrando eccleſiam ſe humiliet quantum poteſt, dicēs cum publicano: Domine, propitius eſto mihi peccatori. Nō ſum dignus accedere. Et ſic accedat reuerenter inclinādo ſe ad altare & crucifixū, & maximè ad venerabile ſecramentū. Tandē ad ſtallum ſuū veniens, cogitet quare venerit, & cōſideret quod ad nihil aliud, quàm vt in conſpectu ſanctorū angelorū pſallat domino. Et ergo fabulatiōes omnino vitet & ſigna ludicra, totúſq; ſit intētus his quæ tūc cantātur aut legūtur. Et memor eſſe debet, ꝙ nō ſolū debitor eſt ad verba diſtinctè pronūtianda vel audiēda, ſed etiā tenetur facere debitā diligentiā ad intelligentiā & aduertentiā eorū quę proferūtur.

De diſtractione mentis. CAP. XXXIII.

INſuper & pręcauere debet, ne diſtrahatur, ita quòd totum propoſitū ſuum ſit, velle totaliter ſe occupare cū diuinis, & ſi tūc diſtractio interuenerit, excuſātur. Et quàm citò deprehēdit ſe alienatū, ſtatim recurrat toties quoties. Finitis matutinis gratias agit Deo, aſſcribēdo ei, ſi quid benefecerit, & de negligentiis veniā petat. Et ſi tempus patitur, poteſt domum ire pro neceſſitatibus ſuis, ſemper illud obſeruando, vt ſilentiū ſeruet, donec miſſam celebrauerit vel audierit, niſi fortè loquēdo pauca verba pro neceſſitate occurrēte vel vtilitate.

De prima. CAP. XXXIIII.

ET deinde legat Primā de beata Maria, præparando ſe ad primā diei in eccleſia perſoluendā, ſicut ſuprà de Matutinis. Si verò tunc capitulū tenetur, diligēter ſe obſeruet, ne in verbis excedat, ſemper inuocando Spiritū ſanctum, qui aliàs ibi citius peccatur, quàm aliquod bonū agat. Si tamē aliquid apertè contra Deum, & iuſtitiam, & fraternam charitatem ibi dicitur, tunc benignè pro ſuo intereſſe, dicat, ſibi talia nō placere, dando rationem ſuauiter ne alij ſcandalizentur.

Quomodo canonicus in capitulo ſe habere debeat. CAP. XXXV.

ET eſt notandū, quòd diabolus maximè nititur in capitulis furorē ſuſcitare vt Miſſas ſubſequētes impedire poſſit. Quare videtur quòd negotia cōtentioſa alio tempore tractentur, ne deuotio celebrātium impediatur. Poſt capitulum ſi poteſt habere confeſſorem, libenter confiteatur.

De præparatione ad Miſſam. CAP. XXXVI.

DEinde ad Miſſam ſe præparet, ſiue celebrandum, ſiue audiendam prout ſecum diſpoſitū fuerit. Et ſi celebraturus eſt, aut communicaturus, tunc inquantum poteſt, obliui-

ſcatur omniũ præteritorũ,& ad deuotioné ſe ſummo ſtudio applicet,vt dignũ eſt,quatenus tanti ſacramenti fructusDeo ſibi propitio efficaciter percipere mereatur.Sũt pręterea diuerſorum patrum ſcripta de venerabili ſacramento ,&Miſſæ celebratione,quodcunque magis conuenit,hoc eligat.

De tertia,ſexta,& nona. CAP.XXXVII.

AD tertiã,ad Sextã,&ad Nonã,deĩde iuxta ritũ eccleſię ſuę ſimiliter præparet ſe ſicut iã dictũ eſt de Prima.Nec op⁹ eſt hic plura documẽta apponere pro viris maturis, quæ& qualia pueris in ſcholis ꝓponũtur,ne dñis venerabilibus iniuriã facere videamur.Sufficit meminiſſe illiusAmbroſiani,hoc eſt pulchritudinẽ viuendi tenere cõuenientiã,cuique ſexui & perſonæ reddere.Hic ordo geſtorũ optimus,hic ornatus ad omnem actionem accommodus,& illius Auguſtini:In omnibus motibus noſtris nil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum,ſed quod noſtram deceat ſanctitatem.

De ſobrietate prãdij,& de benedictione mẽſæ. CAP.XXXVIII.

DEmũ finitis diuinis,quãdo prãdendi tẽpus aduenit, cũ omni ſobrietate & gratitudine cibũ ſumat,ſemper Benedicite p̃mittẽdo flexis genibus,vel reuerẽter ſtãdo.Eleemoſynã aliquã corporalem (ſi facultas adeſt) faciat,ſimiliter & ſpiritualem,ſcilicet:De profundis,cũ colllecta pro animabus in purgatorio detẽtis.Similiter pro afflictis & tribulatis aliquid poteſt breuiter mente tractare,prout dominus dederit.

De modo in comedendo. CAP.XXXIX.

MOdũ in comedendo teneat quẽ B.Bernar.deſcribit,vt ſcilicet tractĩ cibũ &potũ ſumat ſingulos morſellos bene maſticando,quia tunc dulcius ſapit,nutrit melius & digeritur ſalubrius.Omnino memor ſit ſanctorũ angelorũ p̃ſentiam adeſſe,in quorum cõſpectu ſe reuerenter habere debet.

De lectione in menſa. CAP.XL.

FAciat etiã ſibi aliquid legi dediuina ſcriptura,vt nõ ſola fauce corporalẽ cibum ſumat,& mẽs ſuo ferculo fraudetur.Si verò lectorem nõ habet,tunc ponat librum ante ſe, & quantum poteſt,legat pro habenda memoria ſpiritualium.

De conuiuiis. CAP.XLI.

COnuiuia,& hoſpites,& nundinas,& dedicationes,&cõcurſus hominum ſtudeat euitare,quia teſte beato Hieronymo,Sunt quaſi quædam catenæ voluptatis,& qui talia diligit,Chriſto diſplicet . Si tamen hoſpites pauperes aut religioſos

gioſos habuerit, aut viros boni teſtimonij, qui eum à bono propoſitio non retrahant, laudabile eſt.

De aliqua abſtinentia à carnibus, ouis & lacticiniis. CAP. XLII.

TEr ĩ qualibet ſeptimana eccleſiæ ieiuniis exceptis, à car nib⁹ põt abſtinere. Itẽ ſextis feriis à lacticiniis, & ouis abſtineat, niſi infirmitatis, aut alia cauſa ratiõabilis obſiſtat.

De gratiis factæ prandio dicendis, & de dolendo propter exceſſum in cibo vel potu. CAP. XLIII.

FActo prãdio, gratias dicat, ſimul dolẽdo ſi in modo à mẽ ſura exceſsit, quia ſecundũ ſententiam B. Auguſtini: Ra rò poteſt debita menſura ſeruari. Ait enim: Certo quotidie aduerſus manducandi cõcupiſentiam & bibendi, & quis eſt qui non rapitur aliquantulum extra metas neceſſitatis?

De dormiendo poſt prandium. CAP. XLIIII.

DEinde poteſt pro recreatione quaſi ſpatiando tranſire ſine magno motu, quia hoc eſt ſanũ. Eccleſiaſtici enim qui volunt ſolicitè ſuum officium exercere, non habent tem pus pro groſſis operibus faciendis. Et ergo debent ſe diligen tius regere in diætis quotidianis, ne in diuino officio inhabi les fiant. Poſt hæc ſi naturæ ſuæ cõuenit, poteſt parum quieſcere, & maximè in æſtate, ne caput grauetur.

Quid faciendum ſit poſt dormitionem vel ſpatiationem vſque ad veſperas CAP. XLV.

REliquũ tẽpus vſq; ad verſperas poteſt liberè expẽdere, ſicut placet, videlicet, ſcribendo, legendo, carpentãdo, aut in hortulo aliqua plantãdo, ſiue cũ familia colloquendo de cura rei familiaris & neceſſariis dom⁹, ſemper illud obſer uãdo, ne cor nimiũ elõgetur à Deo, quia aliàs difficulter re dibit in priſtinã deuotionem. Si autem ſentit ſe grauatũ, tunc poteſt honeſta colloquia & ſolatia admittere, ſicut ſuprà di ctum eſt. Cum autem veſpertinum tempus aduenerit, tunc præparet ſe, ſicut dictum eſt de aliis horis. Similiter de cõ pletoriis ſuo modo iuxta ritum, & morem eccleſiæ ſuæ, &c.

De Cœna. CAP. XLVI.

DEniq; ſi cœnãdũ eſt, procedat, ſicut dictũ eſt de prãdio

De collatione quando ieiunatur. CAP. XLVI.

SI vero ieiunium extiterit, tunc ſecundum conſuetudinem poteſt aliquid parũ guſtare, ſiue de ſpeciebus, ſiue de torta cum potu competenti.

Quod ſobria ſit Cœna. CAP. XLVIIII.

SEmper tamen obſeruādum eſt, ꝙ cœna frugalis ſit & ſobria, alioquin multa incōueniētia ſentiet. Mirū eſt dicere, qūo nōnulli de eleemoſynis pauperū ventrē replent vltra quàm digerere poſſunt. Quòd ſi gratis huiuſmodi delicię darētur fortè ſimplex malū eſſet, ſcilicet corporis debilitatio. Nunc autē animæ grauamē accreſcit, pro eo quod vix aliquis poteſt ſatisfacere ꝓ eleemoſynis, etiā ſi tātū extremū victū & veſtitū inde ſuſciperet. Quid ergo de iactura hac tā grādi tot epularū & deliciarū? De hac ſunt horrēdę ſentētię B. Hieronymi & Bernardi: verū quilibet onus ſuū portabit.

Quòd quidam poſt cœnam non loquuntur. CAP. XLIX.

COmpleto deniq; die quorundā mos eum, ꝙ nihil poſt cœnā loquantur, ſeu ad oratorium feſtinant pro exercitiis ſpiritualibus, & hoc videtur ſatis perfectum, nec omnibus datum eſt, qui poteſt facere faciat.

Non eſt inconueniens poſt cœnā cū familia honeſtè recreari. CAP. L.

SI autem honeſtè recreari voluerit cum familia, non eſt inconueniens.

Antequam ad lectum ſe ponat homo, colligat, quomodo diem expenderit, & de negligentiis veniam petat. CAP. LI.

QVo facto antequam lectū petat, diligēter ſe recolligat, quomodo diem expenderit, de negligentiis veniā petendo, & ſi aliqua notabilia peccata (licet venialia) inueniat, ſe admiſiſſe diligēter aſcribat, ne obliuiſcatur, vt in craſtinū ea confiteatur. De bene autem geſtis gratias agat, ſimul rogans Deum, vt futuram noctem ſibi ſalubrem, & in puritate & caſtitate, & ſine omni dæmonum infeſtatione periculoſa tranſire concedat, quatenus iterum mane ſurgens, denuò ipſum cum omnibus ſanctis laudare mereatur.

Iacens in lecto, aliquid boni cogitet, donec obdormiat. CAP. LII.

IAcens etiam aliquid boni ſtudeat cogitare, donec ſimul cum ſancta cogitatione obdormiat.

De perſeuerantia in bono. CAP. LIII.

SOlicitudo ſexta timorati viri iuxta formulā illā eſſe debet, ꝓ perſeuerātia in bono quod incepit, ſecundū illud ſaluatoris: Qui pſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Vnde dicit B. Gregorius: Incaſſū bonū agitur, ſi ante vitæ terminū deferatur, quia fruſtrà velociter currit qui priuſquam ad metā venerit, deficit. Variis nanq; modis nitiť antiquus hoſtis quēlibet īpedire, ne bonū inchoet, ſed multo amplius, ne

inchoata cõſummet, ſciẽs,ꝙ ſola pſeuerãtia coronã meretur.

Vitandæ ſunt occaſiones recidiuandi. CAP. LIIII.

HInc apud religioſos(qui ĩ ſchola virtutũ quotidie verſantur) pœnaliter inhibẽtur omnes occaſiones recidiuãdi,ſcilicet ꝙ nõ debent cũ perſonis ſecularibus cõuerſari, etiã ſub prætextu pietatis,ꝙ nõ debent egredi ſine notabili cauſa fores monaſterij. Inſuper & voluntariè magnas pœnas ſibi imponũt,ſi hæc & alia tranſgrediãtur. Profeſſionem etiã ſolennem faciũt in cõſpectu ecclesiæ pro quadã conformatione omniũ quę in regula tradũtur,quatenus vniuerſi ſciãt, eos debitores omniũ quæ in ea ſcripta ſunt. Ecce q̃ ſuſpecti ſunt habendi qui cõtrarium docere volunt,ꝙ ſcilicet obſeruãtiæ regulares ſint minus perfectæ,propterea quia neceſſariè cogãt ad bonũ: non enim vident q̃ ſit prona humana infirmitas ad malũ etiã poſt votũ. Sãcti nanq; patres multiplici experientia edocti, huiuſmoni regulas & ſtatuta pœnalia ex inſtinctu Spiritus ſancti ediderũt, ne filij eorũ deinceps occaſionem inuenirent redeundi ad vomitum. Vnde dicit beatus Hieronymus:Principiũ ſpiritualis operis ſi nõ ſit matura prouiſio,ſolet ſubſequi quoddã carnale. Dei templa Spiritus ſancti vaſa,niſi diligenti ſeruentur cuſtodia,proſtibula fiunt.

De tentationibus. CAP. LV.

HAec quia ita ſunt,ſummopere timendum eſt ſæpe dictis canonicis aut vicariis, ne ab initio decipiãtur propter vitę libertatem. Tãto enim plures occaſiones habet diabolus eos tentãdi,quãto ſunt magis indifferentes ad omnia. Si tãto periculo dimicant cũ eo boni religioſi, qui ſumma cuſtodia ſunt præmuniti,quid putamus laboris habebũt,qui penè ſoli ſunt cũ eo cõflicturi? Verum nõ iſta dicimus quaſi ſoli religioſi ſecuri ſint & alij nõ,cũ ſcriptũ ſit,Fidelis Deus qui nõ permittit ſuos tẽtari vltra q̃ ſufferre poſſunt. Sed ad auiſandũ de magnitudine periculi,quia reuera vt cętera taceamus,plurimos vidimus deiectos aſtutia ſerpentis, quos bonũ nimiũ ſpectabiles reddebat. Nec mirũ,qui enim(vt plerũq; accidit) de via peccatorum cõuertitur ad ſtatum pœnitentiæ, nec in ſchola virtutũ exercetur, nec magiſtros idoneos habet aut ſi habet,nõ omnino perfectè eos audit, & quotidie tot ſcãdala & exempla mala ante oculos cernit, tótq; circumuolantes ſpiritales nequitias patitur. Quid,inquam,mirum ſi talis faciliter relabitur in id quod deſeruit? Multa igitur ſolicitudine

opus eſt pro perſeuerãtiæ dono. Quicunq; igitur præſcriptã formulã aut aliam tenere voluerit, nõ putet id ſe ſuis viribus poſſe, quantumcunq; etiam facilis appareat, ſed dñm iugiter clamet, vt ipſe det bonũ initium, melius medium, & optimũ finẽ, & ſi gratia arriſerit, ſemper ſit pauidus ne eam amittat.

Cum anima fugere incipit ad Ieſum, ſtatim iraſci & ſæuire incipit inimicus. CAP. LVI.

QVia teſte Auguſtino: Magnũ eſt donũ, quando delectat bonũ, alioquin niſi diuina miſericordia iugũ alleuiauerit, importabile eſſet. Vnde Origenes: Anteq̃ ſermo Dei audiatur, nõ eſt tentatio vel tribulatio, ſed vbi ſignũ belli prędicationis tuba oſtendit, tribulationũ pugna inſurgit. Hoc autẽ quare ſit, dicit B. Auguſtinus: Quia cum anima incipit cõfugere ad Ieſum, ſtatim cõtra eã iraſci, & ſæuire incipit inimicus. At vbi anima quæ vitiis ſeruiebat ad culmina virtutũ ſe contulerit, perſecutioné patitur vitiorũ. Hinc ſcriptum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Veruntamen iſte timor & labor nõ ſine gaudio eſt, ſicut B. Iacobus dicit.

Adhuc de tentationibus. CAP. LVII.

OMne gaudiũ exiſtimate fratres cũ in varias tentationes incideritis. Hinc Hieronymus ait: Nullũ puto ĩ hac vita ſine tẽtatione viuere, cui fortè ſi vna tollitur, mox aliã ſecurius expectet. Hoc autem debet eſſe cõſolatorium vniuerſis, qui tentationibus exercentur, quod dicit beatus Gregorius: Hoſtis noſter quanto magis nos ſibi rebellare cõſpicit, tãto amplius expugnare cõtendit. Eos enim pulſare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. Et illud Auguſtini: Non eſt maior tentatio, q̃ nulla tentatione pulſari. Hinc dicit ſanctus Thomas notabile verbũ: Multi grauiter ceciderunt in aduerſis, ſed multo plures, & multo grauius ceciderũt in proſperis, eo ꝙ tentatio quãdoq; ſentitur in aduerſitate, ſed rarò in proſperitate. Verbi gratia: Cùm aliquis increpatur affligitur in corpore, moleſtatur in rebus vel amicis, ſentitur tẽtatio motus ſiue impatiẽtiæ, ĩdignationis, vel odij. Cũ verò diligitur, laudatur, honoratur, tũc ſentitur extollẽtia & inordinata mẽtis delectatio, nec attẽdit miſer homo quãtum ſibi placeat indebitè, qui aliis placere ſe credit. Et quanto minus & rarius ſentitur tẽtatio, tãto minus & rarius, & tanto difficilius tẽtationi reſiſtitur, quare etiã homo facilius vincitur.

De fra-

De fraterna correctione & emendatione per bona exempla, & bonas exhortationes. CAP. LVIII.

Solicitudo ſeptima boni viri, & præcipuè illius qui in ſacris ordinibus cõſtitutus eſt, eſſe debet pro ſalute aliorũ, vt ſcilicet ſuo bono exemplo & exhortatione alios à peccatis trahat, & ad bonam vitam ducat, & præcipuè illos qui ea commiſsi ſunt, aut quibuſcũ viuit. Hoc nanq; eſt maximè meritoriũ ſimul & iuſtũ. Quia qui aliquãdo prauo exemplo, aut fortè negligẽtia ſua aliis fuit cauſa dãnationis, iam ſtudere vtiq; debet, vt aliquos rapiat de faucib⁹ inimici, & ad ouile Chriſti perducat. De hoc ſic dicit B. Auguſtinus: Non tantũ curemus habere bonã conſciẽtiã, ſed etiã bonã famam quantũ in nobis eſt, propter exemplũ aliorũ. Itẽ Gregorius: Qui in occulto bene viuit, ſed alieno profectui minimè proficit, carbo eſt. Qui verò in imitatione ſanctitatis poſitus lumẽ rectitudinis in ſe multis demõſtrat, lãpas eſt, quia & ſibi ardet, & aliis lucet. Hæc autẽ emendatio non ſecurè fit, niſi præuia oratione, & cũ omni cõpaſsione, & ĩ mãſuetudine. Iuxta illud Pſalmi: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Item: Quoniã ſuperueniet mãſuetudo, & corripiemur. Correctio tamẽ prælatorũ requirit aliũ modũ nõnunquã propter circũſtantias occurrẽtes. Sed ſimplex clericus, aut presbyter nihil debet vltra facere q̃ Apoſtolus dicit, vt ſcilicet ꝓcedat in ſpiritu lenitatis, ſeipſum cõſiderãdo humiliter, ne in ſuperbiam eleuetur, & corruat. Poteſt autẽ ſic, aut aliter dicere. Miror ſatis de meipſo ꝙ nõ amplius ſtudeo emẽdare vitã, cũ quotidie video mortẽ appropinquare, & cũ neſcio quando reſpõſurus ſum tremẽdo iudici, de ſingulis quę feci, aut cogitaui. Hæc, & ſimilia ſolẽt prouocare nonnullos ad cõpunctionẽ. Quòd ſi nullũ cõpunctionis ſignum oſtẽdunt, tũc ſi piè eos vult admonere, poteſt ſic aut ſimiliter dicere: Bone amice, ſi velletis, libenter dicerẽ vobis aliqua, quæ in corde meo diu portaui. Et tunc proponat ei, in quibus eſt defectuoſus, ſemper benignè, quia aliter nõ recipiet, ſi iracũdus & indignabundus emẽdator apparet. Verùm, quia ſunt quidã qui huiuſmodi præludia non poſſunt ſufferre, ſed magis rotũdo modo volũt alloqui, ſed neſcio ſi in ſpiritualibus deſeruiat, ſcio quòd taliter ſolẽt loqui: Ego ſum ſimplex & planus, nõ poſſum me ita ſapienter habere, &c. Sed cõſideret vir ſenſatus, q̃ ſint proni ad iram, ſi defectus eorum rotũdo modo proferantur. Dicũt quidã ſe li-

benter recepturos informationé, & idipſum petũt,ſed cũ res ad effectũ venerit,inflãmantur,iraſcũtur,& nõnunquã peiores fiũt q̃ antè fuerũt. Modeſtia igitur eſt in talib.magis cõgrua,quãuis aliter quidã putãt procedendũ,verũ quomodocũque procedatur,dũ frater emẽdatur,ſatis eſt. Dixit quidã venerabilis pater in eremo:Dęmon nõ expellit dęmoné,ſic vir paſsionatus nõ curat paſsionatũ. De hac aũt materia,ſunt multa dicta ſanctorũ patrũ, quæ hoc vnanimiter cõcludũt ꝙ fraterna correctio ſecurè fieri non poteſt,niſi multa diſcretione ſit ſalita. Et ſicut nemo leuiter prorumpere debet in propriã laudem,ſic nec in aliorũ correctioné, quia alios rectè increpare,& ſe dignè laudare difficillimum eſt apud imperfectos.

FOrmulã hãc viuendi Deo dicatis viris & clericis ſecularibus in cuiuſdam non poſtremi nominis Bibliotheca ſatis opportunè repertam ſynodalibus his noſtris ſtatutis ſubnectere,nec incõſultum,nec ab re videbatur tanquam noſtro negotio quod agimus,in lõgo tempore diuexata eccleſia noſtra Hildeſemen.reparãda nõ vſque adeò diſsimilem,& alias nec abſurdam nec ineptã,quandoquidem eandem & ab ſanctis patribus,tum ad Dei gloriã,tum pro ſalute animarũ ſtudioſè cultam,maximòq; pretio habitã cognouimus. Atq; ô ſi ab illis in hũc diem eiſdem huius formulæ legibus ita inhæſum atq; inuigilatum extitiſſet(vt merito debebat)quantum ab illis diuagatum,declinatumq; eſt, proculdubio ſtatus eccleſiaſticus multo melius audiret, lõgéque prius atq; felicius res eius omnes haberétur,quàm dum ita incertis legibus pro ſuo arbitrio quiſque præ decorum ſtatus ſui & viuit & degit. Cæterum cum modernus ſeculariũ canonicorũ ſtatus ſit animarum periculis plenus,& à ſtatu gratiæ plurimũ elongatus, ideo valde cõſultum eſſe videtur,vnicuiq; ſeculari canonico deſiderãti in ea vocatione qua vocatus eſt(hoc eſt in eccleſia illa, in qua præbendatus eſt permanere, & animã ſuã ſaluam facere)vt ſupradictam viuendi formulã diligenter attendat, ac iuxta poſsibilitatem ſuam ad practicam ponat & obſeruet. Eſt enim debito ſeculariũ canonicorum ſtatui,prout pręſentis patitur qualitas tẽporis optimè cõueniens. Porrò etiã cæteri ſeculares clerici,pręcipuè vicarij aliiq; presbyteri,& ĩ ſacris cõſtituti, eandé regulã vel formulã animaduertãt. Nam & ipſi in ea modum viuendi ſibi congrũ deſcriptum habent.

FINIS.

Decreta Concilii Provincialis

Colonienſis ſub Reuerendiſ. in Chriſto Patre & Domino, D. Adolpho, Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Electore, Vveſtphaliæ & Angariæ Duce, Legatoque nato celebrati.

Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo quadrageſimo nono.

PARISIIS

Apud Audoënum Paruum in via S. Iacobi, ſub inſigni Lilij.

1550.

KArolus quintus, Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac rex Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Auſtriæ. Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habsburgiæ, Flandriæ, Tyrolis, & cætera. Vniuerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilib. Militibus, Militaribus Præfectis, Poteſtatibus, Vicedominis, Caſtellanis, Magiſtratibus, Conſulibus, Iudicib. Officialibus, Aduocatis, Procuratoribus, Ciuibus, Communitatibus, & omnibus aliis noſtris & Imperij Sacri, & Ditionum noſtrarum hæreditariarum in Prouincia Archiepiſcopatus Colonienſis comprehenſarum ſubditis, & in eccleſiaſticis rebus eiuſdem Prouinciæ Epiſcoporũ & Prælatorum Iuriſdictioni ſubiectis, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, Gratiam noſtram & omne bonum. Venerabiles & illuſtres Electores, Principes, & conſanguinei noſtri chariſſimi, Generoſi, Nobiles honorabiles, deuoti & fideles dilecti. Quum Venerabilis Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Rom. Imperij per Italiam Archicancellarius Princeps Elector, & conſanguineus noſter chariſſimus, & eius Comprouinciales Epiſcopi, in executionem formulæ Reformationis, in nuperrimis Comitiis apud ciuitatem noſtram Imperialem Auguſtam Vindelicam habitis, eidem Archiepiſcopo & aliis Epiſcopis, & ſtatibus Eccleſiaſticis per nos propoſitæ, & ab ipſis probatæ, & quantum in eis eſſet receptę, vt monitis noſtris ea de cauſa factis parerent & eidem Reformationi commodæ viæ præſternerentur, per quas ad meliorem viuendi rationem tranſitus fieret, in Cõcilio prouinciali apud Coloniam Agrippinam habito, canones, quoſdam Synodales, tum ad efficacem & indies ſurgẽtem, ac permanſuram Reformationis executionem, tum ad mores prauos extirpandos: potiſſimum verò manifeſtos abuſus in Clero & populo coercendos, & ſeductores, qui corrumpẽdis ſimplicibus hominibus ſtudẽt, è grege propulſandos ediderint,

& nobis

& nobis obtulerint, authoritate noſtra quatenus expedire videretur muniendos, & in executionem mittendos. Nos vero eoſdem canones primariis noſtris Conſiliariis, & aliis rerum Theologicarum peritis, ad id ſpecialiter per nos deputatis, propoſitos, & per eos diligenter reuiſos & examinatos, eorumque relatione nobis facta cùm illos prædictæ formulæ Reformationis conformes inuenerimus. Proinde ipſos canones Synodales, ratos & gratos habentes, & quoad opus eſt, & per nos fieri poteſt ac debet, approbantes, & decreto noſtro corroborantes, Imperiali authoritate noſtra & quâ alias fungimur, vobis omnibus & ſingulis, ſerio & ſub pœna grauis indignationis noſtræ, & aliis pœnis noſtro arbitrio imponẽdis, huius edicti noſtri vigore præcipimus & mãdamus, vt ea omnia Prouincialis huius Concilij Colonienſis decreta, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, ſententiis, & verborum expreſſionibus, eo modo, quo illa quemlibet veſtrum concernunt, ritè, ſanctè, inuiolabiliter, citra vllam fraudem & tergiuerſationem obſeruetis, impleatis, & exequamini. Vosque Principes & Magiſtratus ciuiles, in refrenandis & coercendis iuxta eadem decreta rebellibus, peruerſis, & refractariis, ſiue illi Eccleſiaſtici, ſiue laici ſint, Eccleſiarum Epiſcopis & Prælatis, vbi ab illis requiſiti fueritis, omnem legitimum fauorem, auxilium, opem prebeatis, & per miniſtros & officiarios veſtros atque alios, in quos vobis imperium competit, præberi iubeatis & curetis. Ac nullus omnino veſtrum, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis & conditionis ſit, aut quocunque munere aut iuriſdictione fungatur, memoratos Epiſcopos & Prælatos in eorum munere, iuriſdictione, officio, ſecundum canones & leges, ad ipſorum functionem pertinentes, quouis modo impediat aut turbet, neque id ab aliis fieri iubeat, nec permittat. Præterea quicunque veſtrum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum piorum locorum Aduocati, Præfecti & Protectores fuerint, ac Prælatos, Eccleſias & loca pia eorúmque bona in fidem, tutelam, & protectionem ſuam, ſiue ex commiſſione diuorum Principum, prædeceſſorum noſtrorum in ſacro Imperio, ſiue noſtra, aut alio quouis iure receperint, eadẽ præfectura, tutela, ſeu protectione neutiquam abutantur, neque ipſos Prælatos, Eccleſias, Monaſteria & loca pia, contra formam & naturam protectionis vſurpent, opprimant, grauent.

Quin potius illos & illa in ſuis priuilegijs, Iuriſdictionibus & rebus conſeruent & tueantur, & tam iſ, quàm vos alij omnes ſupradicti, contra præmiſſa facere ſeu attentare, neque preſumatis, neque ab aliis fieri aut attentari ſinatis, quouis quæſito colore ſeu prætextu: quatenus pœnas ſupradictas, & alias in formula memoratę Reformationis à nobis propoſitę, & decretis prouincialis Synodi Colonienſis cōtentas, prçter eas quas alioqui canones & leges in violatores perſonarum & rerum eccleſiaſticarum decernunt, malueritis euitare. Hæc eſt animi noſtri ſententia & ſeria voluntas. Datum in oppido Bruxellen. Ducatus noſtri Brabātiæ. ſub impreſſione ſigilli noſtri 4. Nonas Iulij. Anno à natiuitate Domini ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo nono, Regnorum noſtrorum, Imperij vigeſimo nono, & aliorum omnium trigeſimo quarto.

KAROLVS.

Ad mandatum Ceſareæ & Catholicæ Maieſt. proprium.

Vid. Anton. Peren. Obernburger ſſ.

Adolphus Dei gratia SANCTAE COLONIENſis Eccleſię Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperij per Italiam Archichancellarius, Princeps Elector, Vveſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatúſque natus, &c.

VNiuerſis ad quos legatione pro domino fungimur, gratia & pax à Deo, qui diues eſt in miſericordia, & prope adeſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Qui poſtquam nos, licet indignos, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ ac prouinciæ, procelloſa tempeſtate grauiter iactatæ atq; afflictæ gubernaculis admouit, huc continuo animum omnéque ſtudium noſtrum ſua inſpiratione cõuertit, quo diœceſim illã ab hæreſum inundatione, quæ prauorum hominum ſtudiis iam plus nimio inualuerant, repurgare, ſciſmatáque, quibus miſere, atq; adeò vt in ea iam actũ de fide Catholica poterat videri, diſcerpebatur, tollere, & oues nobis creditas in vnum ouile Chriſto colligere, pro virili adniteremur. Eáque de cauſa in primis lupos, pro boni paſtoris officio, ab ouili dominico abigere, & omnis mali originem concionatores ſectarios, pernicioſos illos hominum ſeductores, ditione noſtra protinus, quanquam non ſine difficultate, eiicere ſategimus, ſubſtitutis catholicis & incorrupti verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimum quidem profecimus. Etenim progreſſum huius cancri hoc impetu ſumus remorati, & catholicis aperuimus feneſtram rurſus reſpirandi. Non tamen hæ ſcope purgamẽtis iſtis ſufficiebant penitus euerrendis: Iam enim hæreſeos malum altius, quæ eſt eius natura, fixerat radices, quam vt potuerit vna falce ſemel demeti: & herebat in mentibus ac penetralibus hominum: vnde neque vi extrahi, neque perſuſione ſuffodi, aut ſenſim ratione tanquam cauterio pungi atque curari ſe pateretur,

Quin potius illos & illa in ſuis priuilegiis, Iuriſdictionibus & rebus conſeruent & tueantur, & tam ij, quàm vos alij omnes ſupradicti, contra præmiſſa facere ſeu attentare, neque præſumatis, neque ab aliis fieri aut attentari ſinatis, quouis quæſito colore ſeu prætextu: quatenus pœnas ſupradictas, & alias in formula memoratę Reformationis à nobis propoſitę, & decretis prouincialis Synodi Colonienſis cõtentas, prẹter eas quas alioqui canones & leges in violatores perſonarum & rerum eccleſiaſticarum decernunt, malueritis euitare. Hæc eſt animi noſtri ſententia & ſeria voluntas. Datum in oppido Bruxellen. Ducatus noſtri Brabãtiæ, ſub impreſſione ſigilli noſtri 4. Nonas Iulij. Anno à natiuitate Domini ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo nono, Regnorum noſtrorum, Imperij vigeſimo nono, & aliorum omnium trigeſimo quarto.

KAROLVS.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Maieſt. proprium.

Vid. Anton. Peren. Obernburger ſſ.

Adolphus Dei gratia SANCTAE COLONIENſis Eccleſię Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperij per Italiam Archichancellarius, Princeps Elector, Vveſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatúſque natus, &c.

VNiuerſis ad quos legatione pro domino fugimur, gratia & pax à Deo, qui diues eſt in miſericordia, & prope adeſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Qui poſtquam nos, licet indignos, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ ac prouinciæ, procelloſa tempeſtate grauiter iactatæ atq; afflictæ gubernaculis admonuit, huc continuo animum omnéque ſtudium noſtrum ſua inſpiratione cõuertit, quo diœceſim illã ab hæreſum inundatione, quæ prauorum hominum ſtudiis iam plus nimio inualuerant, repurgare, ſciſmatáque, quibus miſere, atq; adeò vt in ea iam actũ de fide Catholica poterat videri, diſcerpebatur, tollere, & oues nobis creditas in vnum ouile Chriſto colligere, pro virili adniteremur. Eaque de cauſa in primis lupos, pro boni paſtoris officio, ab ouili dominico abigere, & omnis mali originem concionatores ſectarios, pernicioſos illos hominum ſeductores, ditione noſtra protinus, quanquam non ſine difficultate, eiicere ſategimus, ſubſtitutis catholicis & incorrupti verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimum quidem profecimus. Etenim progreſſum huius cancri hoc impetu ſumus remorati, & catholicis aperuimus feneſtram rurſus reſpirandi. Non tamen hæ ſcope purgamẽtis iſtis ſufficiebant penitus euerrendis: Iam enim hæreſeos malum altius, quæ eſt eius natura, fixerat radices, quam vt potuerit vna falce ſemel demeti: & herebat in mentibus ac penetralibus hominum: vnde neque vi extrahi, neque perſuaſione ſuffodi, aut ſenſim ratione tanquam cauterio pungi atque curari ſe pateretur.

Durabant quoq; abuſus & mores corrupti, quibus Eccleſiaſtici ordinis pars maxima dedita, infirmis erat offendiculo, & vt malè de religione laici ſentirent, cauſa: vt vere quadraret in eos quod in euangelio Dominus dicit: Væ vobis legis peritis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

Plurimum autem nobis erat fiduciæ in Concilio Tridentino quod feliciter inchoatum, ac ſeſsionibus aliquot habitis, celebre iam factum acceſſu omnium imperij ordinum, qui ſe reuerenter ei ſummiſerant potentiſsimum ac ſaluberrimum fore credebatur, cuius progreſſu ſperabamus nanciſci opem & vires iuſtas, quæ erroribus iſtis & vitiis radicitus extirpādis ſufficerent, eiúſque authoritate, quæ apud omnes maxima eſt, ſublatum iri, non in noſtra modo diœceſi & prouincia, verum etiam toto orbe Chriſtiano, quicquid vſpiam irrepſit malorum, & eccleſiam Chriſti priſtinum ſuum nitorem, concordia atque vnitate redintegrata, recuperaturam.

Quæ ſpes quum inexpectata contentione inter patres de transferenda Concilij ſede ſuſcitata, nobis penè eriperetur, atque in longum tempus extraheretur, nō ſine metu grauiorum perturbationum in repub. Chriſtiana: En omnibus nobis, hoc eſt eccleſiaſtici ordinis ſtatibus, conſternatis, atque in metu conſtitutis, adfuit eius, qui conatibus religioſis & piis nunquam deeſt, Dei à quo eſt omne bonū, conſolatio. Enimuero miſericordiarum pater Deus, qui nuper dedit fortiſsimo, inuictiſsimo, fœliciſsimóque religionis orthodoxæ propugnatori Karolo Imperatori noſtro de cœlo victoriam, vt hoſtium validiſsimorum vires & conſilia, non tam viribus, quàm conciliis melioribus frangeret, & imperio ſuo non multo fuſo ſanguine, cogeret parere, cuiq;, quod mirandum magis eſt, dedit victoria parta modeſtæ ac clementer vti, vt rebelles filios caſtigaſſe potius, more boni patris, quam bello petiuiſſe videatur: eius nunc animum impulit, vt ad catholicæ fidei, paternarúmque traditionum reſtitutionem omnia conſilia, omniáque ſtudia ſua conuerteret. Hinc, quod vix quiſquam mortalium ſperaſſet futurum, egit cum eis, vt proteſtatione, fœderibúſque & contentionibus poſitis, duobus tātùm articulis ad Conſilij definitionem reiectis, doctrinam catholicam, traditiones, & cæremonias eccleſiaſticas, Concionatorum, bona parte vnde pendere ſolebant, reclamante,

receperint. Quos cum Deo & eccleſiæ, quantum in ſe erat. Imperator piiſsimus lucrifeciſſet, atque in plenioris vnionis, ac concordiæ ſpem adduxiſſet, neceſſe erat, vt firmioris illius ac ſolidæ ſpei offendicula quoque tollerentur.

Quamobrem animum appulit & ad cleri corruptos mores reformandos, quo benefactis ſuis obmuteſcere facerent, vt Apoſtolus Petrus ait, imprudentium hominum ignorantiam, & qui eapere elerum tanquam malefactores ſolebant, conſpectis bonis eorum operibus glorificent Deum in die viſitationis. Deditque negocium quibuſdam Theologis piis, eruditis, & Deum timetibus, qui formulam quampiam, ad quam reformatio cleri videretur inſtituenda, iuxta ſacræ ſcripturæ normam, antiquos patrum canones, & rectæ rationis iudiciũ, conciperent. Hanc Cæſar acceptam, tradidit vniuerſis eccleſiaſtici ordinis ſtatibus, diligenter expendendam, qui annotarent, dicerentque: quid qua ratione repudiandum ſibi putarent, quidque recipiendum. Multis igitur conſultationibus, ac deliberationibus, priuatim & communiter habitis, quibuſdam in formula expunctis, aliis mutatis vel additis, tãdem communi conſenſu eam probarunt. Cæſareæque maieſtati vt ſe reformarent, inſtanti, polliciti ſunt ſeſe ipſos ſuóſque ſubditos, ad illam velle componere ac reformare, ſalua Summi Pontificis authoritate, quæ eis, vt in articulis quibuſdã accederet, neceſſariũ arbitrabantur, id quod in præfatione quã Cæſarea M. formulæ huic præfixit, clarius eſt videre.

Nos itaque conſiderantes noſtri muneris etiam alias eſſe, vt vigilemus ſuper gregem noſtrum, vt infirmum conſolidemus, ægrotum ſanemus, confractum alligemus, abiectum reducamus, & perditas oues quæramus, niſi velimus æternę maledictionis illud væ, quod apud Ezechielẽ dominus paſtoribus malis & negligentibus comminatur, certiſsimo iudicio incurrere, tam præclaram rerum bene & ſanctæ gerendarum occaſionem nequaquam duximus negligendam.

Proinde ad Diœceſim & Prouinciam noſtram reuerſi, primo omnium indiximus clero noſtro ſynodum diœceſanam, quam & ad eum modum quem reformationis formula præſcribit, propitio Deo celebrauimus: in qua publicatam, & ab vniuerſis imperij ſtatib⁹ eccleſiaſticis cõprobatã receptámq; reformationẽ, clero noſtro iniunximus ſeruandã. Tranſmiſimus quoq; eã ad reuerẽdos cõprouinciales epiſcopos noſtros

bitis,tandem apparuit,propterea quod rigor antiquorum canonum ſtatim reuocari in vſum abſque motu grauiori hac tempeſtate non poſſit,ad media quædam,ſacris tamen canonibus conſentanea,quibus clerus & populus ad pleniorem reformationem ſenſim perduceretur, eſſe confugiendum: viſaque nobis ſunt plurimum momenti ad durabilem & efficacem Reformationis executionem comparandam allatura media ſex,nempe:

1 *Inſtaurationem ſtudiorum,potiſſimum ſacrorum.*
2 *Examen ordinandorum, & ad miniſteria vel prælaturas inſtituendorum.*
3 *Officiorum ſeu munerum ſuſceptorum ſedulam perfunctionem.*
4 *Viſitationem Archiepiſcopalem, Epiſcopalem, Archidiaconalem, & eorum quibus hoc incumbit.*
5 *Synodorum frequentem celebrationem.*
6 *Iuriſdictionis eccleſiaſticæ iam propemodum collapſæ, & abuſu deprauatæ, reſtitutionem.*

PRimum quidem inſtaurationem ſtudiorum, quod ea quæ Reformatio & Eccleſiæ neceſſitas exigit, nemo præſtiterit melius, quàm ſcripturarum ſacrarum, canonum & munerum eccleſiaſticorum peritus. Siue enim regere eccleſias, & docere populum, ſiue hæreticos conuincere, & ſcripturarum aperire myſteria, ſiue ſacramenta conficere,eáque adminiſtrare,ſiue examinare ex ordine Eccleſiæ miniſtros,ſiue viſitare diœceſes, aut Synodos celebrare, vel iudicia eccleſiaſtica exercere oporteat,ſciētia opus eſt: alioqui,vt inquit in Euangelio Chriſtus,ſi cæcus cęco ducatum, præſtet,ambo in foueam cadent. Quo etiam modo Eſaias,indoctos Eccleſiæ prælatos, cæcos & mutos appellat:Speculatores eius,inquit, cæci,neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare. Non valentes,inquit, etiam ſi cupiant,latrare,hoc eſt officia ſua exequi. & ſubdit:videntes vana dormientes & amantes ſomnia ſua Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, propterea omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum, dicentes: Venite, ſumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius,quibus verbis propheta ſignificat non poſtremam vitiorum in populo Dei

cauſam eſſe ignorantiam paſtorum.

Et iam magna religionis orthodoxę iactura, Chriſtianęque Reipub. irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæreſum & ſeditionum tempeſtatem ſumus, quantam Eccleſiæ Chriſti pernitiem adferat prælatorum & cleri ignorantia, quibus ſcripturas diuinas negligentibus, ſutores, textores, calcearij, & id genus opifices, nemine prohibente, quidlibet impune pro Euangelio docentes, irrepſere, & mira audacia, etiam munera eccleſiaſtica inuaſere: vnde teterrima hæreſſum monſtra ſuppullularunt, & ſacras profanis, ſuperis in fera, miſcuerunt & confuderunt.

Nec hoc modo, quinetiam ſtudiorum ſacrorum neglectus in cauſa eſt, cur tam innumere eædemque locupletes Eccleſiæ, per Germaniam miniſtris idoneis, ac poſſeſſoribus careant, etiam nunc cum reſtituuntur: neque enim deſunt benemereri de Eccleſiis cupientes, ſed potentes deſunt & idonei, nempe literarũ periti, qui eccleſiaſticis muneribus perfungi queãt, earúmq; hoc nomine poſſidere bona. Neq; enim ad Eccleſiarum munera & bona proſiliunt Catholici, ſicut hæretici, aut bonorum eccleſiaſticorum occupatores ſacrilegi.

Percipitur autem ſcientia ad Eccleſiæ ædificationem neceſſaria in ſcholis, potiſſimum Theologorum, quas conſtat eſſe propria quædam ſeminaria miniſtrorum & prælatorum Eccleſiæ. Quibus florentibus, floret Eccleſia doctoribus & miniſtris: Neglectis & contemptis, Eccleſia quoque miniſtris idoneis deſtituitur. Neque enim vt olim in die Pentecoſtes repẽtino Spirituſſancti afflatu, aut velut fungi calore ſolis exciti prodeunt nobis paſſim theologi ſubito, ſed exercitiis longis, eiuſdem tamen ſpiritus vnctione, formantur in ſcholis.

Quibus rationibus (cum ſtabilem reformationis executionem meditaremur) permoti, noſtrarum eſſe partium putauimus, vt ſcholas theologicas apud Vniuerſitates, Collegia, & Monaſteria magna cura, cum primis Concilij huius authoritate inſtauraremus: nec has modo, verumetiam ludos triuiales & pędagogia, vnde non parum malorum per hanc tempeſtatem in eccleſiam defluxit, repurgaremus. Quapropter habita cum Capitulo noſtro, & Reuerendorum Comprouincialium Epiſcoporum Legatis, ac ſynodalibus huius Concilij patribus, matura deliberatione, conſentientibus & aſtipulantibus eis

bus eis omnibus,de ſtudiorum inſtauratione ſtatuimus & ordinauimus in modum ſequentem.

Quod ad inſtituendam iuuentutem non ſint admittendi, niſi de fide,moribus,& inſtitutione ſua prius examinati.

PErcepimus ſectarios quoſdam concionatores,à nuperrimis Comitiis,cathedris,quas inuaſerant, deturbatos, incertiſque ſedibus vagantes, nũc magiſteriis inhiare ſcholarum, & operam ſuam inſtituendæ iuuentuti paſſim venditare,vt quibus nõ datur amplius graſſari publice, venena ſua è cathedra ſpargere, teneræ ea iuuentuti inſtillent, quo cuniculis talibus Eccleſiam Chriſti ſuffodiãt. Quippe quod iuuentute qui olim regãt eccleſias,& gubernationi admoueantur rerum publicarum,videntur fore potiſſimum,ij qui nunc dant operam literis, Quibus corruptis durabit hoc malum, multo tempore,atque in multos transfundetur,vt verendum ſit,ne ſi admittantur, qualeſcunque in ludis literariis præceptores,grauem inde atque indelebilem accipiat Reſpub Chriſtiana corruptionem. Idcirco nos, quibus non minor adhibenda eſt cura, ne inſtituant illi male iuuentutem in triuiis, quam ne populum è ſuggeſtis corrumpant, cõmuni omnium conſenſu ſtatuimus & ordinauimus: Neminem præceptioni triuialium ſtudiorum admittendum eſſe, niſi qui ſit de fide & religione ſua, de vita item & moribus, probe examinatus, & conſtiterit vbinam gentium & apud quos ſit ipſe inſtitutus. Neque enim parui retulerit, à catholico an ſchiſmatico ſit inſtitutus, qui iuuentutem docturus eſt. Pertinebit autem examen præcipuè ad ordinarium, qui ordines per diœceſim viros idoneos,quibus hoc negotij committat. Nec abs re fuerit, ſi examinentur quoque in ciuitatibus à Prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, qui ſcholæ præſunt: ruri autem à paſtoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Viſitatores verò de facto examine inquirant: & ſi contra hanc formam ſint aliqui admiſſi, reiiciantur. Præcipimúſque & mandamus Magiſtratibus, ædilibus & prouiſoribus, qui ſcholas ſuis impenſis erexerunt, ne propterea examen huiuſmodi quouis modo impediant:alioqui cenſura eccleſiaſtica,& aliis remediis opportunis coercendis.

Quæ artes in triuiis,& quid in gymnaſiis ſtudiorum ſeu Vniuerſitatibus doceri debeat.

Qui libri parochis & concionatoribus ſint vitandi & fugiendi.

COmpertum nobis eſt, ſimplices & indoctos Parochos, quibus non eſt datum pura ab impuris diſcernere, obuios quoſque de negotiis religionis tractãtes libros emere, & potiſsimum, qui ſpecioſis titulis venditantur, quales ſunt cõciones aduerſariorũ, & cõmẽtarij eorũ ĩ ſacras ſcripturas. Quanuis autẽ quidẽ eorũ ſpeciẽ pietatis alicubi præ ſe ferre videantur, habẽt tamẽ quotquot ſunt, latens ſub melle venenũ, vnde incauti & ſe contaminant ipſos, & auditores quoque: idcirco paterna ſolicitudine pro grege noſtro ſolliciti, ne pabulum mortis pro vitæ pabulo ei porrigatur: Præcipimus omnibus fidelibus, quorum animæ curæ noſtræ à Deo commiſſę ſunt, potiſſimum verbi Dei tractatoribus, ſub anathemate, quod alias incurrant, vt ſibi caueant, non modo ab his, quæ ex officina venerunt Lutheri, Buceri, Caluini, Oecolampadij, Bullingeri, Franciſci lamperti, & Philippi Melancthonis, quos conſtat omnia ſua ſcripta ad decipiendum & ſeducendum homines à vera fide, edidiſſe: fugiant etiam Coruinum, Capitonem, Brencium, Pomeranum, Pellicanũ, Muſculum, Sarcerium, & Chiſtophorum Hegẽdorphinum, Oſiandrum, Spangenbergium, Oldendorpium, Hermannũ Bonnum, Hedionem, & eius in eccleſiaſticam hiſtoriam peſtilentiſſima ſupplementa, Chronicom Sebaſtiani Franck, & quicquid eius eſt farinæ, donec pleniori catalogo libros cõtagioſos per hanc tempeſtatem editos, eis indicauerimus.

De ſtudioſis canonicis mittendis ſtudia Vniuerſitatum, ſumptibus Collegiorum.

NE quod in formula Reformationis iuxta ſanctorum patrũ decreta ſalubriter inſtitutum eſt, vitio vel Collegiorum, vel adoleſcentum canonicorum euaneſcat, decernimus & ſtatuimus vt dent collegia, vni, duobus vel tribus, vt multus vel exiguus fuerit perſonarum numerus, in Collegio, bonę ſpei, ac ſtudioſis adoleſcẽtibus, non minus, quàm triennij tempus, quo poſſint in ſtudiis, potiſſimum theologico, verſari: in quo ſi laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiãt integros præbendæ ſuę fructus, quotidianis diſtributionibus exceptis, aut ſaltem quantum ad victum & libros neceſſarios ſufficiat: niſi de cõpetenti ſubſidio ſit olim per capitula ſtudioſis prouiſum: dũ tamen

tamen certis teſtimoniis ſingulis annis ad collegia mittendis conſtet, nec peruerſis moribus eos deditos, nec ſtudia vana, quæ ad eccleſiæ ædificationem non conferant, ſectari: committendum enim non eſt, vt cultui diuino dedicata ſtipendia in huiuſcemodi canonicos dyſcolos erogentur. Debent tamen curare, vt ipſis abſentibus alij eorum in diuinis ſuppleant vices.

De cautione quam dare debeant mittendi ad Vniuerſitates.

QVum formula Reformationis exigat, vt iuniores in gymnaſiis alantur impenſis collegiorum, ad hoc quo collegia claris & doctis viris ornentur, vt huic menti ſatis fiat, & collegia non fraudentnr expectatione ſua, Statuimus, & communi conſenſu decernimus, vt canonici, nondum in maioribus ordinibus conſtituti, poſcentes hoc nomine aut fructus integros, aut decreta ſubſidia, à collegiis, quæ pro more habent, vt de fructibus participent, etiam in minoribus cõſtituti ordinibus, prius dent cautionem ſufficientem, ſe nõ velle ordinem & inſtitutũ eccleſiaſticum deſerere, aut ſi mutato propoſito forſan reſilriant, tum ſi velle & debere fructus percepta quæ ſubſidia, collegio illi integraliter ſoluere ac reſtituere.

Collegia in Vniuerſitate aliqua ſita, quos ſuos ſtudioſos mittere debeant.

CAeterum in locis vbi vniuerſitas catholica eſt, iuxta primariam inſtitutionem reformata & probata, non videtur cauſa digna eſſe collegia magnis ſumptibus grauandi, & mittendi ſtudioſos foras, ad Vniuerſitatem exteram. Proinde ſtatuimus, vt tales dent operam literis bonis in ipſa vniuerſitate, vbi ad mores & ſtudia ipſorum poteſt haberi reſpectus: niſi decanus & collegium cauſam habeant, cur cenſeant eos ad exteras Vniuerſitates mittendos. Quod ſi qui fugientes diſciplinam, velint omnino non ad eam, quæ eis à ſuo decano & capitulo deſignatur, ſed ad aliam, quæ ipſiſmet videbitur Vniuerſitatem proficiſci, non tenebitur collegium illis dare ſubſidium decretum, Ne verò canonici, vicarij, & chori ſocij cleri noſtri Colonien. vigiliis defunctorum, quas mane hora ſeptima perſoluere conſueuerunt, à frequentatione lectionũ præcipuarum impediantur, volumus vt poſt hac vigiliæ tempore pomeridiano ad horam circiter ſecundam incipiantur, vt ante preces veſpertinas compleantur.

Qui gaudere poſſint vniuerſitatum Priuilegiis.

AD prohibendum grauem abuſum, quo ſe quidam ad vniuerſitates, non ſtudij, ſed priuilegiorum gratia, conferunt, Statuimus & mandamus, ſicut ante nos in ſynodo Leodien. ſtatutum eſt, vt nulli niſi ad ſtudia literarum idonei, & illarum præcipue gratia, ſe ad vniuerſitatem conferentes, in membra ſeu ſuppoſita atque ad vſum priuilegiorum huiuſmodi vniuerſitatis recipiantur, aut ſuorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant, nec recepti, ipſis priuilegiis & beneficiorum fructibus vti ſinantur, niſi quandiu cauſa ſtudij permanſerint & ſpes ſit, quod ex ſtudio ſuo fructum vberiorem in eccleſia Dei ſint parituri. Qui verò deſides & otioſi comperti fuerint, ab eorundem priuilegiorum vſu, & fructuũ perceptione repellantur.

De Theologo qui doceat, in Collegiis alendo.

QVo verò & reliqui ſiue canonici ſiue vicarij, capellani ſiue choriſocij, cantores quoque, ſeu chorales collegiorũ, quæ extra vniuerſitates, aut in vniuerſitatibus, procul à ſcholis ſita ſunt, habeant etiam occaſionem in ſacris diſcendi & proficiendi, Decernimus & ſtatuimus, vt eiuſcemodi collegia ſingula, aut ſi vicina ſint inuicem, duo aut plura, ſimul alant theologum aliquem docentem vel binos, qui hãc operam inter ſe partiantur, cõceſsione fructuum vnius præbendæ, authoritate apoſtolica, in hunc vſum ſupprimendæ: aut ſi illa non ſufficiat, vnione beneficiorum vel vicariarum, quæ nullam, vel non adeò neceſſariam functionem requirũt, iudicio viſitatorum Epiſcopalium decernenda & conficienda: ſic tamen, vt fructus præbendæ vel ſtipendij diuidantur, ſecundum numerũ lectionum: vt quando non legit, detrahatur illi etiã de fructibus portio deſtinata. Quòd ſi inter ipſoſmet fratres inueniatur, qui hoc docendi munus velit & poſſit obire, huic par eſt, vt diſtributiones quotidianæ, præter iuſtum ſtipendium, à choro abſenti pridie quàm legat, & eo die quo legit, concedantur.

De inſtaurandis lectionibus theologicis in Vniuerſitate Colonienſi.

VT Cæſareæ maieſtatis voluntati ſanctiſsimæ de Reformandis Vniuerſitatibus iuxta modum in formula præſcriptum ſatis fiat, & ratio ſit, quare Collegia in Colonia non teneantur ſuos canonicos mittere ad exteras vniuerſitates, & eis abſentibus, aut integros præbendæ ſuæ fructus, aut quan-

tum in victum & libros ſufficiat,ſuppeditare,danda eſt collegiis illis opera,vt lectiones,potiſsimum ſacræ Theologiæ,in ipſa vniuerſitate vigeant,& canonici illi, qui habent prębendis ſibi ex indulto apoſtolico, cum onere legendi collatas, ſuo muneri iuxta tenorem bullæ ſummi Pōtificis,vnde præbendas illas conferendi authoritas manauit, ſatis faciant. Quamobrem monemus & hortamur eos , qui de præbendis gratiæ primæ gaudent,vt aut legant ipſi in ſua facultate, aut ſi legitimo impedimento teneantur,conducant alios idoneos Magiſtros,qui vices eorum in docendo ſuppleant. Qui ſi monitionibus noſtris paternis auſcultare noluerint, cum noſtra (ad quod pertinet bonum publicum promouere) interſit,lectiones Apoſtolicæ ſedis beneficio vniuerſitati debitas perſolui, Cenſuimus totius Concilij nomine requirendos eſſe Vniuerſitatis Rectorē & Prouiſores, vt munere ſuo perfungantur, & eos quibus de Prębendis ſeu Beneficiis prouiderūt, requirant ad legendum & ſatis faciendum oneri Præbendæ annexo, & iuxta Apoſtolici priuilegij tenorem, contra non parentes procedant: alioqui negligentiam eorum deferendam ad Summum Pontificem, & petendam prouiſionem qua huic caſui prouideatur.

DE ALTERO MEDIO, AD conſequendam Reformationis executionē neceſſario, quod eſt Examen Ordinandorum.

DEinde viſum nobis fuit ad ſtabilem & duraturam Eccleſiaſtici ordinis Reformationem comparandam,neceſſariū eſſe,vt initiandi ſacris ordinibus ritè examinentur. Hi verò,qui ad Prælaturas & regimen animarum aſſumuntur, nouo eidémque rigidiori examini ſubmittantur,ꝑpterea quod mortales omnes,ſequi ſuum Genium quotidie experiamur,& aſinum manere aſinum, etiam ſi exuuiis leonis induatur:atq; ita euenire, vt cum vitiis dediti homines aſſumuntur ad dignitates & Pręlaturas,vertāt dignitates & curas nō quo oportet,ſed vel ad auaritiam implendam,vel in ventrem ſaginā-

dum,aut ad faſtum & pompam, quidam etiam, vt in luxu & deliciis viuant. Quibus profectò rebus fit,vt planè in diuerſum abeant officia & munera diuinæ miſsionis, nec fere vlla ſit animarum & rerum eccleſiaſticarum cura vera,ſed imagines tantum & apparatus,nec ſeria bene inſtitutæ Reformationis executio, ſed maior indies morum & doctrinæ corruptela. Quamobrem in primis ſtatuimus & ordinamus,ne quis ad ſacrorum Ordinum perceptionem admittatur,niſi diligẽter examinatus de fide quam teneat, de affectu quo ducatur ad petendos Ordines, de ſcientia quæ ſufficiat ad Ordinis quem petit miniſteria explenda, de moribus Ordinem decẽtibus,& ætate legitima.

Ad quos pertineat Examen.

QVoniam verò difficile erat,vbi ſunt magnæ Eccleſię & multi ordinandi, Epiſcopos ad quos examinatio propriè pertinet, hoc negocij per ſe obire: olim ea cura in quibuſdam Diœceſibus in Scholaſticos Cathedralium Eccleſiarum, in aliis verò in prælatos alios relegata eſt, quibus iam examinandi ius eſt quæſitum, & maiora quàm cæteris Canonicis ſtipendia ab Eccleſia decreta:verum quales nunc ſunt plerique Scholaſtici, & illi penes quod eſt examinandi poteſtas,iura quidem ſua tuentur,nec tamen docent iuuentutem,nec examinant,officiúmque & curas illas aliis,nõ multo melioribus examinatoribus interdum delegaut:quo fit,vt alio in alium hanc curam transferente,aut nullæ,aut perfunctoriæ, & admodum frigidæ fiant ordinandorum examinationes. Quem defectum ſupplere cupientes, & examen ad ſua prĩcipia,hoc eſt ad Epiſcopos reuocare,quibus ex lege diuina incumbit,nemini citò manus imponere,matura deliberatione præhabita,declaramus, Epiſcopos non debere huiuſcemodi examinationibus(quando non ignorant eas perfunctoriè factas)ſtatim acquieſcere,& inquiſitionis ſpecie,quàm ex reliquiis antiqui moris retinent in altari, cum rogant vtrum ſint digni, iuſti, & ſancti,putare ſe ſatisfeciſſe,atque ita inutiles & indignos homines,nonnunquam etiam ſceleratos, ab aliis forte(quos ea cura non admodam tangit)dignos iudicatos,ſacris illis ordinibus contra conſcientiam propriam inſignire. Eaque de cauſa requirimus Prouinciæ noſtræ Epiſcopos in domino, vt vel ipſimet huic ſuo muneri ſatisfaciant,vel curam illam imponant viris piis,doctis,& de Eccle-

ſiæ profectu ſollicitis, quorum diligentia ſit eis explorata, niſi certiſsimo experimento cognouerint Scolaſticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui merito fidant, adhibuiſſe.

De licentia Toriis ad ſuſcipiandos Ordines extra Diœceſim.

STatuimus vt nemini poſt hac (vbi dinga & iuſta cauſa nō eſt) dentur licentiatoria, ordines extra ſuam diœceſim recipiendi: niſi prius ſit, iuxta modum præſcriptum in ſua Diœceſi examinatus. Ad hoc enim comperimus quoſdam licentiatoria petere, vt examen ſubterfugiant.

De proclamatione ante maiores ordines facienda.

QVoniam non oportet ſacros Ordines quaſi furtim ſurripere, ſtatuimus & ordinamus, vt quemadmodum iungendi Matrimonio trina proclamatione populo denunciantur: ita maioribus Ordinibus initiandi, trina proclamatione denuncientur in Eccleſia Parochiæ, quàm inhabitant, ad percipienda impedimenta, ſi quæ ſunt quæ debeat Parochus Epiſcopo aut officialibus eius ſignificare: vbi tamen proclamatio talis cōmodè fieri poteſt, nec veriſimilis ſit metus ne maleuoli homines Clericos innoxios à maiorum Ordinum ſuſceptione deterreant.

De tempore quando debeant ordinandi dare nomina ſua, & examinari.

MAndamus, vt volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinem promoueri, præſententur, & dent Intitulatoribus nomina ſua feria quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & ſequenti die examinentur, hora quam eis conſtituent examinatores. Promouendi verò ad Sacerdotij gradum dent nomina ſua feria quinta ante diem ordinationis, quibus ſimiliter ſtatuetur. cum ſimul ob multitudinem examinari non poſsint: Adferant verò promouendi omnes ſecum teſtimonia, non modo ſuorum Parochorum, verũ etiam præceptorum aut proborum virorum, apud quos maiorem vitæ partem tranſegerunt, per examinatores diſcutienda, vnde poſsit Epiſcopo, vtrũ irreprehēſibiles ſint, conſtare.

De examine iuſtituendorum ad dignitates, curas animarum, aut alia officia.

POrrò quo plus negotiorum incumbit eis qui ad Prælaturas, dignitates & curas & animarum vocãtur, hoc magis intereſt Eccleſiæ & Chriſti fidelium, vt tales ſingulari

examine, maiorique diligentia, quam reliqui explorentur, vtrum ſufficiant ad præſtanda munera illa ad quæ vocantur. Præcipuè verò Epiſcoporum intereſt, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios. Hinc ſtatuimus & ordinamus, vt nemo electus confirmetur, nemoque præſentatus ad dignitatem vel animarum curam inſtituatur, priuſquam ſit à ſuo Epiſcopo, aut Archidiacono Epiſcopi, aut hac in parte Vicario, aliiſve ſacrarum literarum, canonum, & traditionum Eccleſiaſticarum peritis viris, quos Epiſcopus aut Archidiaconus ad hoc deſignabit, examinatus & comprobatus idoneus, poſſitque & velit muneri ad quod vocatus eſt, pro virili ſatisfacere, & formulam Reformationis qua parte eum concernit, exequi. Quod ſi quis Archidiaconorum, vel ius inſtituendi habentium, contra hanc conſtitutionem præſumpſerit aliquem non ita examinatum inueſtire, ipſe quidem pro iudicio Epiſcopi, per certum tempus ab officij ſui executione, & fructuum perceptione, ſuſpendetur: Inſtitutus verò eo vſque donec Epiſcopo comprobabitur qualificatus & idoneus. Neque tamen per examen epiſcopale derogatum volumus iuri examinandi ſi quod alij prælati habent.

De examine eorum qui per reſignationes aut permutationes ad beneficia contendunt.

AD hæc ſtatuimus & ordinamus, vt in permutationibus & reſignationibus beneficiorum, eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cuius fauorem permutatio vel reſignatio concepta eſt. Et præſertim diligens fiat inquiſitio, etiam per diſerta iuramenta, num permutatio ſit ad cōtegendum ſymoniæ vitium fraudulenter excogitata ac ſimulata: quod ſi vel examinis tempore, vel in poſterum compertum fiat pactionem illicitam & iure non probatam interceſſiſſe, vterque permutantium pro ſymoniaca frauda puniatur.

De formulis ad examinationem aptis.

QVoniam diuerſi ordines, officiorumque & dignitatum gradus diuerſi, alias atque alias requirunt in hominibus conditiones: & ratio præterea habenda eſt eorum religioſorum, qui perpetuo deliteſcere quærunt in ſuis Monaſteriis, & ad nullas animarum curas euocari, ſed tantum cupiunt Chori officiis in ſuis monaſteriis adhiberi ſacrificiúmque

que pro Eccleſia in miſſis offerre,& monaſtice indulgere: viſum fuit præſenti Concilio expedire, vt extarent formulæ, ad quas examinarentur ordinandi, ſecundum diuerſos ſuſcipiendorum. Ordinum gradus, & inſtituendi & confirmandi ſecundum conditiones munerum & officiorum quibus adſciſcuntur. Petentibus Suffraganeorum noſtrorum comprouincialium Epiſcoporum legatis negocium tales formulas congerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui non modo in literis ſint exercitati, verum etiam cognitionem Eccleſiaſticorum officiorũ teneant,& conſcribant in genere, quod communicetur eis omnibus pro locorum & Eccleſiarum diuerſitate, in ſpecies aptas deducendum.

De inſtitutis pleno iure à Prælatis & aliis Eccleſiaſticis.

CVm bonorum omnium teſtimonio magnus& pernitioſus ſit abuſus, quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Prælati,& quibus in Clero eſt poteſtas conferendi beneficia eccleſiaſtica pleno iure, Conferunt Eccleſias parochiales abſolutè & ſimpliciter quibuſlibet, interdum indignis & ineptis hominibus inexploratis, nullo præcedẽte examine: & quod intolerabilius eſt, nonnunquam ſpuriis, nothis, pueris, aut ſeruis indignis. Cenſuimus hanc rem totius Concilij nomine ad ſummum Pontificem deferendam, petẽdámque ſedis illius prouiſionem & declarationem, irritantem tales collationes, quas vocant pleno iure, niſi præcedat examen Epiſcopale, ſeu eorum quos Epiſcopi ad hoc dabunt, & vt poteſtatem faciat epiſcopis, vt quos non conſtaret à ſua ſanctitate, vel alias ritè examinatos, non teneantur, quauis licet authoritate nitẽtes, ad poſſeſſiones Prælaturarũ, vel Sacerdotiorum curam animarum habentium admittere, niſi examine diligenter excuſſos atque probatos. Similiter, ne quẽquam in ordine ab alio quam ſuo proprio Antiſtite ſurrepticie,& nullo præuio examine ſuſcepto, teneantur ad Eccleſiaſticas functiones admittere, ſed ab ordinis ſuſcepti executione ſuſpendere, donec exhibitis ſuæ promotionis literis, per examen debitum & iuxta Reformationis formulam factum, fuerit repertus idoneus.

De ſecularibus vſurpantibus ſibi poteſtatem pleno iure conferendi beneficia.

DE ſecularibus verò habentibus ius præſentandi aliquẽ ad beneficium eccleſiaſticum, ſiue Curatum, ſiue à cura

rendum eſſe, fatentur omnes, quibus dolet, animas hominum, quos ſanguine ſuo Chriſtus mercatus eſt, non pluris æſtimari, & Cleri infamia populum ſcandalizari. Cui accuſationi & iuſte querelæ mederi cupientes, ſancimus & ſtatuimus, vt Epiſcopi, Archidiaconi, & omnes qui functionem munerum ſuorum, non per ſe, ſed per miniſtros aut commiſſarios ſeu collectores ſolent obire, vices ſuas non committant hominibus leuibus, vitioſis, aut coniugatis: ſed tantum Eccleſiaſticis, grauibus, & probatæ opinionis viris.

Non licere Prælatis officia ſua pro pecunia pacta alicui committere.

Similiter ad tollendum grauem & ſcandaloſum abuſum, quo quidam pecuniis oblatis comparant ſibi à Prælatis commiſſiones & officia, non ſalutem animarum, ſed pecuniam vberiorem ex officiis quærentes: Statuimus & mandamus, ne quis Prælatus, cuiuſcunque ſit dignitatis, ſuam Iuriſdictionem, & munera vlli commiſſario ſeu collectori, licet Eccleſiaſtico, plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo cenſu, committat vel vẽdat, ſub pœna excõmunicationis, quã emens, ſeu pecuniam paciſcens, ipſo facto incurrat: vẽdens verò, præter pœnas canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam pactam exigendi. Decernentes contractum huiuſmodi illicitum, à Iure damnatum, ac nullum eſſe & haberi debere.

Quod non liceat relinquere peccata pro pecuniis impunita.

Magno populi Chriſtiani ſcãdalo, quidam ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita, non perpendentes pudendum eſſe crimen, crimina non coercere: nec quicquam eſſe quod atrocius Epiſcopos & Prælatos coram Deo accuſet, quam huius rei neglectus. Idcirco deliberatione cum Concilio habita, Mãdamus & ſancimus, ne Epiſcopi, Archidiaconi, vel alij Iuriſdictionem habentes, aut eorũ Officiales, ſeu cõmiſſarij, vitiorum correctiones diſſimulent, permittẽtes cuique pecuniæ munerũ, vel neceſſitudinis cuiuſcũq; gratia in eis hærere: ſed delicta præterita caſtigẽt, pœnitẽtia ſalutari, pro delicti grauitate impoſita: nec pœnitẽtię loco pecuniam emungant, niſi vbi permittũt Iura aut Canones: ſeu vbi pro

De pœnis e licet.
De Offic. Ord. c. irrefragabili. paragraph. Prouideant.
Deſen. ex cõm. lib. 6 §. Deniq;

tranſgreſſione mandati, vel inhibitionis, certa mulcta (cuius habuerit tranſgreſſor cognitionem, & tamen contempſerit) decreta ſit. Verum mulcta ex permiſſione Iurium aut Canonum proueniens ſecundum illorum præſcriptum conuertatur. Cæterum vbi eiuſcemodi caſtigationibus nõ proficitur, & tanta ſit delicti grauitas, poterit etiam cenſuris & pœnis Canonicis caſtigari: Nimirum ſuſpenſionis ab officio, excommunicationis, & priuationis beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Vt muneri ſuo Collegiorum Præpoſiti ſatiſfaciant.

QVerela eſt Collegiorum, Præpoſitos quoſdam, ad quos præſtito iuramento pertineat Iura & ſtatuta eccleſiarum tueri atque defendere, nihil agere minus: ſed percipere tantum amplos fructus. cæterum eccleſias quarum cauſa illos percipiunt, relinquere indefenſas: immemores iuriſiurandi, & eius quod beneficium propter officium datur. Hinc decernimus & ſtatuimus, vt ſi iſtiuſmodi Præpoſiti à ſuis Collegiis, ad bonorum, Priuilegiorum, iurium & ſtatutorum defenſionem, expenſis Capitulorum, neceſſitatis tempore, vel imminente diſcrimine, requiſiti, muneri ſuo ſatisfacere neglexerint, & inde Collegium ceu eccleſia illa damnum accipiat, pœnam incidant, pro damni accepti magnitudine, & Præpoſiti negligentia ab Epiſcopo ſeu ſuperioribus taxandam & moderandam.

Quod non liceat Decanis à ſuis Collegiis abeſſe.

VIdemus Decanis abſentibus, vel officio ſuo ſegniter perfungentibus, leuiſſimorum quorumque canonicorum & vicariorum inſolentiam præualere fere aduerſus meliores, pietatem & zelum bonorum haberi ludibrio, officia negligi, diuina neque ritè neque ab omnibus perſolui, cantum præcipitari, vitæ & morum honeſtatem periclitari, diſciplinam prorſus nullam eſſe: breuiter, licere prauis quibuſque quicquid libeat. Præcipimus idcirco & mandamus, vt Decani apud ſuas eccleſias perſonaliter reſideant, & officio ſuo per ſeipſos ſtrennue perfungantur, exceſſuſque ſubditorum quoties opus erit caſtigent, ſub pœna priuationis fructuum Decanalium, pro rata temporis quo abſque cauſa rationabili moniti non reſederint, fabricę, aut pauperibus applicandorum, vbi alias non eſt pœna digna contra nõ reſidentes decreta, niſi fortè neceſſitatis cauſa contigerit eos ab-

eſſe;

eſſe: Quo caſu, Capitulari alicui, qui ſuſcepti offic:j rationem reddere poſſit, quemque inferiores reuereantur vices ſuas committant, niſi talem abſentis vicarium peculiaria collegiorum ſtatuta deſignent.

Quod Abbatiſſæ nobilium Virginum quas Canoniſſas appellant, debeant apud ſua Collegia reſidere.

IDem ſtatuimus de Abbatiſſis Collegiorum Nobilium virginum Canoniſſarum, quas tanto magis oportet collegiis ſuis adeſſe, & perpetuo reſidere, quanto virgines illæ maiori cuſtodia ſunt dignæ. Quibus præterea mandamus, vt diligenter obſeruent, num omnes in Dormitorio communi nocte decumbant, & in habitu ipſas decente incedant, ac horas Canonicas ritè perſoluant, cæteráque quæ Reformationis Cæſarianæ formula, & probatæ earum conſtitutiones exigunt diligenter obſeruent, ſub pœna ſuſpenſionis à perceptione fructuum, in fabricam Eccleſiæ applicandorum, donec pareant.

Illas verò Abbatiſſas, quæ duobus Collegiis contra Decreta ſanctorum Patrum præpoſitæ ſunt, & duorum in ſe recipiunt Curam, quum vix vni regendo ſufficiant, cenſendas decernimus iuxta decretum. De Reſtringenda pluralitate beneficiorum, inferius paulo ſubiectum: Atque vt canoniſſæ ſecundum formulam aliquam ipſorum ſtatui conuenientem, poſſint in vitæ & morum honeſtate formari, conſcribi quædam in eam rem iuſſimus, quæ viſitatoribus noſtris tredemus exequenda: Communicabimus quoque ea Reuerendis Confratribus noſtris Comprouincialibus, Epiſcopis quo & ipſi in ſuis Diœceſibus, ſecundum locorum & perſonarum rationem (quantum fieri poteſt) Reformationis vnitatem ac conformitatem introducant.

Vt Abbates à monaſteriis ſuis non diſcedant.

MAndamus quoque & præcipimus, vt Abbates quorumlibet Monaſteriorum, non niſi intra Monaſteriorum ſepta, cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant.

De reſtringenda plurimorum beneficiorum curam animarum habentium coaceruatione.

CVpientes ex animo quantum in nobis eſt prohibere ac tollere odioſum illud & inſatiabile (quod & Patrum canones deteſtantur) ſtudium coaceruandi multa be-

neficia,curam animarum habentia,vnde populus fidelis grauiter ſcandalizatur & optimorum,quorúmque animi à Clero alienantur,ſpoliantur eccleſiæ debitis miniſteriis, ceſſatio inducitur cultus diuini, fundatores quorum ſacroſancta & inuiolabilis debebat haberi ſuprema voluntas, ſpe & expectatione ſua fraudantur : meliores, quibus beneficium aliquod Eccleſiæ certæ debetur, quique miniſtrare in eo & cupiant & poſſint, non abſque iniuria & offenſione Dei excluduntur, & ad ſtudia prophana impelluntur, vbi Eccleſiæ poterant eſſe ornamento, donec Cæſarea Maieſtas prouiſionem meliorem aduerſus licentiam hanc à ſummo Pontifice impetret : id quod ab Eccleſiaſticis Imperij Statibus rogatus,ſe recepit à ſanctitate eius eniti atq; efflagitare velle,Statuimus,& cõmuni maturaque deliberatione cum Concilio præhabita,quod iuſtiſſimum eſt,& ad Eccleſiæ ædificationem pertinet,ſancimus,vt beneficiatus quiſque, ſi beneficia habet à Curis libera,aut vnum curatum, aliud ſimplex, ſatisfaciat officio cuius gratia beneficium accipit,ſecundum
1.Cor.9 Fundatorum intentionem,ſacros canones,& Patrum decreta:& ab eccleſia vbi beneficium negligit,non participet.Etenim diuini iuris eſt,vt qui ſeruit altari,de altari viuat : nec bono iure is qui nõ ſeruit altari:viuit de altari:ſicut ſtipendiũ nõ debetur niſi militanti. Si verò Curatũ habet beneficiũ apud eccleſiam vbi beneficium habet,reſideat, & officio ſatisfaciat alioqui nihil percepturus:pertinebitque ad Epiſcopum,ſeu eos,quibus hoc iuris competit, vt de præbendæ ſeu beneficij fructibus, ad eccleſiæ illius vtilitatem diſponant:niſi beneficiatus ille Eccleſiæ Dei vtilius aliquod ſeruitium interim impendat . Quod ſi quis iuxta.c. De multa. De pręben.qualificatus iam impetrauit à ſede Apoſtolica facultatem plura quàm vnum beneficium retinendi, Mandamus,vt hanc Epiſcopo ſuo aut eius Viſitatoribus ſecundum diſpoſitionẽ.c.Ordinarij, De offi. Ordina.in 6.pſentet atque exhibeat.Quæ ſi appareat ſufficiens, curet Epiſcopus vt beneficia debitis obſequiis non fraudẽtur : Alioqui beneficiatus,vno, quod maluerit retento, reliqua libere reſignet, aut dimittat viris idoneis, perſonaliter reſidere volentibus, abſque præiudicio tamen præſentantium,eligentium,& collatorum cõferenda. Si verò diſpenſatum ſit cum indigno, ſummo illud Põtiſici,curet Epiſcopus ſignificare,vt dignio-

ri de

ri de beneficio illo prouideatur, per eos quibus alias competit ius eligendi, conferendi, vel præſentandi.

De competentia iuſta Rectoribus eccleſiarum ſiue perpetuis ſiue temporalibus aſsignanda.

VBi Collegia vel monaſteria, vel habentes dignitates, habent eccleſias parochiales incorporatas cum decimis iuribus & cenſibus, quas committere ſoleant paſtoribus vel perpetuis vicariis, cum aſſignatione portionis fructuum regẽdas, ſi portio talis ſit acciſa, nec ſufficiat, vt honeſtè ac decenter ex ea viuatur, ne cauſa ſit cur animæ negligantur, aut deſeratur officium, vel ad curas ſordidas paſtor ille pro victu comparãdo adigatur, Mãdamus & decernimus, vt iuſta portio ſecundũ Reformationem ei de decimis Collegij vel Monaſterij bonis aſſignetur, ſiue per epiſcopum loci, ſiue per eius viſitatores. Similiter vbi temporales Rectores ad regendas eccleſias conducuntur, Decernimus, vt iis iuſtum & dignum ſtipendium detur pro locorum, & perſonarum conditione ab Epiſcopo moderandum, quod decentem ei s & honeſtum victum atque veſtitum ſuppeditet. *De præben. c. ex tirpande etc. expo ſuiſti. Et c i. eodẽ titulo in ſexto.*

Ne cogantur eccleſiarum Rectores opera ſeruilia ſubire.

OMninò autem vetamus, ne vlla Collegia, Monaſteria, vel habentes dignitates, locent eccleſiarum ſuarum regimen cum agris, vineis, ſyluis, partis, & iuribus, rectori plus offerẽti ſub annua penſione: tales enim coloni verſus, quàm paſtores, ſeruilibus & ſordidis negotiis ſe dedere, & maiorem temporalium, quàm ſpiritualium bonorum ſollicitudinem habere, dignamque animarum curam negligere ſolent. Poſſunt tamen colonis ſecularibus eccleſiarum prædia ſub annuo cenſu locari, emolumentaque pro vtilitate eccleſiarum commutari, vel vendi: quinetiam non vetamus quin collegia & monaſteria poſſint eccleſiæ rectori, bonorum ad ipſam eccleſiam pertinentium, adminiſtrationem plenam committere, pro moderato cenſu, quem de prædiis pendat: ſic tamen, vt ei ſuperſit honeſtus & ſufficiens victus ac veſtitus: nec ad ſupremum cẽſum adigatur, vt ſolent licitantes à plus offerẽtibus, pro quo corradendo cogatur ſe ſordidis & ſeruilibus operibus mancipare, ac ruſticus fieri, vt vix aut ægre ei ſuperſit,

vnde nuditatem ſuam veſtiat, & vitam miſeram ſuſtẽtet: quales multos, magno Eccleſiaſtici ordinis dedecore, in pagis vidAemus ſacerdotes.

De vicariorum ſeu capellanorum in Eccleſiis Collegiatis, officiis.

AD poſtremum ſtatuimus & ordinamus, vt eccleſiarum collegiatarum vicarij (quos aliqui vocant Cappellanos aut Choriſocios) nomini ſuo reſpondeant, nec tempore diuinorum aliis pſallentibus, ipſi extra chorum patienter, deſideant, confabulentur, aut aliud quid agant in eccleſia, in populi ſcandalum. Sed canonicis in perſoluendis horis canonicis & diuinis ſint adiumento & onera ſpecialia, ad quæ vel ex fundatione, vel antiqua conſuetudine, aut eccleſiarum ſtatutis, obligantur deuotè & diligenter perſoluant, ſub pœna ſuſpenſionis: nõ à diſtributionibus tantummodo quotidianis, verumetiam à vicariarum ſuarum fructibus, donec negligentiam iuxta Decani & Capituli iudicium emendent.

DE QVARTO MEDIO REformandi Eccleſiam per viſitationem.

NOn alias ſanè melius, quàm in viſitatione deprehenduntur, corriguntur, & eradicantur errores & vitia quæ viſitatoribus dormientibus ſeminantur, creſcunt, & ſecurum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cum dormirent homines, venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati, qui non viſitant: ſoli vigilant, & feruent cuſtodias noctis ſuper gregem ſuum qui mala quæ metuũtur viſitatione præcidunt. Et quoniam ſemper oportet eos in ſibi commiſſas oues habere oculos intentos, ſpeculatores appellantur: Speculatorem, inquit propheta, dedi te domui Iſraël. Nec aliud eſt epiſcopus, etiam ex nomine, quam ſpeculator. Hinc etiam Apoſtolus: Attendite võbis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos ſpiritus ſanctus Epiſcopos. Et vniuerſo, inquit gregi, quod viſitationem requirit vt epiſcopus nemini deſit. Quale exemplum dedit ipſe de ſe Apoſtolus, non ſemper prædicans, ſed viſitãs etiam ſuos, quos ad Chriſtum conuerterat.

terat, vt explorare, vtrum ſeruarent doctrinas & traditiones apoſtolorum & ſeniorum. Sic habito Concilio Hieroſolimitano in quo Apoſtoli & ſeniores ſtatuerant, quo nā pacto lex vetus ſepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, quo modo ſe habeant. Qualium viſitationum frequens mentio eſt in Actis apoſtolorum Capite. 20. commemorat epiſcopis Aſiaticis labores ſuos, ac tandē conteſtatur eos in hæc verba: Quapropter conteſtor vos hodierna die, quod mundus ſum à ſanguine omnium: Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne concilium Dei. Qua ſanè conteſtatione pronuntiat reos ſanguinis omnium pereuntium animarum, epiſcopos illos, qui oues ſuas non requirunt. Viſitatione igitur opus eſt, cum archidiaconali, tum epiſcopali, atque archiepiſcopali, & eorum, quibus hoc muneris incumbit ad extirpādos errores ac vitia, & mores bonos plātandos, eoſq; in vſu & vigore ſuo retinendos. Hactenus autē (quod negare non poſſumus) alto ſomno dormierunt epiſcopi, de archidiaconorum vi tatione ſecuri, qui ſpeciem quādam viſitationis retinuerunt, ſed deformem, & prauorum officialium ſeu viſitatorum quæſtu vitioſam ac repræhenſibilem. Nunquam profecto, quod nunc ſero quærimur, tot hæreſes & ſectæ moreſque corrupti eouſque inualuiſſent, nec iaceret adeò diſciplina eccleſiaſtica neglecta, ſi rectè viſitatum ab epiſcopis & archidiaconis, & iis quibus hoc muneris incumbit, fuiſſet. Quapropter archidiaconis quidem totius Concilij authoritate mandamus & præcipimus, vt abuſu correcto, viſitationem inſtituant ad formulam Reformationis, nec quēquam finant in vitiis, pecuniæ vel munerum cauſa, hærere, iuxta ſuperiore noſtras conſtitutiones ſub pœna quā Epiſcopi vel ſuperiores dignā iudicauerint. Epiſcopos autem requirimus, vt frequentius per hoc triennium viſitent ſuas Diœceſes, cum ad extinguendas hæreſum & ſchiſmatum reliquias, tum verò vt archidiaconales & inferiores viſitatores obſeruent, atque iñ ordinem redigant. Nam niſi hoc fiat verendum eſt inferiores viſitatores ſuam morem retenturos.

De notario in viſitatione adhibendo.

STatuimus ad hæc, vt viſitatoribus adhibeatur Notarius qui ſit ſacerdos, aut ſaltem clericus non coniugatus.

De viſitatioEe exemptorum & non exemptorum.

CAutũ eſt in reformationis formula, vt à viſitatione Epiſcopali nulla eccleſia eſſet libera ſeu exẽpta, propterea, vt opinamur, quod exẽpti multi ab inſtitutis ſuis latè deflexerunt, & populum grauiter irreligioſa vitæ conuerſatione & moribus corruptis ſcandalizent: induceretur autem eccleſiæ turpis facies, plurimáque in populo ſcandala naſcerentur, ſi viſitatis ac reformatis non exemptis, exempti quos oportebat eſſe potius reformatos, hæreant perpetuo in eodem luto. Verùm quum in hoc negotio deeſſet epiſcopis ſummi Pontificis authoritas, Cæſarea Maieſtas recepit ſe velle cum ſummo Pontifice agere, vt operi huic tam ſancto, ſanctitas eius ſe accommodaret. Quod ipſum vtrum iam factum ſit, néc ne, nondum ad nos peruenit. Idcirco ſtatuimus interea, donec de hoc reddamur certiores, vt epiſcopus quiſque viſitet omnes ſibi ſubiectos, non exemptos, licet ſint per archidiaconos aut alios prælatos viſitati: Exemptis verò, ne quid in ſe patiantur epiſcopi deſiderari eorum quæ Cæſarea Maieſtas ſerio requirit, ſuum viſitandi ſtudium atque operam offerant, hoc periculoſo præſertim tempore: Et nihilominus præſenti Concilio ſtatuente, requirimus, & à reuerendis Coepiſcopis noſtris ſuffraganeis in eorum Diœceſibus requirendos cenſemus, omnes exemptorum prælatos & viſitatores, vt munus ſuũ ſtrenuè exequantur, reforméntque ſubditos ſuos, iuxta Reformationis Cęſareanę (quam ſibi comparare quiſque teneatur) formulam, & Cæſareæ Maieſtatis mẽtem. Qua in re ſi fuerint negligentes, & non cum effectu reformationem exequãtur, tũ epiſcoporum erit, vt negligentiã hanc, aut ſummo Pótifici, aut Cæſareæ Maie. ſignificent, quo proſpiciatur eis de remedio oportuno.

De viſitatione hoſpitalium etiam exemptorum.

CVm Reipublicæ, ſed præcipue epiſcoporum interſit, vt viſitentur ac reſtituãtur hoſpitalia, quippe quod epiſcopi ſint, & eſſe debeãt, patres pauperum, & infirmorum, nec ferendum eis ſit, vt eleemoſynæ debitæ eis ſubtrahantur, Statuimus hoſpitalia omnia eſſe diligenter & magna cura viſitanda, impetrandúmque ordinarijs à ſummo Pontifice, Cæſareæ Maieſtatis interceſsione, priuilegium viſitandi & reformandi etiam exemptorum hoſpitalia, ſaluo tamen in aliis exemptionis iure.

De autho-

De authoritate qua oportet viſitatores epiſcopales præditos eſſe.

ERit quoque viſitatoribus epiſcopalibus opus flagello Euangelico,& eccleſiaſtica coercendi poteſtate,vt vendētes & ementes,ſcotta, nequitias,impoſturas,omnémque turpitudinem ex Eccleſia eiicere valeant. Proinde decernimus, vt Epiſcopi & prælati, mittentes aliquo, vbi ipſi fuerint negotiis aliis occupati,ſuos viſitatores, inſtruant eos etiam authoritate ac poteſtate ſufficienti, rebelles ac criminoſos per cenſuras eccleſiaſticas coercendi,& vitia vt magna vel parua fuerint caſtigandi.

De formulis inquirendi in viſitationibus.

QVanquam nulla certa inquirendi regula, ob rerum omnium iuſtabilitatem, & diuerſos caſus, qui ſubinde accidunt viſitatoribus,poteſt præſcribi,expedit tamē,extare formulas,ad quas pro diuerſa locorum,ordinum, & eccleſiarum conditione, aliter atque aliter inquiſitionem ſuam illi inſtituant, & quibus ſubmoni torij loco vti poſsint. Quæ ſi non inueniantur editæ, quo viſitatores hoc onere leuemus,dabimus piis & eruditis aliquot viris negotium,tales formulas,etiam ſuffraganeis noſtris Epiſcopis communicandas,colligendi ac ſcribendi.

De ſumptuum & procurationum in viſitatione exigendarum moderatione.

SEmper manſit extra controuerſiam eos qui viſitarentur debere ſuis viſitatoribus ſumptus omnes, dicente Apoſtolo,Quis plātat vineam,& de fructibus eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat? Si nos ſpiritualia vobis ſeminauimus,magnum eſt,ſi carnalia veſtra metamus? Sed quoniam frigeſcente charitate, populus non vt olim benigne & liberaliter ſuccurrit Eccleſiarum neceſsitatibus, & grauibus inſuper exactionibus Eccleſiæ per hanc tempeſtatem atteruntur, ne viſitatio ſuperueniens. fiat onus importabile, & offenſionem demus, vt Apoſtolus loquitur, Euangelio, Requirimus reuerendos Comprouinciales Epiſcopos, noſtros, Suffraganeos, vt quando non per ſe, ſed per Commiſſarios viſitabunt, non ſinant viſitandos ſupremis euectionum ac procurationum iuribus grauari, neque enim debent filij theſaurizare parentibus,

ſed parentes filiis: Præcipimúſque & mandamus vniuerſis & ſingulis nobis inferioribus viſitatoribus, ne ſuperfluum famulitium in comitatum aſſumant, & victualium ſumptu mediocri, pro ſua decentia, ſint contenti. De parochis verò, vbi tenues ſunt redditus, & paucus eſt populus, ordinamus, vt viſitandi vocentur ad vicinum aliquem illius Decanatus, ſeu regiunculæ locum, & moderatum tantummodo ſubſidium cō ferant in ſumptus communes. Cæterum ſi pauperis cuiuſpiam parochiæ neceſsitas requirat viſitationem perſonalem, cum hac viſitores agant benigne, & ad exemplum Apoſtoli Pauli, qui malebat manuum labore victum ſibi & ſuis quærere, quā quemquam grauare, Eccleſiæ pauperi de ſuo, quod à locupletiori eccleſia habent, ſeruiant.

DE SYNODORVM CELEbratione medio Quinto. Ad reformationem exequendam neceſſario.

MAgno ſtatus eccleſiaſtici, imò Reip. Chriſtianæ detrimento ſero quærimur. Synodos vel intermiſſas, vel non rectè hactenus fuiſſe celebratas. Quarum neceſsitas hinc intelligitur, quod vbi deficit viſitatio, vbi officiorū nō eſt cura, vbi examen & ſtudia bona iacure neglecta, ſolę reſtant Synodi, ſeu Concilia in nomine Chriſti congregata, idonea nō tantum ad bonorū morū plātationem, & extirpationem malorum, verumetiam ad mediorum ſeu viarum, quibus ad iſtas pertingimus, reſtitutionē cum primis valentia. Siquidem in Synodis redintegratur vnitas, ſtudetur corpori in ſua integritate cōſeruando, vbi ea quæ in viſitatione non dabatur exequi, executionem ſtudiis communibus aſſequuntur, vbi de capite & membris, de fide & pietate, de religione & cultu diuino, de moribus, de diſciplina, de obedientia, de iudiciis & rebus omnibus, ad bene Chriſtianæque viuēdum commodis vel neceſſariis, tractatur atque ſtatuitur, vt veriſsime in Reformationis formula dicatur: Salus Eccleſiæ, terror hoſtiū eius, & fidei catholicę ſtabilimentum ſunt ſynodi, quas etiam rectiſsimè corporis Eccleſiæ neruos dixerimus: Neglectis enim ſynodis, non aliter

eccleſiaſticus

eccleſiaſticus ordo diffluit,quàm ſi corpus humanum neruis ſoluatur. Idcirco ſtatuimus,vt ſynodus diœceſena quotannis bis,pro veteri quidem more,ſed iuxta Reformationis formulam religioſius meliori cum fructu celebretur. Suffecerit tamen in diœceſi Leodienſi, propter eius latitudinem & multitudinem Prelatorum,ſemel quotannis rectè & ſtudio feruēti celebrare. Synodum verò prouincialem volumus iuxta Baſilienſis Cōcilij decretū,ſingulo quoq; triennio cogi debere.

De ſumptibus,quos in ſynodis faciunt Decani Collegiorum & Paſtorum.

DEcani Collegiorum accedentes Synodum,pro ſuis Collegiis in legionis officio & dignitate ſua conſeruandis, & Decani rurales pro ſuæ regiunculæ Parochis, Deo vtique militant. Nemo verò, vt Apoſtolus ait, militat vnquam ſtipendiis ſuis. Propterea decernimus & ſtatuimus,vt pro numero dierum, quibus concilium durat, conferant Decanis ſuis Collegia & Paro chi ſubſidia,in ſumptus,quos neceſſario facere debent,abſque omni tergiuerſatione. Qua in re tam iuſta, ſi quis rationis & æquitatis obliti, reddiderint ſe difficiles,viſitatorum noſtrorum erit hos tales nō modo compellere ad id, quod iure diuino debent perſoluendum, verùmetiam pœnas ab eis pro iniquitatis modo exigere.

De nouis conſtitutionibus in Synodis edendis.

STatuimus quoque, vt in Synodis communibus conſiliis decernatur, de tollendis abuſibus & moribus corruptis, quos contigerit ad Synodi iudicium referri,diſciplina eccleſiaſtica caſtigandis. Et ſi opus ſit,canones veteres renouētur, aut noui in nouis caſibus,iuxta ſacram ſcripturam,Patrū ſanctiones,& rectæ rationis iudiciū cōdantur:id quod modo nos quoque ex his quæ ad Synodū relata ſunt,facere decreuimus.

DE MEDIO SEXTO AD Reformationis executionem neceſſario.

SExtum medium ad exequendam Reformationem efficax, eſt Iuriſdictio eccleſiaſtica, qua tanquam ſupremo refugio compelluntur,quis ſponte non ducuntur ad vitę emēdationem. Hanc Christus Eccleſiæ in Petro

pro eccleſia confitenti ipſum eſſe filiũ eſſe Dei, promiſit, quãdo dixit: Tibi dabo claues regni cœlorum, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Quam promiſſionem non ad vnum Petrum pertinere, ſed in omnes apoſtolos tranſmiſſam, alio loco inſinuat, vbi dicit: Amen dico vobis, quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Eccleſiæ igitur ſunt claues iſtæ ligandi atque ſoluendi datæ, quas non ab hominibus, ſed à Chriſto accepit: vt abſque diuinæ authoritatis contemptu contemni non poſſint. Quapropter Chriſtus præcipit, vt eum qui Eccleſiam ius dicentem non audierit pro Ethnico habeamus & Publicano. Tanta eſt eccleſiaſticæ iuriſdictionis vis & poteſtas. Hac coercentur obſtinati in ſceleribus, peruicaces, rebelles, flagitioſi, & contumaces. Hac vſus eſt beatus apoſtolus Paulus, quando Corinthium, nouercæ ſuæ ſtupratorem, tradidit Satanæ: Ego, inquit, abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens: Eum, qui ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Hac item vſus eſt aduerſus Hymeneum & Alexandrum, qui operum conſcientiam quæ fidei rectæ congrueret repellentes circa fidem naufragauerunt, quos tradidit Satanæ, vt diſcerent non blaſphemare. Et increpat beatus Apoſtolus Corinthios, apud iudices infideles & Ethnicos

1.Cor.6. iudicio cõtendentes: An neſcitis, inquit, quoniã ſancti de hoc mundo iudicabunt? & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia? Et per ironiam ſubdit: Secularia igitur iudicia ſi habueritis contemptibiles ſcilicet qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum, Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum, ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus, decreuimus cum præſenti Synodo, iudicia eccleſiaſtica in primis reformanda eſſe. Et quidem in hãc rem anteceſſores noſtri ſancti Calonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Theodoricus & Ropertus quædam ſtatuere, poſt

quos anteceſſor noſter Hermanus, anno vigeſimo nono, copioſiorem noſtræ Curiæ Reformationem edidit, quæ & in Prouinciali Concilio, anno trigeſimo ſexto, communi omnium conſenſu publicata atque recepta eſt. Verum cum prohibente hominum malitia, non ſit Reformatio illa per hanc tempeſtatem ſortita per omnia executionem, Decreuimus hanc primum in Diœceſi noſtra diligenter exequi,& omnes Curiæ noſtræ Officiarios iureiurando aſtringere ad eius obſeruantiam. Requirimus quoque & monemus reuerendos confratres noſtros Suffraganeos Epiſcopos, vt & ipſi ſecũdum hoc exemplar, prout melius videbitur congruere ſaluti & trãquillitati ſubditorum, ſuas quoque Curias reforment, & executionem reformatæ iuriſdictionis, epiſcopali ſua authoritate inferioribus omnibus ad eundem modum, hoc eſt per ius iurandum imponant.

De impedientibus executionem mandatorum & ſententiarum iudicium Eccleſiaſticorum.

ECcleſiaſticus iudex officio ſuo nequit perfungi, vbi Magiſtratus & ſeculares homines, contumacibus, flagitioſis, & rebellibus patrocinium, ferunt aduerſus eccleſiaſtica iudicia, vel ea impediunt. Idcirco mandamus omnibus Magiſtratibus, Præfectis, Iudicibus ſecularibus, & quibuſcunque Eccleſiæ filiis, ne quis ad iudicium eccleſiaſticum vocatis, aduerſus Dei ordinationem, vnde eſt iſta poteſtas, & ſacros canones patrocinetur, aut quouis modo impediat mandatorum & ſententiarum Eccleſiaſticorum iudicum executionem, ſub pœna excommunicationis, qua niſi admoniti reſipiſcant, ſint plectendi. Piiſsimum quoque imperatorem noſtrum, & Principes ſeculares, quorum ditiones in prouinciam noſtram excurrunt, vel intra eius ambitum continentur, duximus totius Concilij nomine, tanquam iuſtitiæ patrocinatores inuocandos, vt ditionum illarum Sattapis, Præfectis, Iudicibus, Magiſtratibus, ſuiſque vicariis mandare ac præcipere velint, ne eccleſiaſtico iudici, brachium ſeculare petenti, illud denegent, aut cuiuſcunque exceptionis per reos propoſitæ occaſione differant, etiam ſi nullitatem exceptio concernat, quemadmodum iure communi cautum eſt.

Ne iudices ſeculares de matrimonialibus & aliis ſpiritualibus cauſis iudicent.

QVum matrimonij Sacramentum, vt Sacramenta reliqua, ī theſauris Eccleſię numeraretur, nec ſit ciuilis quidam Contractus, vt olim putarunt Ethnici, ad ſolius Eccleſiæ iudicium, præſertim vbi quæſtio iuris verſatur, eius diſcuſſio pertinet. Idcirco ſtatuimus cum præſenti Concilio, & ſub excommunicationis pœna prohibemus ne Magiſtratus aut iudices ſeculares, ī matrimonialibus aut aliis ſpiritualibus quibuſcunque cauſis, ad cognitionem ſolius eccleſiaſtici iudicis ſpectantibus, inter ſuos ſubditos aut alienos iudicent, nec diſpenſandi aut tranſigendi poteſtatem in matrimonio ac gradibus prohibitis ſibi vſurpent: Sed eiuſcemodi cauſas omnes ad iudicis eccleſiaſtici cognitionem & definitionem remittant.

CENSVRAE ET DECRETA lata pro abuſuum & vitiorum ad Synodi iudicium perlatorum, emendatione.

Ne quis recipiat aut foueat monachos & ſanctimoniales, ſui inſtituti deſertores ac fugitiuos apoſtatas, ſub excommunicationis pœna.

NVlla re magis per hāc tempeſtatem fœdata eſt Eccleſiæ Chriſti facies, quàm profugorum Monachorum & ſanctimonialium perfidia atque flagitiis, quorum vt erat vitæ inſtitutum arctum prius & ſanctum, ita eo abiecto, abſque omni freno ad quæuis flagitiorum genera prouoluti ſunt: his enim authoribus natæ ſunt hæreſes, ſacrilegia, inceſtuoſa cō nubia, & ſacrorum omnium prophanatio. Nec ab aliis magis quàm iis, quos iſti ſeduxerunt, ſunt hæc mala defenſa atque promota. Ideo magna ſeueritate opus eſt, vt flagitioſiſſimum hoc genus hominum reprimatur, atque ab Eccleſia fidelium, videlicet ne plures eorum contagione inficiantur &

tur & pereant,ſubmoueatur. Proinde quod nuper in diœceſana Synodo noſtra decreueramus,nunc renouamus,& eius innixi authoritati, qui dixit:Quicquid ligaueritis ſuper terram,erit ligatum & in cœlis. Sancimus vnanimi totius Cōcilij conſenſu, iudicio ac ſententia, ac præcipimus,ne quis cuiuſcunque ſtatus vel cōditionis fuerit,poſthac Monachos vel Monachas fugitiuos,& extra ſuperiorū ſuorū obediētiā vagātes,quos nouerit veridica aliorū relatione, aut ſuperiorum teſtimonio,vel alio quouis modo eſſe tales,recipere,fouere,aut ad Sacramenta vel eccleſiaſtica miniſteria admittere auſit ſub excommunicationis,quam ipſo facto incurrant pœna,qua & ſacri Canones feriunt eos,qui huiuſcemodi fugitiuis apoſtatis atque excommunicatis communicant.

De Monachis ſanctimonialibus, & Sacerdotibus coniugatis.

PErlatum ad Concilium eſt,apoſtatas illos varia vitæ genera ſectari:quoſdam enim ſeculare inſtitutum in omnibus aſſumpſiſſe,& pudicitia,quā Deo conſecrauerant, proſtituta, Monachos ſanctimonialibus, duplicato inceſtu, ſub coniugij prætextu adhærere Quo vitio & ſacerdotes,ac maiorum ordinum quidam Clerici contra ſacros canones ſe contaminarunt. Quoſdam verò viduis & fœminis ſecularibus ſe copulaſſe In quo gradu & ſanctimoniales quædam Deo ſub velamine dicatæ,ſe viris coniugij nomine proſtituerunt: quas nuptias omnes, quia priorem fidem irritam fecerunt, Deo abominabiles atque execrabiles, vti nuper in ſynodo noſtra diœceſana declarauimus ita nunc quoque totius Cōcilij approbatione ac iudicio declaramus & pronunciamus illicitas prophana, ſacrilegas, atque inceſtuoſas eſſe, & nuſquam tolerandas,& anathemati eos omnes,qui ita contraxerunt,eiſſe innoxios:proléſque inde ſuſceptas,illegitimas eſſe,nec aliter quàm ſpurios & nothos habendas, ac proinde hæreditario nomine parentibus ſuis neque in mobilibus,neque in immobilibus ſuccedere poſſe aut debere.

De concubinariis monachis vel ſacerdotibus.

IN tertio genere verſantur Monachi apoſtatæ,qui miniſteriis eccleſiaſticis perfunguntur, & ſcortis ſeu concubinis adhęrent. Quorū quidā religionis ſuæ habitum penitus abiecerunt, quidam non integrum, ſed partem eius ob metum

retinuerunt. De quibus ſtatuimus, vt ſeueriori ordinis diſciplinæ pro tanti ſcandali expurgatione ſubmittantur, & carnis ſuę petulantiam pœnitentiæ afflictione mortificent. De ſacerdotibus verò, & clericis beneficiatis, quibus concubinæ vel fœminæ, de incontinentia ſuſpectæ, ſeu cum quibus ipſi ante hac de fornicatione diffamati fuerunt manifeſtè cohabitant, vt nuper in Synodo diœceſana, ita nunc quoque totius Concilij conſenſu & approbatione decernimus & pronunciamus, eos qui tales fœminas apud ſe detinent, ſententiam ſuſpenſionis ab officio & beneficio incurriſſe: Mandamúſque & præcipimus, vt iuxta nouiſſimam declarationem, eas tam procul, è vicinia ſubmoueant, vt commertiis non detur facilis occaſio, & ſuſpitiones omnes vitentur: ipſas verò fœminas, ſi poſt hac in domibus vel vicinia permanſerint, cenſemus excommunicationis cenſura plectendas: Volumus quoque & iubemus, vt Eccleſiarum prælati ſententiam memoratam contra concubinarios notorios, & de concubinatu ſuſpectos, diligenter exequantur: alioqui noſtrarum partium erit eorum negligentiam ſupplere, & pœnas dignas pro ea exigere. Quod ſi qui libīdinis furiis correpti, inſtar equi & muli, quibus non eſt intellectus, ſuſpenſionis pœna non emendentur, aut his noſtris mandatis facto contrario docuerint ſe non velle parere: cōtrà hos tales ad vlteriorem beneficiorum priuationem, aliáſque duriores pœnas decreuimus & cenſuimus eſſe procedendum.

De Monachis qui extra obedientiam degentes diuina tractant, & populo Sacramenta adminiſtrant.

IN genere quarto verſantur Monachi profugi, qui extra obedientiæ iugum & ordinis ſui obſeruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione reiecto degentes, regimini ſe intromittunt, Eccleſiarum. Sacramenta, conficiunt & populo adminiſtrant, cum ſint ipſi excommunicati, & Sacramentorum omnium expertes: Confeſſiones audiunt, cum abſoluendi non habeant poteſtatem, multis modis & populo imponentes, & ſeipſos cenſuris grauioribus illaqueantes: Nonnunquam etiam dogmata falſa diſſeminantes

nantes, quos cum animaduertimus eſſe propria quædam inſtrumenta, quibus Eccleſiaſtica diſciplina ſubuertatur, & pietatis obtenta ſpecie tam ſibi quàm populo perniciem adferre: Mãdamus & præcipimus, ſub anathematis vinculo, ne quis tales Eccleſiarum Regimini aut Sacramentorum admi niſtrationi admoueat.

De ſanctimonialibus religionis ſuæ habitum ſubinde mutantibus.

HIs finitimæ ſunt Sanctimoniales quædam, Religionem bene & ſanctæ inſtitutam profeſſæ, quas accepimus Religionis ſuæ habitum ſubinde deponere, & veſtes ſeculares Religionis tædio ſibi aptare, non abſque graui fidelium ſcandalo, & Status ſui ignominia: Quippe quod ſicut mulier impudica cum veſte pudorem, ita Sanctimonialis Religionem cum veſte. Quam indignitatem prohibere volentes, præcipimus ne qua Religioſa virgo, ſub excommunicationis pœna à habitum alium, quàm ſuæ Religioni conuenientem ſibi induat, aut alia videri velit ſponſa Deo conſecrata, quam ea quam ſe eſſe profiteatur.

De requirendis omnis generis Apoſtatis, vt reſipiſcant, & vt ad inſtituta ſua reuertantur.

IAm licet Apoſtatarum, & eorum qui miſſa ad aratrum manu retro ſpexerunt ad ſeculum, & ſe ineptos reddiderunt regno Dei, alius alio grauius impegerit: & quidam humanitate propter errorem communem, & eorum qui cum prohibere hunc curſum potuiſſent, officium neglexerunt conniuentiam. Alij ſeuera vltione, ob maleuolentiam & impietatem digni videantur: in hoc tamen ſunt omnes pares, quod Religionis ſuæ vota illa ſolennia, quibus ſe Deo præ cæteris mortalibus nuncuparunt, timore Dei & æterna, animæ ſalute poſtpoſitis, perfide ſoluerunt. Quæ profectò magna eſt impietas. Enimuerò Propheta Baruch, deos Gentium falſos, à Deo vero hoc veluti ſigno proprio diſcernit: Quod falſi illi, votum quo ſe quis obligauerit,

nec tamen reddiderit, non requirant: Deus autem verus requirit. Vnde perſpicuum eſt ſecuros illos voti fragos, apoſtatas, qui ſibi perſuadent Deum vota non requirere, habere ſibi perſuaſum Deum eſſe falſum, quales ſunt dij Gentiũ, quod vel cogitaſſe horrendum idololatriæ ſcelus eſt. Petrus quoque in actis Apoſtolorum teſtatur eos, qui communem vitæ ſocietatem, qualis olim inter Apoſtolos erat, & nunc apud Religioſos conſeruari debet, ſemel receptam deſerunt, tentare Spiritum ſanctum, & mentiri non hominibus, ſed Deo. Idcirco duximus eos omnes ſalutis de qua periclitantur, grauiter admonendos, & vno nomine requirendos, quibus & præſentis Synodi authoritate inuocato Chriſti nomine, quem ſceleratis ſuis factis abnegarunt, Mandamus & præcipimus, vt relictis falſis coniugibus & Concubinis, ſi quibus adhærent, poſtpoſitis quæ negotiis, quibus ſe implicuerunt, habitum Religionis ſuæ reſumant, & ad ſuum quique Monaſterium reuertantur, vbi pœnitentiam ſalutarem ad diuinam vltionem auertendam, veniamque erratorum impetrandam, humiliter agant.

De abiuranda hæreſi, & communione ſchiſmatica vitandi.

SImiliter requirimus, & paterno affectu monemus monachos & ſanctimoniales apoſtatas, ſacerdotes, ſui ordinis & diſciplinæ deſertores, clericos & laicos, eoſque omnes qui communione ſchiſmatica, aut prauorũ dogmatũ cõtagione per hanc tempeſtatẽ ſe ab vnitate Eccleſiæ Catholicę, extra quã nõ eſt ſalus, ſepararũt, vt hæreſi ſchiſmateq; omni abiurato, abſolutionẽ & recõciliationẽ à ſede Apoſtolica, vel eis quibus hoc muneris delegatũ eſt, petãt, ſtudeãtq; deiceps in vnitate cõmunionis & fidei cũ Eccleſia ſãcta Catholica permanere. Propter eos verò Prouĩcię noſtrę incolas, qui ſibi arbitrãtur vtriuſq; ſpeciei cõmunionẽ à Cæſ. M. permiſsã, operæ pciũ duximus de hoc iterũ ferre noſtrũ iudiciũ. Proinde Cæſ. M. Declaratione maturo iudicio lecta atq; expenſa, ꝙ nuper ĩ ſynodo noſtra fecimus, nũc toti⁹ Cõcilij ſentẽtia declaramus oĩbus ꝓuincię noſtrę fidelib⁹, nihil tale in religioſiſſ. catholiciſſimiq; Imperatoris, Declaratiõe qua ſuã mentẽ expoſuit, inueniri, quin potius cõtrariũ: ſiquidẽ expreſſis & diſertis verbis à catholicis Imperij Statibus, & eorũ ſubditis, ſerio valde exigit, ne quid in ſacramẽtorũ adminiſtratione,

præter Eccleſiæ catholicę cõſuetudinẽ immutẽt,aut immutari in ſuis ditionibus vllo pacto permittãt. Cui Cæſ. M. planè catholicę & Chriſtianę ordinatiõi decreuimus. Nos,tanquã Archiepiſcopus & Princeps Elector per Dei gratiã Catholicus,cũ Reuerendis cõfratribus noſtris cõprouincialibus Epiſcopis & principibus, eadem gratia diuina concedente ſimiliter catholicis,fideliter & obediẽter per oĩa obtẽperare: Id quod & alioqui pro noſtra erga ſanctã Eccleſiam deuotione,ſtudio pacis & vnitatis,quę diuino illo ſacramento ſignificatur,conſeruãdę,eramus facturi. Præcipimus idcirco, & authoritate præſentis ſynodi in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti cõuocatę,mãdamus omnibus Prouincię noſtræ incolis,qui Chriſtiano nomine cẽſentur,vt corporis & ſanguinis Chriſti veritatem ſub vna ſacramenti ſpecie percepiſſe contenti,vinculum pacis cum gratiarum actione ſeruent.

Vt ſacerdotes ab hæreticis reuertentes, non ſtatim inuolent miniſteriis Eccleſiarum.

CAueant autem ſacerdotes ſiue Religioſi ſiue Seculares ab hæreticis vel ſchiſmaticis ad Eccleſiam reuertentes, ſe miniſteriis diuinis ſtatim ingerere, & ſacrificare,aut Sacramenta populo adminiſtrare, etiam ſi maximè id nõ more hæreticorum,aut ſchiſmaticornm,ſed ſecundũ Eccleſię Catholicæ ritũ facere velĩt,priuſquã ſint abſoluti,Eccleſiæ recõciliati,&officiis ac miniſteriis ſuis,irregularitate ſublata, reſtituti:ne dãnationẽ grauiorẽ incurrãt ꝑpter irregularitatis impedimẽtũ, quo tenẽtur per ſacros Canones illaqueati.

Veniæ ſpe propoſita errantes omnes ad Eccleſiam catholicam reuocandos.

NE verò pœnarum ſeueritate propoſita, reuerti ad Eccleſiam ab hæreſi cupiẽtes,auertamus & retropellamus, & non potius etiam duros & obſtinatos veniæ blandimentis emolliamus,atque ad pudorem & reſipiſcentiam inuitemus: In omnibus cuiuſcunq; ſint ſtatus, gradus aut conditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, reſipiſcentibus, atque ad Eccleſiam, patris ſui domum, vnde aufugerant,ab hęreſum & ſchiſmatum lenociniis cupientibus reuerti Eccleſiæ valuas, quantum in nobis eſt,aperimus, & facilem ignoſcentiam pollicemur: Requirimúſque reuerend. confratres noſtros ſuffraganeos Epiſcopos,vt animo voluentes,boni paſtoris officium eſſe,non imperare cum auſteritate & po- *Ezec.34.*

De Apoſtatis qui ſub prætextu diſpenſationum apoſtolicarum, vota religioniſque ſuæ inſtituta deſuerunt.

Apoſtatæ quidam extra Monaſteria ſua degunt, ſuperioribus rebelles, & ad rebellionem alios ſollicitantes: tãto nocentiores in Eccleſia quanto hoſtis domeſticus externo pernitioſior eſt: qui nequitiam ſuam velant diſpenſationum apoſtolicarum prætextu, quas plerunque vel in Curia, vel à Pœnitentiariis ſummi Pontificis aut Legatis & Nunciis Apoſtolicis, ſurreptitię, vel allegatione cauſarum falſarum impetrant. Et ſi cauſæ Iuri innixæ Bullis obtentis interſerantur, tales tamen petũt ſibi dari, atque impetrant earum examinatores & iudices, ſummo Põtifici, Legatis, Nunciis, & diſpenſatoribus ignotos, qui neque cauſas allegatas examinent, nec partibus legitime vocatis de earũ veritate inquirãt: ſed ſimpliciter eorum libidini patrocinentur: aut ſi dantur iudices incorrupti & probitatis amãtes, iis Bullas ſuas non exhibent cognoſcendas: & nihilominus ſecum diſpenſatum eſſe iactant, vtuntúrque diſpenſationibus obtentis, haud aliter quã ſi cauſas illas legitime verificaſſent, vnde non infrequenter plus malorum & ſcandalorum, quàm à notoriis apoſtatis accipitur: noſtrum verò non eſt ſuſtinere in Eccleſia tantam impoſturã, tâmque licentioſam votorũ violatiõe. Proinde ſtatuimus & ordinamus, vt qui diſpenſationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia ſuæ religionis, quàm profeſſi ſunt, coram nobis aut reuerẽdis Comprouincialibus noſtris Coepiſcopis, compareant, atqué ita diſpenſationes ſuas exhibeant examinãdas, & vocatis eorum ſuperioribus, ac quorũ intererit diſcutiendas: aut ſi iam habitum temere & abſque præuia bullarum examinatione depoſuerunt, eum reaſſumant, & eouſque in monaſterio, ac ſub obedientia ſe contineant, donec diſpenſationibus nobis ad examinandum oblatis, inueniantur, non etiam ſummum Ponti ficem & eius legatos, vel alios diſpenſatores fefelliſſe, aut ſiniſtrè aliquid impetraſſe. Quod ſi diſpenſationibus obtentis, aliter atque iam ſtatutum eſt voluerint vti, eos pro notoriis apoſtatis habendos vitandos à Magiſtratu capiendos, & ſuperioribus cum rebus omnibus quas habent, expenſis tamen Monaſteriorum tradendos, ad eundem omnino modum, quo de apoſtatis iam decretum & ſtatutum eſt, totius Concilij ſententia decernimus & approbamus,

Vt qui habent adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum vel officia, reddant rationem.

ACcepimus in quibuſdam Collegiis Theſaurariſos fabricæ præfectos, & alios rerum adminiſtratores, vel officia ſpiritualia habentes, raro aut nunquam dare adminiſtrationū ſuarum rationem non ſine ſuſpitione infidelitatis, cui permagna datur occaſio, vnde res eccleſiarum diffluunt, & quæ à maioribus ad ornatum eccleſiarum magnis ſtudiis congeſta ſunt, negligentia & fraude poſteritatis turpiter dilabuntur: Idcirco ſtatuimus & ordinamus, vt Collegiorum & Monaſteriorum officiarij, quibus catu adminiſtrandorum & diſcēſandorum bonorum eccleſiaſticorum committitur, iureiurādo promittant, ſe velle ea fideliter conſeruare, trāctare & miniſtrare, ac quotieſcunque petuntur dare rationem, & ea quæ rationes conſectari debent. Diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & emolumentorum perceptione. Ad hæc ordinamus, ne facilè vbi ſunt idoneæ perſonæ, vni plura quàm vnum officia committātur, niſi ſint natura connexa, aut perſonæ paucæ, vt valeat vnius induſtria tanta, vt pluribus ſufficere poſsit. Statuimus quoque, vt iuxta Conſtitutionem fœlicis memoriæ Vuigboldi Archiepiſcopi, anteceſſoris noſtri, laici prouiſores parochialium Eccleſiarum, qui pro conſeruatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamentorum, inſtituuntur, nihil ordinent vel diſponant, abſq; conſilio ſui plebani, cui bis in anno teneātur reddere rationem, vt ſi quid inordinate egerint, pro vtilitate, Eccleſiarū, prout ſecundum Deum & conſcientias ſuas videbitur expedire, corrigatur, atque reformetur.

Vt campanarij ſeu cuſtodes religioſè officia ſua exequantur.

DElatum quoque ad ſynodum eſt, campanarios, ſeu cuſtodes quoſdam, quos alij matricularios vocant, tam parochialium, quam collegiatarum eccleſiarum qui pallas, mappas, veſtes ſacras ſordide & irreuerenter ſeruant, peragúntq; miniſteria ſua prolixis barbis horridi, ac nulla religionis veſte à plebeis diſcreti: Statuimus igitur ne liceat companariis ſeu matriculariis nutrire barbam, aut in veſte laica in eccleſiis circūcurſitare, ſed miniſteria ſua in ſuperpelliceis exhibeant, linteáque Eccleſię & Sacrarij, vt mūda ſint, diligenter aſſeruent. De eorum verò lotione, quæ pertinent ad vſum

ſacrorum, illos admoneant ſedulo, quibus hæc cura incumbit qui talium ablutionem fieri procurent per eos, quibus hoc per canones licet: ſub pœna ſuſpenſionis ob officio & emolumentis, donec pareant.

De benedictione fontis & paruulis tempore paſchali baptizandis.

INoleuit grauis abuſus in Collegiis quibuſdam, qui tempore paſchalis officii aquam omnibus baptiſmi cæremoniis benedicunt, quam poſtea effundunt: Statuimus propterea, vt nullũ fontẽ ſeu aquã, Collegia poſthac conſecrent, cuius nullus eſt, vſus ſed cæremoniis & benedictionibus vtantur, apud illud fontem Parochiæ ſuæ, quem intra Collegij ſepta, aut in proxima vicinia habent. Et vt orationes & cæremoniæ ſolẽnes, quæ tempore paſchali, & Pentecoſtes, baptiſmo adhibẽtur, habeant res eis reſpondentes: Statuimus vt paſtores & cõcionatores adhortentur, populum, vt paruulos natos inſtante feſto Paſchæ, ſeruent baptizandos in vigiliam Paſchæ, & natos feſto Pentecoſtes inſtante ad feſtum Pentecoſtes vſque ſeruentur: ſi tamen nullum immineat vitæ periculum.

Vbi & quibus horis debeant paruuli baptizari.

DEteſtanda eſt non minus laicorũ ſuperbia, quàm Paſtorum eis obſequentium adulatio: qui contempta Eccleſia proles ſuas volũt in ſuis domibus baptizari, & eo baptiſmi aquam deferri. Quem abuſum prorſus reſcindere volẽtes, ſtatuimus, neminem alibi quàm in Eccleſia, quocunque loco natus ſit, debere baptizari, exceptis Regum filiis, &c. quibus valeat ſecundum Concilium Vienneſe deferri. Paſtores verò, qui ſecus fecerint, ab officio ſuſpendimus, donec abſolutionem à nobis obtineant Similiter multos abuſus & leuitates, quæ paſsim apud dignisſimum illud ſacramentum admittũtur, amputare cupientes. prohibemus paruulos tempore pomeridiano baptizari, ſed quando ieiuni & ſobrij ſunt homines, & ad res tantas attenti. Si verò pauca ſint in ciuitate aliqua Baptiſteria, & multi baptizandi, poterunt reſidui, qui apud ſacrum matutinale baptizari commode non poterant, tempore pomeridiano baptizari. Et ſi adſit digna populi frequentia, Paſtor eos de baptiſmi myſteriis doceat: præſertim, vt cogitant quanta ſit Dei miſericordia peccata abluentis, & nos in ſuos filios adoptantis. Præterea vetamus, ethnicorum more, ab hoc ſacramento magna conuiuia inſtruere, epulã-

ti, & ebrietate (vt paſsim homines parum Chriſtiani faciunt) omnia miſcere.

Quod non liceat religioſis ſuſcipere in fonte baptizatos, aut nuptiis intereſſe.

QVanuis religioſis omnibus interdictum ſacris Canonibus ſit, ne paruulos in baptiſmo ſuſcipiant, aut nuptiarum conuiuiis interſint paſsim tamen hi Canones negliguntur, & Religioſi ad paruulorum ſuſceptionem & nuptias inuitantur, vnde ſuſpecta plerunque naſcitur & alitur familiaritas, & aculei nonnunquam in pectoribus relinquuntur: qui vt fortè vbi arcta eſt cognatio, vel ſenectus emortua deſint, tamen nocet exemplum iunioribus propoſitum. Idcirco Abbatibus, Prioribus, & Religioſis quibuſcunque, ſuſceptionem paruulorum in baptiſmo, & nuptiarum conuiuia plane interdicimus, quantauis neceſsitudinem vel paruulis vel deſponſatis iungantur. Contrarium facientes, pro trãſgreſsione & ſcandalo dato ſeuera pœnitẽtia decernimus caſtigãdos.

Comœdias quatenus liceat in Monaſteriis ludere.

PErcipimus Cœmediarũ actores quoſdam, ſcœna & theatris non contentos, trãſire etiam ad Monaſteria monialium, vbi geſtibus prophanis, amatoriis, & ſecularibus commoueant virginibus voluptatem. Quæ ſpectacula, etiam ſi de rebus ſacris & piis exhiberẽtur, parum tamẽ, boni, mali verò plurimum relinquere in ſanctimonialium mentibus poſſunt, geſtus externos, ſpectantibus & mirantibus, cæterum verba non intelligentibus. Ideo vetamus & prohibemus poſthac vel Comœdias admitti in virginum monaſteria, vel virgines Comœdias ſpectare.

Abuſus populi in audiendis Miſſis quomodo coercendus.

ANimaduertentes populũ & rudem ſimplicem, religionis antiquæ & veræ ignarũ, actiones, pro nullas in Miſſæ ſacrificio, præter hoſtiæ ſacroſanctæ oblationem obſeruare: & hinc abuſum natũ in ciuitatibus vbi multæ celebrãtur miſſæ, vt ab altari ad altare diſcurant, nulli ſacrificio plene intenti. In oppidis verò & pagis cœmiteria circumambulent, & de rebus nonnunquam prophanis tractent, donec detur ad hoſtiæ eleuationem ſignum, qua vel è longinquo conſpecta ac ſalutata, putẽt ſe hoĩs Chriſtiani officio abũde perfunctos. E ſalute fore populi fidelis exiſtimauimus, ſi hoc vitium

tium gladio ſpiritus exſcinderet. Idcirco Paſtoribus & verbi diuini concionatoribus oĩbus iniũgimus ac mãdamus, vt vbi irreligioſus hic abuſus irrepſit, frequenter doceãt populũ de tremẽdis atq; adorãdis miſſę myſteriis, iuxta ſanctorũ patrũ doctrinã, & eã quæ in declaratione Cęſareę Maieſt. de miſſa tradũtur: & ꝙ Chriſtianorũ ſit integro Sacro auſculare, quo participes fiãt cõfeſſionis, quã ſacerdos pro tota plebe facit, & omnium orationum, & benedictionis qua eos dimittit.

Et ſi quidẽ peccat ea in re tota, vt alicubi fit, ruſtica cõmunitas, cenſemus Præfectũ loci requirendũ, vt abuſum talem coerceat ac prohibeat. Qui ſi forte hoc facere recuſet, prohibemus omnibus Paſtoribus, Vicecuratis, & animarum curatoribus quibuſcunque, ne quis eum abſoluat, aut ad Sacramẽtorum perceptionem admittat, niſi certa fide polliceatur, ſe velle regulis iſtis eccleſiaſticis obtẽperare. Si verò paucorũ iſtud vitium eſt, & moniti non emẽdent, cera, vel rebus aliis ad Eccleſiæ ornatum, vel pauperum ſubuentionem pertinentibus, pro arbitrio Paſtoris & edilium mulctentur.

Et ne cui deſint pietatis ſub Miſſa exercitia, dabimus piis quibuſdam & eruditis viris negotium conſcribendi diuino huic officio congruentes meditationes & orationes, pro populi ſimplicis captu, quas vel ipſimet legẽtes intra ſe reuoluant, vel è Parochi frequenti inſtitutione addiſcant.

Quando & vbi conueniat ſimul plures Miſſas dicere.

MEntem ſequentes formulæ, ad quam Reformatio inſtituenda erat, Ordinamus, vt in Eccleſiis Parochialibus, ad quas potiſſimum confluere ſolet populus in vnũ collectus, & in minoribus Collegiis ac Monaſteriis, ſacerdotes, quibus dicendæ ſunt Miſſæ ſpeciales, eas finiant ante ſolennis miſſe euangelium, aut ad ſummum ante actionem, aut ab eius communione facta incipiant, ne populus in diuerſa diſtrahatur. Vbi verò amplæ ſunt Monaſteriorum vel Collegiorum Eccleſiæ, ſic in Oratoria diſtinctæ, vt in locis diuerſis diuerſis accipiatur populus nec poſſint vni miſſæ commodè omnes eſſe intenti, poterunt ſingulis populorum turmis ſingulæ miſſæ celebrari, quibus vnuſquiſque populus ſit intentus: ſub Concione autem nulli ſacerdotum liceat in Eccleſia illa miſſam celebrare.

De oblationibus in Miſſa faciendis.

VAria fuerũt olim in lege veteri ſacrificia & oblationes, Chriſti perfectum ſacrificium præfigurantes, quas vnica Chriſtus hoſtia in crucis ara conſummauit, ſemetipſum pro nobis offerens. Hæc eſt hoſtia ſempiterna, quam eandem in Miſſa ſacerdos eorum omnium nomine, qui Chriſtum pro ſe oblatum cupiunt, offert ac ſiſtit ante patrem. Fuerunt & aliæ Primitiarum, Decimarum & liberalium votorum oblationes, quibus in Eccleſia, præter ſacrificia ſpiritualia, mactationis vitiorum, gratiarum actionis, laudis & ſeruitutis, quæ diuinæ maieſtati debetur, ſucceſſerunt etiam rerum temporalium ad vſum miniſterij neceſſariarũ oblationes, quas olim in primitiua Eccleſia magnis ſtudiis offerebant in Miſſa, quo ſuffragiis eiuſcemodi ſacerdotes & Eccleſiæ miniſtros ſuſtentarét. Vnde adeò locupletatæ ſunt initio Eccleſiarum res etiã perſequutionis tempore, tanta copia, vt poſt ſacerdotum & miniſtrorum alimenta, partiti ſint eas etiam in alimenta viduarum, orphanorum & pauperum: in veſtes item & vaſa miniſterij, ornatum & fabricam Eccleſiarum: de quibus extant adhuc antiqui Patrum canones, extant quoque orationes, quas Secretas appellamus, ſub Offertorio Miſſæ, quibus oblationes populi Deo commendatur. Qui mos offerendi ſemper fuit in populo fideli retentus ad nouiſsima vſque iſta ſecula. Verum res tam altæ originis & ratione tam ſancta ſubnixa iam tota propè abire cœpit in deſuetudiné, hominibus piis cauſam & originem offerendi, ad altare ignorantibus, & impiis cupiditate ſacerdotum vſum illum introductum calumniose aſſerentibus. Quamobrem diuini verbi concionatoribus, illis præſertim, qui de oblationibus populi non participant, ad cupiditatis ſpeciem tollendam, præcipimus, vt populo veritatem rei iſtius & vtilitatem exponant, hortentúrque omnes ſequi maiorum ſtudia, vt vel exiguimunuſculi oblatione, ſuam pro rebus à Deo acceptis oſtẽdant gratitudinem, quo etiam preces illæ in eos conquadrent: inculcéntque eis, quod Deus non tam ad dona, quàm ad voluntatem & mẽtem piorum reſpiciat, quanquam locupletes & diuites conuenit eſſe liberaliores, quo gratitudinis ſignũ de ſe ampliores præbeant, & teſtentur, ſed Deo ad Dei honorem & cultum habere, quicquid habent.

De oblationibus pro defunctis & exequiis pomposis prohibendis.

CVm mortuus ſit Chriſtus pro viuis & defunctis, offertur etiã in Miſſa, non tantũ pro viuis verũetiam pro defunctis. Quod rudes, & Sadducæis craſsiores homines ignorãtes, neq; orant, neq; ſacrificiũ expetunt, aut exequias aut iuſta pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis perſoluunt: non aliter ſanè, quàm ſi cum corporibus ſimul & animæ extinguerentur. Mandamus idcirco, vt verbi diuini Cõcionatores populum hac de re diligenter ac piè informent & doceant, ne animæ amicorum in Chriſto defunctorum, ſuffragiis orationum & oblationis Chriſti fraudentur. Qui modus ſemper fuit retentus in Eccleſia, atque etiam ante Chriſtum apud Iudæos celebris. Neque enim ex vnico Machabæi facto concluditur, ſanctum eſſe pro defunctis orare, & ſacrificium offerre, vt à peccatis ſoluantur, ſed quoniam ita pij & de vera fide inſtructi Iudæi, abſque hæſitatione credebant: verum non probamus propterea pompoſos & ſumptuoſos apparatus ſupra hominis conditionem, qui valent ad oſtentationem potius opũm quàm vt defuncto ſuffragẽtur. Improbamus verò commeſſationes & ebrietates quibus poſt exequias quidã indulgent, quaſi mortuorum amicorum memoriam vino abluere velint, vbi potius eadem via ſequendum eſſe cogitare debebant.

De proceſſionibus in quibus ſacra Hoſtia cum Imaginibus ſanctorum circumfertur.

NIhil prope tam ſanctum eſt, quod ſecularium hominum vanitas nõ trahat in abuſum: Eccleſia de theſauro Corporis Chriſti exultans, circumfert longis Proceſsionibus, etiam extra ſacras ędes Hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repreſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quęreret ſalutem noſtram in medio populi verſatus eſt, & vniuerſam Iudæam circumambulauit docens & ægrotos ſanans, diſcipulis comitantibus: quamobrem & ſanctorum reliquias & imagines eorum qui veſtigia eius ſecuti ſunt ſimul circũferimus: Significantes illos cum ipſo regnare, & triumphare in cœlis. Quæ memoria debet piis eſſe iucunda & læta. Verũ huc ſecularis ſtultorum hominum vanitas irrepſit, & adhibẽtur etiam ludi prophani & ſcurriles, magno ſtrepitu, ac quaſi ad bellum procedendum eſſet tympana pulſantur, & otioſa ſpecula eduntur, rebus iſtis non congruentia, quibus populus delectatus, à rebus quæ proceſsione aguntur, auocatur. Mandamus idcirco, vt iuxta Cæſ. Maieſtatis reformationem,

Patres dãt & alias Proceſsionũ rationes, quarũ præcipua eſt fideles quãdo pręlata cruce procedunt extra eccleſiam & ad eam reuertuntur, admoneri imitationis

quicquid non valet ad deuotionem excitandam à proceſſionibus remoueatur: Sed ſint proceſſiones cõpoſitæ, graues & modeſtæ, abſint riſus, ioci, & confabulationes, & orent homines, aut ſuauiter corde & voce modulentur: nec beatę Virginis aut alterius cuiuſlibet Sancti, plures quàm imago vna vniuſcuiuſq; circumferetur, ne videamur magnas & paruas, cultas & incultas ſtatuas inſpicere, & non ſurſum mente in cœlum ſubducta, rem ſignificatã potius cogitare. At vbi populus vanus noluerit abuſum hunc corrigere, & inſolentiam prohibere, Mandamus & præcipimus ſacerdotibus & clero, ne talibus proceſſionibus interſint, vbi iram Dei non vero miſericordiam in nos prouocamus.

Chriſti, qui de ſũmo cœlo egreſſus ĩ mũdum, per crucẽ regreſſus eſt in gloriam patris, iuxta illud quod in peregrini ſpecie ipſe de ſe in Emaus ait: Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriã ſuã

De ſtationibus & ſupplicationibus.

QVantũ in proceſsionibus feſtiuis peccat turba populi, tãtũ in ſtationibus & ſupplicationibus ſolet clerus peccare, & populum deuotum nudis interdum plantis & capitibus incedentẽ, ſua inſolentia, cõfabulationibus, cachinnis, incõpoſitis moribus & diſcurſibus ſcandalizare. Præcipimus idcirco, vt in omnibus cuiuſcũq; generis proceſsionibus, clerus exemplis bonis populũ ædificet, & aut oret, aut cãtet, cũ grauitate per plateas incedẽs, nec dilabãtur ad tẽtacula, nec in Eccleſiis, dum ſacrũ in ſtationibus peragitur, deambulent, aut confabulentur, ſed choro omnes interſint, habeantq; ſinguli decani & ſeniores ad iuniores reſpectum puniantur tranſgreſsores pœnis quas Decanus iniungit.

Vt diſtributionum non ſint participes qui officiis integris non interfuerint.

NOn minori populi ſcandalo Clerici quidam quãdo ſunt pingues diſtributiones, Chorum ad breue tantummodo tempus, quo ſui præſentiam teſtentur, ingrediuntur, nec officium totum perſoluunt, ſed cõtinuo egreſsi chorum, aut obambulant in Eccleſia vel eius immunitate, aut ad aliam in qua ſimul beneficium habent cæleri tranſitu ſe proripiunt, vbi ſimiliter teſtentur ſe, fuiſſe præſentes: quo duarum Eccleſiarum diſtributiones pro eodem officio integras percipiãt, cũ in nulla eccleſia officium integrũ perſoluerint, manifeſto indicio ſe pecuniæ, non Chriſto aut Eccleſiæ ſeruire, vt ter peccẽt: primum cupiditate, deinde cultus diuini negligẽtia, tertio exemplo prauo, quo populum ſcandalizant, vt tranſgreſſionem Canonũ prętereamus. Etenim in Cõcilio Chalcedonenſi ſtatuerunt Patres, ne quis clericus in duabus eccleſiis

cleſiis inſcriberetur aut miniſtraret, nec cõmunicaret prioris eccleſiæ rebus, qui ad ſecundam tranſiret. Quamobrẽ ſtatuimus, vt illi ſoli qui horis diuinis aut defunctorum exequiis ſeu memoriis à principio ad finem vſq; interſunt, idque in habitu qualem temporis & perſonæ conditio requirit, diſtributiones percipiant, niſi iuſta cauſa ſit, quare ante officiũ finitũ diſcedãt aut tardius ipſum accedant. Nolumus tamen hac conſtitutione priuilegio Prælatorum derogatum.

De proceſsionibus ruralibus.

DEcanis ruralibus committimus, vt ruri vbi maior eſt abuſus per ſuas régiũculas paſtores adhortẽtur vt ad prędictũ modum ſuas proceſſiones inſtituant, nec vagi & incõpoſiti per agros diſcurrant, & præſertim rogationum tempore, quãdo Deum pro miſericordia & frugum conſeruatione imploramus, trãſgredientes paſtores aut ipſi in Synodis ſuis corrigant, aut viſitatoribus noſtris indicent.

Vt paſtores rurales Decanis ſuis obediant.

QVod præcipit Apoſtolus, oẽs Præpoſitis ſuis, quorũ eſt vigilare pro animabus eorũ ad reddẽdã Deo rationem obędiãt atq; ſubiaceãt, intelligãt paſtores rurales, nõ ad laicã modo turbã, ſed etiã ad ſe pertinere, qui debẽt Decanis ſuis in licitis & honeſtis oĩbus reuerẽter auſculare & parere, & ęquũ eſt, vt obedientiã quã ab inferioribus ſuis tanq̃ Chriſti vicarij exigũt, ſuperioribus exhibeãt. Pręcipimus ob id, vt viſitatores de obedientia, quam mauult Deus quam ſacrificiũ, potiſſimum inquirant, nec ſinant inobedientiam impunitã.

Ne magiſtratus Seculares Decanis & Paſtoribus in officiorum ſuorum executione ſint impedimento.

ACcepimus Magiſtratus ſeculares quoſdam, & Principũ præfectos, munera eccleſiaſtica inuadere, ac tyrannidẽ in Chriſti ſacerdotes & clerum exercere, cogere paſtores vt præter Eccleſiæ catholicæ conſuetudinem, ſubditos ſub duplice ſpecie communicent, & cæremonias piè inſtitutas abrogent, Quos ſchiſmaticos, atque cum Chore, Dathan & Abiron, quos terra deglutiuit, æternæ maledictionis obnoxios eſſe, è ſacra ſcriptura diſcimus. Alios quoſdã accepimus impedire Decanos rurales, quo minus poſſint officia & iuriſdictionẽ ſuã exercere, ſynodos liberè celebrare, & exceſs corrigere, ſed iudiciũ hoc vẽdicare ſibi, qui & ipſi intelligãt ſe excommunicationem à iure & canonibus latam, incur-

rere:Quos & communicatos totius Concilij authoritate(vbi præmoniti non abſtinuerint) pronunciamus & declaramus. Volumus quoque vt viſitatores tales eccleſiaſticæ diſciplinæ,ac libertatis violatores atque oppreſſores, ad nos pro vlteriori eorum perſecutione perferant,quos ſi noſtræ ditionis fuerint, pro malis meritis plectemus: ſin alterius eorum Principibus,aut Cæſareæ Maieſtati plectẽdos denũciabimus.

Ne Magiſtratus ſeculares onerent domos religioſorum, & eorum perſonas ſeruitiis ſecularibus.

PEruenit ad ſacrum Concilium, perfectos quoſdam in religioſarum ſororum domos irruiſſe,& fractis per vim foribus occupaſſe, atque in granaria ſua conuertiſſe earum officinas,quinetiam religioſas ipſas ſorores magna ſeruitute opprimere, compellere frequentius monaſteriis ſuis egredi in arcem vbi eas domeſticis ſuis ſeruitiis grauent. Quam indignitatem ſacri canones grauiſsimis cenſuris damnant,nec diſsimulare abſque magno reatu nos poſſumus. Proinde hos tales vbi res ita aguntur,cum toto Concilio, pronuntiamus anathema violatæ immunitatis eccleſiaſticæ incurriſſe. Committimúſque Viſitatoribus noſtris, vt de facti enormitate inquirant,quo de remedio vlteriori poſsimus cogitare.

Ne coloni Eccleſiarum ſeruitiis indebitis grauentur.

AD hæc præcipimus & mandamus vniuerſis Magiſtratibus & Præfectis fidelibus,ne contra iuris diſpoſitionẽ, Eccleſiarum colonos,ſeruitiis & impoſitionibus grauẽt, ſed iuxta Cæſ. M. Reformationem,ſacros canones,& Imperatorum leges,libertatem priuilegia,& immunitates Eccleſiaſticas conſeruent eis illibatas: ſi anathema & animæ damnationem velint euitare.

Ne iudices ſeculares clerum iudicialibus impenſis vltra æquitatem grauent.

PErlatum eſt in Concilium, ſeculares quoſdam iudices, prauo & nuſquam gẽtium audito exemplo,ab annis paucis introducto,exigere à clero,ſi quãdo clericus vel religioſus ratione bonorum eccleſiaſticorum,vel aliis de cauſis,laicum in ſuo foro conuenit,impenſas duplicatas,vt vbi laici actores vel rei dant ſimplum,clerici & religioſi(ſi velint iuſtitiam ſibi adminiſtrari)duplum ſoluere cogantur. Quod profecto iniquum eſt grauamen,& tam rationi rectę quàm legibus Imperatorum,& ſacris canonib⁹,grauamina à clero depellentibus, aduerſum. Proinde ſtatuimus & ordinamus,ne

liceat

liceat vllis Iudicibus vel Scabinis, quicunque illi ſint, clericos & religioſos impēſis maioribus quàm laicos grauare, aut ad dupli ſolutionem eos quocunque prætextu cogere, vbi in cauſa ſimili dat laicus ſimplum, ſub cenſuris contra eos qui exactionibus & oneribus clerum grauant decretis.

Ne clandeſtina coniugia contrahantur & tolerentur

SAEpius experti quanta mala ex clandeſtinis coniugiis oriantur, qualia ſunt periuria, ſtupra virginum, adulteria, homicidia, parentum amicorum offenſiones, exhæredationes, vt pretereamus ea quæ Cęſa. M. Reformatio piè & chriſtianè commemorat, Decreuimus & ſtatuimus. vt clādeſtine cōtrahentibus tantis per ſacramenta negētur, donec ab excommunicatione à Iudice competente abſoluātur, atque ita in facie Eccleſiæ ſacramenti ſolennia celebrent. Idem ſtatuimus dę incolis & aduenis illis de quibus ſuſpitio eſt eos in facie ęccleſiæ non eſſe coniunctos: qui aut matrimonij ſolennes ritus in Eccleſia celebrent, aut alibi id ſe feciſſe idoneis teſtimoniis probent. Dum verò huius gratia ad eccleſiam conueniunt, & qui iunguntur benedictione ſacerdotali ſe ſubmittunt, abſit omnis leuitas & iocus ſecularis, ſed cum Dei timore cogitent quale ſit vinculū quo colligantur, & quod Deus ſit qui eos coniungat, vt diſcant in Chriſto nubere, cui[9] gratia & dono thorus īmaculatus datur & cōſeruaī.

Quod matrimonium debeat præcedere trina proclamatio, & nemo niſi à Paſtore ad quem hoc pertinet, coniungi.

FIt ſæpè, vt dum Paſtor alter alterius ouile inuadens, copulat virum & fœminam ſibi non ſubditos, abſque Epiſcopi licentia, vt vnus fiat duarum maritus, & cōtra vna multorum vxor. Ideo ſub pœnis & cenſuris canonicis, ſtatuimus & ordinamus, vt nemo parochus vel Presbyter auſit ſibi non ſubditos copulare, niſi ſit alter alterutrius parochus proprius & paſtoris alterius dimiſſorias literas acceperit, nec niſi in vtriuſque parochia, trinæ proclamationes tribus diebus feſtis à ſe inuicē diſtātibus, ad populi frequentiā, præceſſerint.

Quod non debeant ſponſus & ſponſa coniungi, niſi in eccleſia & tempore ab eccleſia non interdicto.

SVperbiam eorum qui Eccleſiam Dei contemnunt, reprimere volentes, Mandamus & præcipimus vniuerſis parochis & presbyteris, ne quis alibi, quàm in Eccleſia publicè poſt miſſam auditam iungendos matrimonio copulet, nec alio tempore quàm iura permittant, ſub pœna ſuſpēſionis ab

Tertull. lib.2. officio, quàm ſacerdotes mandatum hoc prætergredientes incurrãt:nec volumus per officiales noſtros, cũ quouis, niſi ex cauſis grauiſſimis,& vrgẽte magna neceſſitate,diſpẽſari

De communione & confeſſione ſacramentali.

PErlatum eſt in Concilium multos reperiri atheos homines, qui ſacram communionem ab annis aliquot à ſuo parocho non perceperint, quos veriſimile eſt vel non communicaſſe, vel alibi clanculum apud ſchiſmaticos communicare. Quoſdam etiam adire ſacram Synaxim, de quibus non conſtet vtrum ſint confeſſi peccata ſua,abſoluti,an ſecus.Statuimus idcirco, vt quicunque Chriſtiano nomine volunt cenſeri,ſemel vt minimum in anno accipiant à ſuo Parocho ſacram communionem,ſecundum Catholicę eccleſiæ ritum,ſub vna tantum ſpecie. Et vel eidem prius confiteantur,vel ſi de eorum confeſſione probabilis eſt dubitatio,teſtimonium adferant, quod alibi ſint confeſſi & abſoluti. Alioqui viuentes ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur,& mortui,eccleſiaſtica careant ſepultura.

Ne fratres quatuor ordinum audiendis confeſſionibus ſe intromittant,niſi ſint præſentati.

EXploratum habemus quoſdam è fratribus quatuor ordinum mendicantium iuuenes,imperitos,& inexpertos ſacerdotes,fiducia priuilegiorum ſuorum audire paſſim cõfeſſiones, & quoſlibet paſſim abſque iudicio & diſcretione caſuum,quam nullam nouerunt, abſoluere: Cui periculo obuiare volentes,præcipimus,ne quis fratrum ordinum mẽdicantium,confeſſiones audire præſumat,niſi legitimè & ſecũdum formam iuris,nobis vel Comprouincialibus Epiſcopis præſentatus,& de iſtis quæ ad officiũ illud pertinent, probè informatus ſit,& iudicatus idoneus. Quod ſi Priores& Guardiani nõ compulerint ſuos fratres ad ordinationis huius obſeruantiam,& diſſimulauerint, tales nouerint ſe ab omni miniſterio Eccleſiarum noſtrarum cum ſuis fratribus ſubmouẽdos.Ne verò habeant,quod de præſentatione quærantur,has gratis, ſalua Scribarũ moderata mercede, eis impartiemur.

De pœnitentiariis Epiſcopalibus.

INſuper, vt conſcientiis ſcrupuloſis conſulatur,ac facilior pateat omnibus ad veniam & abſolutionem peccatorũ aditus,ordinamus noſtros in hac diœceſi pœnitẽtiarios,qui facultatẽ habeãt ſibi cõfeſſos ab oĩbus caſibus nobis de iure vel per ſtatuta Synodalia reſeruatis,in foro cõſcientiæ abſoluẽdi.

In

In primis Reuerendum Cyrenenſem, Epiſcopum, noſtrum in pontificalibus vicarium. Deinde metropolitanæ Eccleſiæ noſtræ presbyteros, Canonicos, Theologos, omnes quoque intraneos & extraneos collegiorum, & ruralium paſtorũ decanos, & quatuor primarũ parochialium Eccleſiarum in Colonia paſtores: ſcilicet Martini, Columbæ, Laurentij, & Albani: Priores quoq; quatuor ordinũ mendicantium, & præterea ex ordine Prædicatorũ fratrẽ Georgiũ de Tremonia, ex ordine Minoritarũ fratrẽ Vuinãdũ ab Effren, Licent. theologiæ: ex ordine Carmelitarũ fratrẽ Vuilhelmũ à Blatzhẽ: ex ordine Auguſtinenſiũ fratrẽ Hẽricũ à Vuyerd. Præterea addimus in maiori noſtra Eccleſia venerabilẽ Licentiatũ theologiæ, Ioannẽ Lunẽ, Ioannẽ Lãb, decretorũ doctorẽ, Ioãnẽ ab Heiſberg, theologiæ licẽtiatũ, & Gotfridũ Ditmarũ ab Hagẽ.

De confeſſoribus ſanctimonialium.

VOlẽtes cõſulere infirmitati ſanctimonialiũ, quas nõnũquã pudor vel metus retinẽt à confeſsione libera quãdo ad vnũ tantũ patrẽ vel cõfeſſorẽ eis familiariter notũ, alligantur, vnde fit, vt ſæpè non integrè, ſed vix vnquam liberè, conſcientiã ſuã exonerẽt: & tamẽ ad ſacroſanctã cõmunionẽ ſtatutis tẽporibꝰ cũ aliis accedãt: Clemẽter indulgemꝰ & cõcedimus, vt ſanctimonialibꝰ bis aut ter in anno fiat poteſtas, alij q̃ ſuo presbytero cõfitẽdi, ab ordinario loci deputãdo, niſi ꝓpitius eorũ viſitator aut cõmiſſarius huic rei prius ꝓuiderit.

De contemnentibus ſacram Vnctionem.

RElatũ nobis in Cõcilio eſt, impios quoſdã homines infirmitatis ſuæ tẽpore vnctionẽ ſacrã reſpuiſſe ac cõtẽpſiſſe, quamobrem ſtatuimus vt ſi quis ſacramentum illud nobis ab apoſtolo Iacobo tantopere commendatum, contempſerit, eccleſiaſtica careat ſepultura.

Eſt quoq; in obſeruatiõne dierũ feſtorũ multa varietas, de qua in proxima ſynodo noſtra diœceſana ſtatuemus. Ea verò quæ hic conſtituta ſunt, iudicio ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Oecumenici Cõcilij, vt oĩa noſtra reuerẽter ſubmittimus: nec ꝑ ea ſacris Canonibꝰ, Traditionibꝰ Eccleſiaſticis aut reliquis maiorũ noſtrorũ prouĩcialibꝰ & diœceſanis ſynodalibꝰ cõſtitutionibꝰ volumꝰ derogatũ: Poteſtatẽq; ꝓmiſſa oĩa & ſingula interpretãdi & declarandi, quoties opus fuerit, & viſum erit expedire, nobis reſeruamus. In cuius rei fidem & teſtimoniũ ſigillũ noſtrũ præſentibus eſt appenſum. Datũ in Metropolitana Eccleſia noſtra Colonien. 6. Aprilis. An. D. 1549.

Acta & Decreta Synodi Diœceſanae Colonienſis, Anno Domini mileſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, ſecunda Octobris celebratæ.

REVERENDISSIMVS IN CHRISTO Pater, & illuſtriſſ. Princeps, & Dominus, D. Adolphus, ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Princeps Elector, Vveſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatúſque natus, &c. Nobis ſuæ Reuerẽdiſsimæ Celſitudinis, hac in parte Commiſſariis, cum plena & libera poteſtate infraſcripta peragendi conſtitutis, Miſſa ad nos ſufficienti inſtructione, ſuo ſigillo communita, in mandatis dedit, vt ſacræ huic Synodo Diœceſanæ ad hunc diem & horam ex more indictæ & congregatæ, ſuæ Reuerendiſsimæ Celſitudinis nomine intereſſemus, & hac quæ ſequuntur, à Celſitudine ſua reuerẽdiſsima maturo conſilio deliberata, diffinita, & decreta, proponamus, eáque propoſita, & (vt par eſt) recepta, ſimul cum ipſa Synodo executioni debitæ mandemus.

INitio, vt ſacra Synodus intelligat, quibus ex cauſis Reuerẽdiſ. ſua Celſitudo remorata fuerit & impedita, quo minus ſui Prouin. Concilij, nuper ſe præſidente in hac ſua Metropolitana Eccleſia, ſuo Capitulo, & legatis ſuorum Comprouincialium Epiſcoporum, necnon prælatis & vniuerſo Clero ſuæ diœceſ. ſibi conſedentibus & aſsiſtentibus ſolenniter celebrati, Decreta & conſtitutiones, ſalubriter & efficaciter hactenus exequi potuerit: exiſtimat ſanè Celſit. ſua, ſacram Synodum bene meminiſſe, quomodo in ipſo prouinciali Cõcilio (cum iam ferè ad calcem illud perductum eſſet) prudenter in medium idallatum, expenſum, atque ab omnibus probatum fuerit, nempe quam plurimum referre, ſi ſua Celſ. memorata Decreta, licet iam cõmuni aſſenſu vniuerſi Concilij ſui Prouin. piè & maturè conſtituta, inuictiſsimo tamen ac religio-

ſiſsimo

ſiſsimo Imperatori, Karolo V. D. noſtro clementiſſ. veluti ex cuius Reformationis formula, ſtatibus eccleſiaſticis in comitiis Auguſtanis proximis propoſita, & ab eiſdé recepta, fluxerũt: ac ſimul etiam Reuerendiſſ. dominis Nunciis ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ſanctíque Sedis Apoſtolicę (à qua omnis ipſorum Decretorum vis dependet) peruidenda, & ſicubi videretur, emendanda & approbanda offerret quo illarum ambarum ſummarum poteſtatum approbatione, & authoritate interueniente, tanto felicius prodirent in publicũ.

Hoc igitur ſalutare conſilium Reuerendiſsimus Dominus noſter inſecutus, quàm maximè ad ſe pertinere putauit, ne hæc authoritas ſuis Decretis prouincialibus, ſine qua forſan leuiora reputarétur, deeſſet. Sed cum eius adhibitio, cũ apud reuerendiſsimos dominos Nuncios, tum apud Cæſarem Maieſtatem, ob innumera, eáque quammaximè ardua Sacri Imperij: & ſuorum regnorum & prouinciarũ negotia, ſuæ Maieſtati incumbentia, & frequentem loci immutationem, in quartum vſque mẽſem extraheretur, factum eſt vt in memorata executione (quanuis iamdudum valde deſiderata) nullus potuerit citius fieri progreſſus.

Cæterum, cum iam proximis diebus Reuerendiſsimus dominus noſter, ex literis ad ſe, tum à Cæſare, tum à Reuerendiſsimis dominis Nunciis Apoſtolicæ ſedis perlatis, non ſine magna animi voluptate & exhilaratione acceperit, ſæpe memorata ſui prouincialis Concilij Decreta, poſt eorundem diligentem & maturam expenſionem, veluti diuinis ſcripturis & ſacris canonibus memoratęque reformationi Auguſtanę per omnia conſentanea, in totum eſſe recepta & approbata, ac præterea Cæſarem etiã motu proprio ſerium mãdatum decreuiſſe, quo in vniuerſum omnibus in vniuerſa prouincia ſuæ Reuerendiſsimæ Celſitudinis degentibus, cuiuſcunque etiam dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis fuerint, nõ ſine cõminatione incurſionis grauiſsimæ indignationis ſuæ ſi contrarium à quo quam factum fuerit, demandatur, vt his Decretis reuerenter pareant, & exequendis etiam eis ſe prębeant promptos, alacres, & paratos, quemadmodum idem Cęſareum mandatum poſtea ad celſitudinem ſuam Reuerẽdiſſimam tranſmiſſum, fuſius continet quod & huic ſacrę Synodo iamiam prælegetur. Profecto ſua celſitudo non diutius morandum rata, ſtatim eiuſmodi Decreta cum Cæſareæ

Maieſtatis mandati profixione, æneis typis excudi,& in hac ſua Synodo rurſus publicari & diſtribui mandauit, vt ea publicatione via futuræ Viſitationi,ad quam ſua Celſitudo toto animo & conatu properat & feſtinat, per totam diœceſim ſuam, quàm primum omnino fieri poterit, peragendæ præſterneretur.

Et quidem rebus,Dei ſingulari fauore eo adductis, celſitudo ſua Reuerédiſſ.quam maximè ſane cupiuit,poſtpoſitis etiam & à ſe reiectis (quatenus omnino fieri potuiſſet)aliis quibuſcũque & quamlibet grauibus negotiis, præſenti huic ſacre Synodo perſonaliter intereſſe,vt ſuper omnibus rebus ad executionẽ Decretorum,eiuſmodi facientibus,& ad Viſitationẽ præparatoriis,tanto maiori cum authoritate ſtatueretur,& his quæ adhuc deſiderantur,quoad eius fieri potuiſſet,ſuus quoq; legitimus finis imponeretur. Verũ hæc me ditantẽ Reuerẽdiſſ.Celſitudinẽ ſuam,iam in Tranſrhenana ſua Diœceſi conſtitutam,quædam ineuitabilis neceſſitas,de improuiſo incidens,ſic obſtrinxit & circũſepſit,vt impoſſile ei fuerit(niſi tamen eam Diœceſis ſuę partẽ grauiſſimè & irreparabili iacturæ implicare voluiſſet)ſe ad hanc ſuam Synodum repræſentare.Quamobrem ſua celſitudo, hoc nobis ante omnia impoſuit,quo abſentiã eius,apud vos omnes, ex cauſa eiuſmodi neceſſitatis inſuperabilis, excuſatã faceremus.Idcirco à vobis omnibus diligẽter ac impenſe petimus, quo excuſationẽ eiuſmodi,vt per ſe iuſtiſſima eſt,haud grauate recipiatis.Nam & ne ob hanc ſuæ celſitudinis abſentiã quid in præſentiarum à quoquam deſideretur, Mandati nobis facti amplitudine abunde ſarcitum eſt, vt prætereamus quod Celſitudo eius etiã pollicetur ſe hanc abſentiam ſuam in Synodo hanc proximè ſequutura, ſua perſonali præſentia abunde repenſuram.

Mandato igitur eius ad nos perlato ſatisfacturi,principio in mediũ exhibemus memoratæ Cæſareæ Maieſtatss Mandatum in ipſo autographo,ſeu(vt vulgò vocant)in ſua originali & autentica forma,vt à Cęſare ipſo ꝓpriis digitis ſubſcriptũ & ſigillatũ eſt,ꝙ& publicè per aſtantẽ Reuerẽdiſſimi dñi noſtri Secretariũ(quo in negotiis ſuis ſecretioribus quãmaximè vtitur)prælegi,& vobis ſimul cũ Decretis Cõcilij Prouincial s nuper licet in Prouinciali concilio prælectis, per eorũdem iã impreſſorũ exhibitionẽ, principiiſq; &finis re-

citationem & prælectionem,rurſus publicati mandamus.

Requirentes,omnes & ſingulos in eiuſmodi mãdato generaliter vel ſpecialiter nominatos, tã Eccleſiaſticas quàm ſeculares perſonas cuiuſcunque etiam dignitatis,gradus, ſtatus & conditionis fuerint,ſiue præſentes,ſiue abſentes,quatenus eidẽ Mãdato Cęſareæ Mai.vti Eccleſię Catholicæ Sũmi Aduocati, & Religionis vnici Vindicis,ac Decretis Prouincialibus eo ipſo Mandato roboratis & communitis, humiliter & prõptè pareatis,facturi & adimpleturi oĩa quę inibi facere iuſſi eſtis,modo pœnas in eodẽ Mandato, necnon in memorata Reformatione,& in ipſis Decretis Prouincialis Concilij,& ſacris Canonibus compræhenſas,euitare velitis.

ET EXHIBITVM OSTENſum altáque voce prælectum & publicatum eſt mãdatum iſtud autographũ: & rurſus publicata Decreta ſolenniter,vt moris eſt,per Secretarium memoratum in hæc verba:Carolus &c.vti idẽ mandatum ad verbum Decretis concilij præfixum eſt.

Nũc vlterius progreſſuri ad Mãdati nobis facti adĩpletionẽ iubemus ꝑ huius ſacrę Synodi Notariũ recitari cathalogũ eorũ oĩm,qui ad Synodũ hãc diœceſanã de iure vel cõſuetudine,cõparere ſunt obligati,vt lectꝰ quiſq; reſpõdeat ſe adeſſe.

Et factum eſt & ſignati præſentes,& notati abſentes.

Conſtituẽtes igĩ nos,vobiſcũ,qui præſentes pro veſtra debita & commendabili obedientia adeſtis, hanc ſacram ſynodum,ex ſpeciali mãdato Reuerẽdiſſ. Dñi noſtri,vos omnes & ſingulos,vobiſque ſubiectos, Priores,Canonicos,eccleſiarũ parochi aliũ rectores,vicarios,ac alias eccleſiaſticas perſonas, quas hęc res cõcernit,in Dño monemꝰ & requirimus,vt quicunque memoratæ Reformationis Auguſtanæ,veluti ad cuius executionẽ ipſa Decreta Synodi Prouincialis potiſſimũ ſpectát,nondũ exẽplar aſſequutꝰ eſt, illud ſibi intra dies.14.

procuret habere:ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio, ipſo facto incurrenda. Cæterum prælati & decani Chriſtianitatum, pro ſe & ſibi ſubiectis, ipſa Decreta Cōcilij Prouincialis recens impreſſa, ex ſingulari Reuerendiſſ. D. noſtri munificentia, iam aut intra paucisſ. dies gratis accipient.

Secundo eodem nomine vos omnes & ſingulos abbates & prælatos Eccleſiarum, & in veſtra abſentia locum tenentes veſtros in domino hortamur atque etiam monemus & requirimus, vt in Capitulis veſtris Eccleſiis & Monaſteriis, hāc ob rem indicere obſtricti eritis, & obligati. Vos verò Decanos Chriſtianitatū, vt in Capitulis, ſeu ſynodis veſtris etiam proximis, de more indictis, præſentibus omnibus, qui adeſſe tenenter perſonis, vobis ſubiectis, tam Reformationem Cæſaris memoratā, quàm Decreta iſta prouincialia ab articulo in articulū diſtinctè relegatis, ſeu relegi & ītelligibiliter prælegi curetis, & circa ſingulos articulos quatenus illis in veſtris & vobis ſubiectis Eccleſiis ab oībus ſatisfiat, diligenter exploretis & indagetis: & facta exploratiōe, quatenus adhuc illis à quoquā ſatisfactū minus cōperiatis, in hoc authoritate vobis hac ī parte impartita, toti ſitis, vt illis fiat ſatis, vtq; ad illorum prǽſcriptū in veſtris Eccleſiis exigantur, & cōponātur oīa ſub pœnis memoratis, alioqui ipſo facto incurrēdis.

Cæterum, ſi quiſquam ex veſtro ſodalitio, ſeu ex ſubiectis vobis Horum decretorum, vel alicuius eorum (competenti monitione premiſſa) peruicax magis contemptor, quàm obſequioſus adimpletor eſſe (quod abſit) velit ac pergat, ſeu ſi à ſecularibus poteſtatibus ac aliis quibū ſcunque religionis Catholicæ, ſeu Cæſareæ maieſtatis parum obſeruātibus, aliquod vobis circa executionem eiuſmodi, impedimentum vel obſtaculum offeratur, quod veſtra authoritate & opera amoliri nequeatis: Volumus, ac Reuerendiſſimi domini noſtri iuſſu vobis mādamus, vt quicquid eius erit, ordine & diſtinctè, cū relatione, ad articulos Decretorum, quibus temerè contraue nitur diligenter annotetis, ac intra hinc & feſtum Natalis domini proximè futurū, omnes, quotquot eſtis, in primis Reuerēdiſſimo domino noſtro: deinde vos Decani Chriſtianitatum ſinguli veſtris etiam archidiaconis, ſcripto ſignificetis & declaretis: vt Reuerendiſſima ſua celſitudo cum archidiaconis, veſtram impotentiam ea in parte compertam, adiu uent, aut ſi neceſſitas poſtulet ad Cæſarē, veluti ſummum Executorem

ecutiorem à ſe mandatorum, referãt. Qua veſtra ſignificatione & hoc efficietis, vt Reuerendiſſimus dominus noſter, cognitis morbis, tanto certius & præſentius remedium in viſitatione, ad quam ſe parat, adhibere opportune poſſit.

Quapropter & hoc nobis mandatū eſt, vt conſiliū vobiſcū capiamus, quonam potiſſimum tempore, poſt decurſa feſta Natalitia Chriſti ꝓximè futura, quā maturrimè viſitatio generalis per totā diœceſim inſtitui & inchoari, & quo ꝓgreſſu à loco in locū continuari & peragi, quā cômodiſſime poſſit.

Itidē, vt exploremus à vobis Decanis Chriſtianitatū, quādo impoſſibile eſt viſitatores per Reuerendiſsimum dominū noſtrum deputandos, ad ſingulas eccleſias, & loca ſacra in hac ampliſſima diœceſi ſita, proficiſci, neq; id vt fiat, res ipſa poſtulet: Quę proinde loca in ſingulis Decanatibus Chriſtianitatum eſſe magis inſignia, populoſa, & viſitationis indigentia exiſtimetis, quo ad ea rectores ſingularum eccleſiarum parochialium, cum vicariis & teſtibus Synodalibus, ex ſingulis parochiis vocari queant, ad viſitationem illic peragendam.

Volumus quoque, vt huius tū faciendæ conuocationis, omnes & ſinguli parochi ſuos parochianos, è ſuggeſto in tēpore faciant, certiores, quo de eligendis idoneis Synodalibus teſtibus diſpicere, ipſiq; teſtes Synodales crimina, exceſſus, & defectus, diligenter exquirere, notare, & animo concipere poſſint: ne ſi imparati veniant, tam viſitatores, quàm ſe ipſos inutili mora per extractionem dilationis fatigent.

Denique in mandatis habemus, vt vobiſcum ſuper moderato numero euectionum, qui nulli Eccleſiæ (ſi tamē onera æqualiter diſtribuantur) grauis eſſe queat, & procurationis canonicè debita exactione conferamus, & quo ad fieri poteſt conueniamus & concordemus: & vt vos Decani omnia nomina Rectorū eccleſiarum parochialium, in veſtris decanatibus ſitarum, nobis in ſcriptis detis, & qui canonicè inſtituti ſint, & qui minus, & quę ſit illorū vita mores, & doctrina, & de veſtris quoque inſtitutionibus, nos certiores faciatis.

Qua de re hîc Synodo peracta, digreſſi, in domū capitularē vos recipere nobiſcū velitis, ſuper his & aliis quibuſdā vobis proponendis, & ad executionē decretorū prouincialiū, plurimū facietibus mētē Reuerēdiſſimi D.N. à nobis audituri & veſtrā nobis viciſſim expoſituri, ad celſitudinē eius referēdā.

Quod ad reliqua attinet, quę nobis iniūcta ſunt, probè me-

minit Reuerendiſsimus dominus noſter, multa ineſſe hiſce Decretis, quæ vberiorem prouiſionem requirant, multa quæ celſitudo eius Capitulo & Comprouincialibus Epiſcopis, ac Clero ſuo in Prouinciali Concilio ſe daturam pollicita eſt. Sed quoniam perluſtratio illa Decretorum à Cæſare & Nũciis apoſtolicis facta, in multum tempus, vt præmittitur protracta eſt, non potuit celſitudo eius, eiuſmodi rebus pollicitis & vberiorem prouiſionem requirẽtibus, admouere citius manum, quàm calculum decretis iſtis adhibitum eſſe, quod primum intra paucißimos dies factum eſt intellexiſſet.

Ergo quod celſitudo eius in hac Synodo præſtare non potuit, id totum ad Synodum, quæ hanc ſequetur, feria ſecunda poſt Dominicam inuocauit, anni ſequentis, milleſimi quingẽteſimi quinquageſimi, celebranda (cui quoque ſe perſonaliter interfuturam Dei beneficio ſperat ac cõfidit) præſtituram & adimpleturam repromittit.

Operæpretium tamen, vnum quiddam inter alia multa, quæ tunc expediri non potuerunt, ob diuerſitatem celebrationis feſtorum quæ in hac inclyta diœceſi hactenus non parum offenſionis peperit tollendam, in hac præſenti Synodo ſtatuendum eſſe decreuit, quæ feſta per totum anni circulum ſingulis quibuſque menſibus, tam à Clero quàm à populo, ad Dei omnipotẽtis laudem poſthac ſolenniter ſint celebrãda.

Igitur veſtigiis ſuorum Prædeceſſorum, & præſertim quondam bonæ memoriæ Domini Henrici archiepiſcopi Coloniẽſis inhærendo, habita etiam diligenti conſideratione, quid ſuper his in generalibus Conciliis, & iure cõmuni conſtitutum olim ſit, & quid vniuerſali ritu in eccleſia catholica à piis omnibus vbiuis obſeruẽtur, authoritate ſua Archiepiſcopali vult, mandat, & ordinat, vt poſthac per Ciuitatem & Diœceſim Colonienſem feſta infra memorata ſolenniter obſeruẽtur & celebrentur.

In menſe Ianuario.
Circuncisionis Domini.
Epiphaniæ.
B. Agnetis virg. & martyris.
Conuerſionis ſancti Pauli.

In Februario.
Feſtũ Purificationis B. Mariæ virginis.
Cathedræ S. Petri apoſtoli.
Sancti Matthiæ apoſtoli.

In Martio.
Annũciationis B. Mariæ virg.

In Aprili.
Sancti Georgi matyris.

In Maio.
Sanctorum Philippi & Iacobi apoſtolorum.
Inuentionis ſanctæ crucis.
In Iunio.
Natiuitatis S. Ioãnis Baptiſtæ.
Sanctorum Petri & Pauli apoſtolorum.
In Iulio.
Viſitationis beatæ Mariȩ virginis.
Beatæ Mariæ Magdalenæ.
Trãſlationis trium Regum, in Ciuitate colonienſi tantum.
Sancti Iacobi apoſtoli.
S. Panthaleonis, in ciuitate Colon.
In Auguſto.
Sancti Petri ad Vincula.
Sancti Laurentii martyris.
Aſſumptionis B. Mariæ virginis.
Sancti Bartholomæi apoſtoli.
Decollationis S. Ioãnis Bapt.
In Septembri.
Natiuitatis Beatæ Mariæ virginis.
Exultationis ſanctæ Crucis.
Sancti Matthæi apoſtoli & Euang.
Dedicationis Maioris eccleſiæ Colonienſis, in die ſanctorum Coſmæ & Damiani, in ciuit. Colon. celebrandæ.
Sancti Michaëlis Archangeli.
In Octobri.
Sancti Gereonis.
Sanctarum vndecim miliũ Virginum.
S. Seuerini, in ciuitate Coloniẽ.
Sanctorum Simonis & Iudæ Apoſtolorum.
In Nouembri.
Omnium Sanctorum.
Commemorationis animarũ, ante meridiem.
Sancti Martini Epiſcopi.
S. Cuniberti. in ciuita. Colon.
Præſentationis B. Mariæ virginis.
B. Ceciliæ virg. in ciuit. Colonien.
B. Catharinæ virginis.
Sancti Andreæ apoſtoli.
In Decembri.
Sancti Nicolai Epiſcopi.
Conceptionis B. Mariæ virginis.
Sancti Thomæ apoſtoli.
Natiuitatis Domini & ſaluatoris Ieſu Chriſti.
S. Stephani Protomartyris.
S. Ioãnis apoſtoli & euangel.
Sanctorum innocentum.

Nunc ſequuntur Mobilia

Feſtũ Paſcæ, cum duobus diebus ſequentibus.
Feſtum aſcenſionis Domini.
Feſtum Pentecoſtes, cum duobus diebus ſequentibus,
Feſtum corporis Chriſti.
Feſtum ſanctiſsimæ Trinitatis.
Dominica poſt octauas Pentecoſtes.
Denique vult vt in ſingulis eccleſiis feſtum Patroni, vt par eſt, celebretur.

Dato igitur ſuper hac re nobis ſpeciali mandato, eiuſmodi dies per Ciuitatem & diœceſim Colonienſem, vt memoratum eſt, ſolenniter & concorditer celebrandos eſſe, vobis ſignificamus.

Qui & hoc authoritate præfati Reuerendiſsimi domini noſtri à vobis poſcimus, vt cùm è ſuggeſto feſta iſta populo denunciantur celebranda, ſimul & hoc addatur, vt populus ad ſacram concionem, quæ in eiuſmodi feſtis haberi debet, conueniat ſacræ Miſſæ interſit, & totum diem in Dei laudibus expendat, memor illius, Vacate & videte quoniã ego ſum Deus, qui eſt glorioſus i operibus & mirabilis in ſanctis ſuis.

Eſt quoque quiddam in Decretis prouincialibus conſtitutum, de Vicariis eccleſiarum in Ciuitate & diœceſi Colonienſi, vt ad ſua reuocentur officia, & Deo præbeant eum quem debent in eccleſiis, ad quas (hoc vicariorum nomine) aſſcripti ſunt, famulatum: Quod quò maiori authoritate roboretur, mandauit Reuerẽdiſsimus dominus noſter, præter conſtitutiones Prædeceſſorum celſitudinis ſuæ Reuerẽdiſsimæ, ſuper hac re expreſſę, diſponẽtes: quas & authoritate huius ſynodi innouatas eſſe vult, publicari Bullam apoſtolicam impetratam olim per quondam felicis recordationis, D. Hermãnum ab Haſsia, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopũ, ſuum prædeceſſorem, omni laude digniſsimũ, ad coercendam ſuorum clericorum irreligioſitatem, & inexcuſabilem negligentiam, quàm in præſtandis officiis ſuis eccleſiaſticis committunt: quare & hanc Bullam recitari & publicari iubemus.

ET RECITATA ET PVBLICATA eſt tenoris ſubſequentis.

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex apoſtolicæ ſeruitutis officio, meritis quanquam inſufficiẽtes, diuina nobis diſpoſitione cõmiſſo, ad eã libenter intẽdimus, per quę in ſingulis Eccleſiis, diuinus cultus floreat, & continuum incrementum ſuſcipiat, ac illa quæ propterea ſtatuta & ordinata fuiſſe dicuntur, firma & inconcuſſa permaneant, libenter, cum à nobis petitur, Apoſtolico

Apoſtolico munimine roboramus,optimas prouiſiones ſuper his adhibêdo,prout in Domino cognoſcimus ſalubriter expedire.Sanè pro parte venerabilis fratris noſtri,Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis,nuper nobis exhibita petitio cõtinebat,Quod licet in ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiæ Colonienſis,canonicè editis,inter alia contineatur expreſſè, Quod nullus in diuerſis Eccleſiis,in quibus beneficia obtinet,vno die diſtributiones percipiat,niſi in aliqua dictarum Eccleſiarum ſit Prælatus,ſeu alias hoc ei competat ex priuilegio,vel iure alio ſpeciali:ne dum ad plures eodem tempore feſtinat Eccleſias, nulli earum debitum famulatum impêdat:ipſumque ſtatutum,quantum ad Canonicos diuerſarum Eccleſiarum fuerit hactenus obſeruatum,& de præſenti obſeruetur tamen quoad perſonas diuerſas, Vicarias,altaria,aut alia beneficia eccleſiaſtica, ĩ diuerſis Eccleſiis,ſeu Canonicatus & Præbendas in vna,ac Vicarias,altaria ſeu alia beneficia Eccleſiaſtica in aliis Eccleſiis obtinentes, in obſeruantia nõ exiſtit, pro eo forſan,quod nonnullæ ex eiſdem perſonis, ab aliquibus Apoſtolicæ ſedis nunciis, cum poteſtate legati de latere ad illas partes deſtinatis, ſe ſuper hoc indulta, ſeu diſpenſationes dicuntur, impetraſſe. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat,dicti ſtatuti non obſeruantia ſit occaſio diminutionis diuini cultus, tam in maiori quàm in aliis Eccleſiis ciuitatis & diœceſis Coloniẽſis,pro parte præfati Hermãni Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt ſtatutum prædictum approbare & confirmare,ac perpetuò obſeruari mandare, aliàſque in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.Nos igitur attendêtes,quod, quoad perſonas talia beneficia etiam mixtim obtinentes, ita concludit ratio ſtatuti, ſicut in his qui diuerſas obtinent Canonicatus & præbendas,quódq; ſtatutum ipſum indiſtinctè loquitur, abſurdum quoque videtur,quòd illi tãquã inferiores,aliis magis qualificatis:& pro ſtatu ſuo ſuſtantando, amplioribus ſtipendiis indigentibus, potiori debeant prærogatiua gaudere,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statutum prędictum,quod etiam,vt aſſeritur in ſynodo Colonienſi publicatũ,& per dictum archiepiſcopum innouatum extitit,authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, nec non per omnes & ſingulas perſonas etiam inferiora be-

ſcienter communicet, ſub pœnis canonum ipſo facto incurreñ. demandans, vt canon Omnis vtriuſque ſexus de pœnitentiis & remiſſionibus, ad minimum obſeruetur: cum alioqui olim non haberetur vere Chriſtianus, qui ad minimum non communicaſſet ter in anno: in Paſchate, in Pentecoſte, & in Natali domini.

Vult ſæpè ac frequenter admoneri populum de ſuggeſtis, vt ſe à deambulationibus in templo Domini, præſertim dum ſacra fiunt, & diuina officia celebrantur, penitus abſtineant, vtque pueros ſuos & canes quos à clamoribus, ſtrepitu & latratu continere non valent, in domibus ſuis relinquant, memores quod ſcriptum eſt loquente Deo: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

Vult vt populus ſuæ diœceſis, rectoribus Eccleſiarum parochialium, qui ipſis miniſtrant, ſpiritualia, temporalia reddere (ne fame laborent) non grauentur, & ob id oblationes, quæ olim à fidelibus & piis hominibus, ad quotidiana ſacrificia religioſè & liberaliter offerebantur, ad minimum in quatuor principalibus feſtis, valore ad minimum trium obulorũ, libenter & vltro ad altare Domini deferentes, perſoluant, aliáque iura parochialia, ſecundum morem ab Eccleſia Catholica olim receptum, dependant: memores eius, quod ſcriptũ eſt, Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua.

Aduerſus ſacerdotes publicos fornicarios, & aliorum criminũ manifeſtè reos, per fiſcales ſuos diſtrictè procedi vult, præſertim aduerſus relapſos poſt mandati in ſua Synodo diœceſana anno præterito. 48 2. Octo. celebrata, contra concubinarios ipſos publicati tenorem.

Quibus etiam fiſcalibus ſuis hoc vult ſerio iniunctum, vt quæcunque in memorata Diœceſana, deinde quæ in Prouinciali, denique quæ in hac Synodo, ſecundum Deum & ſalubriter conſtituta ſunt, & in primis Reformationem Auguſtanam ad vnguem teneant, & aduerſus eorundem præuaricatores (quos etiam non delatos, ex officio inquirere teneantur) ſine mora & prę̨ter omnem conniuentiam ſerio procedant, ſub Celſitudinis ſuæ Reuerendiſſ. grauis indignationis, & à ſuorum officiorum amotionis pœnis, ſi ſegnes inue-

niantur incurrendis.

Quæ omnia nos præfati Reuerendiſſ. domini noſtri commiſſarij ad præſidendũ in hac ſacra Synodo Diœceſana. Celſitudinis ſuę Reuerẽdiſſ. nomine cum plenaria poteſtate ordinati, vobis omnibus & ſingulis ex ſpeciali mandato eius ſignificamus, indubitata ſpe freti, quod hæc omnia, quæ pia, ſancta, religioſa, bonis omnibus amabilia, & amplectenda, videtis, nobiſcum debitæ executioni, ſecundum Reuerend. domini noſtri voluntatem & mãdatum exequi diligẽter ſtudebitis. In quorum fidem præſens ſcriptum ſigilli Curiæ Colonien. quo in præſentibus vtimur, impreſſione communiri fecimus Datum in Synodo Diœceſana Coloniæ Agrippinę, die ſecunda Octob. Anno domino milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono.

Viſum & admiſſum per Petrum Curtium, Plebanum diui Petri Louanienſis, die. 28. Octobri. Anno Domini 1549. Petrus Curtius.

